Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

LUCIANI
SAMOSATENSIS
OPERA.

GRAECE ET LATINE.

In Tres Tomos distributa.



P. Lamÿ fecit.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ

ΑΠΑΝΤΑ.

LUCIANI SAMOSATENSIS OPERA.

CUM NOVA VERSIONE

TIBER. HEMSTERHUSII, & IO. MATTHIAE GESNERI,

GRAECIS SCHOLIIS, AC NOTIS

omnium proximae editionis Commentatorum, additis

Io. BRODAEI, Io. IENSII, LUD. KUSTERI, LAMB. BOSII,

HOR. VITRINGAE, IOAN. DE LA FAYE, ED. LEEDES,

aliisque ineditis, ac praecipue

MOSIS SOLANI & I. M. GESNERI.

TOMUS I.


Cujus priorem partem ſummo ſtudio curavit & illuſtravit

TIBERIUS HEMSTERHUSIUS.

Ceteras inde partes ordinavit, notasque ſuas adjecit

IOANNES FREDERICUS REITZIUS.





P.B.v.U.

AMSTELODAMI,

Sumptibus JACOBI WETSTENII.

CIↃ IↃ CC XLIII.



MARIAE THERESIAE,

DEI GRATIA

HUNGARIAE, BOHEMIAE, DALMATIAE,

CROATIAE, SLAVONIAEQUE &c. REGINAE,

ARCHIDUCI AUSTRIAE, DUCI BURGUNDIAE, BRABANTIAE,

MEDIOLANI, STYRIAE, CARINTHIAE, CARNIOLIAE,

MANTUAE, PARMAE ET PLACENTIAE, LIMBURGIAE,

LUCEMBURGIAE, GELDRIAE, WURTEMBERGAE,

SUPERIORIS ET INFERIORIS SILESIAE,

PRINCIPI SUEVIAE ET TRANSYLVANIAE, MARCHIONI SACRI

ROMANI IMPERII, BURGOVIAE, MORAVIAE,

SUPERIORIS ET INFERIORIS LUSATIAE,

CO-

DEDICATIO.

COMITI HABSPURGI, FLANDRIAE, TYROLIS, FERRETIS, KYBURGI, GORITIAE, GRADISCAE ET ARTHESIAE, COMITI NAMURCI, DOMINAE MARCHIAE SLAVONICAE, PORTUS NAONIS, SALINARUM ET MECHLINIAE &c. NUPTAE LOTHARINGIAE ET BARRI DUCI, MAGNAE DUCI HETRURIAE &c.

SERENISSIMA AC POTENTISSIMA REGINA.

NON indignabere, AUGUSTISSIMA PRINCEPS, ſi maximas Tuas expeditiones & illuſtriſſima facta, quibus univerſae Europae oculos men-

mentesque in Te convertis, aliquantum interpellare audeam, MAJESTATI TUAE hoc opus dedicando atque obferendo tam insigni tutela ac praesidio tanto dignius, quanto magis idem a pluribus retro saeculis communi harum elegantiarum peritorum suffragio est comprobatum.

Cui enim id meliore jure consecrare fas esset, quam Principi, cujus ingenii ac scientiae magnitudo praecelso respondet Potentissimae gentis stemmati, quo ut nemini es secunda, ita animi magnitudine, virtute & constantia adeo anteis, ut nihil reperiatur eorum, quae vel a celebratissimis praeteritorum saeculorum Heroinis memorabilia gesta sunt, quod TECUM, Reginarum Praestantissima, Tuisque rebus gestis componi queat: Principi inquam, quae ad imperandum nata solis suis dotibus ac regnandi facultate & benignitate regnum per se administrat, cujus fortitudo invictaque constantia Heroibus, quotquot sera posteritas progignet, imitandum praebebit exemplar.

TUUM hoc, AUGUSTA, Regnum maxime

no-

notabilem hujus aevi aeram conſtituet, Auguſtaeque Tuae Domui immortalem gloriam conciliabit: venerantur TE foederati, amant ſubditi, admiratur omnis, qua patet, terrarum orbis, laudesque ac proſpera vota undique in TE derivas; hanc igitur da ſupplicanti veniam, ut in tanta TIBI certatim ſua ſtudia ſignificantium turba non poſtremus numerer, qui devotionem meam teſtantia prodam indicia.

Editio haec, quam obferre auſus ſum, fructus eſt laboris viginti annorum, magnaeque curae & ſumptuum: Complurium eruditorum meditationibus ditata prodit, nihilque eſt neglectum, quo caſtigatiſſima exiret & ſplendidiſſima. Unum tamen ei deerat decus, TUUM, POTENTISSIMA REGINA, praeſidium, quo munita lucem felicius adſpiceret omni jam ſplendore cumulata; eo quidem Auctor iſte non videtur indignus, tanta pollens foecundi ingenii facultate, ac dicendi facilitate, ut plerorumque priſcorum philoſophorum tectam ſub ſordido palliolo ſuperbiam, malosque mores & pugnantes inter ſe ſententias, abſurdasque vulgi de Diis opiniones ſalſe riden-

dendo acrius traducat ac refutet, quam ventoſi illi, quos odit, Sophiſtae, & clamoſi Rhetores, ſubtilibus & anxie quaeſitis argumentis valerent.

Sed mitto operis praeſtantiam pluribus enarrare; Tua, SERENISSIMA REGINA, perſpicacia, ut primum oculos in id conjicere vacabit, id ipſum dijudicabit ſolidius.

Utinam vere Regium Tuum, POTENTISSIMA REGINA, exemplum omnibus Principibus parem ad ſcientias & literarum ſtudia amorem inſpiret, parem ad promovendas artes, & ad nobilem illam aemulationem provocandos cives, induſtriam, quae ad regni ipſius proſperitatem haud leve habet momentum!

Quantam vero ſubditis pariter ac vicinis ſibi licet praeſagire felicitatem, quando glorioſis REGINAE fortiſſimae armis ſolio firmato, ac, divino honorificae pacis beneficio, tranquillitate in cunctis Ejusdem ditionibus revocata, MAJESTATIS ipſius poteſtas ad populi tantum felicitatem dirigetur, ad Leges tuendas, tranquillitatem publicam conſervan-

dam, virtutis & eruditionis amorem in dies magis inflammandum, ad ſalutem denique omnium & ſingulorum, quotquot ſub tutelae ſuae clipeum recipere dignabitur!

Adventus temporis tam beati ſumma ardentiſſimorum ac maxime ſincerorum meorum eſt votorum, quae pro TUA, AUGUSTISSIMA REGINA, incolumitate, quam in perlongam annorum ſeriem producat ſummum Numen, nuncupare nullum diem praetermitto, quaeque ut devotiſſimae meae reverentiae ac ſubmiſſionis pignus clementiſſime recipias, ſupplico,

REGIAE MAIESTATIS TUAE

cliens devotiſſimus
atque humillimus,

IACOBUS WETSTEIN.

IOANNIS FREDERICI REITZII
PRAEFATIO.

NIMIS diu exſpectationem tuam, amice Lector, remorata eſt eſt haec Luciani editio; nimis inquam diu in editorum operarumque manibus haeſit opus ab tot annis deſideratum, ab tot annis jam inchoatum, & forſan numquam ad exitum perducendum, niſi quis tandem inventus fuiſſet, qui rupta mora miſſisque ambagibus vi quadam atque impetu Lucianum capite in partu difficili haerentem in lucem protrahere adgrederetur. Quum enim anno 1720. ejus edendi curam in ſe recepiſſet clariſſ. TIBERIUS HEMSTERHUSIUS, & ab anno 1730. quo praelum exerceri coepit, ad annum 1736. ad ſextam circiter totius operis partem perveniſſet, id eſt ad initium Dialogi *de Sacrificiis*, Tom. I. pag. 525. veriti bibliopolae Wetſtenii ne inſignes jam factae ad comparanda undique ſubſidia impenſae ſibi perirent, & ut ſtadium vitae ſuae editorisque ſufficeret, ſi reliquae quinque partes eadem temporis ratione procederent, alium disquirere coeperunt, qui tarditatem hanc feſtinando compenſaret. Verum quum poſt varios conatus, intermiſſo interim per complures menſes commentandi labore, & quieſcente praelo, nondum inveniretur quisquam, cui per alias occupationes liceret, aut qui telam ab tanto artifice, (quantus re vera eſt HEMSTERHUSIUS) exorſam detexendam, idque ne conceſſo quidem ad praeparandum ſpatio, recipere auderet, famam reveritus, ne Atlanti illi priori impar, tantum onus minus firmis humeris ſuſtuliſſe diceretur; adeo enim adcurate atque erudite HEMSTERH. pertractavit omnia, ut nihil deſideraretur, ſi ei opus ad finem perducere licuiſſet, aut libuiſſet, quem ego Zeuxidi pictori comparo, qui teſte *Plutarcho* in Πολυφιλ. T. 2. p. m. 94. culpatus, quod tarde pingeret, reſpondit, quia in multum tempus ea vellet durare: tandem itur ad me, cui vel juſtiores erant detrectandi cauſſae, quam aliis; ſi enim occupationes ſpectes, nemo iis me magis eſt obrutus; ſi vires, id eſt ingenii facultates, doctrinaeque adparatum, ad priorem editorem compoſita conſideres, nemo illorum quos ad ſubeundas has vices ſollicitatos ſcio, me erat infirmior; quare & ego tergiverſabar initio, utramque iſtam excuſationis cauſſam ſerio praetexens, nec praeterea lubenti

animo ad opus edendum acceſſurus, ad quod nihil fere praeparati haberem, quodque meo conſilio in lucem emittere numquam deſtinaſſem. Sed mea me vicit aliis obſequendi nimia facilitas, & gloriae contemtio minus de ſucceſſu ſollicita, ſatisque jam a bibliopolis comparatum adeſſe ſubſidiorum videbam, ex quibus in ordinem redactis haud levis fieret novarum commentationum & emendationum acceſſio, quae hanc editionem prioribus omnibus redderet meliorem, etſi ego verbum de meo addidiſſem nullum. Cumque novae verſionis adornandae curam in ſe recepiſſet Clar. IOAN. MATTH. GESNERUS, cujus diligentia & ſumma in omni literarum genere eruditio notior eſt quam ut me praecone indigeat, isque ſuas etiam adnotationes additurus eſſet, dimidia me laboris parte ſublevatum ſentiebam; & cum ſpectatae diligentiae doctrinaeque Vir, MOSES DU SOUL (ſive SOLANUS, ut ipſe ſe ſcribere amat) ſatis diu in emaculando Luciano occupatus notas ſuas ad eum plane deſcriptas ac praelo paratas reliquiſſet, vel hoc nomine egregie commendabilem futuram cernebam editionem, ſi ſolis horum duorum, GESNERI ac SOLANI acceſſionibus ditatam emitterem.

His conſideratis, cetera coepi perveſtigare adminicula, quae mihi a *Jacobo Wetſtenio*, ejusque ſocio ac fratre per adfinitatem juncto, *Gulielmo Smith* tradebantur, medio fere anno 1737, comperique ſatis ſupereſſe moleſtiae in iis in ordinem redigendis ac deſcribendis, nec fieri poſſe, ut ſine ulla addita animadverſione aut commentatione iis uterer. Non tamen me deterruit labor ille, quo me eo celerius defungi poſſe confidebam, quod in legendis Luciani ſcriptis non plane hoſpes eram, ut ex crebris ejusdem locis, quos in notis a me adductos & inter ſe comparatos videbis, patebit. Satius igitur duxi editionem ea quam tempus permittebat diligentia promovere, quam nimia ſollicitudine ſingula perveſtigandi diutius premere.

Et quamvis Lector non ſoleat rogare, *quam cito*, ſed *quam bene?* neceſſarium tamen hic eſt commemorare quam parum temporis ad haec deproperanda mihi fuerit conceſſum; adeo ut interdum ne ſpatium quidem ſupereſſet ad excutienda excerpta mea literaria, ex quibus aliorum auctorum teſtimonia ad confirmandas nonnullas emendationes facientia producere potuiſſem; dato enim ſex tantum hebdomadarum ad aliquot plagulas praelo praeparandas ſpatio, operam deinde bibliopolis addixi ea lege, ut haud interrupto ſcribendi labore tantum quotidie penſi abſolverem, quantum haud impiger typotheta continuata opera typis deſcribere valeret, id quod fideliter, quantum in me fuit, praeſtiti, atque ita quinque annorum ſpatio opus ad finem perduxi. Omnia enim ad Luciani corpus pertinentia typis jam deſcripta fuere menſe Octobri 1742. ſed Indices complures, quibus priores Edd. carebant, adjiciendi, novam injecere properanti moram, atque effecere ut non prius publicari potuerint.

Jam quibus copiis inſtructus & quomodo iis uſus fuerim, B. L. accipe. Editiones Luciani adhibui principes haſce. *Florentinam* primam omnium, anni 1496. Graecam, in forma majore. Haec etſi ab typographicis vitiis non eſt immunis, in veſtigiis tamen priſcae lectionis ſervandis tantum alias praecel-

cellit, ut Codicis Manuſcripti vicem praeſtare queat. Hanc licet *Solanus* totam contulerit, ego tamen aeque ac reliquas ſaepiſſime inſpexi, ac de novo conſului.

Sequebatur *Aldina* prima, & ea Graeca, plura habens vitia typogr. in forma majore, Venetiis excuſa, an. 1503. quam utendam liberaliſſime conceſſit Clar. WESSELINGIUS in edendo *Diod. Siculo* ſtrenue occupatus; ejus margini adſcriptae erant manu antiqua varietates potiſſimum Ed. Florentinae, ſed & aliae, quas ex Codd. excerptas eſſe nullus dubito, tum quia varietatibus aliorum codicum interdum conveniunt, tum quia depravatas etiam lectiones exhibet, nusquam alibi a me detectas, quod non factum fuiſſe credo, ſi conjecturae tantum illae forent lectionis emendandae.

Hagenoanam primam anni 1526. ita contuli, ut in corrigendis operarum noſtrarum ſpeciminibus modo hanc, modo alteram, qua Cl. *Geſnerus* in conficienda *verſione uſus* erat, ejusque ſphalmata plurimum correxerat, fratre optimo & collega *J. H. Reitzio* praelegente, ducem ſequerer, exceptis iis locis, quae vel ex Codd. vel manifeſta ex neceſſitate mutare inſtitui, de quibus mox pluribus agam.

Dein plurimum omnium uſus ſum *Juntina* Graeca, Venetiis anno 1535. excuſa, 2. tomis in forma quam octavam vocamus, quaeque Florentinae parum inferior, licet interdum interpolata, ut videre eſt in nott. T. I. p. 356. In hujus margine *Solanus* omnes a ſe collectas varietates tam Codicum Mſſ. quam decem & nonnumquam plurium editionum, diligenter & nitide conſignaverat; ſed charactere adeo minuto, ut aciem oculorum diutius inhaerentis lectoris obtunderent. Quibus autem Codicibus ille uſus fuerit, & quo ſcribendi compendio iidem aeque ac editiones in notis & variantibus Lectionibus adlegatae deſignentur, ad finem hujus praefationis indicabimus.

Porro ad manus habui *Baſilienſem* utramque, ſimiliter mere Graecam, duobus quamque tomis in forma octava conſtantem, quarum prior anno 1545, altera 1555. prodiit. De poſteriore illa verum quidem eſt quod *Solanus* prodit, eam ita coeco ductu veſtigia primae ſecutam, ut vitia etiam typographica prioris expreſſerit. Non tamen id adeo ſemper verum, quin aliquot locis meliorem etiam lectionem altera *Baſil.* prae priore exhibeat. Ex. c. In *Bis Acc.* c. 1. ἐκκεκώφωται recte dedit altera illa, quum prior male cum aliis ἐκκεκώφηλαι. In *Philopſ.* c. 36. f. p. 378. Edit. noſtrae ἐπαντλῶν bene *Baſ.* 2. ubi ἐπαντπλῶν male *Baſ.* 1. In *Dem. Enc.* c. 44. λαμβάνσιν recte altera, λαμβάνσι prave prior. Item in *Soloec.* init. *Baſ.* 2. bene ἐπιφάμενον, quum prior male ἐπιφάμενος. Alibi vero etiam a priore receſſit, ut in *Icarom.* c. 28. ubi in verſ. Hom. εἶχε prior habuerat, altera ἔχει dedit, utraque male. Generaliter autem adfirmari poteſt, ſecundam iſtam prioris vitia auxiſſe; veluti quum in *Bis Acc.* c. 12. ἀχθόντι recte *B*1. haberet, altera ἀχθόν τι prave expreſſit, ne pluribus Lectori moleſtus ſim. Quare miratus ego, cur *Solanus* tamen alteram longe ſaepius adleget quam priorem, potius habui plurimis in locis conſulere primam; non enim id agimus, ut vitioſas potiſſimum lectiones conqui-

quirendo, earum notandarum copia editionem exornari credamus, ſed ut ex optimae notae libris & Edd. probas lectiones eruamus (quamquam vitioſas etiam non omittendas duximus)

Baſil. quartam anni 1619. nanciſci non contigit. Tertiam vero *ibid.* anno 1563. ap. Henricum Petri editam Graeco-Latinam, cum nott. Cognati & Sambuci ſerius nactus ſum, quam ut ea adjuvari potuerim; nec multum opus erat. Cognati enim ex Pariſina inſeruimus, & in Sambuci puerilibus notis perpauca tantum lectu digna invenias.

Praeterea adhibuimus *Francofurtanam* anni 1546. mere quoque Graecam, duobus in forma minore tomis, comprehenſam, nec vitiis typographicis deſtitutam, nec multum ſingularium lectionum exhibentem, non tamen ad inſtitutum noſtrum plane inutilem, ut ex indicatis varr. lectt. adparet.

Tum non negleximus *Salmurienſem* Benedicti Graeco Latinam omnibus notam, duobus in octavo tomis eodem anno 1619. quo Baſilienſis quarta, excuſam. De hac Salmurienſi Benedictus in praefatione adfirmat, „ ſe Grae„ cum contextum vel ex collatione variorum & antiquorum codicum, vel ex „ proprio judicio emendaſſe". Et quamvis mallem indicaſſet ubi Codd. ducibus, ubi ſolo judicio uſus fuerit, verum tamen eſſe deprehendi, nonnulla probe ab ipſo emendata, quae & mihi fuere imitanda, ut ſuis locis in notis indicabitur. A Vitiis certe typotheticis ita ſuam purgavit editionem Benedictus, ut plurima antiquiorum errata ſuſtulerit; licet ad veram lectionem ex Mſſ. reſtituendam minus operae mihi videatur impendiſſe.

Pariſinam denique Bourdelotii Graeco-Latinam, anni 1615. forma, quam in Folio dicimus, & in qua Solanus nonnulla emendarat, ſuasque paragraphorum ſive capitum diviſiones addiderat, ita adhibuimus, ut, exemplo Cl. Hemſterhuſii, ad ejus contextum, emendatis, quantum potuimus, emendandis, typothetas noſtram editionem deſcribere curaverimus. Notas vero Marcilii, Cognati & Bourdelotii textui ibid. non ſubjectas, ſed calci adnexas, exſcribere inde coactus fui.

Noviſſimam tandem Amſtelodamenſem omnium vitioſiſſimam Cl. *Graevii* editionem eo potius conſilio adhibui, ut ejus & Cl. *Gronovii* notas inde excerperem, quam ut ex Graeco ejus contextu aliquid utilitatis ſperarem, qui ita negligenter eſt habitus, ut non modo ex Codd. qui ibid. indicantur, nihil in eo ſit reſtitutum, ſed mendis typographicis Latina Graecaque ſcateant, maxime in notis & Scholiaſte. Id tamen boni habuit, quod Cl. Hemſterh. in ejus marg. quaedam adpinxerat quae de conſulendo *Dukero* ad Thucyd. *Daviſ.* ad Cic. & *L. Bos* in Obſ. Crit. monerent, unde & ea notis noſtris inſerui, monitoris nomine addito, niſi ubi forte idem per me jam notaſſem.

Nunc de ceteris adminiculis, & quid laboris exhauriendum habuerim, quidve eo praeſtiterim, mihi docendus es. Ex *Brodaei miſcell.* quas in Lampadem criticam retulit Gruterus, plurima quoque inſerui, etſi levia ſaepe ſunt, & ita vitioſe in illa crebris ubique naevis obfuſcata face expreſſa, ut ad auctoris mentem potius quam ad id quod literis expreſſum legitur, ſaepe reſpi-

ſpiciendum fuerit : dandum tamen hoc omnium quos novi primo Luciani commentatori fuit , ut ejus adnotata plerumque perbrevia , & contextum interdum bene emendantia repeterentur ; quare ea tantum omiſi , quae nimis puerilia videbantur, ut quando ad verbum πέπονθα monet, id eſſe a πάσχω, vel ἀγαπαρὶς , a ἀγαπείρω, & ſimilis farinae ; interdum & ea, quae aliud agens in Luciano emendat; ſed quae nimis diſperſa conquirere non potui.

Tum etiam communicatae mecum fuere notae manu ſcriptae *Fr. Gujeti*, ex quibus *Aeg. Menagium* ſua omnia hauſiſſe mihi perſuadeo, ita ad verbum eadem ubique habet quae *Gujetus* , quo defuncto forſan nactus eſt exemplar Luciani in cujus marginem *Guj.* breves ſuas commentationes & conjecturas conjecerat, quas deinde deſcribens auxit. . Sunt enim *Gujeti* illae notulae aliquanto plures quam quas *Menagius* dedit ; & veterem fuiſſe popularium hujus querelam, quod ex aliis ſua deſumere amaret, vid. in *Miſcell. novis Lipſ.* quae in forma minore prodiere anno 1742. vol. 1. pag. 122. Item *Lamberti Bos*, *Horat. Vitringae*, & paucae *Maturini Veyſſierii La Croze*, quae omnes rurſus a me deſcribendae non modo erant , aeque ac *Solani* illae ſupra jam commemoratae , ſed & quaerendum quo pertinerent ; cum quisque fere alia Luciani editione uſus aliam paginam adlegaret, & *Solan.* notas etiam ſuas ad *Juntinae* paginas adcommodaſſet. *La Crozii* autem commentationes ſerius nactus, a Tom. 2. demum inſerere coepi , ceteras Addendis adjecturus, niſi easdem obſervatt. ab aliis jam occupatas deprehendero. Notas *J. H. Maji* ad Macrobios, & *Er. Schmidii* ad Tragopodagram unde hauſerim , ad initium eorum Dialogorum indicavi. In hoc vero negotio plurimum temporis abſumendum fuit , ut in omnium notis prolata Luciani teſtimonia , tam diverſis paginis indicata jam ad paragraphorum ſive capitum noſtrorum numeros aptarem, id quod aliquot millies contigiſſe facile credes , ubi Cl. *Jenſii* notam, quae eſt T. 2. p. 481. ſive ad *Imag.* c. 22. conſideraveris , in qua ſola Lucianus advocatur plus centies & quadragies; *Solanus* quidem Lucianum adlegans ſaepius capitum numeros a ſe inſtitutos quam paginarum expreſſit ; ſed quum Cl. *Hemſt.* ad medium usque Tomi I. capita aliter diſpeſcuit, in notis tamen *Solani* numeros eorum non mutavit, accidet interdum, ut id jam aliquot paragraphis ulterius quaerendum ſit , quod *Solanus* in anterioribus inveniri ſcripſit. E. c. quando ex T. I. adfert *Nigrin.* c. 10. id jam ex diviſione Hemſterhuſiana eſt c. vel §. 17. Totum enim *Nigrinum Solanus* diſtribuerat in capita 23. *Hemſt.* in 38. Nos vero dialogos omnes ſequentes a Dial. *de Sacrif.* ad fin. tomi ult. ex mente *Solani* diſpeſcuimus , ne opus eſſet ſingulas adlegationes mutare , quod in iis facere coacti ſumus quae partem illam priorem ſpectabant , exceptis forſan aliquot locis per feſtinationem mutare neglectis , quae Lector tamen hac ratione indicata facilius inveniet.

In hiſce tamen interdum ſublevatus ſum juvenum praeſtantiſſimorum opera , primum *Theodori Woertmanni* , qui olim gymnaſii noſtri coryphaeus, jam in cauſſarum patronis eximium tenet locum , procedente tempore principem etiam obtenturus. Hoc vero gravioribus negotiis occupato idem auxi-

 lium

lium mihi partitis vicibus praestitere *Regnerus Henricus Siblink*, & is Juris Doctor ex meritis nuper renuntiatus, nec non *Jacobus Gobius*, eodem honore brevi forsan mactandus. His itaque discipulis olim primariis ac dulcissimis, nunc amicis optimis, hoc nomine quantas possum gratias ago.

Ex Clar. IOAN. IENSII Lectionibus Lucianeis inserui omnia, resectis tantum paucis excursionibus ad Lucianum non plane spectantibus, atque in compendium redactis Luciani verbis ab eo longiore serie productis, quae repeti nihil opus erat, quum textui Lucianeo jam subjectae sint illae observationes, ex quo nexus verborum peti potest. Ut autem egregiam illius de me optime meriti viri in Luciano emaculando operam magni facio, literarumque peritiam in ea juventute qua illas Lectt. conscripsit, admiror, ita ipse non aegre feret, ubi bis terve tamen ab ipso dissensero, sed pari humanitate mihi & alibi per festinationem lapso ignoscet.

Variantium autem Lectionum sat amplum catalogum ab *Solano* in Ed. Juntinam, ut supra monui, collatum, totum describere lectorique exhibere, interdum & alias ab eo omissas addere, non sum veritus, ut adpareret quanta diligentia editionum codicumque collatio sit instituta. Interdum tamen nimis manifesto vitiosa qui meri tantum errores typothetarum esse adparebant, quaeque nec *Sol.* notarat, omittere satius duxi, ut quando *Junt.* in *Jov. Trag.* c. 30. habet ϖρίποδα pro τρίποδα, vel cum in *Abdic.* c. 23. f. eadem ridicule exhibet ἰατρῖς pro ἰατροῖς. Alibi ονϖ pro μόνϖ, ubi manifestum est μ tantum inter imprimendum excidisse, vel ubi *Hag.* 2. in *Bis Acc.* c. 2. δεσπότης pro δεσπότης, & ib. c. 31. τολμόντων pro τολμώντων, & similibus. Etsi enim non sum in eorum sententia qui nihil utilitatis ex collectione variantium lectionum exspectant, eosque ad praefationem Lucani a summo literatore *P. Burmanno*, & ad praefat. *Montefalconii*, quam bibliothecae Coslejanae praemisit, ablegare, quam hic multa super his disputare malo, satis enim uterque earum necessitatem commendavit; modum tamen aliquem servari posse in iis notandis, probe intelligo; plus enim ex uno antiquo & adcurate scripto codice ad emendationem auctoris denuo edendi profici, quam ex decem aliis vitiosis sive codd. sive edd. nemo negaverit. Quumque *Solanus* plus millies adscripserit † *Fl.* vel † *Edd.* id est nihil mutare Florentinam vel Editiones ceteras, sed cum vulgata lectione convenire, nihil opus credidi id ubique addere, quia ex varietatum silentio satis patebit Edd. consentire. Qui autem etiam sine codicum ope se omnia sanare posse contendunt, sua fruantur felicitate. Mihi certe mira videntur dicta Cl. *Heumanni*, qui in Poecile *nimis servilem operam* vocat, *ex Codicibus corrigere*; quod iis nihil opus sit, ubi rem ingenio perficere possis. Et ut facile largiar, ingeniosiorem esse illum, qui sua sponte invenit emendationem, quam qui ex libris tantum eandem describit; ita tamen mihi largietur vicissim, ingenii quidem acumine posse excogitari quid auctor dicere potuerit, non semper quid re vera dixerit; qui tamen veterum scripta recudendi primarius est finis. quin & in Codd. tales saepe numero e-

men-

mendationes invenias, de quibus vel acutissimus Criticus ne quidem cogitasset umquam.

Ceterum omnino cum eodem & Cl. *Gronovio* sentio, inutiles fere esse tot repetitas auctorum edd. & Codd. collationes, si semper emendanda & sananda haec vel illa verba clames, corruptas interim lectiones ubique serves, nihilque in contextu usquam mutare audeas. Quare & ego mediam quandam viam inter audaciam ac timiditatem nimiam sectari studui, in contextum saepe recipiens quae vel in Codd. inveni vulgatae multo praestantiora, vel quae necessitas etiam sine librorum auctoritate mutare jussit, id quod Cl. noster *Wesseling.* etiam in D. Siculo facere instituit, E. gr. L. XI. c. 46. vs. 8. ἔργῳ πεῖραν εἰληφὼς in textum recipiens sine auctoritate, pro vulgato ἐγὼ &c. idque & alibi recte faciens. Sed ut de nostris emendationibus Lector eo melius judicet, nonnulla hic adponam ex iis quae audaciora videbuntur, at parva literarum imo unius literae, syllabae, accentusque mutatione verum sensum auctori reddunt.

Ita T. I. *pro Lapsu* c. 8. Καρδιανὸς praeeunte *Sol.* dedi, contra Codd. & Edd. quae Σαρδιανός. De *Merced. Cond.* c. 30. med. consentientibus commentatoribus hoc dedi, ut θέλω pro θέλῃ reciperem, quia res ipsa clamabat, verbum primae personae requiri.

Εἴκοσι ἔτη simili confidentia cum eodem edidi in *Hermot.* c. 59. f. pro absurdo vulgato εἰκὸς ἔτι.

Ἄφευκλον in ἄφυκλον mutavi paullo post, sine Codd. & Edd. auctoritate, sed exemplis Luciani.

Αὐτῆ bis dedi pro αὐτῆ, in T. 2. *Quom. Hist.* c. 62. ac saepissime alibi, quoties opus erat, nihil in his fidem librorum exspectans. Ὀνομάζων excudi curavi pro ὀνομάσων, ex emendatione necessaria *Jensii*, in *Quom. Hist.* c. 41.

Ἐπιπολῶν jussu *Gesneri* ib. c. 57. pro ἔτι πόλεων.

Ἁπάντων ὧν ἐγὼ εἶδον dedi sine auctoritate librorum, pro vulgata Edd. lectione, ἅπαξ ὧν ἐγὼ εἶδον. T. II. 1. *Ver. Hist.* c. 40. etsi versionem ad vulgatam compositam intactam reliqui.

Αὐτὸς μὲ ἀγνοεῖν edidi in 2. *Ver. Hist.* c. 20. ex uno *Pell.* invitis ceteris, quia sensus id postulabat.

Ζῶν ἔτι non extimui edere sine auctoritate, pro absurdo ζῶντι, praeeunte *Sol.* in *Tyran.* c. 1.

Αἰτιᾷ item pro αἴτια, *Abdicat.* c. 21. ejusdem Tomi II.

Γὰρ omissum inserui jubente *Solano*, sine alia auctoritate, ib. *Salt.* c. 75. f.

Ἡ τῆ τῆ Βρισέως excudi jussi in *Imag.* c. 8. f. pro vulgato ἢ τῇ - - ut Latina versio congrueret, quam Cl. *Gesn.* sic optime dederat.

Καλλίῳ δὲ ᾧ ἐρασμιωτέραν ψυχὴν σκέπτεσα necessario reposui *ibid.* c. 22. pro καλλίων ᾧ ἐρασμιωτέρα ψυχὴν σκέπτεσα.

Αὖθις inserui ex uno Cod. O. *Jov. Conf.* c. 3. ubi Lector judicet, anne sic longe melius procedat oratio?

Πεπαρώθηται admisi sine auctoritate, pro πεπαρώνηται, *ib.* c. 14.

Ἐπὶ τῷ συμφέροντι ex uno L. recepi, quia res ipsa clamat, quum Edd. male ὅτι τὸ συμφέροντι. *ibid.* c. 19.

Conjunctionem τε ejeci in ἄλλως τ' ἠδὲ φιλόπονος ὤν, & in sensum oppositum versionem necessario mutavi ib. *Gall.* c. 29. med.

Δεδιότας pro δεδιότες expressi sine alia auctoritate, quam quia προϊόντας & ὑποκλείοντας proxime connectitur, in *Parasit.* c. 55.

Distinctionem mutavi in *Bis Accus.* c. 16. quae erat: καλαδύμενος, ἔωθεν εἰς ἑσπέραν μεθύων ἀεὶ, ἢ κραιπαλῶν, comma prius tollens & ante μεθύων collocans, quia μεθύων jam habebat suum adverbium temporis. Sed & alias distinctionem non raro immutavi, praecipue editionis *Juntinae* innumera illa commata, quorum magnam partem *Sol.* jam deleverat, saepe rejiciens, interdum etiam trajiciens, quando necessitas id flagitabat, quod nemo culpabit, qui norit in hisce plenam fere editorum esse libertatem.

Μελλήσας exarari curavi, pro μελήσας praeeunte *Gesnero*, distinctioneque mutata etiam δὲ pro ᾗ dedi Tom. III. in *Rhet. Praec.* c. 18. p. 20. init.

Συνηλίσθησαν dedi pro συνηυλ-- cod. T. III. *Philopf.* c. 12.

Ἐπικλυσθῆναι revocasse pro vulgato ἐπικλεισθῆναι religioni non duxi, consensui doctorum virorum magis quam libris obsecutus cod. *Philops.* c. 36. f.

Βορρᾶν *ventum boream* feci ex βορὰν *escam*, quod licet in omnibus legeretur, audacter mutavi in *Hipp.* c. 7.

Ὑπὸ τ̃ δρομέων γίγνεσθαι exhibui sine ulla auctor. pro vulgato ὑπὸ τ̃ — idque tamen necessario, quia ὅτι jam praecesserat, vid. *Calumn.* c. 12.

Δράματος ἀφασκευὴ restitui pro πράγματος ἀφασκευὴ, in *Mort. Per.* c. 3.

Τοῦτο quod vulgabatur, diremi in τοῦ τὸ sine Codd. sed belle monente Fabro, *ibid.* c. 20.

Συνεξελέξαντο scribere non dubitavi, quum omnes male haberent συνεξελλέξαντο, in *Epist. Sat.* c. 28. med. *Ibid.* συγκεκαθυμῶσθαι jubente *Solano* reposui pro vulgato συγκεκομμῶσθαι.

Ἐπ' ἴσης ἀξίας jussu *Gesneri*, sine auctoritate librorum, pro vulgato ὅπως ἀξίως in *Demosth. Enc.* c. 10.

Καλὸν γὰρ κρησφύγετον θάνατος rescripsi contra libros, qui θάνατον absurde; nam ὅτι intelligitur, *ibid.* c. 46.

Εὐχήμως etiam restitui pro εὐχημόνως, ut metro Euripideo consulerem *ibid.* c. 47.

Notabilem recepi correctionem, ἠδὲν χεῖρον reponens ex Cod. L. in *Cyn.* c. 4. pro ἠδὲ εἰ χεῖρον ἔχουσιν, quod ridicule etiam olim vertebatur in Parisinae p. 1103. *At non possent, seu sese melius seu deterius haberent, officium suum praestare?*

Ἔκλαυσε δακρυῤῥοῶν reposui, pro ἔκλυσε δακρ. in *Philopatr.* c. 6. suasu *Solani*, etsi invitis libris. *Ibid.* c. 9. τε inserto versui consultum, & c. 10. λόχμια receptum pro δόχμια.

Tandem in *Tragopod.* versu 41. ἄτλω cum *Gesnero* scripsi sine alia auctoritate, pro αὐτήν. quia metrum Anacreonticum ac sensus ita postulant.

Ubi

Ubi vero major erat mutatio facienda, non usus sum pari audacia, ut quando in *Hermot.* c. 77. elegantissima conjectura *Solanus* ἔξω τῦ ὀδῦ ἐστι rescripserat, pro vulgato ἔξω τ ὁδὸς ἐσμεν, idque deleta vulgata lectione jam contextui inseruerat, ego id tamen non admisi, ne modestiae fines egrederer. Quare etiam abstinui manum, ubi vulgata tolerabilem praestabat sensum, etsi melior poterat excogitari, aut a viris doctis probabilior erat proposita.

Haec igitur speciminis loco sufficiant; cetera enim ex Codd. vel antiquioribus Edd. emendata satis, spero, se probabunt, suntque ea haud pauca, ita ut adfirmare non dubitem, mille fere locis jam aliter legi, quam ante.

Versionem Cl. *Gesneri* rarissime mutavi, nisi in levioribus ac manifestis, quae vel ipsum sic reddi velle facile credebam, non quod supra illum sapere mihi persuadebam, sed quod is eadem non habens subsidia, aut ad vulgatam lect. tantum adcommodavit interpretationem, aut eam mancam vertendo adjuvit: alias intactam servavi, etiam ubi a Graeco contextu, qualis is nunc est, differret, ubi videlicet ratio ex variantibus lectt. vel notis adparet, uti T. III. in *Rhet. Praec.* c. 2. p. 3. f. *anhelantes* ab ἕκτνυς relictum est in versione, licet ἐκείνυς jam legamus, quia in notis id defendit.

Accentuum curam quantam potui, habui, ut ad Grammaticorum placita revocarentur, ubi in Edd. ab iis erat recessum; quod non raro contingit. Ita & encliticorum tonum ad Grammaticos canones restituere laboravi, quorum ii mihi videntur rectius sentire, qui duos accentus acutos in syllabis contiguis non admittunt, nolentes scribi λόγός τις, sed λόγ᾽ τις, nec ἄλλῳ τινι, sed ἄλλῳ τινὶ, nec patientes praepositionis accentum sequente enclitica mutari, sed jubentes σὺν σοῦ scribere, non σὺν σου. Verum postea animadvertens Edd. antiquissimas, interdum & Codd. persaepe tamen ita duos acutos jungere, encliticarum autem accentum semper in praepositionem trajicere, quoties opus est, idque Cl. *Hemsterhusium* etiam secutum, qui c. c. in *Necyom.* §. 4. edidit ὥς᾽ μοι, ibid. §. 6. σὺν τιν᾽. Rursus §. 10. ἄλλό τι & ἔκ τιν᾽, ac saepissime alibi; ideo deinde etiam in praepositionibus a simili scriptura non adeo sollicite abstinui, quamvis prius institutum servarim, ne umquam ἄλλό τι scriberem, nisi forte per incuriam ita remanserit. Sed quid his minutiis lectorem detineo?

Placet super hisce sententia *Joan. Wallis*, qui in praef. ad Claud. Ptolem. Harmon. bene monet, alia minutiora esse quam ut semper notentur. „ Idem„que dicendum de vocum encliticarum accentu vel retento, vel inclinato, „ vel penitus amisso; puta δὲ ἐστι, vel δὲ ἐστι, vel δ᾽ ἐστι, & quae sunt hujus„ modi: qua in re tum plurimum variant Codd. tum magnam sibi solent scri„ ptores (scribas dicere ego malim) licentiam indulgere, seu pingendi, seu „ non pingendi; & sic, aut secus. Ego itaque in tantillo negotio (praeser„ tim nisi emphaseos ratio hoc aut illud suadeat) codices ubi consentiunt, se„ quor; ubi differunt, arbitrio utor meo; neque admodum sollicite, ne ni„ mis curiosus videar in re nihili: permisso interim aliis judicio suo, si quan„ do secus factum malint.

Cum itaque & ego viderem Scholiaſten Luciani accentum in ϑῇ & φησὶ fere perpetuo retinere, hunc ei morem plerumque relinquere ſatius habui.

„ Idem intellige, pergit *Wallis* de vocibus, quae nunc conjunctim, nunc „ ſeparatim ſcribi ſolent, & quidem pro cujusque arbitrio: ut ὥς τε ὥϛε, οὐκ „ ἔτι οὐκέτι, οὐδ' ὅλως οὐδόλως, μὴ δὲ μηδὲ, μόνον οὐ μονονοὺ, τοὶ γὰρ ἦν τοιγαροῦν, ἐφ' ὅσον „ ἐφόσον, ἐξ ἀρχῆς ἐξαρχῆς, ἐφ' ἑξῆς ἐφεξῆς, ὅν τινα ἂν ὁντινοῦν, τοῦτ' ἔϛι τουτέϛι, „ δι' ὃ διὸ, γ' ἂν γοῦν, & multis aliis.

Addo ὄμενον, quod *Fl.* in Luciano ὀμενοῦν, & ſimilia, quae in variantibus ſemper notaſſe inane fuiſſet. Inter μὴ δὲ autem & μηδὲ volui initio obſervare differentiam; ſed comperi deinde id eſſe ἀδύνατον, cum aliae Edd. id perpetuo connectant, aliae perpetuo disjungant, aliae promiſcue utantur; quare Pariſinae ſcripturam in eo plerumque retineri ſum paſſus, quae fere ſemper μηδὲ, ubi *J.* & *H.* μὴ δὲ, licet & *Fl.* id perſaepe ſejungat. Addere poſſem ἐπιμήκιϛον, quod jungunt Edd. ſed *Fl.* ſeparat, vid. quae *Hemſterh.* ad *D. Mort.* VI. 5. notat. Item ἀμᾶτῆτο quod *J.* amat, ac ταυτὸν & ἐπιπλέον. Sed quo major in his diligentia, eo minus forſan utilitatis. Sic τ' ἄλλα *Junt.* fere ſemper, *Fl.* vero & pleraeque τ' ἄλλα. Eadem κωλύει τὲ, & κύειν τὲ, cum tamen in οἷός τε, in ἡδονήν τε accentum particulae adimat. Ita & *Rhodomanni* editio D. Siculi τὲ ubique accentu inſignit. Nos vero τε etiam in κωλύει τε & ſimilibus accentu privavimus ex accuratiorum Grammaticorum praeceptis.

Commentatoribus autem ſuam ſervavi orthographiam, interdum & vitia, maxime *Bourdelotio*, quod & *Hemſterh.* feciſſe video, ut ejus incuria adpareret. Quare ne putes me omnia illorum probare, quae non refutavi, quaeve poſt deſcripta demum typis folia detexi, E. gr. quando T. 2. in *Demon.* c. 30. *Solanus* in contextu οὐδὲ μέγα nihil immutans, in notis tamen ſcribit οὐδὲν μέγα, ut alia mittam.

Scholiaſten vero totum manu deſcribere ſumus coacti, quia plurima erant emendanda, quae Cl. *Clericus* non correxerat, plurima longe alio ordine collocanda, & integra ſcholia perſaepe ad alios dialogos referenda, ad quod tamen Doct. *Solani* diligentia viam jam munierat, ſingula numeris diſtinguendo, & varias lect. ex Codd. Anglicis adjiciendo, atque utrumque *Voſſianum* codicem conferendo, quem & ipſe oculis ſubjicere volui; ſed bis fruſtra aditu ad Mſſ. bibliothecae Leidanae expetito, non tanti duxi, ut tertium iter eodem ſuſciperem. Cetera typothetica vitia, quibus immanem in modum ſcatebant illa ab *Clerico* edita Scholia, quantum licuit, ſuſtuli, interdum & pauca quaedam corrupta ex conjectura emendavi; ſed reſtant & alia nondum ſana, quae feſtinatio non ſivit attingere, neque tanti eſt iſte Scholiaſtes, ut cura adeo exquiſita dignus ſit. Mirere tamen qui *Clericus* in epiſtola ad *Graevium*, quam huic praefationi ſubjungam, de ſua cura majora praedicet quam praeſtitit.

Sed nec noſtra Scholiorum nec Luciani editio ab mendis eſt libera; etſi enim ab Viro perito ſedulo eſt correcta, ante quam ad me ſpecimina transmitterentur, tamen arte nulla caveri poteſt, quin aliqua reſideant, vel quae noſtram

ſtram legentium aciem effugere, vel quae operae negligunt, quantumvis corrigas, id quod eo facilius contingit, quando praelum alia in urbe exercetur, quo factum eſt, ut ſemel tantum perluſtrare mihi quamque plagulam licuerit; hoc tamen adfirmare audeo, vel minus typographicarum mendarum jam in contextu Luciani inventum iri, quam in Edd. aliarum ulla. Quare Lector non tam reſpiciet quot forſan remanſerint, quam quot ſublata ſint, pro tribus enim rurſus admiſſis, contra vel triginta eſſe emendata deprehendet.

In commentationibus autem meis interdum a me erratum, aut, ſi mavis, peccatum eſſe mea culpa, ſed per properationem, jam deprehendi; quare in Addendis potiſſima corrigam, ſi modo & ad ea ſubjungenda tempus concedatur, quod ſi non ſuperfuerit, Lector veniam dabit in aliam occaſionem & ea rejicienti quae ſubinde in notis promiſi adcuratius in Addendis excutere.

Luciani vitam promiſerat *Solanus*; nec dubitabam quin eam jam confecerit, quum ab anno 1720. quo ſe ſuas ad Lucianum notas typographo tradidiſſe, ſcriptum reliquit, vel ſaltem ab anno 1723. quo additamenta etiam quibus eas auxit, ad finem ſe perduxiſſe teſtatur, ſatis ſpatii ad id praeſtandum habuiſſe videtur; decennio enim & amplius ſupervixit: ſpem deinde quoque fecit peritiſſimus omnis elegantioris literaturae *Hemſterhuſius*, ſe illam vitam conſcripturum; quod cum per alias occupationes facere prohiberetur, & Clar. noſter *Geſnerus* eamdem ſpem feciſſet; hinc ego minus de ea concinnanda ſollicitus excerpere atque colligere ex ipſo Luciano neglexi, quae illuc ſpectant; tamen quae ex eodem aliisque corradere per tempus licebit, Lectori exhibere, quam neceſſariam hanc provinciam plane deſerere malo.

Indices Graecos tres incredibili labore ac patientia, (continent enim ſupra quinquaginta locorum indicatorum millia) confecit frater dulciſſimus *Carolus Conradus Reitzius* Gorinchemiani gymnaſ. rector, quorum duos adjecimus, primum Scholiorum & Variantium quarumdam Lectionum; Notarum alterum. Tertium omnium verborum ac phraſium, tam locupletem, ut adnecti tertio Luciani tomo non potuerit, retinere coactus ſum. Et quia praecipua tamen in notarum indice ſatis quoque amplo, occurrunt, confidimus Lectorem hisce duobus contentum fore, eoque magis, quum priores Edd. nullo Graeco Indice, praeterquam ſolo Dialogorum, ſint donatae. Quum vero copioſiſſimus ille tertius Index jam plane confectus ſit, promiſit bibliopola ſe eum quoque ſtatim praelo ſubjecturum, ut primum ſenſerit eum eruditorum votis expeti. Ego vero, qui nullus dubito, quin deſiderio plurimorum reſpondeat iſtud opus, vel meo periculo illum ſeorſum edi curabo, ubi Wetſtenius noſter hanc aleam ſubire gravabitur, & quidem eadem forma, qua haec volumina, faciamque ut Lexici Lucianei vicem praeſtare queat, indicata via, qua, etſi ad noſtram potiſſimum editionem eſt aptatus ac deſtinatus, non adeo magno negotio etiam ad alias editiones uſui eſſe queat; hunc enim majore cura quam reliquos compoſitum eſſe novi.

In indicandis autem Luciani locis, non ſolum paginarum numerum, ut vulgo fit, Indices hi commonſtrabunt; ſed & Dialogorum paragraphos ſive ca-

capita ſimul addita reperies, ut numquam fruſtra ſis quaeſiturus; nam ſi forte in exprimendo altero numero erratum ſit ab operis, alter tamen tibi locum commonſtrabit.

Ut igitur ego fratri immortales gratias ago habeoque, quod mea gratia moleſtum hunc laborem ſubierit, nihil reveritus ignobilis, ut nonnullis audit, hujus operae exprobrationem, ita & benevolus Lector ſua ſtudia hac ope adjuta gratus adgnoſcet, & utriusque conatibus benigno judicio favebit. Vale. Dabam Trajecti ad Rhen. ipſis Kalend. Martiis, anni CIↃ IↃ CC XLIII.

Etſi mox ſubjungam notata *Solani*, de Scripturae compendiis quibus Editiones & Codices in Variantt. Lectt. deſignantur, tamen & hic monendus es, Literis quadratis Codices Manuſcriptos, currentibus vero, typis vulgatas editiones notari; exempli cauſſa P. ſignificat Poli Cardinalis vel Perizonii collationes ex Cod. ſed *P.* obliquius exaratum, editionem Pariſinam; W. Codicem Wittianum, *W.* edit. Wechelianam; quam deinde potius per *Wech.* indicavi; ſed tam raro occurrit ejus mentio, contra tam frequenter W. Codex, commemoratur, ut confuſio non ſit metuenda. B. Baroccianum Codicem, *B1.* edit. Baſil. primam, & ſic deinceps, ut in catalogo ſequente fuſius exponitur. At ſi penes me ſtetiſſet, potius integris ſyllabis haec expreſſiſſem, *Par. Baſ.* &c. ſcribendo, quam unica tantum litera, quod brevitas iſta negotium faceſſit & corrigenti & lectori; ſed quia ſic coeptum erat, non licuit mihi ab iſto more recedere; cum tamen viderem Solanum in Ed. Hagenoana varietates Florentinae ſola litera *F.* deſignaſſe, idque & Hemſterhuſium ſic expreſſiſſe, usque ad medium Tomi primi: at in Juntina eumdem Solanum, in qua longe plures varietates adleverat, *Fl.* pinxiſſe pro Florentina, & *Fr.* pro Francofurtana, id ſedulo deinde ſic diſtinxi. Cumque idem dubium poſſit oriri ex ſola litera *A.* ſitne Aldina an Amſtelodama intelligenda; licet per *A. Amſtelodamam* denotat Hemſt. & Solanus plerumque *Ald.* ad priorem illam denotandam, ſcripſerit, tamen interdum in eo ab ipſo erratum deprehendi; quare & hoc poſtea diſtinxi integras ſyllabas exprimens, niſi ubi numerus 1. 2. additur, ut *A1. A2.* ſatis patet *Aldinam* intelligendam, quia *Amſt.* non bis eſt excuſa. Ita varietates *Aldinae primae Weſſelinganae* ſemper ſic notantur, marg. *A1W.*

MO-

MOSIS SOLANI
SYLLABUS NOTARUM.

m. 1. mendoſe.
2. (poſt numerum) *mediam paginam* ſignificat.
i. *initio paginae.*
f. *finem, ſub finem.*
— Deeſt (At cum litterae ſubjicitur, nihil in reliqua voce mutatum eſſe, notat.
E. vel EE. Editiones tunc ad manum.
Edd. (*Fl. Ald. Fr. P. J.*) vel *reliquae editiones.*
B1. Baſil. 1. in *erratis* ſeu potius variis lectionibus.
Coll. *Collectanea Galaei.*
W. *Wittianus Codex Mſ. a Jenſio collatus.*
M. *Marcianus Codex Mſ.* (qui olim Wittianus) *a me in his conſultus.*
P. *Poli* (Card.) cujus collatio penes Perizonium.
Ex. *Excerpta* penes Perizonium ex Ed. Flor. *cum Codice Poli collata.* i. e. Edit. Fl.
L. *Longolii excerpta* ex Codd. Mſſ. penes eumdem Perizonium; ſunt autem hi collati cum edit. Ald.
W. *Wecheli editio* quorumdam opuſculorum Luciani.
r. Recte.
V. Mſ. *Codex Vaticanus* in his locis a Cl. Joh. Maſſon collatus. In Scholiis Codex Voſſianus.
O. Mſ. *Oxonienſis* vel Ox.
marg. *A1W.* margo Aldinae primae Weſſelingii, de qua in praef. plura I. F. Reitz.

CATALOGUS
Commentatorum Luciani, ſecundum ordinem aetatis.

Joannes Brodaeus. deſignatur *J. Br.*
Gilbertus Cognatus. . . . *G. C.*
Joannes Bourdelotius. . . . *J. B.*
Theodorus Marcilius. . . *Th. M.*
Lambertus Barlaeus. . . . *L. B.*
Jacobus Palmerius a Grentemeshil. . . . . *J. P. a G.*
Tanaquillus Faber. . . . . *T. F.*
Franciſcus Gujetus. . . . *F. G.*
Aegidius Menagius. . . . *AE. M.*
Adolphus Vorſtius. . . . *A. V.*
Jacobus Tollius. . . . . *J. T.*
Joannes Georgius Graevius. *J. G. G.*
Jacobus Gronovius . . . *J. G.*
Joannes Clericus. . . . *J. Cler.*
Joannes Jenſius. . . . . *J. J.*
Ludovicus Kuſterus. . . . *L. K.*
Lambertus Boſius. . . . . *L. B.*
Horatius Vitringa. . . . . *H. V.*
Jo. de la Faye. . . . *J. de la F.*
Eduardus Leedes. . . . . *E. L.*
Moſes du Soul, (ſive Solanus) *M. du S.*
Maturin. Veyſſi. la Croze. *M. V. la Cr.*
Tiberius Hemſterhuſius. . . *T. H.*
Joannes Matthias Geſnerus. *J. M. G.*
Joannes Fredericus Reitzius. *J. F. R.*

***

M. DU SOUL, *sive* SOLANI *monita.*

EDITIONES LUCIANI, quibus usi sumus.

Anno 1496. Florentina Graeca, quam totam cum hac contuli. designatur in Var. Lect. nota *Fl.* vel *F.*
1503. Aldina 1. Graeca. notatur *Ald.* vel *A1.*
1522. Ald. 2. Gr. designatur *A2.*
1526. Hagenoana 1. Gr. insignitur *H.*
1535. Juntina Gr. scribitur *J.*
—— Hag. 2. Gr. *H2.*
1545. Basileensis 1. Gr. *B1.*
1546. Francofurtana Gr. *Fr.*
1550. Veneta 2. Gr. *V2.*
1555. Bas. 2. Gr. (Bas. 1. ne correctis quidem mendis in indice notatis exprimit.) *B2.*
1563. Basil. tertia, *B3.*
1615. Parisina Graeco Latina. *P.*
1619. Salmurienſis Graeco Lat. *S.*
—— Basil. 4. Gr. Lat.
1687. Amstelod. Gr. Lat. *Amst.* & *A.*

CODICES COLLATI.

O. vel B. Baroccianus vel Oxonienſis Codex Mſ.
I. Codex Mſ. Bar. (N°. LVI.) continet hoſce Luciani libros.

Διαϐ.	fol. 132.
Καλαπλ.	136.
Συμπ.	142.
Ἰκαρ. (deeſt folium unum aut alterum)	147.
Ῥητ. (capite truncatus NB. in Catal. omiſſus)	152.
Προμ. ἐν Λόγ.	154.
Εἰχ.	155.
Ἔρωτες (de induſtria omiſſa hic plurima)	162.
Ζ. τρ. (deeſt folium unum)	164.
Ζ. ἐλ. (non integer)	171.
Δικ. (pars tantum)	173.
Ἀναϐ.	174.

II. —— (N°. 136.) continet tantum dialogos aliquot *Mort.* cum *Jud. Dearum* & uno *Marino.*
III. Bodlejanus N°. E. 2. 16. *Dialogos Mortuorum* non plures *quinque.*

I. IEN-

I. IENSIUS.

I. [Nobiliſſ. Joh. de Witt dedit mihi anno 1698. Codicem quorundam Luciani opuſculorum Manuſcriptum, quem contuli, & reperi eum eſſe ſatis antiquum. 1°. numquam litera ι ſubſcribitur, ſed pone apponitur. Tum vocabula γῆν, ὅταν, ἐπειδὰν &c. ubique diſtinctim erant ſcripta, ut γ' ἢν ὅτ' ἂν ἐπεὶ δ' ἂν &c. Tum ζῷα non ζῶα. πρῴην non πρώην. Littera B. ſcripta eſt υ. nullae usquam diſtinctae erant dialogorum perſonae ipſis perſonarum nominibus; ſed duo tantum puncta (:) exeunte qualibet perſona, erant picta. Denique ſcholia ad marginem, ſed ita minutis & abolitis litteris, ut minima pars eaque vix legi potuerit.]

Opuſcula Mſſ. erant haec

Πρ. λ.	Ἀρμ.	Εὐν.	Ἐρω.	Ἡσιοδ.	De hoc ipſo Codice vide plura a me initio vol. 2. annotata
Μισθ.	Σκυ.	Ἀστρ.	Υ. εἰκ.	Συρ.	
Ἀ. μισθ.	Συγγρ.		Γυμν.		
Πτα.	Ὀρχ.		Ἀποφρ.		
Ἑρμ.	Λεξ.		Διψ.		

Omnia quae ex illo Mſ. Cod. in Jenſiano codice erant annotata, in hunc meum a me ſub nota W, transſumpta ſunt. *M. du Soul.* 1707.

II. [Excerpta codicis Reginaldi Poli Cardinalis tit. If. Nirei & Achillei Archiepiſcopi Cantuarienſis, anno MDLVII.] (ad παρασ. usque; caetera manca.)

III. [Excerpta ex Chriſtophori Longolii Luciano (ap. Ald. MDIII.) cum Mſſ. collato. MDL.]

De Codice MARCIANO.

Codex eſt membranaceus in folio, ut vocant, qui ex libris Cardinalis Seripandi olim fuiſſe teſtem habet ejus manum. Alibi etiam Chalcopyli Conſtantinopolitani fuiſſe, ſcriptum eſt.

Ex Italia advexiſſe credo virum Nob. Joh. de Wit; quo defuncto, emtus eſt a viro nob. D°. van der Mark, qui eum nunc Ultrajecti poſſidet. Codicem hunc Mſ. nunc vir egregius, Lucianique ſtudioſſimus Bridges J. C. Anglus 1722.

Scriptus eſt elegantiſſime, nullis literarum, niſi una aut altera voce, compendiis; ut θ--ς, πν. & αν--ς, pro θεὸς, πνεῦμα, ἄνθρωπος. Littera β. in textu hac fere forma pingitur υ. in ſcholiis vero figura β conſtanter adhibetur; unde patet recentioris eſſe aevi.

Continet autem opuscula Luciani sequentia; hoc ordine.

1. Πτα. ἀκέφαλον est		8. Μισθ.	ξϛ'.	15. Ἐρωτ.	ογ'.
2. ἀ. μισθ.	ξ'.	9. Γυμν.	ξζ'.	16. Ὑ. εἰκ.	οδ'.
3. Αρμ.	ξα'.	10. Συρ.	ξη'.	17. Ἀποφρ.	οε'.
4. Ἡσ.	ξϛ'.	11. Ὀρχ.	ξθ'.	18. Ἑρμ.	οϛ'.
5. Σκυ.	ξγ'.	12. Ἀλεξ.	ο'.	19. Πρ. λ.	οζ'.
6. Συγϛρ.	ξδ'.	13. Εὐν.	οα'.		
[illegible]ψ.	ξε'.	14. Ἀγρ.	οϛ'.		

[illegible] opusculis adscripti sunt quos hic vides numeri. Unde liquet LVIII. [illegible] ab initio periisse; summamque, si a fine integer censeatur, fuisse libellorum LXXVII. qui numerus, rejectis spuriis, cum nostris Codicibus satis constat, in quibus LXXXI. cum nothis inveniuntur.

Quaterna folia erant, nisi quod, lacerato folio uno, primo tria tantum inveniuntur. Quaternario autem cuique inscriptus numerus Graecus, indicat amissos a capite quaterniones XLVI. & XLVII. in folium unum; incipit autem Codex, non ab initio libelli *de Lapsu* &c. sed ab his in eo verbis, τὸ ἄδοξον ἢ προσαγορεύσεως, quae in Junt. editione p. 312. occurrunt. Desinit, serie continua quaternionum, cum LXIII.

Ex 63. quaternionibus.
deme 46. qui periere.
habebis 17. quaterniones superstites.
qui ducti in 16. paginas cujusque quaternionis,
efficiunt. 102.
17.
272. pag.
aufer 4. pag. laceratas,
habebis 268. paginas, quibus codex nunc constat.

Constiterat autem, cum integer esset a capite, mille & 8. paginis; qui numerus ex 63. quaternionibus in 16. paginas ductus conficitur.

Ego ratione inita comperio 268. illas quibus nunc constat Codex, efficere 312. Junt. editionis paginas 1008. quibus integer constabat, efficiebant 1173. qui numerus vera summa (1274.) 101. paginis distat; quibus aut a fine multatum codicem censeas oportet, aut in eo non extitisse spuria quaedam, numero IV. quibus & titulorum numeri distant, ut supra monitum est.

Contuli ego post Cl. Jensium { Συγϛρ. μισθ. γυμν. } integros

in quibus paucula a viro doctissimo omissa observavi, in reliquis, quia festinabam, ea tantum loca consului, quae mihi negotium facessebant.

Scho-

Scholia quamvis sint aliquando evanida; alicubi etiam vitiato codice, nulla ope legi possint; & abscissis multis marginibus, non habeantur omnia, plerumque tamen cum Vossianis conveniunt, aut cum ineditis Galaeanis.

Paucula tamen etiam in eis nova a me quam potui diligentissime, sunt descripta, praeloque cum reliquis parata 1707. *M. du S.*

INDEX ALPHABETICUS VARIORUM LUCIANI TRACTATUUM,

Quem verbis dimidiatis exhibeo, quia sic adlegari solet in notis SOLANI.

(Αἰρ.) vel Ἑρμ. p. 315.
Ἀλεκτρ. Tom. II. 702.
Ἀλεξ. II. 207.
Ἀλκ. I. 176.
Ἀκαχ. v. Γυμν. II. 883.
Ἀναβ. I. 570.
Ἀπαιδ. III. 99.
Ἀποκ. II. 159.
Ἀποφρ. III. 161.
Ἄρμ. I. 850.
Ἀστρολ. II. 360.
Β. ὠρ. I. 540.
Γυμν. 263.
Δημ. III. 490.
Δημων. II. 374.
Διαβ. III. 125.
Θ. ἁλ. I. 204.
Ἐν. δ. I. 291.
Νεκ. δ. I. 328.
Ἑτ. Δ. III. 280. & 469.
Δικ. II. 791.
Δ. Φων. I. 83.
Διον. III. 74.
Διψ. III. 234.
Δραπ. III. 365.
Εἰκ. II. 458.
ὑ. εἰκ. II. 484.
Ἐκκλ. III. 527.
Ἐνυπν. I. 1.
Ἐπισκ. I. 487.
Ἐπιστ. κρον. III. 401.
Ἑρμ. I. 739.
Ἐρωτ. II. 397.
Ἑτ. Δ. (vid. Δ.)
Εὐν. II. 350.
Εὐχ. III. 247.
Ζ. ἑλ. II. 626.
Ζ. Τρ. II. 642.
Ζευξ. I. 838.
Ἡλεκτρ. III. 87.
Ἡρακ. III. 82.
Ἡροδ. I. 831.
Ἡσ. III. 240.
Θ. Δ. I. 204.
Θυσ. I. 525.
Ἰκαρ. II. 751.
Ἱππ. III. 66.
Ἰχ. a. II. 70. b. II. 104.
Καλαπλ. I. 620.
Κρον. III. 385.
Κρονοσ. III. 393.
Κυν. III. 539.
Λεξ. II. 317.
Μακρ. III. 208.
Μισθ. I. 651.
ἀ. Μισθ. I. 704.
Μυια. III. 91.
Νεκ. I. 455.
Νερ. III. 636.
Νιγρ. I. 37.
Οἰκ. III. 190.
Ὄν. II. 567.
Ὀρχ. II. 265.
Παρασ. II. 836.
Πατρ. III. 229.
Πεντ. II. 922.
Περ. III. 325.
Πρ. λ. I. 23.
Προμ. I. 185.
Πται. I. 724.
Ῥητ. III. 1.
Σκυ. I. 859.
Σολ. III. 552.
Συγχρ. II. 1.
Συμπ. III. 418.
Συρ. III. 451.
Τιμ. I. 98.
Τοξ. II. 507.
Τραγ. III. 643.
Τυρ. II. 141.
Φαλ. a. II. 187. b. II. 201.
Φιλοπ. III. 584.
Φιλοψ. III. 29.
Χαριδ. III. 618.
Ψευδ. III. 552.
Ὠκυπ. III. 664.

ALPHAB.

Ἑταιρ. Διαλ.
A. 299.
Γλ. III. 280.
Δ. ib. 301.
— 319.
I. 310.
K. 289.
— 292.
— 322.
Λ. 315.
M. 281.
— 284.
— 286.
— 295.
T. 308.
X. 303.

Codices Vaticani Mſſ. quos inſpexit Vir Cl. JOH. MASSON.

V. 1. perg. fol. n°. 90. videtur XI. ſeculi. Incipit a Φαλ. α. fol. 5. (quatuor primis foliis chartaceis manu recentiſſima) ordo opuſculorum in eo Codice hic eſt.

Φαλ. α. β.
γ. Ἱππ.
δ. Διον.
ε. Ἡρ.
ϛ. Ἡλ.
ζ. μυια.
η. Νιγρ.
ϑ. Δημων.
ι. οἰκ.
V. 2. ϖατρ.
ια. Μακροβ.
ἰϛ. α. β. paucis Schol.
Ἀϱαβ.
δ. φων.
Συμπ.
ψευδος.
καλαπλ.
Ζ. ἐλ.
Ζ. τρ.
Ἀλεκϛρ.
Προμ.
Ἰκαρ.
Τιμ.
ἐπισκ.
β. ϖρ.
ἀναβ.
δ. κατ.
Θυς.
ἀπαιδ.
ἐνυπν.
ϖϑησ.

φιλοψ.
V. 2. νεκ. δ. 7.
εν. δ. 19.
ετ. δ. 7.
γυμν. &c.
Deinde in quibusdam aliis ab hoc diſcrepat.
ϑ. κρ.
μιαϑ.
γυμν.
νεκ.
ὀν.
Ἀλεξ.
εἰκ.
Συρ.
Ὀρχ.
λεξ.
εὐν.
ἀϛρ.
ἐρ.
ἀποφρ.
ϑ. ἐκκ.
τυρ.
ἀποκ.
Περ.
Τοξ.
Δημ.
συγϛρ.
διψ.
Κρον.

Ηροδ.
Ζευξ.
ϖτ.
ἀ. μιαϑ.
Αρμ.
Ηϛ.
Σκοθ.
Τραγ.
Ερμ.
ϖρ. λ.
ἀλκ.
εὐχ.
ὠκ.
* ϖρος Αριϛείδην.
Κυν.
νεκρ. δ.
ἐν. δ.
ϑ. δ.
Deſunt igitur:
ἑτ. δ.
δραπ.
υ. εἰκ.
Νερ.
ϖαλρ.
ϖενθ.
ῥητ.
Φιλοπ.
& χαριδ.

Novus autem unus libellus hic comparet, qui ϖρος Αριϛειδην ſtellula notatus in laterculo conſpicuus eſt.

In Codice f. 34. leguntur haec verba Εγω Ἀλεξανδ. ὀπτιονομος Νικαιας ϑ κα-

τα

τα Βιθυνιαν μετα Ιακωβυ τῦ φιλτατυ ἀδελφυ ϗ μέλροπολιτῦ Λαριστης. Eadem manu ac cetera. f. 45. Idem nomen, ſed cum alio conjunctum, ſc. μετα Θεοδωρυ Ἀμαχόνυ τῦ ἡμιν ὑπηρετυντ@. F. 122. ad marginem nota haec reperitur: Εγω Αλεξανδ. ἐπισκοπος Νικαιας ὁ ἐν Βιθυνια μετα Ιακωβυ τῦ ὁμοψυχυ ἀδελφυ ϗ μ̄ ἀριεθμης τῦ πρωτ' μ. τ' κατα δρομ. τ̄ Βυλγαριων, ἰδιωσαντ' ἀναλωμασιν ἀναγησαντ' κ'χο's μεν αὐτῆ κ'κ τοις κτημασι δόντ@ πλείονα. f. 124. E. A. — ε — N — της προς τη Ασκανίᾳ μετα Ιωαννυ τῦ ἐπι τη ἀδελφη Κηδεστυ. Alibi f. ut ſupra, μετα τυ ον μεμνηλε... συνιερεὼς ϗ συνεπισ'κ' ἀδελφυ.

V. 2. n°. 89. Chartaceus 4°. incipit a Φαλ. β. cum ſcholiis paſſim, literis rubris, f. 299. Δραπ. videtur xv. ſeculo nitide ſatis exaratus.

V. 3. Chart. 4°. n°. 88. haud nitidus. Paulo recentior illo videtur: habet fol. 316. opuſcula quae continet alio ordine quam in ſuperioribus. Pauca ſunt ſcholia. fol. 308. Φιλοπ. usque ad f. 315. ſine Schol. ſolus Codex, qui hunc Dial. habeat.

Epiſtolas Cl. *I. Clerici* & *I. Voſſii* ex Remonſtrantium Bibliotheca Amſtelodami mecum communicavit Cl. *J. J. Wetſtenius*.

Illuſtri viro ISAACO VOSSIO S. P. D. *Ioannes Clericus.*

QUod te ignotus compellare audeam, Vir Illuſtris, non miraberis, poſtquam cauſſam expoſuero. Scis te miſiſſe Scholiaſtas Graecos Mſſ. in Lucianum ad Blavium, aliosque ejusdem ſocietatis Typographos. Fortaſſe etiam noſti eos invitos in eis edendis cunctatos fuiſſe, quod non invenirent qui vellet emendationis laborem ſuſcipere; neque enim exiguo opus erat ſudore ad dialogos ad uſitatum ordinem revocandos, notandas paginas novae Editionis Luciani, emaculandaque ſpecimina typographica ex Codice mendis ſcatente ducta. Tandem ad me cum venirent, id operis, licet aliis nimium quam vellem diſtrictus ſuſcepi ſtudio juvandae reip. literariae, quae alioquin egregiis Scholiaſtis diu videbatur adhuc caritura. Vidi quidem illico mihi deſudandum fore, at non exſpectaveram Augiae ſtabulum expurgandum mihi oblatum iri, quemadmodum reapſe contigit. Si hic taedium quod mihi vorandum fuit, deſcribere aggrediar, vereor ut tibi haud abſimile pariam, cum probe noveris, ex tribus aut quatuor exſcriptoribus qui tuum Mſ. deſcripſerunt, unum duntaxat καλλιγραφίας peritum fuiſſe, alii cum imperite deſcripſerunt, & portenta vocum effinxerunt, tum forte etiam inemendato codice decepti σφάλματα αὐτογράφυ in ſua tranſtulerunt ἀυτόγραφα. Verum quidquid id eſt, conatus ſum menda omnia tollere, quae indubitata videbantur, in ceteris tanta religione verſatus, ut maluerim menda exempla-

plaris relinquere, quam Lectori pro ipsis Scholiastae verbis meas obtrudere conjecturas. Nec dubito etiam post incredibilem laborem multam messem me reliquisse eruditis Lectoribus, in qua emendandis veterum scriptis exercitati εὐτοχίαν *suam ostentare poterunt. Tu, Vir Illustris, optime judicabis, tum de labore emendationis, tum de notulis quas hinc inde adjeci, brevi ad Te ibunt ac judicio tuo se sistent; sed prius est quod Te ego & Typographi oratum velimus, qua in re etiam spero benignitate tua exoratores nos abituros. Praefigenda est praefatiuncula, in qua omnino dicendum esset qua ex bibliotheca desumti sint Scholiastae tui, etsi quid aliud de iis rescire possimus; rogo igitur quam primum indices quid censeas dici posse; exspectant enim Typographi, & illius folii editionem quae alioquin intra paucos dies fieri posset, cum jam plus quam dimidia pars typis descripta sit, eo usque procrastinabunt, donec respondere dignatus fueris. &c.* (reliqua enim huc nihil facientia omittimus)

RESPONSUM ISAACI VOSSII AD HANC.

Tardius aliquanto, quam vellem, rescribo, Vir doctissime, quod per plures hebdomades negotiis implicitus molestis, & praeterea adversa adflictus valetudine ex Medicorum praescripto Londini haerere fuerim coactus. Dubito itaque an tempestive satis ad tuas perventurae sint manus istae quas nunc demum scribo; praesertim cum Typographus omnis moraе impatiens Lucianum *suum in lucem protrudere festinet. Doleo quamplurimum, quod amanuenses, qui Scholia quae habes descripserunt, adeo male suo functi fuerint officio, ut magnum in expurgandis illis laborem tibi exhibuerint. Et sane aliter fieri non potuit, cum a tribus mercede conductis hominibus iisque satis imperitis fuerint expressa. Si qua certa & secura occurrat occasio, libenter, si ita tibi placuerit, ipsum transmittam exemplum, neque enim dubito, quin hujus beneficio complura possis tollere mendа, quibus lubrica occurrere conjectura perquam fuerit difficile. Displicet, quod more Hollandis typographis solemni, adeo minuto Lucianum ediderint charactere, ut oculos meos effugiat. De Simonio tecum sentio. Vidi & legi cum voluptate prius tuum scriptum quod huic opposuisti, placuitque inprimis solidum argumentandi genus, quod in adversario nostro multum requiro.*

AD

AD
IO. FREDERICUM REITZIUM
VIRUM DOCTISSIMUM CELEBERRIMUMQUE
IO. MATTHIAE GESNERI
EPISTOLA.

MONITUS ab ornatiſſimo viro Wetſtenio noſtro, ſi quid haberem, quo frons operis, quod ab aliquo inde tempore molimur, exornari poſſet, tempus eſſe; jam prodire tandem geſtire Lucianum, & oculos hominum atque manus ſubire: excutere equidem coepi, quae in ſcidas, ut fit, conjecta diverſis temporibus, ſecure deinde repoſueram. Sed mox abjeci illud conſilium, cum obſervarem, quanta tu, Vir Doctiſſime, diligentia & judicio in iisdem rebus verſatus eſſes, quamque metuendum eſſet, ne aut fruſtra alteruter noſtrum exhauſiſſet illum colligendi ordinandique laborem, aut bis eadem legenda offerrentur lectoribus, quod poſterius tanto magis vitandum erat incommodum, quo magis vela nos contrahere, & brevitati ſtudere juberet ἐργοδιώκτης noſter Wetſtenius. Ne tamen plane ἀσύμβολος ab hoc velut primo miſſu dapum Lucianearum diſcedam, juvat paucis ea vel apud te commemorare, vel tibi commendare, quae illis partibus, quas in hoc opere atque munere adhuc ſuſtinui, videbuntur conjunctiora.

Nam de ipſo Luciano dicere totum tibi relinquo, cum vix aliunde, quam ex ipſius libellis hauriri poſſint, quae ad ipſum pertinent: quos tibi ita notos eſſe, ut *domus* cuique eſt ſua, apparet. De libellis quibusdam quid ſentirem, paſſim jam, de Philopatride etiam juſta diſputatione, indicavi. Placetne, de aliis quibusdam hic breviter ferre me ſuffragium, quos tu calculos forte ad Catalogum opuſculorum referes. Igitur

AMORES non videntur Luciani eſſe. Sunt certe alterius plane characteris, & multo magis, quam eſt ipſe Lucianus, Sophiſtici.

IMAGINES totum, quantus eſt, Lucianum ſpirant & referunt.

JUPITER CONFUTATUS, & alter ille TRAGOEDUS multum mihi videntur ad evertendam ſuperſtitionem, & fidem Dis illis abrogandam contuliſſe. Referendi hi libelli ad Apologias pro religione Chriſtiana, in quantum harum princeps fere argumentum eſt, deſtruere ſuperſtitionem & cultum Deorum.

DE ASTROLOGIA opuſculum imbecilli hominis & ſuperſtitioſi, non igitur Luciani, niſi tamen imitatione, & velut παρῳδία ridere voluit ſuperſtitioſum aliquem ſcriptorem, quod etiam Ioniſini affectatio oſtendit.

DE DEA SYRIA idem, quod de libello de Aſtrologia, exiſtimo.

Aliud velut caput eorum, quae hic a me exſpectari debent, ſunt obſerva-

****

tio-

tiones quaedam, quae, dum percurro missas ad me chartas festinans plerumque & aliis rebus impeditus, in mentem mihi venere. Has ad te mitto, intexendas, si videtur, *Addendis*, quae parari video, reliquis. Habes autem ea tantum, in quae a media fere parte Tomi I. incidi: si qua ad priora de interpretatione praesertim monenda occurrebant, ea ad TIBER. HEMSTERHUSIUM virum clar. pro veteri amicitia jubentem perscripsi.

♣ ♣ ♣

Supereſt, ut, id quod conceditur vulgo ſcriptoribus, de meo conſilio & laboribus meis quaedam apud te diſputem, quae nempe ad ipſos quoque poſteros eadem opera cupiam perferri.

Fuiſſe mihi veterem cum Luciano familiaritatem, oſtendunt ea, quae jam quarto decimo hujus ſaeculi anno, qui aetatis meae tertius & viceſimus erat, in Philopatrin & de Philopatride a me ſcripta, & in Ienenſium Philoſophorum cathedra diſputata ſunt. Jam eo tempore conſilia agitabam revocandi in publicam lucem Sophiſtae doctiſſimi, amoeniſſimi, & ad variam eruditionem, quam adamavi a puero, accommodatiſſimi: quae cauſſa fuit, ut nunquam plane illum deponerem de manibus, etſi illi editionis conſilio multa ſubinde impedimenta objicerentur, quo factum eſt, ut non *nonum* modo *in annum* ex Horatii praecepto, premerentur pleraque cogitata noſtra, ſed fere ad *triceſimum* penes nos deliteſcerent, niſi quod capitalem illam encomii Demoſthenis reſtitutionem, non tantum anno ſaeculi XXI. cum Venerabili jam Collega meo C. A. HEUMANNO, & cum laudatiſſimo viro TIB. HEMSTERHUSIO, communicavi; ſed etiam menſe Julio anni XXXI. in Chreſtomathia Graeca publicavi Lipſiae, unde in Acta Eruditorum illius anni relata eſt.

Inter haec modo cum THO. FRITSCHIO, principe dum viveret librariae negotiationis, conſilia agitata, modo communicata cum Cl. HEMSTERHUSIO, quae effectu cauſſis hic non commemorandis caruere: donec vir hic doctiſſimus provinciam, quam nemo melius ipſo ornare poteſt, neſcio quibus rebus commotus, deponeret, & bonum Lucianum cum ſexta circiter pars illius praeclare ab ipſo curata eſſet, ſuas ſibi res habere juberet. Hic enim ad me, veterem ſodalem ſuum confugit, &, ſi non aliud, certe Latine paullo commodius diſertiusque loqui ſe docerem rogavit, & impetravit, quantum per alia, in primis per curationem Theſauri Linguae Latinae, licuit. Quintilianus enim & Plinius junior non multum temporis ſibi vindicarunt. Interpretationem igitur plane novam, quod diu eſt cum optarunt eruditi homines, condidi a libello inde de Sacrificiis. Eorum quae praecedunt verſionem emendavit, puto, Cl. HEMSTERHUSIUS. Porro in interpretando eam rationem tenui, ut ex Graeco exemplari Hagenoënſi transferrem omnia, non inſpecta prius alia interpretatione, quam tum demum adhibere ſolebam, ubi aliquid circa lectionem dubitationis offerretur, ut quam ſecutus eſſet ſuperior interpres, liberet exquirere. Igitur non habeo dicere, quatenus mea interpretatio vel conveniat cum vulgata (id eſt ea, quam Benedictus emendatam a ſe & interpolatam dedit, a diverſis auctoribus ſcriptam) vel ab ea diſcrepet, melior illa ſit,

an

an deterior. Hoc tantum ſcio, cum juvenis tractarem Lucianum, ſexcentis locis me offenſum vulgata, quam dixi, interpretatione, & jam tum ſperaſſe melius aliquid a me poſſe dari: quae ſpes ne me falleret, ſtudioſe equidem elaboravi: & illud inter alia dedi operam, ut, quantum ejus per utriusque linguae rationes licere, non diſcederem a ſingulorum verborum ſignificatione, nec ab ordine verborum, & figura dictionis; ſed ipſum quoque genus dicendi eumque quem charactera vocant, exprimerem: quod illis praecipue locis difficultatem habuit, ubi corruptum ſermonem ridendo imitatur, & imitando ridiculum facit auctor. Iniquus ergo fuerit, ſi quis talibus locis offendatur, aut vitia accuſet, quae ultro affectavimus, uti ſimilis eſſet Lucianeae noſtra oratio. Ubi plane nihil difficultatis erat in Graecis, minus ſingulorum rationem verborum habuimus, ſi eo genere charactera, quem dixi, aſſequi facilius nos poſſe ſperabamus, in primis iis in locis, ubi poëticas formulas, aut verſus integros Homeri & aliorum, parodiasque adeo, intexit: quod genus vix *ad verbum* licet exprimere, niſi putidus fieri velis, & pro jucunda ſalſaque oratione languidum & fatuum ſermonem reddere.

Servile enim illud & *interlineari* ſimile interpretandi genus facilius ad pueros corrumpendos, quam ad ſublevandos juvandosque viros pertinere, judicamus: ut contra illam Gallorum praeſertim quorundam licentiam bonis literis fraudi eſſe dicimus, qua non quid ſibi voluerit Lucianus, ſpectavit, ut hoc potiſſimum hic utar, Ablancurtius, ſed quid a mulierculis & cirratis facile capi & probari adeo poſſet. Voluimus ergo interpretationem noſtram Lucianeae orationi, quantum ejus conſequi potuimus, eſſe ſimillimam. Annotationes adjecimus, non quibus divitias in hoc genere oſtentaremus; ſed quibus vel rationem redderemus interpretationis, ſi ea a vulgata legendi ratione diſcederet; vel conjecturas de emendando contexto, cum argumentis ſicubi opus videretur, proponeremus; vel denique lucem affunderemus locis, quos obſcuros videri etiam his poſſe putabamus, qui in his literis jam aliquo usque progreſſi ſunt. Suſpenſo hic plerumque animo fuimus, cum ſemper metueremus, ne ea poneremus, quae alii jam occupaſſent: quod quidem ſatis ſaepe accidiſſe video, tum in aliis, Elſnerianis, ut hoc utar, cujus viri doctiſſimi obſervationes neſcio qua mea incuria, vel quo caſu alio oculis, cum iſta ſcriberem, a me uſurpatas non memineram; tum frequentiſſime in his, quae Vir Doctiſſimus Moses Solanus commentatus eſt. Hujus viri obſervata adeo ſaepe cum noſtris congruere deprehendi, poſtquam emendata ab illo interpolataque Luciani interpretatio ad me miſſa eſt, ut interdum optaverim pudoris mei cauſſa, ne factum eſſet, quod optimo conſilio factum novi, ut illud monumentum diligentiae viri Clar. ad me mitteretur. Supereſt, ut mihi conſulam qua licet, & primum hoc indicem, perveniſſe ad me e mercatu verno Lipſienſi A. xxxvii. exemplum verſionis Latinae variorum, cum argumentis Micylli, initio & fine truncatum, editionis, ut conjicio, Francof. 1538. f. cum mea interpretatio proceſſiſſet ad finem Hermotimi. Solebam autem, quod ſcis, Vir Doctiſſime, per mercatus modo dicti opportunitatem mittere

penſiones velut Luciano debitas. Illud porro exemplum manu *Solani* elegan-
ti & nitidula, quae animum etiam bene compoſitum indicet, correctum &
interpolatum eſt eo haud dubie conſilio, uti traderetur typographis: conti-
netque opuſcula Luciani usque ad Anacharſim ſine de Gymnaſiis libellum, cu-
jus tantum initium hic eſt, usque ad columnam 616. Fuit itaque in muſeo
meo interpretatio illa diverſorum Solani manu caſtigata, a declamatione inde
Herodoti ſ. Aëtione T. I. p. 831. ad principium libelli de Gymnaſiis T. II. p.
889. niſi quod Amores & Lucium libellos Solanus non attigit. In his igitur
libellis, qui ſecundum jam Tomum implent, plerisque, potui conſulere Sola-
ni ſententiam, quod aliquoties a me factum, in ipſis meis annotationibus pro-
feſſus ſum. Nimirum inſpexi interdum, quoties cognoſcere cupiebam, quam
ille lectionem in locis dubitationem aliquam habentibus ſecutus ſit. Perpetuam
collationem neque cum hac, neque cum ulla alia interpretatione inſtitui. Quid
enim attinebat, in hac laborioſa praeſertim vita mea, circumſpicere, quomo-
do alii ea interpretati eſſent, quae recte a me intelligi, recte converſa eſſe,
non poteram dubitare? Annotationis plane nihil, literam nullam Graecam,
libro huic adſcripſit vir doctiſſimus: quem librum in Bibliotheca Academiae
noſtrae publica repoſui, ut ſi qui vel jam viventes vel poſteri adeo requirere
velint, in quantum mihi cum Solano conveniat, ſuis poſſint oculis fidem ha-
bere. Qui hoc agere volent, illi collatis noſtris annotationibus intelligent fa-
cile, non minus ſaepe nobis convenire in iis libellis, quorum ego interpreta-
tionem a Solano correctam oculis uſurpare non potui, quam in aliis: conve-
nire nobis ſaepe in annotationibus, quarum ego plane nullam unquam vidi
ante, quam typis expreſſae ad me venirent: convenire in illa encomii Demo-
ſthenis reſtitutione, de qua T. III. p. 511. ſeq. convenire tamen ita, ut appa-
reat, duo eſſe, qui unum egerint, ambo familiares Luciano, ambo non no-
vicios in hoc genere ſtudiorum, ſed qui ſuam ſibi viam teneant, non opus
habeant ſemper alios reſpicere. Apud te quidem, Doctiſſime Reitzi, non
opus erat haec diſputare, qui conſcius es, qui aliquot locis indicaſti, tibi quo-
que in mentem venire ſolere, quae vel a me vel ab aliis occupata deinde in-
tellexiſti: qui ipſe aliquot locis hunc ipſum veri charactera prodidiſti, quod
inter me & alios, de quorum cogitatis neutris aliquid conſtare poterat, pul-
chre convenire obſervares. Itaque tota haec oratio ſupervacua apud te & pe-
ne inanis eſt: neque, fateor, mihi in mentem veniſſet, ita minute hac de re
diſputare, cum conſcientia videri poſſit tam accuratum in tali re ſtudium: niſi
hiſce ipſis diebus mihi allatus tandem eſſet liber, in quo a magna me ſpe de-
jectum, non ſine morſiuncula quadam doloris obſervo. Putabam ita a me ad-
miniſtratam provinciam edendorum *ſcriptorum rei ruſticae*, ut forte in inge-
nio meo, in diligentia, in doctrina aliquid deſiderari poſſet; candoris qui-
dem, pudoris, honeſtatis ſummam a me habitam rationem, ſcio, ejusque rei
animum meum teſtem habeo, ut velim ita mecum agi dum vivo, & cum ero
mortuus, ut ego cum viventibus & mortuis egi, quorum mihi lucubrationes
commiſſae atque creditae erant.

Ita-

Itaque laetus in manus ſumebam exſpectatum aliquandiu librum JULII PONTEDERAE viri merito ſuo clariſſimi Patavii CIↃ IↃ CC XL editum, cui titulum praeſcripſit, *Antiquitatum Latinarum Graecarumque enarrationes atque emendationes praecipue ad veteris anni rationem attinentis epiſtolis* LXVIII. *comprenſae & tabulis plurimis ornatae.* Cupide evolvebam Epiſtolam LIII, quam agere docebat argumentum *de Lipſienſi ruſticorum auctorum editione.* Non magis, credo, perturbatus eſt Cicero, cum redux a Quaeſtura Sicula & laudibus ſuorum civium inhians, quas meruiſſe ſibi videbatur, obſervaret, eſſe homines Romae, qui ipſum de vultu ac nomine noſſent, qui iidem, fuiſſe ipſum in Sicilia, neſcirent; quam ego miratus ſum, non potuiſſe me humanitatem & fidem meam probare *Pontederae*, ſed eorum poſtulari, quae ego non niſi ab humilis admodum & abjecti animi hominibus admitti poſſe, arbitror. Conjecit ille quidem partem majorem eorum, quae inclementer & inique in me & editionem illam dicuntur, in perſonam amici ſui ANDREAE MARANI, de qua re, fateor, in mentem mihi venit Ciceronis illa expoſtulatio cum Appio, *Tu cum iſtiusmodi ſermones ad te delati de me ſunt, non debuiſti credere. Si autem hoc genere delectaris, ut quae tibi in mentem veniant, aliis attribuas, genus ſermonis inducis in amicitiam minime liberale. — Quare potes — genus hoc totum orationis tollere,* Diſputabant, Ego contra diſſerebam: Dicebant, Ego negabam. *An mihi de te nihil eſſe dictum,* (nihil dici poſſe de epiſtolis tuis) *putas?* cetera. Verum ſit ita. Ita calide amaverit JULIUM PONTEDERAM, dignum profecto amore ob multas res, quas ego vel e tanto intervallo noſſe potui, ANDREAS MARANUS, vir vel hoc nomine a me non contemnendus, quod Pontederae bona videtur intelligere. Sit igitur: ita amarit Maranus Pontederam, ut indulgentiſſima mater ſuos liberos: amarit etiam cum aliena injuria. At a Pontederae ſapientia hoc exſpectari jure poterat, ut bilem amici, quam injuſtam ipſe agnoſcit, quam de *puerorum* impotentia aliquid habere ipſe fatetur *, mitigaret potius privatis literis, &, ut potens eſt herbarum, catharticis quibusdam educeret, quam ut victuris eas chartis mandaret, monumentum futuras, quidquid de cauſſa exiſtiment homines, pudoris alicujus literarum, quibus parum profecto decorum eſt, objecta talia eſſe ruſticarum rerum editori, ſive vera ſint illa crimina, ſive ficta.

Plane & ſimpliciter ficta eſſe ad unum omnia, non auſim equidem dicere. Neque enim otium adhuc fuit indagare omnia: quam rem aliquantum operoſiorem fecit ratio illa, quod non uſus eſt vir doctiſſimus conſuetudine ea, qua ſolemus loca ſcriptorum quae deſignamus accurate indicare, qua ego per totum opus ruſticum non librum modo & caput, ſed minorem etiam particulam laudavi: ſed plerumque ne librum quidem nominavit, verum ſimpliciter unum aut pauca verba, ad quae crimen pertinet, poſuit. Unde fit, ut ſi cujus

* P. 464. med. Hoc ſi dabis (quod nullo modo inficiari potes) PUERI EST credere, quae ex te commemoravimus, ad Geſnerum pertinere.

jus non multum intereſt, ille ne evolvere quidem curet locum, de quo agitur, & ita ne audire quidem alteram partem poſſit. Nondum igitur indagare lubuit omnia: ſuperſunt ſex ſeptem loca ita laxe uti dixi, deſignata, ea praeſertim, ubi argumenta Victorianarum annotationum, id eſt verba ad quae illae referuntur, non recte dicuntur poſita, de quibus nihil niſi hoc dicere poſſum, ſecutos nos eſſe rationem hanc, ut annotationibus tanquam titulos ſive indices praemitteremus, verba ad quae referuntur, qualia ſupra in ipſo contexto ſcriptorum ſunt expreſſa: ita tamen ut ſi vel Victorius, vel Pontedera, vel alius, quid mutandum cenſeret, illud ex ipſa annotatione intelligi ſatis poſſet. Fac autem bis, ter, quater, ſaepius, aliquid hic peccatum eſſe, quod nondum equidem deprehendi: humanorum hominum erat, ut cum tot a nobis commoditatibus auctos ſe ſentirent, ut non jam per plures, raros bonam partem, libros diſcurrendum eſſet, aut bibliothecae Italiae, Belgii, Galliae, Germaniae adeundae; viciſſim aliquid nobis ignoſcerent, homines eſſe tum nos, tum correctores, & typographicas operas, cogitarent, pro millenis καλορθώμασι unum nobis alterumque humanum errorem ſine ſcutica transmitterent. Ingrati enim profecto animi eſt & nimis jejuni, uti aliorum laboribus, ingeniisque dum commodum eſt, ſexcentis inde in ſingulos prope dies commoditatibus frui: & deinde, ubi ſemel aut aliquoties caeſpitatum eſt, clamare, flagella, ſtimulos, faces verborum expedire, ſtigmata inurere hominibus optime meritis. Redeo ad Epiſtolam Pontederae. Non auſim confirmare, plane nihil eſſe in hac Epiſtola veri: ſuperſunt enim, quae nondum invenire potui: fateor aliquot locis omiſſum eſſe, cum ego Gottingae jam eſſem, ultima operis excuderentur Lipſiae, nomen Pontederae: ſed iis in locis, quae vel ſui auctoris alium charactera haberent, vel e quibus nihil, ſi reliqua viri decora ſpectes, ipſi decedere; parum mihi, addendum enim hoc quoque eſt, accedere, ſi quis mihi tribuat, poſſit. Ut enim is eſt vir doctiſſimus, ea illius in his literis exſtant decora, quae nullam profecto jacturam ſentiant, ſi aliquot minutae annotatiunculae operarum typographicarum culpa nomine ipſius careant: ita me non ita abjectum & ignavum hominem terra protulit, ut velim illa aerugine de Pontederae theſauris detrita diteſcere. Nam quod objicitur, „ Noſtra (*i.* Pontederae obſervata) ut abdita eſſent, neque lucem, „ ſi fieri poſſet, aſpicerent, qua potuit diligentia curavit. Huc atque illuc „ diſperſit inhonora atque abſcondidit", illud movere eum forte poteſt, ſi quis opus illud nunquam in manus ſumſit. Nam caeteri vident, nos ſecutos eſſe morem olim receptum, ſuis locis adjiciendi annotationes, unicuique annotationi nomen ſui auctoris, literis quidem majuſculis & ferientibus oculos, adſcribendi; niſi quod noſtras eo ipſo ſatis ſignatas putabamus, ſi nullum nomen adſcriptum haberent. Qua in re moleſtum nobis laborem compendii poteramus facere, & ſumtum Bibliopolae non mediocrem, ſi illo more, quem temere v. g. in Julio Caeſare Jungermannus, Henninius in Juvenale, uno tenore poni juſſiſſemus, primo Beroaldi obſervationes, tum explicationes ſuarum caſtigationum Victorii, & ita Scaligeri, Urſini, Pontederae, lucubratio-

tiones. Nempe lectoris commoditati istuc datum est, quos labore, sumtu, molestia, & ut nunc apparet, invidia nostra adjuvimus. Quod si seperatim sua edi jussisset Vir Clarissimus, a laetis ac triumphantibus hoc ipsi datum esset.

Ex eodem fonte est, quod sequitur, „ Tabulas ipsarumque explicationes „ (quae libro tertio Columellae praemissae sunt) *eo animo* distribuit, ut non „ nostra, sed Gesneriana existimarentur. Non nulla itaque praemisit, dein„ de nostra annexuit nullo intervallo aut indice separata. Quamobrem qui „ meum nomen in extremis legerit, id a nobis tantum; reliqua sine nomine „ a Gesnero prodita reputabit". Quin qui morem ac legem libri supra expositam intelliget, is putabit; illam praemissam nostram animadversiunculam, cui nomen meum apponere neglectum est, (quia alias, ultimum locum tenentibus meis observationibus, illud apponi, quemadmodum modo monui, non solebat) etiam esse Pontederae, cujus illum tanto minus pudere debet, quod ea continet, quae ipse quoque observavit. Et ita cohaeret tabularum illa explicatio, ut oporteat non luscum sed caecum, non festinantem sed stupidum & pene furiosum videri, qui de illa Gesnero aliquid attribuat: quod quidem genus hominibus ego auctor videri tabularum non opto.

Illud plane non intelligo, quod sequitur, „ de suis vero *nihil nisi* ampla „ forma, & magnifice exornatum edendum fuit". Praefatio nostra si huc forte respexit, pro more majoribus est literis expressa, reliqua ita aequalia, ita similia, ut, quid sibi velit accusatio ista, nullo modo comminiscar. Sequitur grave crimen. „ Tum a magno illo rustico apparatu, quae a nobis „ restituta sunt, ad rusticos auctores intelligendos maxime attinentia, rejecit; „ ubi enim *seges*, ut nos explicavimus; ubi *arvum*; ubi *orgia* & *auriga*; ubi „ *focus* & *foculus*; ubi *capiuntur* prisca significatione & *praecipio*; ubi *sicto*„ *res* & reliqua a *sico* pro *seco*; ubi *serarius*; ubi *articularius*; ubi *curia* pro „ *coenaculo*; ubi tot alia"? Cum haec legerem, putabam amissum aliquid esse, non perveniisse ad me omnia viri doctissimi in rusticos commentaria. Nam culpa mea nihil subtractum, satis certus eram. Sed cum de *segete* ipsa mihi memoria subjiceret, cum scirem in ultima Fabri editione laudatum a me illo nomine Pontederam, lubuit quaerere, licet non sine temporis jactura, cum loca neque hic indicata sint. Sed inveni suis locis praeter unum omnia. Nempe ea, quae statim ad manus fuerant, sub ipso contexto orationis, ut de *Segete* & *Arvo* ad Varr. 1, 29, 1. reliqua in Addendis, quae serius venerant: *Origa* & *auriga* Varr. 2, 7, 8. *Focus* & *foculus* Cato. 76. 4. *Capiuntur* & *praecipio* Cat. 142. *Sictores* & *sico* Cat. 144, 3. *Serarius* Cat. 150, 2. *Articularius* Cat. 157, 8. Ubi *curia* pro *coenaculo* lateat, non habeo jam dicere: culpa quidem mea, dolo volebam dicere; culpam enim quis praestare omnem potest? literam unam Pontederae abesse nego. De compendiis quibusdam lectorum in gratiam, vel emtorum potius admissis, in praefatione caussa dicta est, quam aliis me probasse, sat exploratum habeo.

Quod deinde dicitur Hieronymus Lagomarsinius xc. varietates in Columellae lib. 2, 2. notatas e Politiani libro protulisse, quibus careat Lipsiensis editio,

tio, fieri poteſt : neque meum eſt praeſtare quidquam , praeter hoc, quae HENRICI BRENKMANNI ſtudio deſcripta Florentiae & ad Thomam Fritſchium miſſa ſunt , ea diligenter & cum fide repraeſentata eſſe. Adhuc nihil dictum eſt contra Geſnerum , in quo non injuriam illi factam videant , quicumque aperire oculos voluerint. Graviora ſuperſunt. „ Nemini perſuadere „ poterit Geſnerus ", de Marani ſententia, quam a parte probat Pontedera, „ ea ſe inveniſſe primumque excogitaſſe, quae a Pontedera Lipſiam miſſa in„ ter manus habebat. Quis enim ante illum de Creſcentio in illa re ſomnia„ vit unquam? Quis de Catonis libro, Catoniana omnia eſſent an contra, a „ quo eſt ante Pontederam oſtenſum ? Quis de Columellae volumine *de ar*„ *boribus* inſcripto ea, quae tu collegiſti, meditatus eſt"? Quaſi vero mirum eſſet duo homines ab ingenio & literis non deſtitutos , hoc agentes diligenter, cum eadem ſubſidia habeant, videre idem. Quin ille ipſe veri character eſt, ſi idem pluribus videatur. Caeterum viam unumquemque noſtrum ſuam iviſſe , apparebit , ſi quis tanti putet noſtras utriusque commentationes inſpicere & inter ſe comparare. Pauca moneamus de ſingulis. De Creſcentio, ut bona fide & quaſi teſtis circumſpectus agam, non auſim poſt xv. annorum intervallum, neque dicere, neque negare , primam illius notitiam a me deberi vel Pontederae , vel Morgagno. Sed hoc ſcio, me in Bibliotheca quam curabam Vinarienſi reperiſſe exemplar illud ipſum , cujus in Catalogo ruſticis praemiſſo mentionem feci, in quo cum viderem crebram Catonis & Varronis & Palladii mentionem , & ipſe ſatis otii non haberem, dedi librum Io. RODOLPHO ENGAVIO, diſcipulo tum meo, jam Anteceſſori apud Tenenſes praeclare merenti , ab eoque petii , ut ubicumque triumvirorum alicujus mentionem videret fieri , locum ipſum diligenter quaereret , & quo libro , capite, particula inveniretur , ſcriberet in margine libri , verba autem ex illis ſumta ſubductis lineis ſignaret : quod alacriter , ut erat ardens , ſi gratificare mihi poſſet , ab illo perfectum ſummam mihi commoditatem conferendi illos locos praeſtitit. Porro monumentum illud diligentiae Engavii ſervat adhuc Bibliotheca Vinarienſis; vivit autem, & diu, quaeſo, vivat ipſe ENGAVIUS, quem mendacii mei conſcium habere nolim. De Catone, & Columellae libro qui potuit me fugere, niſi peponem pro corde haberem? qui familiariter per plures annos in illis verſarer, qui in Lexicon illud ruſticum referrem illorum formulas, qui componerem hinc ſcriptores inter ſe, hinc ſecum ipſo unumquemque, hinc omnes cum Plinio: qua in re meis me oculis uſum, docet ipſa illa allegandi ratio , qua nemo ante me uſus eſt, ipſa illa adſcripta loca parallela demonſtrant. Igitur nunquam mihi in mentem venit gloriari, tanquam viderim aliquid in Catone & Columellae de arboribus libro: ſed ſtupidum me putarem, & obtuſum , ſi non vidiſſem Catoniani libri hinc defectus hinc interpolationes , Columelliani autem operis praelectionem repetitam. Si alii ante nos haec non viderunt , non ingenium illis defuiſſe puto , ſed hoc, quod in praefatione ruſticorum memoravi, quod deſultoriam nimis operam navare ſolent libris antiquis plerique , quod non uno tenore legunt , non contrahunt

cum

cum iis penitiorem velut familiaritatem. Haec, tu REITZI praestantissime, vere a me dici eo facilius senties, quo plura tibi vel hic ipse noster Lucianus suppeditavit ejus rei specimina. Si tamen subdolus hic fui, si invadere gloriam alienorum inventorum volui; si porro consilio omittere Pontederae alias observationes ausus sum: quis me stupor, aut quae religio tenuit, quo minus ea omitterem, in quibus illa inventa hecatombe digna Pontedera proposuit? Quis non furem rideat, qui in divitem domum absente per multa millia passuum domino ubi irrepsit, & satis temporis habuit suo arbitratu optima quaeque eligendi; deinde scruta quaedam secum auferat, pretiosa monilia, & auri fiscos intactos relinquat? Talis ego profecto, tam astutus Autolyci de gente fur sum, si ea subducere volui, de quibus supra dictum est; publicari autem cum nomine Pontederae curavi, & ad ea insuper lectorem remisi, quibus suppressis mihi tribuere pulchra quaedam inventa in solidum poteram. Ad summum crimen accedo, in quo commotiorem fuisse moderatum alioquin virum, res ipsa loquitur, id est verba, quibus utitur p. 465. „ At enim in nos „ *dicaculus* evasit, nostraque, ejus fidei tradita & commissa ut ederentur, te„ mere habuit, *immiscuit*, dictis perstrinxit & carpsit, eorum vim infirmare „ & dissolvere conatus, quod nemo suspicatus esset, quia *sacra* & intemerata „ esse oportebat"? In his omnibus nihil agnosco nisi illud *immiscuit*. Nempe, si id crimen est, fateor, me reliquorum hominum eruditorum, Victorii, Scaligeri, caeterorum annotationibus ea, qua supra dictum est, ratione cogitata Pontederae *immiscuisse*. Male id factum, si invito Pontedera factum est. Tu quidem, mi REITZI, vel non juranti mihi facile credis, me maluisse simpliciter tradere typographis Pontederae observationes, quam curare singulatim descriptae ut suis quaeque locis insererentur. Reliqua vana sunt: & possem ego, si *dicaculo* esse mihi luberet, hic pluscula reponere. Cogita hoc unum REITZI, si mihi in mentem veniret tibi objicere, dolo tuo omissa esse, quae tu suo loco posita esse e vestigio posses demonstrare; si quererer mihi subrepta, in quibus tu eadem tibi in mentem venisse ostendis, si indignarer a te reprehensas esse annotationes quasdem meas, si ea in re ita essem disertus, qualem modo virum clarissimum audivimus: ecquid de me cogitares, diceres, scriberes? Sed nimirum satis, ac plus forte quam satis erat, datum est famae meae, cui obesse poterat Epistola Cl. *Pontederae*, si plane eam silentio praetermisissem. Obesse autem, scio, nihil poterit apud eos, qui conferre inter se & meam & viri doctissimi rationem voluerint, potuerintque. Examen quidem & judices acerrimos adeo non refugio, ut potius optarim, sedere Cassiana quosdam severitate, & satis eosdem rerum de quibus agitur peritos. Si caeteroquin in his epistolis deprehendero, & spero me inventurum pluscula, quae prodesse rusticis nostris censeam, (majorem quidem partem, praeter laboriosas de anno veteri disputationes, nos jam habere puto) diligenter curabo, ut illa utilia esse queant pluribus, hoc est, ut repetendae rustici operis editioni inserantur, honosque habeatur eorum auctori, cui, si in me fuit iniquior, non ideo subtrahendae sunt gratiae, & laus, quae ob rem

be-

bene geſtam ipſi debetur. Quin acerbitatis & contentionis omnis adeo ipſa quoque veſtigia tollere conabimur, ſtudebimusque honeſtiſſimam ex hoc certamine palmam aequitatis humanitatisque referre, ut fruantur per nos poſteri utriusque ingenio & induſtria, litem interceſſiſſe ne quidem ſuſpicentur. Hoc Pontederae bellum, hoc ſi quis alius pugnare mecum velit, denuncio.

Verbum hic addere lubet de accuſatione, qua in Commentario ad Lucanum petitus ſum a viro, cujus ego doctrinam & merita ſemper feci, ut merebantur, maximi. Inſimulatus ſum *quaeſiviſſe* in ſummi, dum viveret, viri obſervatis ad Quinctilianum *quod reprehenderem.* Ab hac malignitate cum abeſſe mores meos noverim, etiam famam meam liberari equidem cupio. Sed cum graviter aegrotante, deinde mortuo, contendere indecorum amicis & mihi videbatur. Igitur haec ſilentio contrivi, neque unquam ulciſcar; niſi provocatus ab his, qui Virgilium ipſius curant: tum enim cogar oſtendere, quam non quaeſierim quod reprehenderem, ſed quae ultro ſe obtulerint, ut ſumus homines, *peccata*, ea me ſedulo, uti decebat literas noſtras, uti poſtulabat quam profitemur humanitas, *texiſſe.* Non ego deprecor, quo minus vel Burmannus, aliique acerbam etiam cenſuram in ſcripta a me exerceant, ne iniqua quidem de ingenio, de doctrina, de laboribus meis, judicia deprecor; nunquam, ubi de hiſce agetur rebus, contendam ultra, niſi ſi forte illuſtrari ſententia aliqua mea poſſit: quin beneficio me affectum profitebor ab eo, ſi quis meas mihi aberrationes vel placide, vel ſuperbe etiam oſtenderit; Beneficium, inquam, interpretabor, quamquam non ex diſciplina Senecae. Magis enim mihi placet Platonici Timaei illud, Ἀλλὰ τῷ τοῦτο ἐλέγξαντι, καὶ ἀνευρόντι δὲ μὴ ὅτως ἔχον, κεῖται φίλια τὰ ἆθλα. Sed cum nihil mihi pudore, candore, ingenuo animo, majus videatur aut carius; cum mihi conſcius ſim quanto laudem illam ſtudio conſecter; non eſt mihi committendum, ut eam quisquam tacente me mihi ereptum eat; quoties nempe in manu mea eſt, iniquitatem accuſationis oſtendere. Si quis tamen, ubi feci omnia, maledicere, *de animo*, *de conſilio* meo exiſtimare, h. e. divinationem ſibi arrogare injuſtam & ridiculam voluerit: meum erit ea contemnere, & a conſcientia & animi tranquillitate petere, quam aliis obnoxiam non eſſe oportet, felicitatem. Haec galea nobis, hic clipeus, hic thorax erit: gladio enim utemur nunquam, certe non niſi ad repellendum. Caeterum apud te iſta diſputata, Reitzi humaniſſime, aegre non feres, arbitrum idoneum talium negotiorum, in fronte operis, quod poteſt hanc noſtri conſilii ſignificationem ferre ad omnes, quibus probari illud cupio, quodque duraturum videtur cum ipſis literis. Haec igitur non dimittenda erat opportunitas. Dixi, quae volebam de Luciano & de me etiam. Quod ſupereſt, te rogo, Vir doctiſſime, ut quae inter nos contracta eſt Luciani occaſione notitia, eam coaleſcere in amicitiam, ſi non indignum me exiſtimas, patiare.

Gottingae XV. a. Kal.
Febr. CIↃ IↃ CC XLIII.

LECTO-

LECTORI BENEVOLO
S. D.
TIBERIUS HEMSTERHUIS.

QUUM primum ad Lucianum expoliendum adgrederer, comparatis rebus neceſſariis, quibus eram haud ſane contemnendis inſtructus, id praecipue mearum eſſe partium duxi, ut doctis peritisque literarum antiquarum hominibus diligentiae meae fideique adhibitae ratio conſtaret. Verſatus in hoc labore qua poteram adtentione animi notas, easque ſaepe luculentiores, certe ſatis verboſas, perduxi ad paginam usque 525. & finem Ἐπισκοπούντων· qua quidem in re ingenio meo nonnihil indulgere malui, quam multo faciliorem & nimis jejunam brevitatem conſectari. Non itaque refugi voces aliquas paulo retruſiores loquendique formulas uberius explicare, & quaedam paſſim interſerere, quae non nimis videbantur ab inſtituto abhorrere: quod dum ago, haud raro contigit, ut aliis etiam ſcriptoribus qua corrigendo, qua ſenſus eorum ignoratos enodando, prodeſſe fuerim conatus. Quid autem quantumque, & an quicquam ſtudio noſtro Lucianus debeat, judicium aequi lectoris facio. Ad eum, quem ſupra dixi, locum poſtquam perveneram, res ita tulit, ut conſultius exiſtimarem operae ſuſceptae curam deponere, & curſu interrupto aliis lampada non invitus traderem. Ex illo tempore anni plures effluxerunt, quibus equidem, quid Luciano fieret, ad me pertinere non putavi. Nunc, quum fauſto pede in publicum eſt proceſſurus, temperare mihi non potui, quin lectoris in gratiam, ne quid a me commiſſum ipſi officeret, olim ſcripta repeterem, &, quae videbantur emendationis indigere, paucis enotarem. Huc eo magis ſum inpulſus, quod Io. MATTH. GESNERUS, Vir ut excellenti doctrina multisque rebus probata praeditus, ſic, quod ego non minoris aeſtimo, omni humanitate perpolitus, literis ad me datis ea perſcripſiſſet, quae Luciani intereſſe arbitrabar, ne privatis chartis premerentur. De verſione vero illius, quam curavi, Lucianeae partis hoc unum admonere reſtat, eam a me fuiſſe confectam in multis prorſus novam: in aliis, praeſertim in Nigrino, MOSIS SOLANI Viri doctiſſimi ſervata eſt paene integra, niſi quid aliud vel ſenſus Luciani manifeſtus, vel verba ejus ex Codd. mutata poſtularent. Timonis tota eſt *Tanaquilli Fabri*, hominis ingenio ſimul & eruditione praeſtantiſſimi, qua melior, ſi univerſam ſpectes, dari vix poterat. Haec ideo non praeterire operae videbatur pretium, ne quis me cogeret ad praeſtandum, quod ab aliis forte fuiſſet admiſſum. Vale.

ADDENDA ET EMENDANDA.

P. 2. v. 3. Ὁ δὲ πατὴρ ἐσκοπεῖτο] Egregie congruunt illa *Libanii* T. I. p. 804. A. Ἐπειδὴ γὰρ παῖς ἤδη ἦν, ἐν ᾧ τῆς ἡλικίας καιρὸν λαμβάνει τὰ παιδεύματα, συνεβουλεύομην τοῖς ἐπιτηδείοις, ἥν τινα αὐτῷ τέχνην δοτέον· qualia sunt in eo permulta, si quis ad *Lucianum* diligentius conferre velit. Quum autem ludum literarium reliquerit noster ἤδη πρόσηβος ὢν, annum egisse quartum & decimum manifestum est; quo scilicet expleto puberes fiebant, ut Stoicos secuti Proculeiani tradiderunt, observante *Merillio* Obs. I, 22. id enim aetatis studiis liberalibus vacabant pueri, ut intelligi potest ex L. 21. §. 5. D. de Ann. Leg. & Fideic. Ceterum verum poterat initium hujus libelli, quod me monuit etiam Vir eruditionis elegantissimae *Jo. Matth. Gesnerus*, paulo melius hunc in modum: *Tantum quod desieram ludum literarium frequentare pubertati jam proximus, quum pater deliberabat cum amicis, quid me tandem doceret:* ubi *docere* sumendum est ea potestate, qua respondet Graeco διδάξασθαι· velut L. 12. D. de Leg. & Fideic. *ut eum haeres artificium doceat, unde se tueri possit:* & mox: *statuet, quod potissimum artificium haeres docere eum sumtibus suis debeat.* Neque aliter in principio Vitae Terentii *Donatus: a quo, ob ingenium & formam, non institutus modo liberaliter, sed & mature manumissus est.*

P. 3. v. 23. Ἐν τοῖς μάλιστα εὐδόκιμος] Simillimum mendum apud *Suidam* in Μετομήδης Κρὴς, λυρικὸς, γεγονὼς ἐπὶ τῶν Ἀδριανοῦ χρόνων, ἀπελεύθερος αὐτοῦ, ἢ ἐν τοῖς μάλιστα φίλοις. Lege: καὶ ἐν τοῖς μάλιστα φίλος.

P. 28. b. Epigramma venustissimum, cujus a me facta fuit mentio, non est, nec per temporis rerumque memoratarum rationem esse potest *Callimachi*. Bacchylidem aut Simonidem vetus Codex, teste *Rich. Bentleio*, auctorem praescribit. Simonidi sine dubio tribuendum, si *Stephanum* sequimur in Ἀκαμάντιον· nam quod ait, καὶ φυλὴ Ἀκαμαντὶς τῆς Ἀττικῆς, ὡς Σιμωνίδης, id in hoc ipso Epigrammate reperitur.

P. 28. v. 67. Τὰ μετὰ τοῦ ξένου αὐτὰ πεποιθότα] Nunc lectionem, quam ferri posse dixi, conjecturae meae praepono: eoque magis, quod illam in partem inclinare se significaverit praestantissimus *Gesnerus*.

P. 29. a. *Agatharchides* bis scribendum pro *Agatharcides*.

P. 71. Ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι τῆς σφετέρας ἀληθείας] Ἵνα illud ἐκβατικῶς positum hoc sensu: Verum dicunt in tabulis ultimarum voluntatum, sed eo eventu, *ut non fruantur sua veritate.* Hanc *Jo. Matth. Gesneri* acutam explicationem dignam judicavi, quam cum erudito lectore communicarem.

P. 80. v. 31. Τῇ Ῥέᾳ λαμβάνονται] Νόσῳ vel πυρετῷ λαμβάνεσθαι probum est; ut apud *Harpocrationem* Theopompus tradit Artemisiam Mausoli mariti ejusdemque fratris desiderio contabescentem φθινάδι νόσῳ ληφθεῖσαν ἀποθανεῖν· nec quicquam obstat, quo minus pari modo dicatur θεῷ, τῇ Ῥέᾳ λαμβάνεσθαι, haud secus atque ἔχεσθαι χαλεπωτέρῳ δαίμονι *Antonin. Liber.* c. XXX. τῷ αὐτῷ θεῷ κατέσχημαι *Lucian.* Διαλ. Νεκρ. XIX. κατεχόμενοι τῷ Πανὶ in Bacch. Liban. Decl. IX. p. 348. C. τἀυτὸ πέπονθα ταῖς Βάκχαις, αἱ τῷ Διονύσῳ πληγεῖσαι οὐ δύνανται μένειν ἐφ' ἑαυτῶν· aliaque istius generis non pauca. *Herodot.* IV, 79. Ἡμῖν γὰρ καταγελᾶτε, ὦ Σκύθαι, ὅτι βακχεύομεν, καὶ ἡμέας ὁ θεὸς λαμβάνει· νῦν οὗτος ὁ δαίμων καὶ τὸν ὑμέτερον βασιλέα λελάβηκε, καὶ βακχεύει τε, καὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ μαίνεται. Quare non temere vulgatam lectionem esse sollicitandam nunc existimo; praesertim quod colorem a *Platone* traxisse Noster videatur, cujus hic est locus in Ione p. 365. E. Οὐ γὰρ τέχνῃ, οὐδ' ἐπιστήμῃ περὶ Ὁμήρου λέγεις, ἃ λέγεις, ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ καὶ κατακωχῇ· ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες ἐκείνου μόνου αἰσθάνονται τοῦ μέλους ὀξέως, ὃ ἂν ᾖ τοῦ θεοῦ, ἐξ ὅτου ἂν κατέχωνται, καὶ εἰς ἐκεῖνο τὸ μέλος καὶ σχημάτων καὶ ῥημάτων εὐποροῦσι, τῶν δὲ ἄλλων οὐ φροντίζουσιν. Res adeo mira *Porphyrio* fuit visa, ut obortam inde difficultatem a

Jam-

Jamblicho sibi voluerit expediri: τῶν ἐξισαμένων ἔνιοι τινες αὐτῶν ἀκούοντες ἢ κυμβάλων, ἢ τυμπάνων ἢ τινος μέλους ἐνθουσιῶσιν, ὡς οἵ τε κορυβαντιζόμενοι, καὶ οἱ τῷ Σαβασίῳ κάτοχοι, καὶ οἱ μητρίζοντες· ille autem quid responderit, vide de Myster. p. 69. Dicuntur vero οἱ μητρίζοντες sive μητρωάζοντες propria ratione τῇ Ῥέᾳ μαίνεσθαι. Phryges mortalium antiquissimi, teste *Arriano* apud Eustath. ad *Dionys. Perieg.* v. 809. μαίνονται τῇ Ῥέᾳ, καὶ πρὸς Κορυβάντων κατέχονται· in *Philostrati* Ep. XV. οἱ τελούμενοι τῇ Ῥέᾳ μαίνονται πληγέντες τὰ ὦτα κτύποις ὀργάνων, dubites, utri verbo τῇ Ῥέᾳ jungi debeat, nisi potius utrique sit aptandum. Hinc perspici potest, quam bene sit meritus de *Seneca* Cod. Mediceus, ex quo *Jo. Fr. Gronovius* restituit in Agam. v. 688. *Quae turritae turba parenti Pectora rauco concita buxo Furit, ut Phrygium lugeat Attin.* Non aliter τῷ Διονύσῳ μαίνεσθαι· *Heraclit.* apud *Clem. Alex.* Protr. p. 30. Διόνυσος, ὅτεῳ μαίνονται καὶ ληναΐζουσι. *Pausan.* X. p. 812. ἀπὸ ταύτης (Θυίας) δὲ καὶ ὕσερον, ὅσαι τῷ Διονύσῳ μαίνονται, Θυιάδας καλεῖσθαι. Eadem loquendi forma, qua solent, κείρεσθαι τῇσι παρθένοισι τῇσι ἐξ Ὑπερβορέων, τῷ ποταμῷ, *in honorem virginum Hyperborearum, fluvii, ritu sacro crines ponere.* Rem dixit *Julian.* Ep. XLI. p. 421. καθάπερ οἱ τῷ Διονύσῳ τὸν θύρσον κρούσαντι πρὸς τὴν χορείαν ἔνετοι φέρονται· adeundus etiam *Aretaeus* I. p. 33. Quod si legeretur in *Luciano*, ἀλλ' ὁπόσοι αὐτῶν τῇ Ῥέᾳ μαίνονται, id omnium minime mutatum vellem: videtur enim tam concinne ad totam orationem respondere, ut aliter fuisse scriptum vix mihi persuadeam.

P. 111. b. *Ad Mardonii in Atticam expeditionem*] Ista ut clarius intelligantur, sic repone: *Haec quin ad Mardonii in Ioniam, Thraciam ac Macedoniam, aut potius Datis & Artaphernis in Atticam expeditionem pertineant* &c. itidemque mox: post occupatas a Cyro Sardes; *aut, si mavis, sub initium Olymp. LXX.*

P. 112. b. infima. *Acciendum.* L. acuendum.

P. 113. Διασιαίνειν] Vide quae notavimus ad Schol. p. 372.

P. 142. ad Schol. n. 7. Huic adnotationi pro *M. du S.* subjice *T. H.*

P. 167. b. ἁρμόξεσθαι. L. ἁρμόζεσθαι. *Sext. Emp.* adv. Gramm. p. 265. πρὸς τὰ παρόντα ἁρμοζόμενοι πρόσωπα. Ad proverbii, quam dedimus, explicationem confirmandam pertinet illud *Alciphronis* III. Ep. 71. Διονυσίοις τοῖς ἐπιοῦσι, *proximis Liberalibus.* Ceterum emendatio *Zenobii* quanquam valde sit probabilis, haud tamen adsperner, si quis, duce *Suida*, refingi malit: ςενὰς δὲ ἔχει δύο καὶ μακρὰς ἀπὸ τοῦ πελάγους κατάρσεις· sunt enim κατάρσεις οἱ ἐπιτήδειοι εἰς καταγωγὴν τόποι, καὶ εἰς τὸ προσορμίζεσθαι, ut monet *Schol. Thucydid.* ad IV, 26. παραπλέων δὲ τὴν χώραν, ἢ κατάρσεις ἀναγκαίας καὶ καταφυγὰς ἑώρα τοῖς πολεμίοις. Vide notata de verbo καταίρειν p. 83.

P. 179. v. 33. L. τῷ ποτε, & additam huic voculae notam dele: vid. p. 207, 75.

P. 184. b. *Plato.* In Phaedonis initio p. 45. E. Xanthippen nominat ἔχουσάν τε τὸ παιδίον αὐτοῦ καὶ παρακαθημένην· non procul a fine p. 86. A. quum jam tempus adpeteret educendi poculi cicuta mixti, ἠνέχθη παρ' αὐτὸν τὰ παιδία, δύο γάρ αὐτῷ υἱεῖς σμικροὶ ἦσαν, εἷς δὲ μέγας, καὶ αἱ οἰκεῖαι γυναῖκες ἀφίκοντο· & mox: τὰς μὲν γυναῖκας καὶ τὰ παιδία ἀπιέναι ἐκέλευσεν· tum p. 87. A. ἐγὼ μέντοι, inquit Socrates, οὐχ ἥκιςα τούτου ἕνεκα τὰς γυναῖκας ἀπέπεμψα. Ex his clarum, utramque marito vixisse superstitem. Ille natu major filius & μέγας Xanthippes est Lamprocles, quem bene restituit in Epp. Socrat. p. 57. *Leo Allatius:* sed monere simul debuerat, id nominis abiisse violatum librarii culpa in ἅμα Τυροκλῆς· nam illud ἅμα ex priore syllaba ΛΑΜ conflatum nullius usus est, & orationi nocet. Idem pejus *ex Myrto prima uxore sublatum esse* scribit: etenim apud *Xenophontem* Lamprocles Socratis πρεσβύτατος υἱὸς a patre commodo monitore castigatus, quod matri vehementius succenseret, quum respondet Ἀπομν. II. p. 432. v. 20. οὐδεὶς ἂν δύναιτο αὐτῆς ἀνασχέσθαι τὴν χαλεπότητα, nonne Xanthippen, ejusque notos mores designat? De duabus Socratis uxoribus quibus argumentis Panaetius pugnaverit ad convellendam *Platonis* auctoritatem, equidem ignoro.

P. 190. v. 91. Clariſſ. *Geſnerus* non opus eſſe arbitratur emendatione, modo meminerimus ironicum eſſe totum exordium, cujus haec ſit vis: *Quaſi vero opus eſſet longa oratione . . . . nec ſatis foret ſola capita exponere* &c.

P. 227. b. Oraculum illud Byzantinum extat in *Achill. Tat.* II. p. 93. qui lectus facile deteget incogitantiam *Bourdelotii*.

P. 229. a. Herodoti. L. Herodori.

P. 237. a *malim* ἀγόμενος. Adde: vel propius ἡγμένος.

P. 242. Infra *Luciani* contextum poſt Εὐγλωττίᾳ L. haec ſunt adponenda:

b. Ἄρῃ] Ita ſola *P.* Reliquae omnes Ἄρην, quod prave mutatum a *Bourdelotio*. Quam varie flectatur Ἄρης monet *Sylburgius* ex *Laſcari* Not. ad *Clenard.* p. 572.

P. 281. a. *Ut, quin aliis itidem in mentem venerit, vix dubitem.*] Vidit hunc errorem ſcripturae, ſuſtulitque *Cl. Salmaſ.* Plin. Exerc. p. 392. E.

P. 283. b. *Nondum, cur ſcriptura vetus mutari debeat, rationem invenio.*] Mutanda eſt, ſi *Servium* ducem ſequimur ad AEn. III, 12. qui *Varronem* teſtem citat, ex quo praeterea legendum foret, *ante portum ſtatuit*. Vide *G. Cuperi* Obſ. IV, 9. p. 103.

P. 284. b. infima: *quae Urania dicitur.*] Praeter *Lutatium* meminit *Olympiodorus* hiſtoricus in *Photii* Biblioth. p. 112. v. 14. & philoſophus ad *Ariſtot.* Μετεωρολ. I. f. 4. b. Τούτους δὲ τοὺς τυφῶνας καὶ σίφωνας καλοῦσι διὰ τὸ καὶ ὕδωρ πολλάκις ἀναπάσαι· καλοῦσι δὲ αὐτὴν καὶ οὐρανίαν ἰδιωτικῷ ὀνόματι.

P. 300. a. *niſi quis eruditior moretur.*] Moratur, atque adeo me paene retrahit Doctiſſimus *Geſnerus* ita ſcribens: *verba κατὰ τὰς πλεκτάνας decere opinor copiam illam Luciani, qui non ſatis habuit acetabula nominare; etiam cirros memoravit, quorum in articulis ſedent acetabula.*

P. 339. b. *ſingularine libro* &c.] *Athen.* XIV. p. 641. F. Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ τῆς Τροφωνίου καταβάτεως· unde conficiendum videtur, ſingulare fuiſſe de deſcenſu in antrum Trophonii volumen, inque libros plures diviſum.

P. 356. v. 11. Non poſſum, quin cum lectore communicem, quae hoc de loco ad me ſcripſit elegantiſſimus *Geſnerus*: *Totum hoc in parentheſi videtur eſſe*, πίνει δ' ἐπιεικῶς ζωρότερον, bibit ſatis meracum. *Duos quaſi gradus facit, primo comparativum in* ζωρότερον, *qui intendit aliquantum ſignificationem; deinde* ἐπιεικῶς *iterum moderatur. Poſſis igitur etiam vertere:* bibit aliquanto meracius. *Eo autem totum hoc pertinet, ut facultas admiſcendi veneni indicetur, quod facilius alienus ſapor ſentitur, quo magis dilutum eſt vinum; difficilius autem, quo eſt meracius.*

P. 358. a. *Illa tamen, ni fallor, ab* Archilocho *ſumſerat* Plato.] Fallor: ſumſit ab ipſo Critia, ut loco diligentius inſpecto manifeſte patet.

P. 381. v. 83. Ita *Jo. Matth. Geſnerus* ad me: *Non difficile fuerit crimen depellere a* Luciano, *quaſi neſciverit Hannibalem Graece potuiſſe; modo levi transpoſitione ſic legamus:* Ἓν μὲν τοῦτο, ὦ Μίνως, ὠνάμην ἐνταῦθα, ὅτι καὶ τὴν Ἑλλην. Hoc mihi unum hic prodeſt, quod etiam Graece didici, *cum nempe apud ſuperos eſſem.* Ego *Luciani* patrocinium ſuſcipi, aequiſſime fero.

P. 386. a. Ἄννωνος τοῦ Καρχηδονίων βατιλέως Periplus inſcribitur: eoque modo *Solinus* c. 56. Hannonem vocat *Poenorum regem*, quem *Plinius ducem* vel *imperatorem*.

P. 388. a. De Hannibale Campana luxurie corrupto, tanquam de re vulgo nota loquitur *Cicero* de L. Agr. §. 95. *deinde ea luxuries, quae ipſum Hannibalem, armis etiam tum invictum, voluptate vicit.* Marcellus apud *Liv.* XXIII, 45. quo ſumma vi milites ad pugnam hortaretur, *Capuam Annibali Cannas fuiſſe: ibi virtutem bellicam, ibi militarem diſciplinam, ibi praeteriti temporis famam, ibi ſpem futuri extinctam:* quae non minus ipſum Poenorum ducem, quam milites petere videntur.

P. 390.

P. 390. v. 18. Ὅμοια Praestantissimus *Gesnerus accipit* similia, *id est*, *consentientia & convenientia oraculo Hammonis.* Mallem, si retineri debeat ὅμοια, παρὰ τῆς Ὀλυμπιάδος· nam paulo post, οὐδὲν ὑγιὲς οὔτε ἡ μήτηρ, οὔτε οἱ τῶν Ἀμμωνίων προφῆται ἔλεγον. Sed pristina conjectura displicere mihi nondum potest. Usum vtrborum *volutari* & κυλίεσθαι eximie declaravit *Pricaeus* Not. ad *Apul.* Milesi. IX. p. 488. Commode vero Alexander & Diogenes apud inferos novitii colloquuntur: utrique enim eodem die, hic Corinthi, ille Babylone, in Orcum se penetrarunt, ut testantur *Diogen. L.* VI, 63. & *Plutarchus.*

P. 393. v. 69. Si color aliquis vulgatae lectioni possit induci, nihil equidem speciosius invenio, quam quod suggessit *Jo. Matth. Gesnerus: Non puto*, inquit, *hanc vocem esse silentio tegi volentis dedecus Aristotelis: contrarium enim apparet. Sed hoc vult*, sine me scire, *id est*, *concede*, *ut ego melius quam quisquam sciam*, *& dicam adeo*, *quis fuerit Aristoteles*, *ut nostri*, Das muss ich am besten wissen. Μόνον *non excludit alios a cognitione futura*, *quam omnibus jam impertit*, *sed a praeterita.*

P. 415. v. 53. Vide pereruditam & ingeniosissimam de Pythagorae κυάμῳ disputationem in Miscell. Observ. A. 1735. p. 417. quam qui legerit, nihil est, cur quicquam amplius a nobis desideret.

P. 446. a. Graevius *quin felici conjectura . . . non dubito.*] Nunc ut dubitem faciunt, quae perquam ingeniose pro vulgata lectione scripsit ad me politissimus *Gesnerus*: eummet ipsum audi causam hanc agentem. *Certatim viris doctis placuit* ἀπετάκησαν, *quod ipse ejus restituendi auctor* Graevius *vertit*, emarcuerunt, pannosae factae sunt. *Sed hic nondum viri character erit*, *verum vetulae aut aegrotae. Quin retinendam puto scriptionem constantem omnium*, *qui usquam sunt*, *librorum*, ἀπετάθησαν, extensae sunt *non in longitudinem dependentem*, *sed crati pectoris intentae*, *ut nihil ibi laxum*, *nihil pendens relinqueretur. Ita collis* ἀποτείνεται, *sive* extenditur, *cum solo aequatur: unaquaeque enim linea curva*, *sive arcus circumscribens collem illum extenditur*, *& fit recta; certe ad rectam magis accedit.* Haec ille, quibus si vetusti scriptoris ad usum eum verbi ἀποτείνεσθαι firmandum auctoritas accederet, jam sublata foret omnis dubitandi causa.

P. 469. b. infima. Extat versus a *Diacono* prolatus in *Orphei* Εὐχῇ v. 45. ibique legitur, ἐρανὴν. Praeferendum arbitror, quod restitui.

P. 486. v. 13. Περὶ μηδὲν ἐσπουδακώς.] Plane noster Tiresias cum Simonide sensit, cujus erat praeceptum παίζειν ἐν τῷ βίῳ, καὶ περὶ μηδὲν ἁπλῶς σπουδάζειν. Vid. *Theon.* Progymn. p. 84. Mox autem κλειθρίαι si fenestra sit, *clathratam* intelligere oportet. Κλειθρίδια dabit *Euagrius* H. E. I, 14. Πρὸς τῇ ὀροφῇ τοίνυν τῶν λεγομένων ᾠῶν κλειθρίδια καθεζᾶσι· θυρίδας ἔνιοι καλοῦσι· pauloque post iterum κλειθρίδιον· ibi *Langi* & *Christophorsoni cancellos* repudiat *Valesius*, & *clathros* mavult vertere. In Onomastico, Κλειθριὰ, *rima:* alii signatius *januae rimam* interpretantur, ut monuit *H. Stephanus* in Th. L. Gr. nullo alio, quam hoc ipso Luciani loco adlato. Posses foramen januae vel cistae pervium, in quod clavis inmittitur, exponere: κλεῖθρον vocat *Numenius* in illa facetissime narrata Lacydae historia, quae delusum philosophum ad ἀκαταληψίαν adegit, apud *Eusseb.* Εὐαγγ. Προπ. lib. XIV. τὸν δακτύλιον κατεκύλιε διὰ τοῦ κλείθρου· & saepius in proximis: ὀπὴν vocavit *Diogen. L.* IV, 59. Κλειθρίον paulo diversa potestate reperies in *Heron.* Autom. p. 251. 262.

P. 491. b. Not. ad Schol. ἐπιθαμῆς. L. σπιθαμῆς.

P. 493. b. La Pogogia.] *Achilles Statius* ad *Catulli* Phaselum adnotavit, Lusitanos la Poia vocare pedem veli. Hoc ex altero contractum.

P. 496. a. Not. ad Schol. raecum. L. Graecum.

IOHAN-

IOHANNIS BENEDICTI,

De ſua Graeci Contextus, & Latinae verſionis Luciani recognitione, ad candidum & φιλέλληνα Lectorem

PRAEFATIO.

MIRUM tibi videri poſſit, Amice Lector, me poſt viginti celebria Doctorum virorum nomina, recognoſcendis Luciani ſcriptis, & retexendæ maxima ex parte illorum in Latinam phraſim tranſlationi manum admoviſſe: cum veriſimile ſit eos viros, ſui temporis lumina, Graecam linguam ita calluiſſe, ut probe intellectum authorem e Graecia in Latium pede nunquam caeſpitante, animo nunquam dormitante tranſtulerint: me vero, jam primum hoc eruditionis ſpecimine innoteſcentem, nihil melius praeſtare potuiſſe, quam excellentes illi interpretes praeſtiterint: adeo ut huic coepto plus audaciæ ſit tribuendum, quam veræ laudis rependendum. Ego ſane ingenue agnoſco cum eruditionis meæ mediocritatem, tum egregiam virorum illorum praeſtantiam, quam neque ſuſpicere, neque laudare ſatis poſſum: imo cui plurimum deberi ſyncere confiteor. Sed, veluti non raro accidit, ut etiam indoctiores doctiorum inventis non contemnenda ſuperſtruant & addant: ita & mihi contigiſſe, ni fallor, judicabis, ut via, editæ antehac metaphraſeos beneficio, reſerata, plerisque in locis ſcopum authoris clarius & melius attingam. Occaſionem exhauriendi laboris iſtius obtulere mihi ſelectiores & graviores quidam authoris hujus Dialogi, quos dum utile dulci permixturus, publice legebam, & ſingulas ſententias ac voces diligenter expendebam, plerumque non placebat vetus interpretatio, quandoque etiam mendoſa videbatur lectio, unde fiebat ut non plene, planeque ſatis locorum nonnullorum ſenſus caperetur. Idcirco Graecum contextum, vel ex collatione variorum & antiquorum codicum, vel ex proprio judicio emendabam: & ſicubi mentem authoris melius reddere poteram, id ſobrie quidem, & moderate faciebam. Poſt ea mihi ſuccurrit, ſiquidem diverſi diverſorum Dialogorum & Tractatuum erant interpretes, ſingulorum partem ſaltem aliquam attente examinare: quo perſpicerem an Graeca Latinis apprime reſponderent. Hinc variorum interpretum varia ingenia, & quam alius alio foelicior eſſet metaphraſtes, intellexi. Utque, quod ſentio, ingenue pro innato mihi animi candore dicam: comperi Thomam Morum tam fœliciter officio metaphraſtæ functum, ſententias ſingulas ad verbum ſervata latinitate pura reddendo, ut vix aliquid nactus ſim, quod melius redderem: imo potius ipſum hac in mea recognitione imitari voluerim. Ad hanc laudem proxime accedit Eraſmus Roterodamus: in quo quanquam plura quam in illo immutanda judicavi, pauca quidem illa ſunt, ſi cum reliquis compares. Tertius eſt Iacobus Micyllus, Eraſmo fere aequiparandus hoc in negotio. Reliqui interpretes inter ſe ferme pares, tribus illis, me judice, multum cedunt. At omnium infœliciſſimus mihi viſus eſt Vincentius Obſopœus: qui non ſolum ſuperflua verborum luxurie mentem authoris paſſim obſcurat, ſed etiam plerumque vel non capit, vel corrumpit. Atque is eſt qui tertiam ad minimum illius partem Latine exaravit. Cujus interpretationis, quamquam retineo quicquid poſſum, tam obſcura reliqui veſtigia, ut haec prorſus mea non immerito dici poſſit: non ſecus atque [Aſini] ſive [Lucii] verſio, quæ usque adeo miſera prius erat, ut ſuo nomini bene conſuluerit vetus interpres, quum illud reticuit. Caeterum hoc in cœpto ſum verſatus, non ut laudem magnis illis viris ullo pacto praeripiam, praereptam in me transferam, ab iſtiusmodi veſana φιλοτιμίᾳ tantum ſum alienus, quantum virtus a vitio,

tio, jus ab injuria distat. Hic animus, hoc consilium solummodo fuit, ut dum otio in aliquo negotio uti licebat, quod esset opis meæ (quæ quam sit tenuis, agnosco) id in rem literariam conferrem. Velim igitur, Amice Lector, conatum hunc meum boni consulas, eoque sic fruaris, ut quod in eo desiderabis, humaniter toleres: &, si saltus asperrimos superasse non videbor, clementer condones. Nolim enim tam bene de me sentire, ut contendam me tibi versionem istiusmodi exhibere, quæ omnis censuræ expers esse possit: quandoquidem ardua res est eadem elegantia, eademque festivitate authorem hunc de Graeca phrasi in Latinam transferre: ita proprius est unicuique linguæ genius, & inexplicabilis venustas. Forte autem objiciat aliquis me debuisse eos locos notare, quibus in primis emendandis operam impendi. Id utique facere nolui duabus praecipue de causis. Una, quoniam commoda forma, in gratiam eorum qui libros hosce secum circumferre volent, editionem faciendam, & voluminum majorem vel molem vel numerum vitandum putavi. Altera, quoniam confido eum qui veterem versionem cum hac recognitione, & prius excusos Graece codices cum nostro conferet, nullo negotio vel ex ipsa sermonis serie, & locorum sensu, nostræ mutationis rationem deprehensurum. Quamobrem duxi me satis in praesentia praestiturum, si, quoad fieri posset, purum authorem, & versionem ante vulgata commodiorem & fideliorem, cum Indice rerum opere illo contentarum exhiberem. Nunc superesset ut aliqua commendatione Lucianum cohonestarem, nisi sic, actum ab aliis multis, agerem. Et certe quid opus est ut post illos repetam eum esse Atticæ eloquentiæ exemplar syncerum, summa dicendi festivitate, magna rerum varietate, magna scientia, multaque doctrina clarere? Hic si res serias tractat, fit gravis: si jocosas, festivus: si praecipit, si monet, si mordet, est prudens, est lenis, est asper: si orator causam agit, est facundus, acutus, solidus. Denique adeo fœcundo, flexilique valet ingenio, ut veluti Proteus omnes formas, veluti Chamaeleon omnes orationis colores suscipiat: varioque ~~styli~~ penicillo varia argumenta explanet, dum in gravibus exurgit sublimis, in tenuibus incedit humilis, in mediis inter utrumque dicendi genus fertur medius: semper sacrificat perspicuitati: sicubi lubet obscuritatem affectare, dextre id facit. Ex quibus constat nullum esse authorem, quo commodius uti possit, quicumque Graece discere studebit. Hic, si locos recte deligas, tyronibus est facilis, provectioribus accommodus, Graeca lingua jam plene imbutis utilis. Hinc florentissimis Europæ gymnasiis commendatissimus, ut ex eo studiosa juventus, tanquam ex fonte, purum Graecismum hauriret: illique aliorum, qui in scholis praelegi solent, authorum fabulis scatentium, amplus & planus esset commentarius: & ex varietate scriptorum πολυτρόπου hominis hujus, apud quem nulla fere res est, quæ non veniat in sermonem, Graece loquendi formularum flores decerperet. Quæ cum citra controversiam ita sint, omne punctum tulit Lucianus, qui utile dulci miscuit: dignus profecto quem omnis φιλόμουσος amet, quem alioqui impium vel pius non dedignetur, siquidem puris omnia pura, qui ceu Ponticæ apes, mel dulcissimum ex amarissimo absinthio conficiunt. Age ergo quicumque seria, quicumque jocosa quaeris, hic invenies quod animum tuum quocumque tandem modo affectum refocillet, sive te domi haerentem, sive ruri versantem, sive peregre euntem, politissimi authoris lectione recreare cupies. Hinc inter agrorum sata laeta, rerum omnis generis segetem tibi suppeditabit: in horto florido, rhetoricorum florum varias coronas nectet: in viridi & irriguo prato, perenni eloquentiæ scaturigine, & limpidis facundiæ rivis te recreabit. Denique magno parvove sub lare degentem, moribus tuæ sorti convenientibus, nunc salsa dicacitate vitia mordendo, nunc merita laude virtutem extollendo, nunc recta praecipiendo, te informabit.

******

IOAN-

IOANN. GEORGIUS GRAEVIUS
LECTORI
S. P. D.

Vides hic recentem editionem Luciani, quam adornarunt Amſterodamenſes bibliopolae, hoc nomine ſane ceteris meliorem, quod in illam contulerint Bourdelotii, Palmerii, Tanaquilli Fabri, aliorumque politiorum hominum notas: quibus etiam acceſſerunt novae curae nunquam antehac publicatae virorum Clariſſimorum, Menagii, Gujeti, Boivinii, quas mihi miſit Menagius, Iacobi I. F. F. Gronovii, nec nullae meae. Excerpturus plures eram, ſi per temporis anguſtias, & occupationes alias potuiſſem huic negotio maturius & diutius vacare. Uſus ſum editione Florentina anni milleſimi quadringenteſimi nonageſimi ſexti, quam Vir doctus cum optimo codice manu exarato contulerat. Eam primam omnium eſſe perſuaſum habeo. Uſus etiam ſum Aldina anni milleſimi quingenteſimi tertii, nec non duabus Baſileenſibus, altera Graeca anni milleſimi quingenteſimi quinquageſimi quinti, alteri adjecta eſt verſio Latina, quae notiſſima eſt, ut & Salmurienſis Benedicti. Bourdelotianam mihi conſulere nunc non licuit, quamvis olim adoleſcens eam evolverim. Secuti ſunt typographi tam in Graecis, quam Latinis exprimendis, editionem Benedicti, qui vetuſtiorum interpretum verſiones interpolavit. Si quis poſt haec novam Luciani editionem moliri velit, ei ſim auctor, ut novam interpretationem Latinam concinnet, dignam tam culto ſcriptore. Nam ſatis magnus campus patet Graeca docto induſtriam ſuam exercendi. Cum jam omnia typis eſſent deſcripta, miſſus fuit typographis ex Anglia Scholiaſtes Graecus ineditus, quem cum illis communicavit, cum id ab eo petiiſſent, Vir Illuſtris Iſaacus Voſſius. Is enim ex ſuo codice juſſit eum deſcribi, & Amſterodamum perferri. Typographi calci Luciani haec Scholia ſubnecti juſſerunt. Si quid in illis deſiderabis, curis poſterioribus ſperant id emendatum iri. Nunc feſtinantibus multas ob cauſſas ignoſce, & vale.

TESTI-

TESTIMONIA DE LUCIANO.

LACTANTIUS de falsa relig. c. 9. §. 8. Non enim ista Lucilius narrat, aut Lucianus, qui Diis & hominibus non pepercit.

Suidas Atheum & blasphemum vocat, ut vid. deinde, in ejus vita. Ex eo omnes fere deinde certatim Lucianum hoc cognomine ornarunt, quo jure, vid. in Dissert. seq. de ejus aetate ac vita.

Thom. Pope Blount in Censura celebriorum auctorum, p. 121. 122. sequentia etiam congessit, quibus nos & nonnulla alia intexuimus.

Joan. Andr. Quenstedt. Lucian. Samosat. homo *Atheus*, quippe qui promiscue risit omnem religionem; Gentilium *Deos* magna libertate exsibilavit & laceravit, ipsique Christo mundi Servatori maledixit & conviciatus est, nominans eum *Sophistam* de palo suspensum (sit venia blasphemiam repetenti!) unde & *blasphemi* sive *dysphemi*, i. e. maledici & inauspicati, vel potius impii cognomen sibi diabolicis suis calumniis acquisivit. Simplicitatem doctrinae coelestis risit hac voce, quam saepe contra pios usurpavit, *omnis doctrina, omnis sapientia vestra est, Crede.*

Lud. Vives de veritate Fid. Christian. l. 2. p. 126. *Lucianus* hominum & Deorum subsannator. — Pessime *Lucianus Samosatenus* sophista, qui adimens hominibus veterem ac receptam religionem, non saltem reponebat novam aliquam. Quod irrideret antiquas dementias ac insanias, recte id quidem: sed alia debebat substituere potiora. Sublatis enim prorsus religionibus, quid aliud quam hominem sine humanitate relinquebat?

Idem de Trad. Discip. *Luciani* verba sunt tersa, & *phrasis* dilucida.

Bourdelot. vero in praefat. Luciani: unicum exemplum continentiae LUCIANUS, vitiorum omnium inimicus, unius virtutis & philosophiae completae sectator, cui *Nec viget quidquam simile aut secundum.*

Barth. Adv. L. 2. c. 8. *Lucianus* ingeniosus & dicacitati adeo devotus scriptor, ut contra omnium *Deorum hominumque* fidem suis strophis se stare posse existimet.

Ger. Vossius de philosophorum Sectis p. 57. Lucianus Samosatensis metuo ne haud satis justa de caussa ἄθεος apud *Christianos* audiat. Scio *Suidam* tradere eum ita appellatum, quod in *Christum* debacchetur; verum nusquam in eum maledicus invenitur, praeterquam in persona *Peregrini*, ubi *Christum* appellat *Sophistam*, quae vox non solum *Impostorem* significat, sed etiam in bonam partem sumitur. *Christiani* vero vocem illam aestimarunt, quasi ex *Luciani*, non ex *Philosophi*, in quo τὸ πρέπον servandum erat, persona dictum fuerit. Non tamen recte scenae servitur, cum de *Deo* agitur; eoque culpa *Lucianus* haud plane vacat.

Erasm. Epist. L. 29. Ep. 5. in *Luciani* Somn. *Omne tulit punctum* (ut scripsit Flaccus) *qui miscuit utile dulci.* Quod quidem aut nemo, mea sententia, aut noster hic *Lucianus* est assecutus; qui priscae comoediae dicacitatem, sed citra petulantiam referens, *Deum* immortalem! qua vafricie, quo lepore perstingit omnia, quo naso cuncta suspendit, quam omnia miro sale perfricat, nihil vel obiter attingens, quod non aliquo feriat scommate, praecipue philosophis infestus, atque inter hos *Pythagoricis* potissimum, ac *Platonicis* ob praestigias:

Stoicis item propter intolerandum ſupercilium, hos punctim ac caeſim, hos omni telorum genere petit; idque jure optimo: quid enim odioſius, quid minus ferendum, quam improbitas virtutis nomine perſonata? Hinc illi *Blaſphemi*, hoc eſt, maledici vocabulum addidere; ſed hi nimirum, quorum ulcera tetigerat.

Idem ibid. Tantum obtinet in dicendo gratiae, tantum in inveniendo felicitatis, tantum in jocando lepôris, in mordendo aceti, ſic titillat alluſionibus, ſic feria nugis, nugas feriis miſcet: ſic ridens vera dicit, vera dicendo ridet; ſic hominum mores, affectus, ſtudia, quaſi penicillo depingit: neque legenda, ſed plane ſpectanda oculis exponit, ut nulla comoedia, nulla ſatyra cum hujus *Dialogis* conferri debeat, ſeu voluptatem ſpectes, ſeu ſpectes utilitatem.

Boecler. de ſcriptor. p. 62. Multa eloquentia & varia eruditio ei ineſt.

Turneb. adverſ. p. 542. *Lucianus* feſtiviſſimus & politiſſimus ſcriptor.

Phot. cod. 128. Ad ſtylum quod attinet, longe optimus: dictione uſus ſignificante ac propria, quae efficax dicendi genus decet. Diſtinctionis adhaec, atque puritatis, aeque ut perſpicuitatis, & aptae magnitudinis, ſi quis alius, perſtudioſus eſt. Compoſitionem quoque adeo commode concinnat, ut lector credat, non ſe orationes legere, ſed jucundum aliquod carmen, ſine manifeſto cantu, audientium auribus inſtillari.

Cael. Rhodig. L. 9. Lect. Antiq. c. 19. p. 478. *Lucianus* homo foediſſimus, loquentiae multae, at ſapientiae minimae. Idem tamen L. VI. c. 17. p. 301. conceſſerat eſſe doctiſſimum atque ingenioſiſſimum.

Tan. Fab. in nott. ad L. IV. Phaedri, fab. 7. Quid venuſtius dici aut fingi poteſt? ſed ſolens more ſuo facit *Lucianus*. Neque enim temere quemquam reperias terſiorem, elegantioremque.

Iſ. Caſaub. de Rom. Satyr. L. 2. p. 268. *Lucianum* a *Menippo* non pauca eſſe mutuatum, & in multis aemulatum fuiſſe, non dubito: ſed facies orationis tota diverſa. Quin ipſe gloriatur novum ſcribendi genus ſe inveniſſe: ac ſub comica jocoſitate gravitatem philoſophicam occuluiſſe.

M. V. La Croze in Miſcel. Berol. T. I. p. 27. Inter eos Scriptores qui aetatem tulerunt, vix ullum eſſe ferme contenderim, qui tot ac tantis ſe dotibus ingenii Lectori commendet, atque *Lucianus*. Cetera vide in Diſſert. ſeq. de Ejus vita &c.

Tib. Hemſterhuſius in prolegom. notarum ad Luciani Dial. Mortuor. Edit. minor. Ad noſtram certe aetatem nullum ingenioſi hominis monumentum, quod cum Luciani Dialogis poſſit comparari, pervenit.

Alia de eodem judicia vid. in Diſſert. ſeq. de ejus vita.

Luciani Samoſatenſis Dialogi, viz. mors *Peregrini*, & *Philopatris*, prohibentur in *Indice Romae* impreſſo anno 1664. juſſu *Alexand.* VII. Pontif. Max.

I. F. REITZII SYLLOGE
DE AETATE, VITA SCRIPTISQUE
LUCIANI.

PRo exiguo quod mihi conceditur temporis ſpatio, (cauſſam in fine praefationis indicavi) vitam Luciani concinnaturus ab nemine adhuc plene conſcriptam, ſatisque inveſtigatu difficilem, ſi ſingula perſequi velis, ea incedam via, ut prius omnia quae inveſtigare potui ſparſim ab aliis tractata colligam, atque in una tabella, immixtis obſervatiunculis quibusdam, proponam; poſtremo vero meam de Noſtro ſententiam ſubjungam, aetatemque ejus ex ipſius ſcriptis, quantum licebit, eliciam, ibi deſiturus, ubi typographorum efflagitatio manum de tabula tollere juſſerit: quumque plerique, maxime *Zvingerus* & *Bourdelotius*, in ſuis praefationibus nimis amplificatis, quam ut totae repeti mereantur, ſuum de Luciani ſcriptis atque aetate judicium ita conjunxerint, ut aegrius disjungi queant, eundem ſequar morem, de aetate, vita ſcriptisque Noſtri ſimul agendo, & ex amborum praefatt. ea tantum, quae huc pertinent, ante excerpendo, quam ad alios transeam. Praemittimus autem ecce vitam LUCIANI ex SUIDA, qualem *Zvingerus* editioni ſuae Baſileenſi tertiae praefixit.

Lucianus Samoſatenſis, cognomento blaſphemus, ſive maledicus, aut atheus potius appellatus, eo quod in Dialogis ſuis ridicula etiam illa eſſe proponit, quae de rebus divinis & ſacris prodita ſunt. Dicitur autem vixiſſe temporibus Trajani Caeſaris, & deinceps. Caeterum fuit ab initio cauſſidicus, Antiochiae, quae in Syria eſt; ſed cum ea res illi non ſatis ex ſententia ſuccederet, ad ſcribendum ſeſe convertit, ſcripſitque adeo infinita. Obiiſſe autem ipſum, fama eſt, a canibus laceratum, quoniam & contra veritatem velut rabiem exercuiſſet. Nam in vita Peregrini Chriſtianiſmum quoque inſectatur, ipſum Chriſtum contumelioſe inceſſit, ſceleſtus ille. Quare & rabiei iſtius poenas ſufficientes in praeſenti vita dedit, & in futurum haeres aeterni ignis una cum ſatana erit. Haec ille. Addit autem Volateranus, neſcio quo auctore: cum ab initio Chriſtianus fuiſſet, poſtea ejusdem religionis deſertorem factum eſſe, dictitantem ſe nihil ex ea conſecutum, quam quod nomen ipſius corruptum eſſet, ex *Lucio*, *Lucianus* factum. Fuit autem Samoſata, ut hoc quoque addamus, urbs non longe ab Euphrate ſita, Commagenes metropolis. Plinius & Stephanus.

Haec partim vera, partim ficta aliquanto melius exſequitur *Bourdelotius*, Luciani vitam hisce verbis conſcribens:

Luciani Samoſatenſis Philoſophi vitam ſcripturum, ope ſumma niti decet, ne temere voluntati & opinioni eorum videatur aſſentiri, qui aggreſſi hactenus falſa veris miſcuerunt, & ex tribus vel pluribus hujus nominis vel rhetoribus vel ſophiſtis, longo inter ſe intervallo viventibus, Luciani noſtri vitam texuerunt. Suidas qui ex antiquis βιογράφοις ſolus Lucianum nobis tradidit, proh Jupiter! quae mendacia blateravit? Satis ad eum refutandum quae nos in contrarium ſcribimus. Volateranus non Suidae contentus nugis alias inſuper de ſuo liberalis adjunxit. Caeteri aut non viderunt viam qua iretur ad illam, aut viſam ſimilibus aliisque mendaciis refarſerunt. Igitur ne ſimili coinquiner audacia, Lucianum de ſe

narrantem exſcribo, ut verus ad oculos legentis accedat. LUCIANUS natione Syrus fuit, urbe Samoſata (*a*), quae juxta Euphratis confluenta ſita eſt: circa Trajani (*b*) tempora videtur natus, cum Epictetus, illud virtutis exemplar, velle eſſe deſineret. Patris ignoratur conditio, ſed tamen ut appareat eum ex hoc genere hominum fuiſſe, qui in extrema paupertate morientes non multum heredem adjuvant. Nam cum deliberandum eſſet de futura Luciani filii conditione, videretque patrem ſuum & uxoris fratrem eximios audiri ſtatuarios, ne deliberavit quidem ut videretur contatus, ſed ſtatim fortunae ſtatuariae filium addixit: qui neſcio an ingenii bona indole, an fato (*c*) quodam, artis ſtatuariae deſertor efficitur, & ad meliorem frugem ſe recipit, atque ſtatim ut ſibi reliquam aetatem a ſtatuaria procul habendam decrevit, meliora pollicitus, rei familiaris inopia, relicta Samoſata, ubi levioribus ſtudiis inſtructus fuerat, Antiochiam petiit, ut cauſis dicendis (*d*) operam daret: ſed cum non illi ad mentem ſuccederet cauſidicinae conditio, videreturque nominis illuſtrior gloria futura, ſi Rhetoricam, qua plurimum pollebat, profiteretur: ut illa noteſceret, varias animo concepit peregrinationes, & ſuſcepit: juvenis in Galliam (*e*) profectus, auditorum frequenti corona, & laudem meruit & retulit: ex Gallia Macedoniam (*f*) petiit, ubi variis diſſertationibus perfectiſſimum dicendi robur exponebat: quales ſunt, Herodotus, Scytha, Harmonides. Sed cum videret, Rhetores inductionibus & fallaciis, divitias & caetera quae prima mortales putant, potius ſibi quaerere, quam verae virtutis mercedem, ea relicta philoſophiam (*g*) aggreſſus eſt: in qua quid profecerit, eſt incredibile memoratu. Sed tamen ipſi etiam philoſophi plus divitiis quam philoſophiae parentabant, auditores invicem ſibi aut vellebant aut vellicabant: & civitates, quibus fucatam illam oſtentabant philoſophiam, factionibus infeſtabant. At Lucianus non fuco cum fucatis, non factione cum factioſo, ſed cum ſtrenuo virtute, cum modeſto pudore, cum innocente abſtinentia certabat (*b*), ſemper ingenio ut conditione liber, tandem ſub Divo Marco Aegypti procurationi (*i*) praepoſitus, &

(*a*) Urbe Samoſata] *Lucian.* T. 2. *Q. Hiſt.* §. 24. τὰ Σαμοσάτα dicit plur. num. ut etiam *Strabo:* itaque *Samoſatis* natus dicendum fuiſſet. Cl. *J. Alb. Fabricius* in Bibl. Graec. L. IV. p. 485. eandem hanc vitam ex Bourdelotio exhibet, additis notulis; ad haec autem verba ait: Lucianum patriam indicantem vid. in *Quom. Hiſt.* l. d. Item in *Scytha* T. I. ad fin. §. 9. τοὺς Σύρους ἡμᾶς. In *Reviviſc.* T. I. §. 19. πατρὶς δὲ τίς; Σύρῳ — τῷ Εὐφρατίδων. Porro Luciani nomen jam Λυκῖνος efferri, jam Λυκιανός.

(*b*) Trajani] *Fabric.* hic *Suidam* indicat, qui ἐπὶ τοῦ Καίσαρος Τραϊανοῦ καὶ ἐπέκεινα. Sed conferendum Voſſium II. 25. de *Hiſt. Gr.* Immo c. 15. ubi cum ſerius collocat, quod pluribus referemus deinde, in hac Diſſert.

(*c*) An fato] Quid dubitemus? ipſe cauſſam refert, in T. I. *Somn.* §. 3. ſeq. quod ſcutica percuſſus ab avunculo, ac nimis duriter habitus ſit.

(*d*) Cauſis dicendis] *Fabric.* monet vidend. *Reviv.* T. I. §. 29. ubi *propter fraudes, mendacia ac temeritates, quibus cauſſidicis utendum*, ſe illam artem deſeruiſſe & ad philoſ. transiiſſe refert.

(*e*) In Galliam] Vid. Apolog. *pro Merced. Cond.* T. I. §. 15. ubi Sabinum adloquitur. Obſervatque *Fabr.* Eloquentiam & Atticam dicendi ſuavitatem in Luciano praedicat *Photius* Cod. 128.

(*f*) Macedoniam] *Lucian.* T. I. *Herod.* verſ. fin. ſed & in *Ionia* & *Achaja* audiſſe ſe ſcriptores Hiſtoriam belli Parthici (A. C. 165. geſti) recitantes teſtatur lib. *Quom. Hiſt.* T. 2. §. 14. Confer ejus *Bis Acc.* T. 2. §. 27. *J. A. Fabric.*

(*g*) Philoſophiam] Moralem potiſſimum, cujus argumenti ſunt pleraque ejus ſcripta. Ita cum Socrate exiſtimabat, reliquam philoſophiam univerſam parum ad nos pertinere, certe parum eſſe utilem, niſi ad uſum vitae referatur. In *Convivio* philoſophor. T. III. §. 34. ὡς ἑδὲν ὄφελος ἦν ἄρα ἐπίσασθαι τὰ μαθήματα, εἰ μή τις ἄρα ἐς τὸν βίον ῥυθμίζει πρὸς τὸ βέλτιον. Neque philoſophiam ex ſolis libris, ſed & conſuetudine cum honeſtis hominibus hauriendam ratus, prope verum eſſe duxit quod multi dicerent, ὅτι τὸ πεπαιδεῦσθαι ἀπάγει τῶν ὀρθῶν λογισμῶν τοὺς ἐς μόνα τὰ βιβλία ἐς τὰς ἐν ἐκείνοις φροντίδας συνεχῶς ἀφορῶντας. *eruditionem a recto ſenſu bonisque inſtitutis abducere iſtos, qui ſolos libros eorumque ſenſa aſſidue ſpectarent.* Ceterum Epicureum ſe fuiſſe indicat in Pſeudomante, & a Graeco Scholiaſte diſerte fuiſſe τῶν Ἐπικούρου αἱρέσεως traditur, licet ex ſcriptis ejus tantum non omnibus rectius collegeris cum perinde, ut, cujus vitam ſcripſit, Demonactem, Philoſophiae non unam ſectam peculiariter coluiſſe. T. II. *Demon.* §. 5. *Idem.*

(*b*) Abſtinentia certabat] T. I. *Reviviſc.* §. 20. μισαλαζών εἰμι, καὶ μισοψευδής, καὶ μισότυφος — φιλαλήθης δὲ καὶ φιλαπλοῦς, καὶ ὅσα τῷ φιλεῖν συγγενῆ. *Arrogantiae, impoſturae, mendacii & faſtus ſum oſor — amator veritatis, honeſtatis, ſinceritatis & eorum quaecumque amore digna ſunt omnium.* Idem.

(*i*) Aegypti procur.] *Apol. pro Merced.* T. I. §. 6. Immo potiſſimum §. 11. & ſeqq. ſed hoc *Tilemont.* jam egit.

& suo & amicorum nomine innotuit. Qui mendaciis suis invicem credunt Christianum fuisse (*k*) arbitrantur, suppositiorum pravitate decepti. Ipsa de Morte Peregrini narratio satis evincit errorem. Nec sanior eorum opinio qui a canibus laceratum (*l*) asseverarunt. Nam senio, vel, quod verius est, podagra (*m*) nonagenarius obiit: superstite unico filio (*n*), qui summus sophista Juliani tempore, & ad quem hujus Imperatoris extat epistola.

De Luciani autem moribus, vita, scriptisque haec fere IA. ZVINGERUS loco sub init. indicato: Primo autem plures Lucianos refert, *Politicum* unum, cujus Suidas mentionem facit, *Philosophum* alterum, qui hic noster Samosatensis, cui, an quae leguntur in Anthol. tribuenda sint epigrammata, adhuc sub judice litem vigere haud umquam decidendam: pergitque *ibid.* Sunt ea quidem σωπτικὰ nonnulla: at plura, quod notat H. Stephanus, tam elegantis pietatis, ut ne Christiano quidem auctori pudori essent.

Theologos quoque Lucianos complures fuisse mox commemorat; & apud Cyprianum esse, cui IV. & XVII.ma epistolarum adscribatur. Fuisse & hoc nomine Antiochenae eccles. presbyterum, item Hierosolymitanae, qui & monumentis literarum posteris innotuerit, ib. commemorat. Sed quum de his Biographi possint consuli, nihilque ad nostrum institutum faciant, sufficiat eos tantum nominasse, & potissima Zvingeri ad Nostrum spectantia excerpere; de quo ille p. 2. & seqq. ait:

Parentes nostri Luciani tenuis fortunae homines puerum Lucianum praeclara indole ad literarum studia natum, arti statuariae addixere, majus inde certiusque lucrum, quo sublevarentur, captantes, & sumptus disciplinae minores. [Sed vide haec ipsum plenius narrantem in Dial. omnium primo.] Nominare quidem eos videtur in Piscatore, vocans se Parrhisiasten Alethionis Elenxiclei. At ficta sunt nomina, quibus studium, quo ducatur, veritatis, & personatae sapientiae odium designat.

Patria Samosata, Syriae civitas, non longe ab Euphrate, ut se ipsum Syrum & Assyrium non semel cognominet: alibi etiam Patrensem, quae civitas est Achajae: tamquam natus hinc, oriundus illinc, ait Beroaldus in octavum Apuleji [locus quem Zvingerus ob oculos habuit, est T. 2. in *Asin.* c. 55. ubi ait: *Patria nobis Patrae, urbs Achajae;* sed er-

(*k*) Christianum fuisse] Confer *Baronium* ad A. C. 171. num. 7. & *Tillemont.* Hist. Imperat. T. 2. p. 709. (sed eum nos totum addidimus) Scholiastes Graecus ad T. III. *Mort. Peregr.* §. 13. Οἷα λῃρεῖς, ὦ κατάρατε, κατὰ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ &c. Eidem Scholiastae ad Sacras historias Lucianus alludere videtur, notat *Fabric.* aliaque Scholiastae adfert, ubi is Luciano male dicit, quod in S. Prophetas, in virgam Aaronis, in Mosen, & Josephum scommata jacere videatur, sed Scholiasten fugisse rationem, ut Editor bene observarit. Additque: ab Atheismi crimine Lucianum absolvit D. *Jo. Phil. Treunerus* in Diss. de Theologia Luciani. Jen. 1697. 4.

(*l*) A canibus lacer.] *Suidas* in Λουκ. nimirum solenne fuit multis, horrenda mortis genera comminisci de iis quorum dogmata improbassent. Confer quae de Epicuro idem *Suid.* in Ἐπικ. & quae de Zoilo notavi Lib. 1. c. 7. p. 365. *J. A. Fabr.*

(*m*) Podagra] Podagra laborasse Lucianum colligitur ex iis quae in laudem podagrae scripsit T. III. fin. Ita Agrippinum Pasonium refert Stobaeus solitum rerum quae ipsi adversae accidissent encomia componere, si quidem febriret, febris, si notaretur infamia, infamiae, si exsularet, exsilii. *J. A. Fabr.*

(*n*) Superstite — filio] Haec verba *Fabricius* a vita Luciani Bourdelotiana rescidit, ut aliena; sed p. 488. ea referens merito refellit, dicens: parachronismus est, cum a M. Aurelii obitu ad primum annum Juliani Imp. intercedat spatium annorum amplius CLXXX. Equidem in Juliani epistolis trigesima secunda inscribitur Λυκιανῷ σοφιστῇ — Sed utrum iste Luciani Samosatensis vel nepos fuerit (quos avorum nomine frequentius quam parentum appellabant, licet nec hoc inauditum fuisse, Antisthenis exemplo pateat) vel pronepos, vel utrum ulla eum cognatione attigerit, neutiquam constat; nam filium quidem non fuisse certos nos facit temporum ratio. Meminit Luciani nostri etiam *Lactantius* L. I. c. 9. *Non enim ista Lucilius narrat aut Lucianus, qui Diis & hominibus non pepercit, sed hi potissimum, qui Deorum laudes canebant.* Latinae se linguae utcumque peritum fuisse testatur Lib. de errore in salutatione T. I. §. 13. Haec ille, optime. Sed Bourdelotii error forsan inde natus, quod Chronologos consulens, Didium Julianum, pro altero longe posteriore acceperit festinans.

errare virum doctum, & alium esse istum Lucium Patrensem, & Biographi, & nostri commentatores satis indicarunt.]

De tempore nativitatis nihil certi. *Suidas* eum sub Trajano, ante quem etiam fuerit, floruisse dicit: alii de Adriano quoque meminerunt. [aliquanto certiora tamen de Nostri aetate dabuntur deinde]

Quanta vero fuerit ingenii praestantia Luciani, pergit *Zvingerus* p. 3. f. non est in dubium vocandum. A prima pueritia emicuerant indicia artificis ingenii, ut eum pater ad praeclaram fingendi artem dexterrimum arbitraretur.

Sed ad majora natus puer, cui non lapidum sed humanorum animorum scabrities erat emendanda; innutritus ergo liberalibus disciplinis, Rhetor fuit, Poëta; Logicus. Testantur id ipsius scripta: inprimis quanta dexteritate adversarios disputando convicerit: quanta facundia causas in foro peregerit, quanta facilitate Comicorum personam non tam ligato quam soluto dicendi genere repraesentarit.

Ad Dei cognitionem & verum cultum si spectemus; hac parte vel maxime impium fuisse eum & παμμιαρὸν, ut ait *Suidas*, libenter fatemur, qui non solum Dei providentiam risui habere, sed & Christum ipsum humani generis vindicem cavillis & maledictis infectari fuerit ausus: tam ferali rabie, ut per ludibrium ἀνεσκολοπισμένου σοφιστὴν scelerate calumniaretur, & quod *Ponticus Virunius* in quadam epistola observat, Joannis quoque Euangelium incesseret: quod de Philopatre dictum existimari potest [At neque *Philopatrin* ab Nostro scriptum, nec *Peregrini* nomine Christum, sed aliquem *Cynicum* Pario Hellespontiooppido oriundum, de quo *Gellius* aliique diserte meminerunt, vel martyrum quendam sub Antonino Vero designari, satis apertum est. Vide *Gesneri* Dissert. de Philopatr. notasque ejusdem & *Solani Fabrique* T. III. p. 324--5. & quid de Christiana religione sciverit, senseritque Lucianus, ipsi dicemus ad finem hujus Vitae.]

Deos certe Ethnicos coelo deducit graphice, tantam impietatem, tam profana scelera nullo divino honore dignanda arguens. Id quidem hactenus nec indigne nec impie: at quod inde ingratus homuncio, nec ex sui ipsius quidem, ut alia taceam, vel corporis vel animi mira structura, ad aliquam veri Dei, & vel saltem ignoti, Athenienssium exemplo, reverentiam erigere sese vel voluerit, vel potuerit: sed Epicureorum fatalem necessitatem, omni metu Deorum sublato exosculatus admiserit, id vero extremae impietatis esse, ipsius gentilis arbitrio, non ignoratur: a qua infame nomen ἀθέου optimo jure promeritus est. [Immo nemo magis fatalem illam necessitatem risit; inspice nostri *Jov. Confut.* T. II. p. 626. maxime c. 4. f. & c. 7. ubi servos Parcarum vocat Deos, si fato obnoxii forent. Sed ante omnia c. 18. ubi fatum directe & valide impugnat. De Atheismo autem videbimus in fine.]

Quod si ad Physicam & Mathematicam nos convertamus, pergit *Zvinger.* plus quod laudemus, quam reprehendamus sese objiciet. [Immo in mathematicis parum versatum fuisse, bene aliquoties demonstravit *Solan.* in notis errores ejus indicans]

In practicis autem, ait *Zvingerus*, habitibus, major est ipsius praestantia. Ethicus fuit, minimeque deses veritatis & virtutis sectator; sed & alios secus agentes re & calamo acerrime est persequutus, ut ab antiquis δύσφημος καὶ βλάσφημος: a *Vive* subsannator Deorum & hominum: ab *Erasmo* mitius, nugator festivus: quod ludendo acerbitatem animi ceu velo obducto occultare sciret, cognominaretur. Hujus philosophiae (Ethicae) se admiratorem fuisse & sectatorem, ipse fatetur in Dial. *Piscatoris*, ubi apertis verbis interroganti Philosophiae profitetur, *duarum artium se scientem esse, Amandi virtutem, & Odio prosequendi vitia.* Saevissimus autem adversus philophos fuit virtutum nomine abutentes, qui summi boni vice honorem, lucrum, voluptatem luxuriose ambirent, effeminati mimi instar Achillem vel Theseum exprimerent, leonina pelle induti, ad Cumani asini exemplum,

bar-

barba nimirum, inceſſu, induvio, philoſophiam mentiri infami ſtudio contenderent.

Vives equidem ad proſcindendam philoſophiam invidia Plutarchi Chaeronenſis impulſum fuiſſe ſcribit, quem in magno honore eſſe apud Trajanum Caeſarem invitus & dolens vidiſſet. [ſed errat *Vives*, ut *Voſſius* poſt paucas paginas adlegandus, oſtendit]

Politiae etiam & Oeconomiae ſtudioſus fuit, quod idem ſcripta ejus teſtantur: ut cum jam ſenior, quod ſcribit *Gilb. Cognatus*, in aulam & familiam Caeſaris ſe contuliſſet, Procuratoris Principis conditionem acceperit.

Quod ad exercitationem, docuit viva voce, & ſcriptis ſimiliter inclaruit. Adhuc juvenem in Gallia, & aliis in locis Rhetoricam profeſſum ſe eſſe, ipſemet teſtatur: quo non ſuccedente, ut *Suidas* vult, ad ſcribendum ſe contulit.

Sunt autem ejus ſcripta quam plurima, quorum cauſſas omnes quanta licebit brevitate enumerabimus. Finis illorum fuit veritas & virtus aſſerenda, & ut vel ſuis ſaltem monitis exorbitans humanum genus in viam rediret, & ſapere diſceret.

Verbis ad hoc uſus eſt, cum Aſianus fuerit, terſis, ingenio ac moribus ſuis congruentibus: tam apta facilitate, ut communem loquendi elegantiam miro ſucceſſu expreſſerit, rebusque dicendis adcommodarit, ut & his ſimul & iis lector magna animi voluptate perfundatur. In forma ſcribendi Platonis exemplum ſecutus, Dialogos ſcripſit, quibus res ipſa ceu geri videatur, magisque audientium & legentium animis imprimi. Comica tamen facilitate & argutia illorum diluit gravitatem tam dextre, ut, ſi quis ullus miſcuit utile dulci, is *Thomae Moro* & *Eraſmo* Lucianus ſit.

Materia ſcriptorum ejus varia eſt, & Hiſtorica, & Philoſophica. Hiſtoriam partim in genere perpendit, quomodo tractanda ſit, praeceptis propoſitis in Dialogo QUOMODO HISTORIA SCRIBENDA SIT: & exemplis, fictis licet, ad praecepta tamen accommodatis, duobus libris DE VERA HISTORIA: partim in ſpecie: varia nimirum, quae vel aliis contigerunt, vel ſibi. De ſua ipſius adoleſcentia in SOMNIO agit: de ſenectute vero, in qua ne tum quidem eloquentiae exercitia deſeruerit, in HERCULE GALLICO. Quae ad alios ſpectant, diverſa ſunt: Theologica, in dialogo DE DEA SYRIA. Naturalia, de grandaevis, in MACROBIIS.

Politicam attinentia, tum ad plures, de amicitia Scytharum & Graecorum, in TOXARI. *De philoſophis* diverſarum ſectarum apud Ariſtaenetum convivantibus, in CONVIVIO: tum ad unum aliquem: ſic Demonactis vitam in DEMONACTE perſequitur. Lucii transmutationem in ASINO: Alexandri cujusdam res geſtas & vitam, qui ſe Podalyrii filium mentiebatur, in ALEXANDRO. Neronis conatus perfodiendi Iſthmi, in NERONE. Peregrini cujusdam mortem voluntariam, in oratione de MORTE PEREGRINI.

Ipſi praeterea Dialogi meras continent narrationes antiquae & gentilitiae religionis, fideique ſuperſtitioſae, quam ſcoptice traducere, & narrando dumtaxat, in contemtum audientium, quibus, modo vellent, facile liceret inter lupinos & aera facere diſcrimen, abripere voluit.

Organica ejus ſunt multiplicia, & quidem Grammatica nonnulla: de literis, in JUDICIO VOCALIUM: de Soloeciſmo, in PSEUDOSOPHISTA: de dictionis apophradis proprietate, in PSEUDOLOGISTA: de Oratione adfectata, in LEXIPHANE.

Poëtica tangit in cavillatione poëtarum, quae inſcribitur, DISSERTATIO CUM HESIODO. In TRAGOPODAGRA & OCYPO dramatum duorum ſpecimen dat.

Ad Rhetoricam pertinent ejusdem BACCHUS, de ELECTRO, eamque contra reprehenſores defendit in ZEUXI & Apologia contra eum a quo PROMETHEUS IN VERBIS fuerat adpellatus; tum exemplo orationis in Macedonia habitae illuſtrat in HERODOTO. Confirmat in RHETORUM PRAECEPTIS, in quo de corrupta ſuorum temporum eloquentia &

adfectato genere dicendi conqueritur. Orationes ſunt aliquot illuſtres omnium generum. Demonſtrativi, Encomium balnei in HIPPIA: DEMOSTHENIS: PATRIAE: DOMUS: Macedonum quorumdam in SCYTHA: podagrae, in TRAGOPODAGRA: Pulcritudinis in CHARIDEMO: ſtudii ſui erga auditores, in DIPSADIBUS. Deliberativi ſunt: dum ſuadet taurum, ſupplicii genus, dono oblatum nequaquam parvi pendendum eſſe, in PHALARIDE SECUNDO: commendatitia in HARMONIDE. Judicialis generis, ut cum quaeritur, dignus ne ſit praemio Tyrannicidae, qui filium tyranni occidit, in TYRANNICIDA: an receptus in familiam poſſit abdicari, in ABDICATO: an Phalaris taurum aeneum miſſurus Delphos jure ac neceſſitate tyrannidem adripuerit, in PHALARIDE PRIMO.

Ad Philoſophiam in genere pertinent ea, quae tum contra ſectas philoſophorum ſui temporis declamat in BIS ACCUSATO, & HERMOTIMO: tum de auditore philoſophiae, qualis is ſit, eſſeve debeat, lectioni potius quam multitudini deditus, in Dialogo ADVERSUS INDOCTUM: & an eunuchus poſſit eſſe philoſophus, in EUNUCHO.

Contemplatio de Deo & ſpiritibus metaphyſica eſt hic apud noſtrum Auctorem, & poſitiva (verba ſunt Zvingeri) in ALCYONE, ubi de Dei poteſtate, quod illi omnia ſunt poſſibilia, diſſerit, licet ſecundum *Athen.* & *Laërt.* is dialogus ſit Leonis philoſophi Academici. [hujus, non Luciani eſſe, Commentatores etiam noſtri perſuadent ad §. 1. *Halcyonis*, Tom. I. p. 176.] Et negativa, dum feſtive & acriter contra Deos ethnicos eorumque ridiculos cultus invehitur, in CONCILIO DEORUM, JOVE TRAGOEDO, ac ceteris DEORUM DIALOGIS.

Religionem omnem, tum Chriſtianam in PHILOPATRE, tum Ethnicam in CYNISCO, ludibrio habet [ſed Philopatrin ab ipſo non ſcriptum, jam diximus] In Saturnalia invehitur in SATURNALIBUS: in Sacrificia, in Dial. de SACRIFICIIS. Contra incantamenta & ſpectra in PHILOPSEUDE.

Mathematica attigit in ASTROLOGIA.

Phyſica inſeruit ſubinde, ut in Dial. MUSCAE, ALCYONIS, DIPSADUM.

Inter Ethica ſunt, quae de fine, ſummo bono agunt contra philoſophos, in TIMONE MISANTHROPO, NAVIGIO, CYNICO. De virtute ac moribus in ICAROMENIPPO, NIGRINO, VITARUM AUCTIONE, PISCATORE, FUGITIVIS.

Contra libidinem in AMORIBUS & DIALOGIS MERETRICIIS. Contra calumniantes in oratione de NON TEMERE CREDENDO CALUMNIAE. Contra aſſentatores, in Dial. PRO IMAGINIBUS. Pro arte aſſentandi, in PARASITO. De humanitate in ſalutando, in Dial. PRO EO QUI INTER SALUTANDUM VERBO LAPSUS FUERAT: de avaritia, de incommodis divitiarum, & commodis paupertatis in SOMNIO ſ. GALLO.

De amicitia colenda in TOXARI. De Luctus vanitate in Dial. DE LUCTU.

Politica ſunt mere particularia, ut DE GYMNASIIS in quibus adoleſcentes boni cives evadant. De aulicae vitae moleſtiis quas ingenuus ſubire non debeat, in MERCEDE CONDUCTIS: de *Saltatione*, in Dialogo ejusdem inſcriptionis.

Oeconomicum etiam aliquid tetigiſſe videtur in IMAGINIBUS, deſcribens mulierum virtutes praecipuas, & bona corporis & animi: quae inprimis in domeſtica adminiſtratione ſeſe proferre ſolent.

BOURDELOTIUS eadem ſingulis de Luciani ſcriptis praedicat in praefatione, ſed ordine aliquantum immutato & argumento multum dilatato, Auctorem ſummis ubique laudibus cumulat. Miſſis autem illis ambagibus, ac reſciſſis quae perlonga & ad pompam compoſita oratione de fatis priſcae philoſophiae praemittit *Bourdelotius*, quomodo ab antiqua ſimplicitate ac virtute deſciverit, quam revocare Epictetus, Favorinus, Muſonius, Demonax, Nigrinus, & alii quidam boni, fruſtra tentabant, ac potius exemplo virtutis auſterae invidiam

diam sui provocabant; ideoque elephantorum exemplo taciti servitutem deplorabant, donec unicum continentiae exemplum LUCIANUS, vitiorum omnium inimicus, unius virtutis & philosophiae perfectae sectator, cui (ut ille ait) *Nec viget quidquam simile aut secundum*, aliam viam ingressus, ubi rectum iter vitae coepit inspicere, cum ipsis ingeniis, ipso fato, & ipsis, quod ajunt, Diis conflictari, liberrimaque indignatione corruptos totius orbis mores mordaci Vero radere voluit.

Delibemus igitur breviter ea tantum quae de scriptis ejus adcuratius quam *Zvingerus*, exposuit, ne bis eadem propinemus.

Si quis, ait, desiderio flagret divinam virtutis imaginem ab Luciano depictam intueri, videat Dialogos, quorum tituli IMAGINES, in quibus dum Pantheam Abradatae conjugem effingit, virtutem praebet absolutam. Sed non solum virtutem efformandam decreverat, verum omnia insuper quibus conjungi Dea, & a quibus disjungi solet. Ne igitur incomitata procederet, eximios viros, unicum ornamentum decusque seculi, addidit comites & adsessores NIGRINUM & DEMONACTEM.

Qui autem veros philosophos a fictis & simulatis discernere decreverit, exemplum utriusque rei perfectissimum habet in Dialogis VITARUM AUCTIO, PISCATORES, NIGRINUS; quantum enim virtutis comites laudibus extulit, & aemulatione persequutus est, tantum pessimas illas & execrandas aves in his dialogis insectatus est, vanos & fucatos eos clamitans, qui falso se nomine jactarent, cum veram philosophiam ignorarent, ac plane diversa docerent, ob quaedam verbula virtutis nomine intexta non continuo in Heliconem venisse; nec solum circa res humanas incerta ac stulta docere, sed & de mundo, de Deo, de sideribus, de providentia divina, falsa, ementita & impia jactare, quae neque viderint ipsi, nec aliunde cognoverint. Quae omnia diligenter exsequitur sublimis ille ICAROMENIPPUS. Veros philosophos, qualem *Nigrinum*, *Demonactem* & CYNICUM exhibet, nusquam scientia tumuisse, Socratis exemplo se nihil scire professos, cum imperitiae professio summa prudentia sit. Simias vero & mimos suos ob quaedam ventosa & obscura argumenta, & falsas rerum definitiones ita ferre supercilium & elatos incedere, ut vix salutatione quemquam dignarentur.

Veros philosophos amicitiae symbolum summa conservasse diligentia, ut probat eximiis decem exemplis TOXARIS sive *Amicitia*.

Nullum esse pretium operae, si verbis virtutem laudemus, disciplinas omnes perdiscamus, omnes artes fuerimus adepti, nisi simul vitae societatem, qua nihil melius Divi humano generi quidquam largiti sunt, profiteamur. Quae omnia diligenter in LAPITHIS, in EUNUCHO & DE SECTIS amplexus est. Virtutis adsessores modestia & frugalitate censeri, nihil in vitam, nihil in mores peccare. Elatos illos & tumidos torrenti ambitione vanaeque gloriae adpetitu torqueri, in summam interim temeritatem & infamiam praecipitari, nihil intentatum relinquere, nec sibi nec alteri parcere, ut vel post mortem superstitem nominis gloriam relinquant, Empedoclis duri sensuum damnatoris, sed simulati, & inani gloriolae petitoris exemplo, ut patet tractatu DE MORTE PEREGRINI.

Alios dum poëtarum carmina & vaniloquam Theologiam praedicant, non solum homines in densissimas tenebras injicere, verum Deos Deorumque principem Jovem: ut patet in DEORUM CONCILIO, PROMETHEO, in JOVE TRAGOEDO, JOVE CONFUTATO, DISSERTATIONE CUM HESIODO. Ineptam etiam & nugacem esse de fato persuasionem, quale scilicet plebecula poëtarum fabulis decepta effingit sibi, Deos etiam huic fato subjici; ut testatur JUPITER CONFUTATUS.

Si quis regnandi desiderio teneatur, videat miseros tyrannorum casus, domesticos luctus, insidias omnium, servilem metum, cum antithesi vitae paupertinae amplificata exhibent CATAPLUS, TYRANNICIDA. privatorum vitam praestantissimam ac tutissimam esse.

Nam divitias, imperia, regna, magiſtratus & cetera prima mortalium, ad quae mundus avidiſſime ſuſpirat, quae ficti philoſophi totis viribus quaerunt, vana, fluxa, caduca.

Eorum animos in pecudes, & praecipue aſinos transire, quorum anteacta vita inerti pigritia langueſcebat, in LUCIO ſ. *Aſino.*

Omnium vitam eorumdem judicum ſententiis ſubjici, nullam aeſtimationem cujuscumque fortunae futuram, nullam perſonarum rationem, nullam, potentiae, divitiarum, famae, dignitatum; pro virtute, pro vitiis, praemia & ſupplicia parari: DE MORTUIS.

Vana eſſe perditorum ſacrificia, niſi vitam virtuti ſacrificent: Jovem non placari donis hoſtiis eorum, qui perjuris linguis minus audientem fatigant: litabilem eſſe hoſtiam, animum purum, rectam mentem, & ſinceram conſcientiam, quae omnia propoſuerunt VOTA & tractatus DE SACRIFICIIS.

Denique Lucianum fuiſſe Grammaticum, Rhetorem, Advocatum, Medicum, Hiſtoricum, Philoſophum, Poëtam, Politicum, ex ceteris ejus Dialogis eodem fere more *Bourdelotius* demonſtrat, quo *Zvingerus.* Quare illa non repetentes, haec notabiliora, quibus praefationem concludit, tantum addimus:

„ Scripta haec (Luciani) poſtquam ingenioſorum hominum manibus teri coeperunt, crevit ſcientiarum & virtutis amor, qui usque in hodiernum diem quorumdam pectoribus „ inſidet. Et ex hac pingui ſegete philoſophicum illud ſemen concretum eſt, cujus progenies & ſurculi Philoſtratum, Eunapium & alios occuparunt. Tantumque potuit aemulatio, ut Syri antea praedae intenti & latrociniis accincti, quibus cum odium virtutis & literarum innatum erat, relicta ferarum & praedonum natura, philoſophiam ſummo deſiderio ſint proſequuti. Nam ab antiquiſſimis Pherecyde & Iſaeo, pauciſſimisque „ aliis Syris, quibus philoſophia cordi fuerat, usque ad Luciani tempora vix ullum Syrum inter tot philoſophantium ſectas poteris numerare, licet Laërtium, Philoſtratum & „ alios evolveris. Atqui poſt Lucianum, mirandaque Luciani ſcripta, caetera ſunt philoſophorum Syrorum maria. Haec poſterior aetas uno ſaeculo Lucianum attingens, avis „ longe melior tulit Jamblichum, Epiphanium, Libanium, Magnum, innumerosque alios „ Syros, qui ſi cum coaetaneis, qui Juliani Caeſaris tempora illuſtrabant, conferantur, „ longe a primis erant ſecundi.

Tandem Lucianum ſuum ab obtrectatoribus defendit, in quos acerbiſſime invehitur, eos peſtes hominum vocans, qui nihil poſſunt quam meliores carpere; quumque primum objiciant, caeteros philoſophos, aliam oſtendiſſe viam, qua iretur ad virtutem; tum quod Chriſtum rerum omnium Dominum inſectatus ſit; denique quod amatoriis dialogis adoleſcentulos flagitiis nobilitet. Ad ea reſpondet, Lucianum ipſum ſatis haec refutare ſcriptis ſuis, & accuſationem falſi convincere, ipſumque a principio ad riſum provocaſſe. Fateor (ait) aliud propoſuiſſe philoſophos, nec quidquam ſimile propoſuiſſe. Nam ſi a philoſophiae reſtauratione talem viam fuiſſent ingreſſi, qualem Lucianus; non tam diu, Andabatarum more, de vero virtutis tramite digladiaſſent.

„ Longe acrius pungit (pergit Idem) quod ſequitur, Chriſtum contumelioſis verbis laeſſiſſe. Impium, ſceleratum, damnandum fateor, niſi ſuperſtitionum erroribus etiamtum „ irretito parcatur: poenam in ſe repoſcere, quam Tacitus, Suetonius & alii Chriſtianorum hoſtes acriores paſſi ſunt. Nam eum nunquam Chriſtianum fuiſſe, alibi do„ cuimus.

Reſtant amores meretricii (Dialogum amorum non eſſe Luciani probabimus) in quibus quid aliud deſcribitur, niſi peſſima & ſceleratiſſima meretricum vita, nefanda vitia, corruptelae juvenum, avaritia, gula, ſcelera in unum collecta? Ut enim in ceteris Dialogis ſo-

ſolus Lucianus interiora virorum examinat, ita quarumdam feminarum vaferrimum & praviſſimum ingenium explorat. In haec facinora quaere ſupplicium

Tu qui, naſute, ſcripta diſtringis ſua.

Haec autem *Bourdelotii* promiſſa probatio, *Amores* non eſſe Luciani, huc rediit, ut in notis ad hujus Dial. initium diceret: *Non eſſe Luciani, — ſed alicujus qui Lucianum ſupervixerit, jam monui praefatione ad Lectorem, videtur eſſe Ariſtaeneti.* Interim & mihi aeque ac Kuſtero, non videtur Luciani eſſe, tam ex adfectato & inflato ſtylo, quam ex longioribus digreſſionibus ante quam ad ipſam diſputationem veniatur, aut redeatur; nam ſi Luciano tribuendus ſit, conjicere licet, ſcriptum eſſe, ut Philoſophis παιδεραςία exprobretur, ut vid. §. 35. ejus *Dial.* T. 2. ubi manifeſto pungit eosdem, dicens cum divina philoſophia hunc etiam amorem adoleviſſe. At non mihi ſatisfacit illa conjectura, & peſſimus hic exprobrandi eſt mos, qui nec ſatis ab auctore ridetur, nec ridendo ſanatur, ſed abominatione dignus.

G. I. Vossius de Hiſt. Graec. L. 2. c. 15. Lucianum Samoſatenſem aequalem facit Athenaeo Naucratitae, qui ſub M. Aurelio vixerit, ſed poſt Commodum etiam, imo usque ad Pertinacem & Severum vitam protraxerit. [quod non adeo mirum; ſi enim poſt Commod. vixit, facile Severum attingere poteſt, propter perbreve Pertinacis & Did. Juliani, duorum triumve menſium imperium] paullo majorem natu facit *Suidas;* nam vixiſſe ait ἐπὶ τοῦ Καίσαρος Τραιανοῦ, καὶ ἐπέκεινα. Suntque in hac ſententia *Gilb. Cognatus* & *Jac. Zvingerus;* quin *Ludovicus Vives*, vir acris judicii ſuſpicatur eum ad inſectandos philoſophos impulſum fuiſſe invidia Plutarchi Chaeronenſis, quem ſummo apud Trajanum loco eſſe cerneret ac doleret. Mihi ſecus videtur, nec levi de cauſſa; quippe meminit Lucianus Marci Caeſaris, ac belli Marcomannici ab eo geſti, [in *Alex. ſ. Pſeudom.* T. 2. §. 48.] Διαπέμπεται ἐν Γερμανίᾳ πολέμου ἀκμάζοντος, ὅτε θεὸς Μάρκος ἤδη τοῖς Μακρομάνοις καὶ Κουάδοις συνεπλέκετο. Vides ut non tantum belli meminerit cum Marcom. & Quadis; ſed Marcum θεὸν *Divum* vocet, quod arguit eum naturae ceſſiſſe. Quare extra controverſiam poni debet, Lucianum tum Marci Antonini Philoſophi aetate vixiſſe, cum referat ſermones quos habuit ipſe cum Alexandro Pſeudomante, tum ſub Commodi Antonini philoſophi filio. — Meretur locum inter Hiſtoriae ſcriptores, non ob *Ver. Hiſt.* libros, ſed propter tractatum *Quom. Hiſt. ſit ſcrib.* de *Dea Syria*, ac *Macrobios.* Eunapio vero refertur inter vitarum ſcriptores propter unam *Demonactis* vitam. — *Gul. Philander* ad Vitruv. Apollonii vitam Luciano huic adſcribit, & *G. Cognatum* in nott. ad *Pſeudom.* eodem propendere arbitror; ſed Lucianum minime eſſe hujus vitae ſcriptorem, facile probabo; nam Epicurei rident omnes praeſtigias ac vaticinia. Lucianus autem tam Epicureae ſectae addictus erat, quam qui maxime. Quorum neutrum negabit, qui vel ejus Alexandrum oculis percurrerit non conturbatis. [at non ita totus Epicureus fuit, ut ex aliis ejus ſcriptis patebit; & qui etiam Epictetum probarit] Illud quoque valide hanc rem confirmat, pergit *Voſſ.* quod Lucianus oſtenſurus a cujusmodi praeceptoribus hauſerit hoc vitae genus, refert, quomodo eum primo in contubernium receperit ἐρασὴς γόης, — huic ſe eum proſtituiſſe, ac mercedis loco κακίαν, ſeu maleficii artem, reportaſſe: fuiſſe autem doctorem hunc genere Tyaneum, e comitibus Apollonii Tyanei; cujus omnes impoſturas probe calluerit. Sic enim inquit: Ἦν δὲ ὁ διδάσκαλος ἐκεῖνος, καὶ ἐρασὴς, τὸ γένος Τυανεὺς τῶν Ἀπολλωνίῳ τῷ Τυανεῖ πάνυ συγγινομένων, καὶ τὴν πᾶσαν αὐτοῦ τραγῳδίαν εἰδότων. Quae manifeſte indicant, quo loco Apollonium habuerit Lucianus. Quemadmodum & illud, quod mox ſubjicit; Ὁρᾷς ἐξ οἵας σοι διατριβῆς ἄνθρωπον λέγω; Haec pluribus commemorare viſum fuit, quo pareat cuivis, quam inanis ſit ſuſpicio eorum, qui libros de Apollonii vita, contra Codicum omnium fidem, contra auctoritatem Eunapii, B. Hieronymi, Photii, Suidae, & tot aliorum, abjudicant Philoſtrato.

Voſſio maximam partem adſtipulatur Cl. HEMSTERHUSIUS, in praef. ad Polluc. p. 29. b. ſcribens : „ variis e Luciani locis patet, eum floruiſſe ſub Antoninorum imperio & „ Commodi: hac ſane de re nemo Luciano paululum familiarior addubitet: legendus enim „ ſolus ejus *Pſeudomantis* ſeu *Alex.* qui omnem, ſi quis eſt, ſcrupulum demat: in eo θεὸν „ vocat Marcum Philoſophum, ex quo recte collegit *Voſſius*, l. d. eum de hoc Imperato- „ re jam defuncto & in Deos relato loqui : huc accedit, quod oraculum illud Alexandri „ mendax Antonini Pii & Marci aetate ſit exortum, —— ea vero de re Lucianus tanquam „ ſibi comperta & explorata, quaeque ſe contigerit vivente & vidente ſcribit, quod recte „ *Marcil.* cum alibi, tum ad Philopatrin obſervavit : de hoc autem oraculo legendum „ ſuadeo prodigiali doctrina virum *Ezech. Spanh.* de Uſ. & Praeſt. numiſm. p. 176. De- „ monax, cujus buccinatorem egit Lucianus, iisdem vixit temporibus : inter alia vero „ meminit Herodis Sophiſtae, quem Marci Philoſophi praeceptorem fuiſſe Capitolinus tra- „ dit": cetera de Soſtrato, quae ibi ſequuntur, etiam adlegavit *Solan.* ad T. 2. *Demonactis* §. 1.

IOAN. IONSIUS de Scriptoribus Hiſtoriae philoſophicae, L. III. c. 10. §. 6. p. 60. de Noſtro haec praedicat: Lucianus, patria erat Samoſatenſis, teſte ipſo de ſe libro, *quomodo Hiſtoria ſit ſcribenda*, quo libro Avidii Caſſii poſt Lucium Verum defunctum Anticae- ſaris ſub Marco occiſi aequalem ſe eſſe indicat : & Vologeſi, Frontonis, Titani & Seve- riani meminit, ut coaetaneorum, ad Celſum quoque dialogum ſcripſit. Hic vero laudari debet, quod *Demonactis* philoſophi vitam literis prodidit etiamnum ſuperſtitem. Vixit Demonax ille ſub Antonino Pio & M. Antonino, aequalis Epicteti, Luciani, Timocra- tis Heracleotae, Peregrini, qui & Proteus dicebatur, & ſub Marco flammis ſe devovebat, Herodis, Onocrati Cynici, Favorini, Pollucis, qui nobis Onomaſticum Commodo Im- peratori nuncupatum reliquit, Agathoclis Peripatetici, Cethegi viri conſularis, Rufini pe- ripatetici, ut ex Demonactis vita apud Lucianum intelligimus. Laudat illam vitam *Euna- pius* prooem. Λουκιανὸς ὁ ἐκ Σαμοσάτων, ἀνὴρ σπουδαῖος εἰς τὸ γελασθῆναι, Δημώνακτος φιλοσόφου κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους βίον ἀνέγραψεν, ἐν ἐκείνῳ δὲ τῷ βιβλίῳ καὶ ἄλλοις ἐλαχίστοις δι' ὅλου σπουδάσας. *Lucianus Samoſatenſis, vir ad concitandum riſum factus, Demonactis ſua aetate philoſo- phi vitam in literas retulit, atque eo in libro, ut perpaucis aliis, ſeriam operam conſumſit.* Edidit quoque Demoſthenis encomium, Dialogum de Sectis, de moribus Philoſophorum, & Vitarum auctionem, quo dialogo cujuscumque ſectae philoſophos mire exagitat. Fue- runt qui Apollonii Tyanei Pythagorici vitam a Philoſtrato ſcriptam Luciano adſcribere ma- lint, quorum ſententiam jure improbat *Voſſius* Hiſt. Gr. II. 15. Diverſus a noſtro eſt *Lu- cianus* ille, cujus meminit Laërtius L. VI. *Diog.* [i. e. L. VI. Sect. 73. p. 349. ubi ait: ὡς δῆλον ἐν τῷ Θυέστῃ ποιεῖ. εἴ γε αὐτοῦ αἱ τραγῳδίαι, καὶ μὴ Φιλίσκου τοῦ Αἰγινήτου ἐκείνου γνωρίμου, ἢ Πασιφῶντος τοῦ Λουκιανοῦ, ὃν φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ συγγράψαι. quod nihil mirum, aliquot enim ille ſaeculis antiquior noſtro, qui ante Diogenem etiam, ut ex *Laërt.* patet, vixit, & cujus alia quoque patria ibi commemoratur]

De Theologia autem Luciani, diſſertationem Jenae habitam ſub praeſidio *J. Phil. Treu- neri*, idem *Jonſius* prodit, p. 208. L. III. cujus & *Fabricius* meminit in Bibl. Gr. eam- que indicat Jenae prodiiſſe 1697. ut ſupra vidimus. Si illius compos fieri potuiſſem, non- nihil inde delibaſſem; ſed quum eam inveſtigare ἀδύνατον ſit, videamus num quid Cl. J. A. FABRIC. amplius de noſtro habeat, praeter jam indicata ad vitam Lucian. a *Bourd.* ſcriptam: Concinnavit *Fabric.* catalogum ſingulorum Luciani ſcriptorum, cum breviſſimo eorum ar- gumento; ſed ſatis de his jam actum; ideo pauca, ad aetatem Noſtri facientia, & alia quae- dam ſingularia tantum inde exhibeamus : P. igitur 496. de Diſſert. *Quom. Hiſt.* agens, ait: liber ad Philonem, quo Mileſium quendam tum Creperium Calpurnianum Pompejopoli- tam, Callimorphum Medicum haſtatorum legionis ſextae, Philoſophum Corinthium An-

tio-

tiochianum Hieronicem Apollinis, Demetrium Sagalaſſenſem, Piſidium aliosque ineptos illa aetate belli Romanor. cum Parthis A. C. 165. commiſſi ſcriptores perſtringit, tum docet hiſtoricum alienum eſſe debere a rationibus encomii & invectivae, nec voluptati conſulere alii lectorum, niſi quae ex veritate conſequatur — res narrare libere, perſpicue, graviter, non paucis illis ad quos ſcribentis amor, odium, metus & ſpes forte ſpectet, ſed omnibus, & poſteris praecipue. T. 2. p. 1-79. Lucianus promittit *ib.* §. 24. ſe in alio opere oſtenſurum prooemia quaedam Hiſtoriarum eſſe, vulgus lectorum latentia. Niſi reſpicit alterum locum §. 52. ſeq. quod mihi non videtur. Sic *Fabric.* Non video tamen commodiorem alium locum, ubi hoc egerit Lucian. quam in eod. tractatu *Quom. Hiſt.* a §. 52. ad 56. ubi prooemiorum virtutes, abſentiam, exempla prodit; niſi dicas promiſſum ejus §. 24. verbis ὡς ἐν ἄλλοις δείξομεν comprehenſum, ſpectare prooemia ſua aliis dialogis praefixa.

De MACROBIIS Luciani ad Quintillum ſcriptis notat Idem, alterum librum de Longaevis Romanis [quem promiſit §. ult. *Macrob.*] ad eumdem Quintillum vel intercidiſſe, vel a Luciano non eſſe ſcriptum. Sed unde hi ſuppleri queant, vide ad T. III. in nott. *Maji* ad p. 229.

De MERCEDE CONDUCTIS diſſertationem ad philoſophum *Timoclem* eſſe conſcriptam, qui id vitae genus amplexurus erat, obſervat Idem, nihil vero de tempore quo ſcripta ſit, hinc eliciendo, [forſan quia difficile dijudicatu, Stoicus ne is Timocles, an alius, vid. not. ad T. I. Dial. *Merc. Cond.* c. 2. id ergo disquiremus deinde.]

Apologiam vero PRO MERCED. COND. ad *Sabinum* philoſophum & ipſum, atque amicum ſuum eſſe conſcriptam, qua probet ad ſe non ſpectare quae ſuperiore libro diſſeruit, licet aetate provectus (ἐν γήρᾳ ὑσάτῳ, §. 4.) ſub Imperatore Remp. ſuſceperit tractandam (procurator, ut videtur, in Aegypto conſtitutus a M. Antonino Imp.) notat *Idem.*

Tum DE MORTE PEREGRINI diſſerit: eum philoſophum Cynicum Parianum exChriſtianum fuiſſe, qui ſenex ſe ipſum poſt Olympia celebrata A. C. 169. die 16. Julii in Arpina quae viginti ſtadiis Olympia diſtabat, conſcenſo rogo, ſpectantibus omnibus combuſſit, Epiſtola ad Cronium T. III. 325-364. Non integrum ad nos perveniſſe hunc libellum contendit idem *Fabr.* in nott. ad ejusd. *Peregr.* §. 11. [ſed refutatur a *Solano* & *Geſnero*] Peregrinum a Chriſtianis rejectum fuiſſe innuit Lucianus. §. 16. quod de idolothytis comediſſet — ἐσθίων τῶν ἀποῤῥήτων. Varias hinc inde in CHRISTUM & Chriſtianos effutit blaſphemias §. 11. & 13. & per νομοθέτην πρῶτον Chriſtianorum, *ibid.* videtur intelligere Joannem Euangeliſtam, qui in Euangelio & Epiſtolis unus maxime omnium commendat illam de qua Lucianus, ἀδελφότητα. Quae §. 39. de vulture ex rogo Peregrini evolante leguntur, iis cum doctiſſimo *Lemonio* vix crediderim perſtringi acta Martyris Polycarpi: viderint etiam alii, num ad imitationem S. Ignatii fecerit Peregrinus, quod §. 41. traditur ante mortem omnibus fere celebrioribus civitatibus Epiſtolas miſiſſe, διαθήκας ſive praecepta, admonitiones & leges. Fuit haec ſententia magni *Pearſonii* in Vindiciis Ignatii, parte 1. p. 6.

Dein de RHET. PRAEC. T. III. pag. 1. ait: hoc libello Jul. Pollucem perſtringi, cujus Onomaſticon habemus, auctor eſt Graecus Luciani Scholiaſt. Sed vide quae adverſus hanc ſententiam diſſerit Cl. Pollucis editor *Hemſterh.* in prolegomenis p. 31. ſeq. qui Dioscoridem quendam Rhetorem illius aetatis a Luciano exagitari exiſtimat. Idem ex eod. notat *Solan.* noſter l. d.

De DEA SYRIA, T. III. p. 451-490. haec obſervat: ſcriptus eſt hic liber dialecto Ionica & Luciano hinc abjudicatur a Petro Jurieo in Hiſt. Critica rituum Judaicorum, Gallice non ita pridem edita. Sed Arrianus quoque cum reliqua Attice ſcripſiſſet, nonnulla (ut Indica) ſcripſit Ionice. De Dea Syria conſulendus praeter laudatum Jurieum Seldenus ſyntagm. 2. de Diis Syris cap. 2. Quae de arca Deucalionis §. 12. & columba §. 33. a Lu-

cia-

ciano traduntur, illuſtrat *Octav. Falconerius* in diſſ. ad numum Apameenſem T. X. Antiq. Graec. p. 678.

TIMON. nobis T. I. pag. 98-176. de quo ultimo loco agit *Fabric.* qui ad ſeriem alphab. Gr. dialogos diſpoſuerat, fuſius eidem enarratur, quae omittimus, ex nota ejusdem hiſtorica hoc addentes, (quia *Solan.* ait aetatem ejus aſſignari non poſſe) „ Timon Athenienſis Echecratides e tribu Colytto, clarus fuit circa tempora belli Peloponneſiaci, quod „ geſtum ab Olymp. LXXXVII. 1. ante Chriſt. 432. Timonem ſe ipſum deferentem ob „ Alcibiadis amores finxit *Liban.* Decl. IX. T. 1. p. 343. Callim. in eum Epigr. III. 7. „ Anthol. Ab hoc Antonius ab Auguſto victus regiam ſuam vocavit Timonium, in ea „ deinceps Timonis inſtar procul ab hominum conſortio victurus, teſte *Strab.* L. 17. p. „ 745. Conf. *Plutarch.* in Ant. p. 948. ſeq. qui praeter dicta ejus quaedam & Callimachi „ Epigramma affert Timonis Epitaphium, & ab Ariſtophane & Platone Comicis ob miſanthropiam reprehenſum refert. At Pſeudo Plato philoſophus Ep. 24. inter eas quas Allatius edidit: *συνέγνων ὅτι Τίμων οὐκ ἦν ἄρα μισάνθρωπος, μὴ εὑρίσκων μέντοι ἀνθρώπους οὐκ ἠδύνατο θηρία φιλεῖν.* De hoc Timone & morte ejus Suidas in *ἀποῤῥῶγας.* Hunc inferorum janitorem fingit Lucianus, T. II. 2. *Ver. Hiſt.* c. 31. Fuit & alius Timon junior Sillographus poëta, patria Phliaſius *ἰδιοπράγμων* & ipſe, teſte Laërtio IX. 112. diſcipulus Pyrrhonis Sceptici, de quo ſupra L. III. c. ult. Praetereo Timonem Aegyptium, memoratum Ptolemaeo Hephaeſtioni L. 4. & Timonem quem in Sympoſiacis ſuis colloquentem inducit Plutarch." *Faber* in nott. quas ſeorſum calci T. I. adjecimus eum ad an. ante Chriſtum 429. refert; ſed *Fabricius* Chronologor. recentiorum calculum videtur ſequutus. Multa de Timone etiam Cl. *Hemſth.* in Ed. Luciani minore, ubi ſummis laudibus hoc ingenii Lucianei monumentum effert, at nihil de ejus aetate, quam curioſius hic inveſtigare nihil opus credo. Addo tantum *Photium*, qui Epiſt. CIV. p. 149. *Timon ille, apud antiquos improbitate hominum fortaſſis intolerabili motus prudenter egiſſe quidem viſus eſt, cum pro Philanthropo miſanthropus haberi volebat.*

Philopatrin demum quod *Fabricius* contra aliorum ſententiam Luciano tribuat, nihil eſſe, jam occupavimus ſupra, ad Diſſ. *Geſneri* de illo, provocantes.

Celebratiſſimus PETR. BAYLIUS in Lex. Hiſtorico Critico, quod miror, de Luciano ſeparatim non agit; in tranſitu tamen ſuum de eo judicium profert in notis ad Tit. PERRIERS, T. III. p. 678. b. ubi ait: Patres Eccleſiae, qui omnia ridicula falſorum Deorum expoſuere, omnino ſunt laudandi; id enim egere, ut Ethnicis oculos aperirent, fidelesque confirmarent. Non ignorabant, ſe contemtum cultus Ethnici inſpirando efficere ut credentes fortius verae fidei adhaererent, ſimulque bona arma Chriſtianis contra perſecutionis impetum ſubminiſtrare. Sed Lucianus, qui adeo ſubſannavit falſos Ethnicorum Deos, omnique jucunditate perfudit deſcriptionem ineptiarum & fraudum quibus Graecorum religio abundabat, non ideo minus deteſtatione dignus eſt; quandoquidem id non agens utili conſilio, nil aliud quaeſivit, quam ut ad deridendum nato ſuo ſatisfaceret ingenio, & ut liberum evagandi campum aperiret Satyrico ſuo ſtilo, & quia ſe aeque indifferentem, vel aeque averſum a veritate praebet, quam a mendacio.

Idem BAYL. T. I. Tit. APELLIS, not. p. 258. b. Anachroniſmum Luciani multis exagitat, quod in *Calumn.* T. III. §. 2. Apellem proditionis accuſatum cum Theodoto Phoenices praefecto, referat, cujus tamen conſpiratio ſpectet regnum Ptolemaei Philopatoris, quae coeperit centum annis poſt Alexandri mortem, adeoque Apelles in vivis eſſe non potuerit. Confudiſſe igitur exiſtimat quamdam conſpirationem ſub Ptolem. Philadelpho, cum proditione Theodoti, quod & mihi haud improbabile videtur.

Idem ibid. p. 653. Tit. BRACHMANES, obſervat Lucianum horum ſeſe cremandi intrepidum

dum morem opponere morti Peregrini, medias in flammas subito insilientis, ac velle methodum Brachmanum qui sese tenebant immobiles, dum igne assarentur, multo esse gloriosiorem, superque his *Baylius* ita judicat: „ Ecce quomodo homo derisor omnia carpere „ novit. Si Peregrinus istos philosophos Indos esset imitatus, Lucianus eum accusasset „ inertiae, ac dixisset: *paciſci cum morte quaerit, ac ſenſim ſenſimque ſe confirmare ſtudet:* „ *plus enim animi oſtenderet, ubi ſe uno ſaltu in rogum conjiceret.*

At justius, ingeniose Bayli, forsan objiceres, quod eumdem subito in ignem insiliendi actum laudet, ac generosi animi esse praedicet T. I. *pro Merced. Cond.* §. 4. ἐκὼν δὲ μᾶλλα εὐψύχως ἐς τὸ πῦρ ἁλλόμενος. Sed & haec ironice, & alterius nomine cum dicat, mihi non videntur contraria. Cumque & Brachmanum dementiam, & Peregrini aeque rideat, omnino licuit ei dicere Brachmanes esse fortiores; si tamen ea mens est Baylii, oportuisse Lucianum in Peregrini facto improbando subsistere intra vanae gloriae exprobrationem, non vero extenuare ejusdem audaciam aut fortitudinem, contra veritatem, recte judicavit.

D. TILLEMONTIUS in Hist. Imperatorum. Tom. II. part. 2. art. 29. p. 707—10. cujus verba sic verto: „ Celsus philosophus Epicureus, (qui Ecclesiam scriptis oppugnare adgressus est) tempore Commodi adhuc vivebat, aeque ac LUCIANUS, qui ad eum post Aurelii excessum misit historiam Alexandri impostoris, quam ejus rogatu conscripserat. (vid. T. 2. Alex. s. Pseudomant. §. 1. & 48.) Ille LUCIANUS & hodie perceleber est scriptis suis, quae ob Linguae Graecae puritatem stilumque politum, jucundum, vividum & acuminis plenum, magna cum voluptate leguntur. Sed palam profitetur impietatem, aeque subsannans veram religionem, de qua diversis in locis loquitur, ac superstitiones Ethnicorum, quas vere ridiculas esse demonstrat. Inde cognomen blasphemi & Athei traxit, teste Suida. Namque & philosophiam Epicuri sectabatur, ut vid. in ipsius *Lucian.* Pseud. c. 61. sive ult. *Phot.* c. 128. p. 309. (quae ab atheismo parum distat) vel potius neque ulli religioni addictus fuit, neque dogma certum & constans fovit, omnia vero ut incerta ac problematica considerans, & omnia ridere volens. Quod ipsum adparet ex quatuor versibus qui tempore Photii ejus operibus praefixi legebantur [jam Epigrammatum primum est] Sed quod praeterea scripta ejus reddit lectu periculosa, illud est, quod saepe non majorem pudori quam religioni reverentiam exhibet.

Oriundus erat Samosatis in Syria, (vid. T. 2. *Quom. Hist.* c, 24.) fortuna tenui, per aliquot tempus causas dixit, (adi T. I. *pro Merced. Cond.* §. ult.) & extrema senectute munus Graphiarii praefecti Aegypti accepit, (conf. *pro Merc.* c. 5. 9. & 12.) non aliam forte occasionem nactus qua paupertatem effugeret (ipse nos & alia plura singularia de sua vita docet, quae non necessaria duximus referre. Vidimus eum scripsisse canones suos historicos haud serius anno Christi 166. vitamque Alexandri post mortem Marci Aurelii) Itaque non possumus sequi illos, qui ex narratione *Suidae* eum collocarunt in tempus Trajani (Baron. 171. §. 7.) *Suidas* addit referri, eum a canibus discerptum interiisse, in poenam, quod ausus esset cavillari JESUM CHRISTUM (quod forsan ne ipsi quidem daemones umquam sunt ausi. Nos vero optaremus id testimoniis melius comprobatum) Creditur etiam nonnullorum dictum quod Christianus fuerit, haud aliunde natum, quam ex verbo Suidae male intellecto, & ex eo, quod majorem Christianismi notitiam habuerit quam multi alii Ethnici. (*Bar.* 171. §. 7.)

Non habemus historiam quam conscripserat de Sostrato Boeotio philosopho illis temporibus celebratissimo, (vid. *Lucian.* T. 2. Demonact. §. 1.) cujus vita maxime dura fuit atque austera, & cujus vice alii contra omnem rationem atque auctoritatem eidem tribuunt vitam Apollonii Tyanensis, quam Philostratus reliquit. (*Voss.* Hist. Gr. L. 2. c. 15. p. 233. 234.)

****

Eu-

Eunapius pr. p. 12. 13. adſeverat hunc, qui tam pauca compoſuit ſeria opera, auctorem eſſe vitae philoſophi Demonactis, cujus per longum temporis ſpatium diſcipulus fuerit. Eum omnium quos noverit maximum nobis philoſophum facit. Interim adparet, eumdem tamen modo fuiſſe Cynicum aliquantum humaniorem ac magis politum quam ceteros. (*Luc.* Vit. Demon. c. 3. 4. &c.) Nullam religionem amplectebatur, aut certe nulli ſatis favebat. [Verba Tillemontii erant : *Il avoit peu ou point de religion*, & ut id demonſtret, adlegat *Demon.* p. 547. Ed. Par. i. e. §. 5. T. 2. p. 377. Edit. noſtrae, ſed locum inſpicienti patebit non id dicere Lucianum, ut ad finem hujus vitae oſtendam] quod tamen in eo melioris notae eſt, in eo conſiſtit, quod claro loco natus, (Dem. c. 3.) opibusque eloquentia ac ſcientia inſtructus (ib. c. 6.) interea duram ac pauperem egit vitam, neminem ſibi adſciſcere volens qui ei miniſtraret aut ſerviret. (ib. c. 5.) Sed finis hujus ſplendidae virtutis fuit, quod videns ſe centeſimum fere annum agentem auxilio alterius indigere, nec ipſum ſibi amplius miniſtrare poſſe, fame interire maluerit (c. 65. & 66.) Natus erat Cypri, (c. 3.) ſed vitam transegit Athenis, (c. 11.) ibique obiit magna cum exiſtimatione Athenienſium, tam in vita quam poſt mortem. (ib. c. 66.)

Narratur de eo, quum Athenienſes pugnam gladiatoriam vellent inſtituere, ne Corinthiis hac in re quidquam cederent, ipſum eos monuiſſe, *ut ante quam hoc agerent, aram, quam miſericordiae conſecraſſent, deſtruerent.* (c. 57.) Quumque Imperator ex eo quaeri juſſiſſet, quaenam optime gubernandi ratio eſſet, reſpondit, *pauca loqui, audire multa, & numquam iraſci.* Nullo caſu commovebatur, praeterquam morbis ac morte amicorum, non majus bonum in vita adgnoſcens quam amicitiam. (c. 10.)

Optaremus, pergit Idem, hic enarrare poſſe complura jucunda quae acciderunt, & ad bene inſtituendam vitam utilia, quae Lucianus ſuis operibus immiſcet, & in primis hiſtorias quae ipſius tempore contigere, quasque in dialogo de Amicitia commemorat ; ſed hoc ab inſtituto noſtro longius nos abduceret. In quadam harum hiſtoriarum (T. 2. *Tox.* c. 39.) loquitur de variis bellis Scytharum ad Tanaim habitantium, adverſus ceteros Septentrionis barbaros, maxime contra Boſpori adcolas, quorum Leucanor ac deinde Eubiotus frater nothus eo tempore reges erant. (*Tox.* c. 44. 51. & 54.) Leucanor forſan ſucceſſerat Rhoemetalci, qui erat Rex Boſpori, tempore Antonini. (*T. Ant.* v. p. 20. *Lucian.* Pſeud. c. 57.) Naves quae Lucianum ſervaverant, ut mox videbimus, vehebant Legatos Eupatoris ejusdem terrae Regis, quae in Bithyniam proficiſcebantur ad ſolvendam pecuniam quotannis a ſe debitam, aut ad accipiendam eam quam Romani ipſi ſolvebant : verba enim Auctoris ἐπὶ κομιδῇ, dicto c. 57. *Pſeudom.* [ſed locum diligentius examinanti patebit, non in utramque partem accipi poſſe haec verba] utrumque ſenſum admittunt. Eubiotus in bello contra Scythas dux praeerat omnibus Graecis, ſecundum verba Luciani, (Tox. c. 54.) id eſt, ut exiſtimo, incolis urbium Graecarum Cherſoneſi : idque eorum confirmat ſententiam, qui credunt iſtam regionem paruiſſe imperio Regis Boſpori.

Idem *Tillemontius* eod. T. 2. p. 711. hiſtoriam Alexandri impoſtoris ex Lucian. enarrat, quam ex Noſtro petendam non repetemus, haec tamen ex p. 713. ſeq. ad aetatem Luciani facientia non omittemus : Fama Alexandri mox in Italiam usque delata eſt, & venerabantur eum etiam in aula *M. Aurelii*, ubi patronum habuit Rutilianum, virum primae dignitatis, ſed admodum ſuperſtitioſum, quique eo dementiae proceſſit, ut aetate valde profecta filiam hujus impoſtoris duceret, credens Lunam ejus eſſe matrem. Falſa quae ediderat oracula *Severiano* & *Vindici* ducibus exercituum Romanorum, (*Pſeudom.* c. 27.) auctoritatem ejus non minuebant, in mentibus illorum quos daemon captivos tenuit, quique merebant ut ſpiritui erroris relinquerentur, ut crederent mendacio, quod non receperant ac dilexerant veritatem quae eos ad ſalutem perduxiſſet.

Eo porro inſolentiae progreſſus eſt, ut ab Imperatore veniam rogaret monetae percutiendae

dae quae imaginem ſuam ab altera parte, & Glyconis ab altera referret. Non additur num id obtinuerit. [ſed ex parte obtinuiſſe exiſtimat *Solanus* in nota ad c. 58. *Pſeudom.*]

Fraus tandem deſiit morte impoſtoris — Periit enim ante *M. Aurelium*, (ſi ille idem eſt Alexander) de quo *Athenagoras* p. 29. 30. ait, circa annum 180. conſpici ſepulcrum in area, *grande place* (foro majore) Pariae urbis Helleſponti, in eodemque foro ſtatua etiam erat Alexandri, cui ſacrificabatur ut Deo, feſtaque publica inſtituebantur, ſpe obtinendae ſanationis a variis morbis.

Lucianus tandem accuſare Alexandrum tentavit coram praefecto Bithyniae & Ponti; ſed cum nihil obtineret a praefecto metuente, ne Rutilianum offenderet, non aliam Lucianus de Alexandro vindictam ſumere potuit, quam ejus vitam, poſtquam obiiſſet, ſcribendo. Ibi ſe inimicum ejus profitetur, adeoque accidentia quaedam addidiſſe potuit, quibus hunc impoſtorem magis diffamaret. Ipſius tamen hiſtoriae textus adeo certus atque in vulgus notus erat, ut ſuſpicari non liceat, veritatem ab eo eſſe adulteratam.

Ejusdem Tomi p. 724. *Tillemont.* quaedam de *Lucio Patrenſi* refert, qui auctor fertur Dialogi de mutatione in aſinum, ex quo *Lucianus* aeque atque *Apulejus* ſuam hauſerint narratiunculam. [Sed quum ex *Voſſii* Hiſt. Gr. haec tantum adferat, *Solanusque* & *Geſnerus* in notis ad iſtum Dial. T. 2. p. 566. & 67. hoc aliquanto pluribus dixerint, iſthoc mitto, *Geſneri* ſententiae interim omnino adſentiens, Lucianum iſta ſcripſiſſe; ſtilus enim & ingenium plane reſpondent; ſed fictionem forſan ex altero hauſiſſe, inſertis ſuis jocis, quibus abſurditatem fabulae, & hominum turpes mores ac ſuperſtitionem derideret; licet idcirco laſcivum hoc ſcribendi genus minime probem.]

BIOGRAPHI ceteri vix quidquam de Luciano ſingulare adferunt; ſed Suidam fere ſolum ſequuntur, vel Bourdelotium a quo circa iter Luciani tamen aliquantum diſcrepat *J. C. Iſelinus* in Lexico univerſali Hiſtorico-Geographico haec referens; quae addere viſum fuit, quia corpus illud Germanice conſcriptum paucorum in manibus eſt: Initio, ait, cauſſidicus evadere ſtuduit; ſed cum lites forenſes ei diſplicerent, philoſophiae ac praecipue oratoriae operam dedit; tumque primo Antiochiam habitatum conceſſit, ac deinde Ioniam totamque Graeciam peragravit, unde in Galliam atque Italiam ſe contulit, ac tandem per Macedoniam in patriam rediit. Ex nonnullorum relatione vitam ad 90. annos produxit, ſcilicet a tempore Imperatoris Trajani, ultra finem imperii M. Aurelii, ſub quo magna in dignitate vixit, praefectusque Imperatorius Aegypti eſt conſtitutus. Fuit quidem ſummi vir ingenii atque eruditionis, ſed nulli religioni addictus, ac ſcurra Chriſtianae Ethnicaeque doctrinae. Fertur quondam Chriſtianiſmum profeſſus, & propter diſſolutam vitam a fide rurſus deſciviſſe. *Suidas* a canibus diſcerptum prodit. Auctores vero unde haec hauſerit *Iſelinus*, adlegat hoſce: *S. Hieron.* in catal. *Phot.* cod. 128. *Suidam*, *Voſſ.* de rhetor. antiq. c. 12. de Hiſt. Graec. L. 2. c. 15. *Ablancourt.* & *Jonſ.* de Script. hiſtor. philoſ. l. 3. c. 10. ac *Fabr.* Bibl. Gr. p. 485.

HOOGSTRATANUS vero in Lexico ejusdem tituli, nulla quidem addita auctoritate, eadem habet; hoc tamen de eodem haud ineptum, ſi ea, quae de Philopatri ab antiquiore Chriſtiano ſcripto praedicat, excipias, judicium addens: non ſolum ex maximis ſui aevi ingeniis fuit, ſed & omnis antiquitatis. In operibus ſuis utile dulci miſcere ſcivit, erudire ſimul ac deridere, doctrinamque cum eloquentia conjungere. Perpetuum in ejus ſcriptis videas jocum contra Theologiam Ethnicorum Deorum, vitamque ac mores philoſophorum. In iisdem ſubinde ingentia praebet virtutis exempla imaginesque philoſophiae repurgatae, ubique contemptum vitiorum inſpirans, quae ita deridicula propoſuit, ut odio digna adpareant. Nonnulli credidere eum Chriſtianum fuiſſe; &, ſi Dialogus de Peregrino revera

ab ipso profectus esset, verosimile foret, eum in mysteriis Christianorum fuisse exercitatum: sed hoc opus est antiquioris Christiani, qui Paulum viderat atque audierat, quod Luciano, qui sub Trajano natus fuit, contingere non potuit. Illi qui Lucianum impium ac sine religione nobis descripsere, recte judicarunt, si religionis nomine intellexere Theologiam poëtarum Ethnicorum, aut opinionum philosophicarum portenta. Sed nullo jure impietatis vel Atheismi accusatur, respectu existentiae & cultus veri Dei, quia numquam alterutrum impugnavit.

Henr. Dodwel in Dissert. de *Isidoro Characeno*, quae reperitur in Geograph. veteris Scriptt. Graecis minoribus, Vol. 2. pag. 62. & seqq. adcuratius quam quisquam priorum de aetate Luciani egit; quare haec ex eodem ad verbum descripta inferere non pigebit, quando ait:

Athenaeo paulo antiquior erat, ut puto, *Lucianus*, qui nostrum, ut existimo, advocat *Isidorum* [*in Macrobiis* T. III. p. 218.] Nam a Parthiae finibus aliena non sunt, quaecumque ille ab *Isidoro* mutuatus est, de Persarum novo rege *Artaxerxe*, de *Gosethro* illius fratre, & *Goaese Omanorum*, aliisque *Characis Spasinis* Principibus. Non alium *librum* intellexit *Lucianus*, quam hunc ipsum quem habemus, quamvis illum ipsum legerit multo, quam habemus, *auctiorem*. Nec alium proinde *Auctorem* quam illum, de quo agimus, *Isidorum Characenum*. Hinc rursus intelligimus, *Persarum* regem, de quo *Isidorum* testem advocat, *Artaxerxem* illum intelligi non posse, qui Persarum regum jura in Parthorum ditionem quasi e postliminio revocavit. Hunc certe si intellexisset, *Persiae mansiones*, non *Parthiae* appellavisset, & *Persiae*, non *Parthiae*, Periegesin. Sic enim loqui solent de illo ipso Romanorum aemulo Imperio, Scriptores *juniores*, jure Imperii ad *Persas* translato. Imo, ne is intelligi possit, obstat certe hoc ipsum testimonium *Luciani*. Se quidem ad *senectutem* perveniisse non uno in loco ipse testatur: T. I. *Apol. pr. Merc. Cond.* sub init. πρὸς αὐτῷ ἤδη τῷ Αἰακῷ γενόμενον, καὶ μονονουχὶ τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῷ πορθμείῳ (*Charontis* πορθμεῖον intelligit) ἔχοντα. Rursus ib. c. 4. f. ἐν γήρᾳ ὑςάτῳ, καὶ σχεδὸν ἤδη ὑπὲρ τὸν οὐδόν. Iterum γῆρας causatur c. 10. Sic etiam in *Baccho*, de *senibus*, οἱ κατ' ἐμὲ, c. 6. f. Ibid. suos de *Sileni* senectute jocos in se quadrare fatetur c. 8. In *Hercule Gallico*, *Herculem* illum *Gallorum Ogmium*, quem γέροντα εἰς τὸ ἔσχατον. T. III. c. 1. sibi confert τηλικῶδε ὄντι c. 7. Vereturque ne ad leviora stylum convertens videretur κομιδῇ μειρακιώδη ταῦτα ποιεῖν, καὶ παρ' ἡλικίαν νεανιεύεσθαι. ib. Tum χαλεπὸν γῆρας c. *eod.* a *junioribus* sibi exprobratum esse fingit, & se ἡλικιώτην τῆς εἰκόνος, illius nempe, quem dixi, *Herculis* agnoscit, & ὑποπόλιον γένειον. Additque denique: δρᾷς ὅπως παραμυθοῦμαι τὴν ἡλικίαν καὶ τὸ γῆρας τὸ ἐμαυτοῦ.

Hac demum aetate studiorum suorum mercedem reportavit *Lucianus* ἀρχήν quandam sub *Caesare*, de qua hac egit *Apologia*. Eam *Aegyptiacam* fuisse testatur T. I. *pro Merc.* c. 12. Et T. III. *Soloecist.* c. 5. *Procuratoriam* fuisse innuunt verba *Apolog.* οἱ τοιαῦτα ἔθνη ἐπιτροπεύοντες T. I. c. 11. Jus etiam dixit, καὶ τάξιν αὐταῖς τὴν προτήκουσαν imposuit. *ib.* De *fisco*, ut opinor, quod a *procuratoris* officio alienum non erat. Sed *majorem* praeterea habuit dignitatem quam fuerit illa *Procuratoris*, quaeque a *principis* persona illum *abesse* non pateretur: τῶν πραττομένων καὶ λεγομένων ἁπαξαπάντων ὑπομνήματα γράφεσθαι, καὶ τὰς τε ῥητορείας τῶν δικαιολογούντων ῥυθμίζειν, καὶ τὰς τοῦ ἄρχοντος γνώσεις πρὸς τὸ σαφέςατον ἅμα καὶ ἀκριβέςατον σὺν πίσει τῇ μεγίςῃ διαφυλάττειν καὶ παραδιδόναι δημοσίᾳ πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον ἀποκειτομένας. ib. c. 12. Itaque stipendium accepit, non ἰδιωτικὸν, ἀλλὰ παρὰ τοῦ βασιλέως. ib. Et quidem illud πολυτάλαντον. Nempe τῆς μεγίςης ἀρχῆς quodammodo κοινωνὸς, ib. c. 12. p. 721. Quia scilicet principis ipsius negotia aulica tractabat. Erat ergo tum etiam in *Aegypto Princeps* ipse, sub quo *Commentarios* publicos confecit *Lucianus*. Annus erat, ni fallor, Aerae nostrae 202. quo *persecutionem* in *Christianos* decrevit *Septimius Severus*, & quo scripsit, hac occasione in Christianos *Philopatridem* ipse *Lucianus*. [non scripsisse, quoties dicendum est?]

Edi-

Edidit enim edictum illud *Severus Alexandriae*, teste *Spartiano*, in Sever. c. 47. quem nos potius credimus fuisse *Lampridium*. Nam praevias huic *persecutionis Christianorum* κωμῳδίας memorat testis horum temporum exceptione major *Theophilus Antiochenus* ad *Autolyc.* quod nescio quorsum commodius retulerimus, quam ad scurrae celeberrimi *Philopatridem*, si minus *solam*, at saltem cum aliis *minoris* notae *Comoedis Antiochenis*. Comicae enim lasciviae infamia Urbs utraque inclaruit, tam *Antiochiae*, quam *Alexandriae*: *Antiochiae* in *Julianum* Apostatam, *Alexandriae* in *Caracallam*. [sed non tam sero, collocandum Lucianum mox videbimus]

Erat certe *Alexandriae*, ut videtur, *Lucianus*, cum scriberet *Philopatridem*. (T. III. *Philopatr.* c. 22.) Hoc e nomine mensis colligimus *Mesori Alexandrini*, non *Syri*, non *Graeci*, non *Romani*. Hostes quidem *Persas*, & Regiam *Susa* nominat *Lucianus* pro *Parthis* & Regia illorum Urbe *Ctesiphonte*. Nempe quia stylum affectat *Comicum* e veterum Poëtarum *Atticorum* aliorumque laciniis, quibus ignoti *Parthi* atque *Ctesiphon*. Habet ipse *Lucianus* exempla similia in Libro, *quomodo scribenda sit Historia*, coaevorum scil. Scriptorum, qui pro *Parthorum* nomine *Persarum* nomen reposuerint. Hinc ergo belli *sedes* vel *tempus* intelligi non potuit. Facitque illa affectatio ut difficillimus fuerit *Lucianus* in *coaevis Historiis*, quod raro admodum *res* vel *homines* iisdem *nominibus* appellarit, quibus tum *vulgo* appellari solebant. Idem autem cum *Arabas* hostibus accenset, facit, opinor, ne quis alius *Princeps* praeter *Severum* intelligi possit. Bellum enim designavit in *Atrenos Arabes*, quos nemo Principum *Romanorum*, quod meminerim, aggressus est, a temporibus *Trajani* usque ad *Severum*, uterque autem satis infeliciter. Sed melius *Severus*. Et quidem *mala* illa *Christianorum* mundi *finem* in dies exspectantium de Republ. Romana *auguria*, quae perstrinxit in *Philopatride Lucianus*, causam *Persecutioni* dedisse verisimillimum est, quae *Christiani* nominis *hostes* pro argumento animi in *patriam* infensi alienique habuerint. Tanti erant certe hoc ipso tempore Christianorum metus, ut *Judas* decimum *Severi* annum pro *Danielis* συντελείᾳ habuerit, ap. *Euseb.* H. E. VI. 7. S. *Hieronymi* de Script. Eccl. in *Jud.* & *Chron.* Non est certe cur hoc miremur in Principe *saevissimo*, eodemque *Astrologiae ominumque* studiosissimo. Satis autem erat *Luciano* ad illam, de qua loquitur, *senectutem*, si fuerit *sexagenario* major. Ea certe aetate suum fuisse dicit *Hermotimum* T. I. c. 13. & seqq. item *ib.* c. 77. Sic autem de eo postea: γέρων ἤδη, καὶ παντὸς ἡδέος ἔξωρος ὢν, καὶ τὸν ἕτερον πόδα φασὶν ἐν τῇ σορῷ ἔχων. c. 78. f. Verba fere ipsa sunt quibus *suam* ipse tum *senectutem* descripserat. Erat certa aetas illa ὡμογέροντος, illius nimirum qui *primam* senectutis metam fuisset ingressus. Hoc anno *veteranis* honesta *missio* erat. Hoc anno a *muneribus* Reip. gerendis excusabantur. Ut proinde *sera* esset *honorum* merces, cum alii a *capessendis* honoribus *excusarentur*. Ego tamen illo anno paulo *seniorem* existimo *Lucianum*. Illius *aetatem* ita colligo. Erat, ut fatetur ipse, cum scriberet *Hermotimum*, quadragenarius, c. 13. Scripsit autem, ut suspicor, in gratiam *Avidii Cassii*, ut studium *philosophiae*, quo flagrabat *Marcus*, viro *principe* indignum ostenderet. Sic *Marcum Cassius anum philosopham* appellaverat, & *Dialogistam*, Vit. *Avid. Cass.* c. 2. 3. cum aliud praeterea nihil haberet quod objiceret. *Marcus Antoninus*, inquit, *philosophatur*, *& quaerit de clementia*, *& de animis*, *& de honesto & justo*, *nec sentit pro Republica*. Hunc ergo traducit *Lucianus* in persona *Hermotimi Clazomenii*, cujus *animam* pro arbitratu suo e corpore egredi solitam fabulantur *Musicae Encom.* p. 376. Ed. Graev. Fingit nimirum in *Marco* jam agere illam ipsam *Hermotimi* animam. Et certe personam non *suam* agit in hoc *Luciani* dramate *Hermotimus*, sed *Marci*. *Stoicum Hermotimum* facit *Lucianus*, ut fuit *Marcus*. *Sexagenarium* illum facit, *majoremque* natu quam fuerit *Marcus*. Hoc, ut videtur, consilio, ut personam senis *elementarii* sustineret, quod *Marco* objectum *scholas philosophorum* frequentanti plus quam quinquagenario. Egit tum annum *aetatis* LIV. Paulo tamen ab exemplo *Marci* in *aetate*

discessit, ne illum videretur *dedita opera* designare, & quod *aetas* illa, quam dixi, magis ad *senectutem* videretur accedere. Sed quod conversus tandem *Hermotimus pallium philosophicum* exuit, induitque *purpuram*; hoc certe eo spectabat, ut similiter *philosophi* personam *Marcus* exueret, indueretque illam, quam *Respubl.* contulerat personam *Principis*. Sic enim personatus *Hermotimus*, (*Hermot.* plane ad fin.) τάχα δὲ καὶ πορφυρίδα μεταμφιάσομαι, ὡς εἰδεῖεν ἅπαντες, ὅτι μηκέτι μοι τῶν λήρων ἐκείνων μέτεστιν. Spectat eodem, quod in *Hermotimo Philosophiam* omnem damnat, cum tamen in *Demonacte*, & alibi *abusum* tantummodo *Philosophiae* perstringat, non veram *Philosophiam*. Nempe quia *causa* ipsa quam agebat in *Marcum*, hoc ab eo exigebat, in quo nihil habebat quod reprehenderet *alienum* a praeceptis castigatissimae *Philosophiae*. Eodem denique spectare censeo Dialogum, *de fide calumniis non facile adhibenda*. Nempe ut se muniret in illos qui, *Cassii* causa profligata, *Luciani* illam, quam dixi, sententiam ex illius *Hermotimo* collegissent. Animum certe sibi *conscium* ipsa illa arguit *Apologia*, quae versatur in *universalibus*, nec ad *causae* meritum penitus examinandum descendit. Sic ergo illo ipso *anno*, quo defecit *Cassius*, Hermotimum scripserit *Lucianus*, annumque adeo egerit vitae, ipso teste, *quadragesimum*. Itaque post *mortem Veri*, *media hyeme* 169. aerae nostrae *Christianae*, cum *Tribunitiam Potestatem* IX^m. haberet ipse *Verus*. Et tamen *ante* annum 173. si *Marci* gener fuerit *Pompejanus*, quem in *sequentem* annum Cos. designabat *Marcus*, cum de Cassii causa ageretur. Sed alius fuerit oportet. Nam Coss. anni 175. defecit Cassius, cum, metu *Cassii*, *Roma* accerseretur *Commodus* ad *virilem togam* in *limite* recipiendam. Cum *Tribunitiam Potestatem* daret pater impetratam a *Senatu*. Hinc enim certe numerantur *Tribunitiae Commodi Potestates*. Sic *natus* fuerit *Lucianus* anno aer. Chr. 135. Desiit ludum *literarium* frequentare ἤδη τὴν ἡλικίαν πρόσηβος. Somn. p. 1. ἀντίπαις p. 11. κομιδῇ μειράκιον, *Bis Accus.* p. 231. Est autem *Luciano* μειράκιον, qui *annos* natus esset XIV. praeter propter, ἀμφὶ τὰ τέτταρα καὶ δέκα ἔτη σχεδόν. *Philopseud.* p. 333. Ἐξ ἐφήβων autem qui ἀμφὶ τὰ πεντεκαίδεκα ἔτη. ib. p. 344. Πρόσηβος ergo qui illa *aetate* paulo *inferior* erat. Sic tamen ut eam *proxime* attigerit: Ἀντίπαις propterea seu βούπαις appellandus, quod pueri aetatem nondum *egressus* esset, quae Romanorum erat *adolescentia*. Notae hae in *annum* conveniunt aetatis $\frac{14}{15}$ aerae *nostrae* 149. quo *patriam* reliquerit *Lucianus*, & *peregrinationes* versus *occidentem* susceperit, *rhetorices* studiis deinceps initiandus. Tum *barbare* loquebatur, lingua *Assyriaca*, *Candyn indutus*, *nescius quo se verteret*, *Bis Accus.* p. 231. Conveniunt satis accurate cum hac *Luciani* aetate reliqua ejusdem *tempora*. Proximis aderat *Olympiis*. Olympiadis nimirum 233. quae anno aerae *Chr.* 153. celebrata est. Prima enim erant *Olympia* eorum quae *quater* tum viderat *Lucianus* cum scriberet de morte *Peregrini*. Et quarta proinde *Olympia* ante illa quibus se combussit *Peregrinus*. de morte Peregrin. p. 583. Tum *comitem* navigationis ipsum habuit *Peregrinum*. Tum venit e *Syria Lucianus* p. 589. Postquam evagatus fuisset per *Ioniam*. Bis Accusat. p. 231. Egerit ergo tum *Lucianus* annum vitae $\frac{15}{16}$. Sic *tria*, quibus postea aderat, *Olympia* in annos vitae convenient $\frac{21}{22}$ $\frac{26}{27}$ $\frac{30}{31}$ *Christi* autem 157. 161. 165. Ante annos, quam scriberet Hermotimum, xv. πρὸ πεντεκαίδεκα σχεδὸν ἐτῶν, ad *Philosophiam* illum hortatus fuerat πρεσβύτης quidam, quem ille ὑπ' ἀνοίας καὶ νεότητος contempsit. *Hermotim.* p. 521. *Aetatis* suae anno $\frac{11}{12}$. *Christi* 160. Anno autem *aetatis* suae $\frac{13}{14}$ *Christi* 163. in *Ionia* audit *Historicos* de rebus primis *Veri* auspicio gestis in *Armenia* adversus *Vologesum* recitantes: *Quom. scrib. sit Hist.* de *peste Nisibi* orta, ab *Aethiopia* & *Aegypto* ἐς τὴν βασιλέως γῆν πολλὴν progressa. Locum autem Ioniae quo praecipue versatus est, Ephesum fuisse, colligimus e *Pseudologista*. p. 437. 444. Anno aetatis $\frac{15}{16}$ Christi 166. scripsit librum *Quomodo scribenda esset Historia*. Post συνεχεῖς νίκας p. 601. *Lucii* nempe *Veri* Imperatoris, unde *Armeniacus*, *Parthicus* & *Medicus* appellatus est, & *Imp.* II. III. IV. ἁπάντων ἤδη κεχειρωμένων. p. 604. Cum tamen nondum triumphasset p. 624. Quae *hujus anni* notae sunt. Jam erat in *Ionia*. p. 611. Πρώην in *Achaja*

ja ib. *Corinthi* p. 614. Quod ſcilicet *Olympiis* ſuperiori anno interfuiſſet. *Peſtis* adhuc τοῖς μὴ τὰ Ῥωμαίων αἱρουμένοις. p. 612. Quae tamen *Verum* redeuntem *Romam usque ſecuta eſt*. Capitolin. *Ver.* c. 9. *Vologeſum* praeterea memorat p. 612. 615. 624. Osroëm. p. 615. *Priſcum* ducem, p. 616. *Hujus* nimirum *Belli* nomina. Hoc *primum Opus* ſcripſit, ni fallor, *Lucianus*. Simili enim argumento eſt uſus, cur etiam *ipſe* manum calamo admoveret, quo & *Juvenalis*, a *multitudine* eorum ducto, qui *Veri* cum *Parthis* bellum deſcribendum ſuſceperant. Nec vero ullum *alterius* generis ſcriptum a ſe editum fuiſſe innuit, aut *novum* ſibi fuiſſe ſcribendi duntaxat *Argumentum*, aut *Hiſtoriam* a ſe illorum exemplo ſcribendam. Imo alienum ſe ab illo Argumento ſatis aperte profitetur. Nam quod *veram*, quam appellat, *Hiſtoriam* pro ſtyli *Hiſtorici* exemplo ſcripſerit, in eo *luſit* tantummodo, & pro more ſuo *cavillatus* eſt. *Satyra* enim illa verius in *Hiſtoricos*, quam *Hiſtoria*, appellanda erat. Cum ſcriberet in *Indoctum divitem*, P. 386. ait quidem fuiſſe quendam, qui χθὲς καὶ πρώην *Peregrini* baculum emiſſet, cum quo in *ignem* inſiluiſſet ipſe *Peregrinus*, quod fieri potuit *multis* a *morte* Peregrini *annis*. Et certe *Regem* tum memorat *unicum* p. 390. duntaxat παιδείαν τιμῶντα, cui *luxus* diſpliciturus erat, qualis certe nullus erat poſt *Marcum* usque ad *Severum*. Tum *pauper* erat ipſe *Lucianus*, p. 380. nondum *ſtipendium* πολυτάλαντον adeptus. Tum adhuc *Syrus* p. 388. necdum, ut poſtea, in illuſtrem aliquam *Graecam* civitatem adſcitus. Certe poſt annum *Aer. Chr.* 169. quo diſceſſit *Lucius*. Forte poſt *caedem Caſſii* A. D. 175. cum in *Orientem* veniret *Marcus*. Hinc ergo ſequitur annum fere 90.m attigiſſe *Lucianum*, ſiquidem *eousque* ſuperſtes fuiſſet, cum iniret *Alexander Severus*. Ea autem certe *aetate* eſſe non potuit, cum ſcriberet de *Macrobiis*, quo opere noſtri meminit *Iſidori*. Alioqui certe *ſuam aetatem* non tacuiſſet, qui *Juniores* ſe ſe multos *Macrobiis* accenſuit. Vidit ille ſenem *Demonactem* & cum eo verſatus eſt, qui *Epicteto* familiaris erat liberto *Epaphroditi* ſub *Nerone*, & quem nos alibi ſub *Hadriano* periiſſe probavimus. Diſſ. de Aet. Peripli Mar. Euxin. n. 10. 11. A fine enim *Neronis* A. D. 68. Ad primum *Alexandri* annum A. D. 222. ſpatium eſt annorum plus quam 150. *Pii* certe Imperio non admodum provecto (qui A. D. 138. coepit) *Lucianum inclaruiſſe* multa docent, antea proinde *natum*. Illum ergo *Artaxerxem* non potuit videre *Lucianus*, nedum ſcripta *Iſidori*, quibus mentio fuerat *Artaxerxis*, ſiquidem *Artaxerxi* par aetate fuiſſet non *Iſidorus* ipſe, ſed parentes duntaxat *Iſidori*. Itaque quam certum eſt *noſtrum* eſſe *Iſidorum* quem teſtem advocat *Lucianus*, tam certum etiam eſſe neceſſe eſt alium eſſe ab eo, quem vicit *Alexander Severus*, *Artaxerxem Perſarum* regem, quem in *Iſidoro* reperit *Lucianus*. Huc usque *Dodwellus*, cui ſubjungimus, quae ad illius dicta commentatus eſt M. V. LA CROZE in Miſcell. Berolin. Societatis Regiae, part. 1. pag. 27.

Inter eos ſcriptores Graecos qui aetatem tulerunt, vix ullum eſſe ferme contenderim, qui tot ac tantis ſe dotibus ingenii lectori commendet, atque Lucianus, etenim ſive ad rerum varietatem & copiam animum attenderis, ſive ad feſtiviſſimos ſcriptoris elegantiſſimi jocos, & incredibilem in exagitandis vulgi & Philoſophorum opinionibus ingenii & orationis amoenitatem, nihil, opinor, erit, in quo eum ullo veterum inferiorem affirmare poſſis. Itaque non nunquam ſubiit admirari, cur in tanta Criticorum copia, quos ab inſtauratis litterarum ſtudiis floruiſſe novimus, nemo inventus ſit praeter Tanaquillum Fabrum, aliosque oppido paucos, qui in eo ſcriptore adornando ſupra Grammaticas obſervationes aſſurgere conati ſint. Latent haud pauca in Luciani ſcriptis, idonea rebus hiſtoricis illuſtrandis; quod hic brevi & properato ſpecimine demonſtrare conſtitui.

Edidit nuper vir inſignibus eruditionis & humanioris litteraturae monumentis merito celeberrimus, Henricus Dodwellus, diſſertationes in minores Geographos a viro Clariſſimo Johanne Hudſon Oxoniae editos, in quibus de eorum aetate, qui veterem Geographiam ſcriptis ſuis illuſtrarunt, accuratiſſime diſputat. In ea autem quae eſt de Iſidoro Characeno

To-

Tomo ſecundo Geographorum, Luciani aetatem & res geſtas, occaſione data, ex ipſis elegantiſſimi ſcriptoris lucubrationibus, ita illuſtrare aggreditur, ut ea in re ante eum nihil adhuc actum eſſe videatur. Sane licet vir Eruditiſſimus ſemel & iterum fortaſſis (*a*) a vero aberraſſe cenſeri poſſit, multa tamen ſunt quae in medium profert, quibus res & aetas Luciani extra omnem controverſiam temporibus ſuis aſſignantur.

Vereor tamen ut facile eruditis approbet ingenioſiſſimam conjecturam, qua Luciano Hermotimum Dialogum ſcriptum eſſe contendit, ut Avidio Caſſio blandiretur, & philoſophicos Marci Aurelii mores ſale ſatyrico defricaret. Quaecumque ab eo eam in rem afferuntur, ingenio quidem & eruditione Clariſſimi auctoris lectorem alliciunt; at in re ſatis obſcura, vim & evidentiam demonſtrationis non habent. Avidium tamen Caſſium, (*Gallican. pag.* 453.) Luciani popularem, teſte Dione, & a Marco Aurelio Syriacis legionibus praefectum Samoſatenſi noſtro innotuiſſe, per ſe omnino veroſimile videtur: mihi etiam permulta animadverſa ſunt, quae Lucianum inter Avidii Caſſii familiares cooptatum aliquando fuiſſe propemodum perſuadeant. Etſi enim celeberrimi iis temporibus Caſſii nomen raro in Luciani (*legitur in tractatu quomodo conſcribenda ſit hiſtoria, pag.* 624.) lucubrationibus appareat, non nunquam tamen tacito nomine non obſcure Caſſius apud eum ſignificari videtur. Crediderim ſane Lucianum tota illa προσλαλιᾷ quae eſt de lapſu inter ſalutandum (*b*), ipſum Avidium Caſſium adulari, & modeſte excuſare vocem ὑγιαίνειν, apud eum in matutina ſalutatione alieno tempore uſurpatam. Hominem certe in praecipua dignitate conſtitutum arguunt haec Luciani verba: (*pag.* 500. & 501.) Νῦν δὲ καὶ ἕωθεν καὶ μεσούσης ἡμέρας, καὶ νύκτωρ ἀεὶ τὸ ὑγιαίνειν ἀναγκαῖον καὶ μάλιστα ΤΟΙΣ ΑΡΧΟΤΣΙΝ, καὶ πολλὰ πράττουσιν ὑμῖν ὅστις καὶ πρὸς πολλὰ δεῖσθαι τοῦ σώματος. *Nunc vero & mane meridie noctuque bene valere ſemper neceſſe eſt: imprimis vero principibus vobis, qui multa negotia geritis, eoque ad multa ſano corpore opus habetis.* Sunt & alia quaedam, quae in eadem oratione Avidium Caſſium innuere videantur, cui, antequam a Marco defeciſſet, jam Lucianus, ut puto, adhaeſerat. Ejusdem praeterea σύνεσιν καὶ ἀνδρείαν καὶ μεγαλόνοιαν a Luciano (*pag.* 489.) commendari opinor in Apologia pro mercede conductis, quae circa ea tempora ſcripta eſt, quibus jam Avidius cum exercitu ſuo defecerat. Haec enim non abs re mihi colligere videor ex his Luciani verbis, in quibus jactat ſpes ſuas, & mercedem fidei in Avidium, in cujus partes Syros omnes conjuraſſe Dio apud Xiphilinum (*pag.* 491.) teſtatur. Καὶ ὁ μισθὸς οὐκ ἰδιωτικὸς, ἀλλὰ παρὰ τοῦ βασιλέως, οὐ σμικρὸς οὐδὲ οὗτος, ἀλλὰ πολυτάλαντος, καὶ τὰ μετὰ ταῦτα δὲ οὐ φαῦλα ἐλπίδες, ΕΙ ΤΑ ΕΙΚΟΤΑ ΓΙΓΝΟΙΤΟ, ἀλλ' ἔθνος ἐπιτραπῆναι, ἢ τινας ἄλλας πράξεις βασιλικάς. *Deinde non a privato, ſed ab Imperatore mercedem accipio, eamque non exiguam, ſed multorum talentorum. Poſtea, ſi quod par eſt contigerit, ſpes non inanis eſt, fore ut alicui provinciae praeficiar, aut imperatorium aliquod mihi negotium demandetur.* Hinc manifeſto ſatis apparet ſtuduiſſe novis rebus una cum Avidio (*Capitol. in Marc. & Volc. Gallic. in Avidio Caſſio.*) ſuo Lu-

(*a*) Clariſſimus Dodwellus Hermotimi nomine Marcum Aurelium vult intelligi, qui tamen in Luciani Dialogo pag. 514. ſe anno aetatis XL. philoſophari coepiſſe profitetur, quod ſane de Marco Aurelio (*Capitolin. in Marco Antonino Philoſ. c.* 1.) *in omni vita philoſophante viro*, dici non potuit. Tribuit praeterea idem Dodwellus Philopatrim Dialogum Luciano, qui tamen Dialogus ab ejus ſcribendi ratione immane quantum abit, & propterea νοθεύεσθαι veteribus Criticis merito annotatur. Credidit poſt alios non paucos Vir incomparabilis Hugo Grotius, (*in Pſalm. CIV.*) ſcriptum fuiſſe Philopatrim imperante Trajano: verum id de eo ſcriptore dici non poteſt qui Artemidori Daldiani Ὀνειροκριτικὰ laudat. (p. 775.) Ego ad Aureliani Imperatoris tempora, adeoque diu poſt Luciani aetatem referendam eſſe ejus Dialogi ſcriptionem aliquando demonſtraturus ſum.

(*b*) Πρὸς Ἀσκληπιὸν, id eſt ad quendam Aeſculapium ſcriptam fuiſſe credidit Bourdelotius. At male intellexit ultimam τῆς προσλαλιᾶς periodum, quae non Aſclepium, quem hic ſibi finxit Bourdelotius, ſed ipſum Aeſculapium Medicinae inventorem alloquitur. Neque id obſervarem, niſi nuper Bourdelotii lapſum viro cuidam celebri & erudito fraudi fuiſſe animadvertiſſem.

Lucianum ; nec post ejus fata futurum fuisse superstitem , nisi Marcus Aurelius clementissimus principum, in quemquam Cassianorum saeviri vetuisset.

Laudavit uno & altero eleganti Dialogo Lucianus principem feminam , uxoris Abradatae Xenophontei cognominem , Pantheam videlicet nomine , quam Bourdelotius (*in notis ad imagines Luciani.*) eandem esse cum Abradataea, lapsu plane joculari affirmat. Eam ego Avidii Cassii uxorem fuisse conjicio , antiquis quibusdam historiarum scriptoribus memoratam, qui tamen ad unum omnes nomen ejus reticuerunt. Quae mea opinio, hisce potissimum nititur argumentis. Pantheae illius in Dialogo Luciani nomen certe fictitium non est, & eam mulierem innuit, quae uxor esset Romani Imperatoris. Ita eam τὴν βασιλεῖ συνοῦσαν Lucianus (*Tom. 2. pag. 7.*) appellat , eamque quam decuit Imperatorem virum bonum & mansuetum inter cetera felicitatis instrumenta numerare (*pag. 15.*) Ἔπρεπε δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ χρηστῷ καὶ ἡμέρῳ ὄντι , καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν εὐδαιμονῆται , ὡς ἐπ' αὐτοῦ καὶ φῦναι γυναῖκα τοιαύτην , καὶ συνοῦσαν αὐτῷ ποθεῖν αὐτόν. *Conveniebat enim ut Imperator qui vir bonus est & mansuetus , hujus etiam boni possessione una cum aliis quae jam habet , bearetur , ut nasceretur ejus aetate mulier hujusce modi , quae cum eo matrimonio conjuncta , ejus amore flagraret.* Unde manifestum est , in utroque horum Dialogorum contubernalem Imperatoris laudari, quae & Panthea dicta sit, & a pulchritudine & ab animi moderatione merito commendata. Quam Pantheam cum neque historiarum scriptores, neque inscriptiones ullae, neque numismata commemorent , Avidii Cassii , cujus nulla hujusmodi monumenta supersunt, uxorem fuisse prope adducor ut credam. Neque enim ulla fuit Luciani (*pro imag. pag. 29.*) temporibus eo nomine mulier quae Graeca esset, Romani Imperatoris conjux, & Abradatae Xenophontei uxoris cognominis. Haud enim facile animum induxerim ut credam Pantheam nostram eam concubinam fuisse Marci Aurelii, (*Capitolin. in Marco Antonin. Philos. sub finem.*) quam ille sibi post Faustinae mortem adscivit , procuratoris uxoris suae filiam, ne tot liberis novercam superduceret. Ei tamen sententiae forte favere videbuntur supra memorata verba Luciani, in quibus Imperatorem Pantheae maritum a bonitate & mansuetudine morum commendat ; quae dotes ut Marci Aurelii propriae sunt , ita ab iis quae de Cassio scriptores antiqui retulerunt, abhorrere videntur. Verum quis nescit immanes etiam tyrannos enumeratione earum virtutem interdum commendari , a quibus communi hominum sensu alieniissimi judicantur? At alia sunt quae impediant quo minus Pantheae nomine, Marci concubinam intelligi putem. Haud puto, vixit in tanta rerum affluentia concubina modestissimi Imperatoris , neque in eam convenire dixerim & Eunuchos & milites , quos se in Pantheae comitatu Lucianus (*pag. 7. & 24.*) vidisse commemorat; ut taceam laudatam in ea morum in summa rerum amplitudine moderationem ; quae sane omnia in eam mulierem cadere videntur, quae legitimo connubiorum jure deducta esset in torum illius, qui aut Imperator foret, aut imperatoriam sibi dignitatem vindicare aggrederetur.

Longior fui quam putaram in exigui momenti rebus. Multo plura & forte meliora supersunt commodiori occasione dicenda. Lucianum tamen dimittere animus non est , antequam rem, ni fallor , aliis indictam de Alexandro Pseudo-Propheta Abonotichitarum attigero. Prolata sunt jam olim in medium a viris doctissimis ea numismata quae aetatem tulerunt , in quibus redivivus ille Paphlagonum Aesculapius Glycon , ad eam plane formam exactus est , quam Lucianus in Pseudomanti descripsit. At nemo animadvertit eam fraudem quae, Luciano narrante, Marco Aurelio facta est in Germania contra Marcomanos & Quados bellum gerenti, in columna Antoniniana accurate depictam exhiberi. Eam hic ego cum ipsa narratione historiae ex ipso Luciano desumta., a Collega meo conjunctissimo harum rerum intelligentissimo depictam exhibeo ; [*quam & nos hic excudi . & addi curavimus*] ut inde manifestum sit , tum quanta in rebus historicis Luciano fides haberi possit,

****

tum

tum quantum utilitatis rei litterariae sit accessurum, si quis in criticam historicam lucubrationum Luciani sedulus investigator incubuerit. (*Lucian. Pseudom.* p. 775, 776.)

Cum jam sibi non mediocrem in Regiam, aulamque Caesaream aditum patefecisset ingressumve; ad celebrem virum Rutilianum, vigente Germanico bello mittit oraculum, quo tempore DIVUS MARCUS (θεὸς Μάρκος) *cum Marcomanis & Quadis confligebat. Jubebat autem oraculum ut duo leones cum multis aromatibus magnificisque victimis in Danubium immitterentur.* Sed praestat ipsum oraculum referre.

Istri gurgitibus celsi Jovis imbribus aucti,
Injiciant binos Cybeles edico ministros,
Ortas monte feras, tum quas alit Indicus aër
Flores atque herbas bene olentes; moxque futura est
Et victoria, pax & amabilis & decus ingens.

His factis ut praescripserat, leones cum regiones hostium enatassent, barbari tanquam canes peregrinosve lupos fustibus confecerunt. Tum protinus nostrorum magna strages est edita, viginti ferme millibus simul extinctis. Deinde secuta sunt ea quae Aquileiae contigerunt, quum parum abfuit quin illa urbs caperetur. [Sic la Croze verterat, Graeca etiam praemittens, quae omisi, quia ex Luciano peti possunt]

Voluptati puto erit hic rem uni Luciano memoratam Graphice depictam agnoscere, tranantes videlicet e superiori narratione leones, & ipsum Marcum Imperatorem summi Pontificis officio fungentem, & praecepta in oraculo aromata in ipsa Danubii ripa adolentem. De eo tamen vulnere, τραῦμα vocat Lucianus, Romanorum exercitibus a Germanorum copiis illato, frustra aliquid apud eorum temporum scriptores quaesiveris, deperdita jam dudum Dionis ejus aevi historia, unde procul dubio Luciano maxima lux affunderetur. Verum de his forte alias uberius agam, ut de Christianismo & apostasia Luciani, cujus vestigia quaedam mihi aliquando visus sum in ejus scriptis observare, quae modo investigare non licet, ut & multa alia quae in eo scriptore ad veterem historiam pertinent, nemini adhuc Criticorum memorata.


Huc usque *Crozius*. Tempus est nostram sententiam paucis addere.

LUCIANI *patria* satis constat, eamque jam satis audivimus. Educationis initia quoque satis ipse refert T. I. *Somn.* Transitum ab opificio ad studia liberalia *ibid.* Iter quod eorum caussa susceperit, ex vita a *Bourdelotio*, subjectaque nota Fabricii; satis quoque notum Athenas se profectum ad Graeca discenda. *Tox.* c. 57. In Macedoniam T. I. *Aët.* c. 7. Qui caussidicorum gregem deseruerit, ob fraudes & mendacia, I. *Piscat.* c. 29. p. 598. & ad philosophiam transierit, & hoc alios bene observantes audivimus. vid. T. I. *pro Merc.* c. ult. De *aetate* nondum confectum negotium; quare hoc experiamur quantum licet ex ipso elicere; dein de Christianismo deserto & Atheismo, quem objiciunt, ingenioque & moribus ejus disquiramus.


AETAS facilius & adcuratius ex scriptis ejus erueretur, si Dialogos haberemus hodie eodem ordine ac serie dispositos, qua ipse eos conscripsit; cum vero ad extremam se jam fere senectam perveniisse testetur in T. I. Differt. *pro merced. conduct.* c. 1. & 4. ut satis jam adlegatum supra; in sequente vero Dial. *Hermotimi* c. 13. se quadraginta annos natum diserte dicat, perversio ordinis facile patet, aeque atque ex aliis locis, haud aliunde nata, quam quod diversis temporibus singuli libelli prodierint, prout scribendi materies subnascebatur. Juvant tamen ejusmodi aetatis suae commemorationes. Potissimum autem aetas Nostri cognoscitur ex *personis* quas ut aequales adloquitur, aut paullo ante se defunctas indicat; ex *auctoribus* quos adlegat, quorum catalogum diligenter conscriptum subjunximus, & ex *factis historicis* quae se vivente contigisse memorat.

Praecipui autem aequalium aut proxime antecedentium quos memorat virorum, sunt:

Ale-



Ex Columna Antonina Bellorii, Tab. XIII.



Tom. I. pag. 282.

Alexander impoſtor, *Apollonius Thyanenſ.* T. 2. *Alex.* c. 5. & not. 27. *Arrianus*, (T. 2. *Alex.* c. 2. p. 209.) *Celſus*, (ibid. c. 1. p. 207. & not. *Sol.* item c. 17. & 21.) *Cronius* (de quo *Geſn.* ad *Peregr.* c. 1.) *Demonax*, *Epictetus*, *Herodes Sophiſta*, T. II. p. 384. *Paetus Medicus*, (qui vivus memoratur, *Alex.* c. 60.) *Peregrinus*, (ejus mort. T. III. p. 325. ſeqq.) *Quintillius*, (ad quem Macrobios ſcripſit. T. III. p. 208. ubi conf. not. *Sol.* annum Chriſti CLXXI. indicantem.) *Rutilianus*, (*Alex.* c. 30.) *Sabinus*, (T. I. *Merc. Cond.* 1. & *pro merc.* c. 15.) *Soſtratus*, ut ceteros mittam ab *Jonſio* ſupra jam indicatos. Ex his omnibus liquido adfirmari poteſt, veriſimum eſſe, quod Cl. *Hemſth.* in praef. Pollucis ſtatuit, floruiſſe Lucianum ſub Antoninorum & Commodi imperio, ob rationes ex vita Alexandri Pſeudomantis jam adlegatas. Ipſum autem annum nativitatis ac mortis Luciani definire eſt ἀδύνατον, illud tamen, quantum colligere ex ipſo potui, propius jam ſtatuere poſſum, vixiſſe Noſtrum ab anno Chriſti CXX. ad CC.

Sed incipiamus ab Epicteto cum noſtri tempore comparando. Hic ſi ad Marci usque tempora vixerit, ut *Menag.* ad Laërt. T. 2. pag. notar. 1. ex *Suida* & *Themiſtio* adſerit, (vid. *Themiſt.* or. XII. ut in Menag. nott. adlegatur, vel or. V. p. 63. Edit. Pariſ. ubi invenio, multa commiſiſſe Epicteto utrumque Antoninum) etiam ſerius collocandus eſt Lucianus, quam adhuc factum; loquitur enim de Epicteto ut jam aliquamdiu defuncto. T. III. *Adv. Indoct.* c. 13. narrans „ ſua aetate fuiſſe, & forte adhuc ſupereſſe, qui lucernam fictilem „ Epicteti Stoici 3000. drachmis emerit". Illa autem verba, *& forte adhuc ſupereſt*, indicium praebent jam aliquod tempus ab Epicteti morte elapſum. Eundem vero libellum *adverſ. indoct.* ſcriptum eſſe paullo poſt Peregrini in rogum inſilientis mortem, docet c. 14. ubi heri & nudius tertius aliquem emiſſe ejus baculum, refert. Cumque *A. Gell.* XII. 11. Peregrini vivi, quicum ipſe collocutus ſit, meminerit, nihil de ejus morte; patet Lucianum & Gellio aequalem, ſed & aliquanto poſteriorem. Peregrini autem hanc mortem contigiſſe *Solanus* exiſtimat T. III. p. 356. anno Chr. CLXV. quod non repugnat ſententiae, nempe Epictetum tum jam aliquandiu ante eſſe defunctum; cum Lucian. *Adv. Indoct.* ſcriberet, adeoque Lucianum eum potuiſſe videre. Falli tamen Bourdelotium putem, qui Lucianum Epicteto mortuo demum natum ſtatuit; ſi hic ſenex ſub Nerone jam vivens Adriano familiaris, (vid. Ael. Spart. adr. c. 16. p. 159.) ad Marc. usque vit. protraxiſſe potuit, ut etiam Caſaub. obiter monet ad l. d. Vixiſſe autem Lucianum aliquamdiu poſt Epictetum, etiam patet ex Lucian. T. 2. *Alex.* c. 2. ubi Arriani Epicteti diſcipuli meminit, & quidem tamquam defuncti, ubi confer not. *Solani*, ac vid. eumdem ad ejusd. *Alex.* c. 48. not. 44. & c. 56. ſ. p. 260. ubi Alexandri inſidias Luciano ſtructas contigiſſe anno Chriſti circiter CLXX. probabiliter adſerit, quo Lucianus in flore aetatis adhuc eſſet, qui patrem ſuum vivum ibid. commemoret. Unde ego porro colligo, quum Lucianus Alexandro ſupervixerit, eoque demum mortuo librum ſuum contra ipſum ediderit, ut refert T. 2. p. 263. eum miſerrime periiſſe, nondum 70. annos natum, aeque ac Rutiliano, qui ad ſeptuaginta annos vitam produxit, ſuperſtitem ſe vixiſſe teſtatur eod. *Alex.* c. 34. f. quem cum ſexagenarium duxiſſe Alexandri filiam refert, quod Luciano vidente contigit, facile patet, Lucianum non ſolum reliquos X. annos Rutiliani, ſed & plures vixiſſe. Plura alia *Solan.* ad c. 35. p. 242. quem & confer ad ejusd. c. 4. p. 211. N°. 83. & c. 5. N°. 27. & c. 30. & ad ejusd. T. 2. *Demon.* c. 1. ubi Demonactem Luciano partim aequalem, partim anteriorem fuiſſe quadragenarium conjicit, anno Chriſti CXXV. vel CXXX. Adde jam quae T. 2. *Imag.* c. 3. p. 461. habemus, de Panthea Avidii Caſſii uxore, ut Cl. *La Croze* adſerit, & quod *Jonſius* adtulit, de bello Parthico, cujus meminit Lucian. quod *Jonſ.* anno Chriſti 165. contigiſſe retulit, ut ſupra vidimus. Cumque in *Quom. Hiſt.* T. 2. init. Lucianus perſtringat ejus belli ſcriptores, patet, eumdem Noſtrum aliquamdiu poſt id bellum vixiſſe, adeoque, quod & pag. una ſuperius indicavi, aliquanto ſerius vixiſſe,

quam nonnulli putarunt. Ad ſummam autem ſe ſenectam perveniſſe, ſatis ipſe teſtatur T. I. *pro Merced.* c. 1. qui prope Aeacum eſſet, & alterum pedem in cymba Charontis haberet. ib. c. 5. ἐν γήρᾳ ὑςάτῳ, καὶ σχεδὸν ἤδη ὑπὲρ τὸν οὐδόν. Quin ad Commodum ſe perveniſſe, ex nomine unius Imperatoris bene judicat *Sol.* ad T. I. *pro merc.* c. 12. p. 721. aeque ac *Hemſt.* in praef. Poll. ſupra indicata, quod Marcum θεὸν vocet Lucianus, adeoque de defuncto loquatur. Conf. quae *Tillemont.* ſupra excerptus, ex pag. 713. T. 2. de Severiano, qui etiam in *Q. Hiſt.* c. 24. commemoratur, ait, eum Priſco jungi, ducemque cum Vindice fuiſſe, & nott. ad Noſtri T. 2. *Alex.* c. 27. & 48. cujus rei & plura habeo indicia; ſed plura nunc addere nequeo; reſtaret enim adcuratius definienda Epicteti vita, de qua diſſident Salmaſius & Menag. ex qua lite diremta adcuratius etiam vita Luciani definiretur, ſed & hoc jam dimittendum (licet ad Menagii ad Laërt. ſententiam paullo ſupra adducti propendeam, ut forſan in praef. Indicis majoris dicam) & nonnihil de Noſtri dotibus addendum.

Eruditionis certe ſumma documenta in ſcriptis ejus elucent, ingenii autem tanti, quantum ejus ſeduli lectores viri docti recte depraedicarunt. Stilus ejus eſt admodum floridus atſimul ſimplicior, quod non exigui eſt ingenii. Imitatur ſaepe Alciphronem, ut plus decies in notis, praecipue ad *Dial. Meretric.* monuimus, nec ab Longi, qui Paſtoralia reliquit, ſtilo multum ejus dictio abit. In Timone vero & in traducendo Socrate T. I. *Vit. Auct.* 15-18. & alibi imitatur Ariſtophanem, licet & alibi prodat ſe magni facere virum. Ceterum vel millies dictione utitur Homerica, quod nec opus erit monuiſſe. Itaque quamquam non fuit natione Graecus, ingenio ſuo, tempore, atque Athenis verſando Atticiſimi lepores ſibi ita reddidit familiares, ut vel commodius eo idiomate verba faceret, quam hi qui in Attica erant nati. Ter, quater tantum frigidos ejus jocos improbat ſummus ceteroquin ejus admirator Hemſterhuſius, cujus judicio plus tribuo, quam decem aliis; nec ego Lucianum nunquam dormitare, dixero; tamen, quia facile ſe pati in ſua praefat. dixit, Luciani defenſionem ſuſcipi, videndum cenſeo, anne, quando T. I. in *Timon.* c. 52. p. 169. nimis adfectatam illam blanditiam praetermitti potuiſſe ab Luciano ait, ſtudio frigidos adulatoris ſales propoſuerit Lucianus, quo paraſitorum mores eo abſurdiores proponeret, & quia adſentatores plerique re vera tales eſſe ſolent; qui etſi acutiores jocos etiam proferunt, tamen prae dicacitate non poſſunt quin & frigidos, etiamſi vel ingenioſiſſimi eſſent. Conf. Dial. *Paraſiti* fin. T. 2. p. 882. ubi ſimilia abſurda tribuuntur paraſitis, ut ibi paucis indicavi.

Nullam eum religionem profeſſum fuiſſe, ex *Demon.* c. 5. ait *Tillem.* Unde & alii Atheiſmum ejus deducunt. Sed ex iſto Luciani loco nihil aliud conficias, quam eum philoſophum fuiſſe eclecticum, ut hodie dicimus; quare Atheiſmus ejus ex aliis potius locis, vel ex toto ejus libellorum habitu deducendus foret, quem tamen ei non impingendum idem Tillem. & Hoogſtratanus monent, quia atheiſmum nusquam diſerte profiteatur. Mihi tamen diu ſuſpectus fuit Atheiſmi, tum ex charactere laſciviae, quem his miſeris fere proprium eſſe, recte Bentlejus in *Friponnerie Laïque* obſervat, aliique ſaepe monuerunt: tum ex nimio omnia ridendi ſtudio; tum quod & animae immortalitatem rideat. Verum eſt, non ſemper ſufficere, vitiorum tantum turpitudinem proponere; niſi & virtutum laudem ſubinde addas; nam ut avaritiae ſordes, ebrietatis deformitas, rixarum de rebus nauci vel incertis, ſtultitia, ſimiliaque ſatis impugnantur, ſola earum deformitate propoſita; ita tamen impurorum amorum turpitudo non eodem modo ſe erui ex juvenum animis patitur, nuda illorum imagine propoſita, eaque revelando, quae natura ipſa tegi flagitat; quin ii ſic incenduntur potius. Sed & poſtea detegens, non eſſe ab noſtro profectos dialogum illum impuriorem, *Amorum*, ſcriptaque cetera diligentius pertractans, benignius de auctore exiſtimare didici; cui tamen & peſſimum illum dialogum *Meretricium* V. abjudicare poſſe vel-

vellem, in cujus fine aliquam quidem pudoris sui conscientiam prodit, nimius tamen fuit ipse jam turpiculus in ejus pictura, quam longe magis odiosam, omissis obscoenitatibus, potuisset proponere, si vere ab turpitudine abhorruisset; sed cum naturalia non esse turpia male cum perditis Epicureis sentire videtur, licentius in his sibi indulsit, qui licet nulli sectae addictus fuerit, Epicuro tamen prae aliis favebat, cujus continentiam virtutesque amavit, (loca ex Indice peti possunt).

Amor autem ejus in veros philosophos patet ex pluribus locis, seque impostores tantum traducere, diserte ait T. I. *Pisc.* c. 15. p. 586. & seqq. ac virtutis amatorem se profitetur. Vide T. 2. Vit. *Demon.* c. 2. f. & 3. ubi ad virtutem & bonorum exemplorum imitationem hortatur. Adde & *Nigrinum* T. I. aliaque hic non repetenda. Sed & sinceritas ejus patet ex testimonio pessimo ab Alexandro Pseudomante in Lucianum pronuntiato, c. ejus Dial. 54. *Noctivago gaudet coitu, incestoque cubili.* quod omittere potuisset; at proferre non veretur, quia eo non tangebatur; nec verbis refutat, quia ipsa vita id refutabat. Tum & honestas Luciani patet ex eo ipso, quod causidicorum gregem reliquerit ob fraudes & mendacia, T. I. *Reviv.* c. 29. p. 598.

Christianum quondam fuisse minime exputo; melius enim eorum dogmata sciviſſet, nec Judaeorum ritus cum horum confudisset, ut qui illis sacerdotes & scribas Judaeorum tribuat, Tom. III. in *Peregr.* c. 11. p. 333. scribens: Χριστιανῶν —— τοῖς ἱερεῦσι καὶ γραμματεῦσιν συγγενόμενος, quod bene etiam *Solan.* ad l. d. observavit. Nec adeo infensus fuit Christianis atque alii existimant; charitatem enim eorum mutuam in eod. Peregr. vere praedicat, morumque simplicitatem eorumdem ita describit, ut quae se falli potius sinat, quam ut fallat; sed eosdem praestigiis ac superstitionibus tamen non falli se siviſſe, sive studio, sive casu, sincere tamen agit, qui commemoret, in *Alex.* c. 38. ubi impostor Christianos etiam arcebat suis sacris, veritus ne hi facilius ipsius fraudes detegerent ac riderent; sed & idem Atheos arcebat & Epicureos, unde quidem nihil probatur, quod Christianos ibi laudarit Lucianus; sed ejus integritas tamen adparet; at Christum Sophistam vocat idem in *Peregr.* l. d. nec ego confugio ad excusationem Vossii, quasi id alterius nomine dicat, & quod etiam in bonam partem valeat illa vox; nam se nihili facere religionem Christianam, satis patet aliunde, & licet hoc doleam, non tamen magis miror in Luciano, quam in aliis auctoribus priorum seculorum, qui multo pejora in hanc scripsere, & quos tamen ferimus, ac propter alia utilia laudamus: quin sic verum videmus quod Apostolus dixit, se adnuntiare Christum, qui Judaeis offensio, Graecis stultitia esset; quumque Judaeos feramus, Christo, pro dolor! maledicentes, quidni hunc feramus neque Christo, neque Christianis male dicentem? Risit autem Epicureorum more animae immortalitatem vitaeque sempiternae exspectationem, in *Peregr.* c. 13. quodque hac spe freti sponte se occidendos praebeant. Ut autem priorem illius sententiam merito improbamus, ita & Christianorum istorum voluntario impetu ad martyrium ruentium gloriam probare non possumus. Num vero & in eo plane cum Epicuro senserit, otiosum Deum faciens, non satis indicat; nam T. II. in *Jov. Conf.* c. 10. p. 634. Jovi dicenti: *Tu vis ostendere nullam nos rerum humanarum curam agere?* respondet: *Non meum hoc est.* Nisi credas, eo ipso id tacite exprobrari Jovi, quasi velit Lucianus: non opus est, ut hoc a me probetur; te enim ipsum hoc melius deceret probare tuis actionibus, si id a nobis credi velis. Nam Scepticum fuisse Nostrum, satis prodit, utcumque Scepticos belle traducat in T. I. *Vit. Auct.* c. 27.

Praefecturam Aegypti quod spectat, quam ei mandatam alii jam narrarunt ex T. I. *Merc. Cond.* c. 11. p. 719. sed quam graphiarii munus fuisse *Tillemont.* statuit; videmus ejusmodi fuisse, ut non omnino Praefectus Provinciae totius fuerit; nam προεσίαις munus suum generaliter adnumerans distinguit tamen a majore praefectura, *ib.* & in fin. c. 12. ubi fore praesumit, ut deinde etiam integra gens ei committatur. Et quamvis *non servilem se conditionem*

nem accepiſſe, ſed publici imperii ſe participem eſſe, *eoque nomine mercedem* ab *Imperatore accipere* c. 11. & 12. declaret, tamen ſe actuarii vel graphiarii partes egiſſe, qui ſub ſe habet ſcribas, ibid. indicat, dicens: *ſe eorum quae aguntur in judiciis commentarios ſcribendos curare, & decreta — tradere reponenda.* Itaque actuarius ſive graphiarius fuerit ac Procurator partis Aegypti: num vero voti campos factus ſit, ut integrae provinciae gubernandae praeficeretur, non proditur. Dignitas autem ac gravitas perſonae quam ſuſtinuit, haud levi eſt indicio, vitae fuiſſe noſtrum compoſitae, laborioſae, & ad magna aptae.

Pauperem ſe tacite fatetur eadem Apologia T. I. *pro mercede conductis* c. 11. Non tamen famelicum; neque enim ita pauperem olim fuiſſe oportet, cui tanta itinera eruditionis adquirendae cauſſa inſtituere licuit; ſed quum ſenectuti ingruenti melius proſpiciendum exiſtimarit, nihil mirandum, ſi mercedem complurium talentorum, ut indicat *ib.* p. 722. praetulit vitae privatae, in qua peculium puſillum conſumendum, & ad graviorem paupertatem potius recidendum fuiſſet, quam ut priſtinis laboribus victum parare potuiſſet.

Matrimonium iniit media aetate; filiique meminit T. II. *Eunuch.* c. 13. f. p. 359.

Periiſſe podagra non adfirmare auſim cum Bourdelotio; licet id non abſimile vero ſit; ſi ipſe auctor eſt tragopodagrae, quod Lucianeo ingenio non indignum drama; ſed verſibus ſaepe adeo claudicantibus, ut potius ſtatuendum ſit, eum tragica licentia & aetatis venia, ſtudio hic uſum, quam ut emendationem centum locis tentemus. A canibus vero laceratum, fabulam eſſe nullis teſtimoniis probandam; ſed ad aetatem provectam ſupra octoginta annorum perveniſſe, ſatis eſt certum.

ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΤΟΥ ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

LUCIANI OPERUM INDEX.

Numerus paginam notat.

TOM. I.

Περὶ τῦ Ἐνυπνίυ, ἤτοι, Βίυ Λυκιανῦ. — De ſomnio, ſeu, vita Luciani. p. 1.

Πρὸς τ εἰπόντα, Προμηθεὺς εἶ ἐν λόγοις. — Contra eum qui dixerat, Prometheus es in verbis. 23

Νιγρῖνυ, ἢ περὶ φιλοσόφυ ἤθυς. — Nigrinus, ſive de morib. philoſophorum. 37

Δίκη Φωνηέντων. — Judicium Vocalium. 82

Τίμων ἢ μισάνθρωπος. — Timon, ſive Miſanthropos. 98

Ἀλκυὼν, ἢ περὶ μεταμορφώσεως. — Halcyon, ſive de Transformatione. 176

Προμηθεὺς ἢ Καύκασος. — Prometheus, ſive Caucaſus. 185

ΘΕΩΝ ΔΙΑΛΟΓΟΙ. — DEORUM DIALOGI.

Προμηθέως καὶ Διὸς. — Promethei & Jovis. 204

Ἔρωτος καὶ Διὸς. — Cupidinis & Jovis. 205

Διὸς καὶ Ἑρμῦ. — Jovis & Mercurii. 207

Διὸς καὶ Γανυμήδυς. — Jovis & Ganymedis. 208

Ἥρας καὶ Διὸς. — Junonis & Jovis. 213

Ἥρας καὶ Διὸς. — Junonis & Jovis. 216

Ἀπόλλωνος καὶ Ἡφαίστυ. — Apollinis & Vulcani. 220

Ἡφαίστυ καὶ Διὸς. — Vulcani & Jovis. 224

Ποσειδῶνος καὶ Ἑρμῦ. — Neptuni & Mercurii. 227

Ἑρμῦ καὶ Ἡλίυ. — Mercurii & Solis. 229

Ἀφροδίτης καὶ Σελήνης. — Veneris & Lunae. 231

Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος. — Veneris & Cupidinis. 233

Διὸς, Ἀσκληπιῦ καὶ Ἡρακλέυς. — Jovis, Aeſculapii & Herculis. 235

Ἑρμῦ καὶ Ἀπόλλωνος. — Mercurii & Apollinis. 238

Ἑρμῦ καὶ Ἀπόλλωνος. — Mercurii & Apollinis. 241

Ἥρας καὶ Λητῦς. — Junonis & Latonae. 243

Ἀπόλλωνος καὶ Ἑρμῦ. — Apollinis & Mercurii. 245

Ἥρας καὶ Διὸς. — Junonis & Jovis. 247

Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος. — Veneris & Cupidinis. 249

Θεῶν κρίσις. — Dearum Judicium. 252

Ἄρεως καὶ Ἑρμοῦ.	Martis & Mercurii.	267
Πανὸς καὶ Ἑρμοῦ.	Panis & Mercurii.	269
Ἀπόλλωνος καὶ Διονύσου.	Apollinis & Bacchi.	273
Ἑρμοῦ καὶ Μαίας.	Mercurii & Majae.	275
Διὸς καὶ Ἡλίου.	Jovis & Solis.	277
Ἀπόλλωνος καὶ Ἑρμοῦ.	Apollinis & Mercurii.	280

ΕΝΑΛΙΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ. MARINI DIALOGI.

Δωρίδος καὶ Γαλατείας.	Doridis & Galateae.	288
Κύκλωπος καὶ Ποσειδῶνος.	Cyclopis & Neptuni.	291
Ἀλφειοῦ καὶ Ποσειδῶνος.	Alphei & Neptuni.	295
Μενελάου καὶ Πρωτέως.	Menelai & Protei.	298
Πανόπης καὶ Γαλήνης.	Panopes & Galenes.	300
Τρίτωνος, Ἀμυμώνης καὶ Ποσειδῶνος.	Tritonis, Amymones & Neptuni.	302
Νότου καὶ Ζεφύρου.	Noti & Zephyri.	305
Ποσειδῶνος καὶ Δελφίνου.	Neptuni & Delphinum.	307
Ποσειδῶνος καὶ Νηρηίδων.	Neptuni & Nereidum.	310
Ἴριδος καὶ Ποσειδῶνος.	Iridis & Neptuni.	314
Ξάνθου καὶ Θαλάσσης.	Xanthi & Maris	316
Δωρίδος καὶ Θέτιδος.	Doridis & Thetidis.	318
Ποσειδῶνος καὶ Ἐνιπέως.	Neptuni & Enipei.	320
Τρίτωνος καὶ Νηρηίδων.	Tritonis & Nereidum.	321
Ζεφύρου καὶ Νότου.	Zephyri & Noti.	325

ΝΕΚΡΙΚΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ. MORTUORUM DIALOGI.

Διογένους καὶ Πολυδεύκους.	Diogenis & Pollucis.	328
Πλούτων ἢ κατὰ Μενίππου.	Pluto seu contra Menippum.	356
Μενίππου, Ἀμφιλόχου καὶ Τροφωνίου.	Menippi, Amphilochi & Trophonii.	338
Ἑρμοῦ καὶ Χάρωνος.	Mercurii & Charontis.	341
Πλούτωνος καὶ Ἑρμοῦ.	Plutonis & Mercurii.	343
Τερψίωνος καὶ Πλούτωνος.	Terpsionis & Plutonis.	346
Ζηνοφάντου καὶ Καλλιδημίδου.	Zenophantae & Callidemidae.	355
Κνήμωνος καὶ Δαμνίππου.	Cnemonis & Damnippi.	358
Σιμύλου καὶ Πολυστράτου.	Simyli & Polystrati.	359
Χάρωνος καὶ Ἑρμοῦ.	Charontis & Mercurii.	363
Κράτητος καὶ Διογένους.	Cratetis & Diogenis.	367
Ἀλεξάνδρου, Ἀννίβου, Μίνωος καὶ Σκιπίωνος.	Alexandri, Annibalis, Minois, Scipionis.	380
Διογένους καὶ Ἀλεξάνδρου.	Diogenis & Alexandri.	389

Αλεξάνδρου καὶ Φιλίππου.	Alexandri & Philippi.	394
Ἀχιλλέως καὶ Ἀντιλόχου.	Achillis & Antilochi.	399
Διογένους καὶ Ἡρακλέους.	Diogenis & Herculis.	402
Μενίππου καὶ Ταντάλου.	Menippi & Tantali.	406
Μενίππου καὶ Ἑρμοῦ.	Menippi & Mercurii.	408
Αἰάκου, Πρωτεσιλάου, Μενελάου καὶ Πάριδος.	Aeaci, Proteſilai, Menelai, & Paridis.	410
Μενίππου καὶ Αἰάκου.	Menippi & Aeaci.	412
Μενίππου καὶ Κερβέρου.	Menippi & Cerberi.	420
Χάρωνος, Μενίππου καὶ Ἑρμοῦ.	Charontis, Menippi & Mercurii.	423
Πλούτωνος καὶ Πρωτεσιλάου.	Plutonis & Proteſilai.	426
Διογένους καὶ Μαυσώλου.	Diogenis & Mauſoli.	429
Νιρέως, Θερσίτου καὶ Μενίππου.	Nirei, Therſitae & Menippi.	431
Μενίππου καὶ Χείρωνος.	Menippi & Chironis.	434
Διογένους, Ἀντισθένους καὶ Κράτητος.	Diogenis, Antiſthenis & Cratetis.	437
Μενίππου καὶ Τειρεσίου.	Menippi & Tireſiae.	445
Αἴαντος καὶ Ἀγαμέμνονος.	Ajacis & Agamemnonis.	448
Μίνωος καὶ Σωστράτου.	Minois & Soſtrati.	450
Μενίππου, ἢ Νεκυομαντία.	Menippus, ſive Necyomantia.	455
Χάρων, ἢ Ἐπισκοποῦντες.	Charon, ſive Contemplantes.	487
Περὶ θυσιῶν.	De Sacrificiis.	525
Βίων πρᾶσις.	Vitarum auctio.	540
Ἁλιεὺς, ἢ Ἀναβιοῦντες.	Piſcator, ſeu Reviviſcentes.	570
Κατάπλους, ἢ Τύραννος.	Cataplus, ſive Tyrannus.	620
Περὶ τῶν ὑπ' ὀλίγου μισθοῦ συνόντων.	De iis qui mercede conducti in divitum familiis vivunt.	651
Ἀπολογία περὶ τῶν ὑπ' ὀλίγου μισθοῦ συνόντων.	Apologia pro iis qui merc. cond. ſerviunt.	704
Ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος.	Pro eo quod inter ſalutandum verbo lapſus fuerat.	724
Ἑρμότιμος, ἢ περὶ αἱρέσεων.	Hermotimus, ſive de Sectis.	739
Ἡρόδοτος, ἢ Ἀετίων.	Herodotus, vel Aëtio.	831
Ζεῦξις, ἢ Ἀντίοχος.	Zeuxis, vel Antiochus.	838
Ἁρμονίδης.	Harmonides.	850
Σκύθης, ἢ Πρόξενος.	Scytha, ſeu Hoſpes.	859

TOM. II.

Πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν.	Quomodo hiſtoria ſcribenda ſit.	1
Ἀληθοῦς ἱστορίας λόγος πρῶτος.	Hiſtoriae verae liber primus.	70
Ἀληθοῦς ἱστορίας λόγος δεύτερος.	Hiſtoriae verae liber ſecundus.	104

****

Typ-

Τυραννοκτόνος.	Tyrannicida. 141
Ἀποκηρυττόμενος.	Abdicatus. 159
Φάλαρις πρῶτος.	Phalaris prior. 187
Φάλαρις δεύτερος.	Phalaris alter. 201
Ἀλέξανδρος, ἢ Ψευδόμαντις.	Alexander, ſeu Pſeudomantis. 207
Περὶ ὀρχήσεως.	De Saltatione. 265
Λεξιφάνης.	Lexiphanes. 317
Εὐνοῦχος.	Eunuchus, ſeu Pamphilus. 350
Περὶ ἀστρολογίας.	De Aſtrologia (non videtur Luciani) 360
Δημώνακτος βίος.	Demonactis vita. 374
Ἔρωτες.	Amores (non videntur Luciani) 397
Εἰκόνες.	Imagines. 458
Ὑπὲρ τῶν εἰκόνων.	Pro imaginibus. 484
Τόξαρις, ἢ Φιλία.	Toxaris, ſive Amicitia. 507
Λούκιος, ἢ Ὄνος.	Lucius, ſive Aſinus. 567
Ζεὺς ἐλεγχόμενος.	Jupiter Confutatus. 626
Ζεὺς Τραγῳδός.	Jupiter Tragoedus. 642
Ὄνειρος, ἢ Ἀλεκτρυών.	Somnium, ſeu Gallus. 702
Ἰκαρομένιππος, ἢ Ὑπερνέφελος.	Icaromenippus, ſive Hypernephelus. 751
Δὶς κατηγορούμενος, ἢ Δικαστήρια.	Bis accuſatus, ſeu Fora. 791
Περὶ παρασίτου, ἤτοι ὅτι τέχνη ἡ παρασιτική.	De paraſito, ſive quod ars ſit paraſitica. 836
Ἀνάχαρσις, ἢ περὶ γυμνασίων.	Anacharſis, ſeu de Gymnaſiis. 883
Περὶ πένθους.	De Luctu. 922

TOM. III.

Ῥητόρων διδάσκαλος.	Rhetorum Praeceptor. 1
Φιλοψευδής, ἢ ἀπιστῶν.	Philopſeudes, ſeu Incredulus. 29
Ἱππίας, ἢ βαλανεῖον.	Hippias, ſiue Balneum. 66
Προσλαλιὰ, ἢ Διόνυσος.	Allocutio, ſive Bacchus. 74
Προσλαλιὰ, ἢ Ἡρακλῆς.	Allocutio, ſive Hercules Gallicus. 82
Περὶ τοῦ Ἠλέκτρου, ἢ Κύκνων.	De Electro, ſeu Cycnis. 87
Μυίας ἐγκώμιον.	Muſcae encomium. 91
Πρὸς ἀπαίδευτον καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον.	Adverſus Indoctum, & libros multos ementem. 99
Περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ.	De non temere credendo calumn. 125
Ψευδολογιστὴς, ἢ περὶ τῆς Ἀποφράδος.	Pſeudologiſta, ſive de Apophrade. 161
Περὶ τοῦ οἴκου.	De Domo. 191
Μακρόβιοι.	Macrobii. 208

Πατρίδος ἐγκώμιον.	Patriae encomium.	229
Περὶ τῆς διψάδων.	De Dipsadibus.	234
Διάλεξις πρὸς Ἡσίοδον.	Dissertatio cum Hesiodo.	240
Πλοῖον, ἢ εὐχαί.	Navigium, seu vota.	247

ΕΤΑΙΡΙΚΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ. DIALOGI MERETRICII.

Γλυκέρα καὶ Θαΐς.	Glycera & Thais.	280
Μυρτίον, Πάμφιλος καὶ Δωρίς.	Myrtium, Pamphilis & Doris.	281
Μήτηρ καὶ Φίλιννα.	Mater & Philinna.	284
Μέλιττα καὶ Βακχίς.	Melissa & Bacchis.	286
Κλωνάριον καὶ Λέαινα.	Clonarium & Leaena.	289
Κρωβύλη καὶ Κόριννα.	Crobyle & Corinna.	292
Μήτηρ καὶ Μυσάριον.	Mater & Musarium.	295
Ἄμπελις καὶ Χρυσίς.	Ampelis & Chrysis.	299
Δορκὰς, Πανυχὶς, Φιλόστρατος, Πολέμων.	Dorcas, Pannychis, Philostratus, Polemon.	301
Χελιδόνιον καὶ Δρόση.	Chelidonium & Drose.	305
Τρύφαινα καὶ Χαρμίδης.	Tryphaena & Charmides.	308
Ἰόεσσα, Πυθιὰς καὶ Λυσίας.	Ioessa, Pythias & Lysias.	310
Λεόντιχος, Χηνίδας καὶ Ὕμνις.	Leontichus, Chenidas & Hymnis.	315
Δωρίων καὶ Μυρτάλη.	Dorio & Myrtale.	319
Κοχλὶς καὶ Παρθενίς.	Cochlis & Parthenis.	322
Περὶ τῆς Περεγρίνου τελευτῆς.	De morte Peregrini.	325
Δραπέται.	Fugitivi.	365

ΤΑ ΠΡΟΣ ΚΡΟΝΟΝ. SATURNALIA.

Ἱερεὺς καὶ Κρόνος.	Sacerdos & Saturnus.	385
Κρονοσόλων.	Cronosolon, id est, Saturnalium legumlator.	393

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΚΡΟΝΙΚΑΙ. EPISTOLAE SATURN.

Ἐγὼ Κρόνῳ χαίρειν.	Ego Saturno salutem.	401
Κρόνος ἐμοὶ τῷ τιμιωτάτῳ χαίρειν.	Saturnus mihi charissimo salutem.	407
Κρόνος τοῖς πλουσίοις χαίρειν.	Saturnus divitibus salutem.	411
Οἱ πλούσιοι τῷ Κρόνῳ χαίρειν.	Divites Saturno salutem.	416
Συμπόσιον, ἢ Λαπίθαι.	Symposium vel Lapithae.	418
Περὶ τῆς Συρίης θεοῦ.	De Syria Dea. (abjudicat Gesn. Luciano. Ego nondum audeo)	451
Δημοσθένους ἐγκώμιον.	Demosthenis Encomium.	491

Θεῶν ἐκκλησία.	Deorum Concilium.	527
Ψήφισμα.	Decretum.	536
Κυνικὸς.	Cynicus.	540
Ψευδοσοφιστὴς, ἢ Σολοικιστὴς.	Pseudosophista, seu Soloecista (qui tamen per incuriam Pseudologistes inscriptus, dubiumque an Luciani)	552
Φιλόπατρις, ἢ Διδασκόμενος.	Philopatris, seu, qui docetur (non est Luciani)	584
Χαρίδημος.	Charidemus.	618
Νέρων, ἢ περὶ τῆς ὀρυχῆς τοῦ Ἰσθμοῦ.	Nero, sive de fossione Isthmi.	636
Τραγοποδάγρα.	Tragopodagra.	643
Ὠκύπους.	Ocypus.	664
Ἐπιγράμματα.	Epigrammata.	674

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ
ΔΙΑΛΟΓΟΙ Ι.

LUCIANI SAMOSATENSIS
DIALOGI I.

De Somnio, ſeu, Vita Luciani.

Περὶ τοῦ Ἐνυπνίου, ἤτοι, Βίου Λουκιανοῦ.

I. NUPER admodum cum deſiiſſem in ſcholas ventitare, jam pubertati proxi-

ΑΡΤΙ μὲν ἐπεπαύμην εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶν, ἤδη τε ἡλικίαν προσηκων ὤν·

Σχόλια.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ Σ.] Οὕτως ἐν τῷ Πᾶς δεῖ ἱστορίαν, (c. 24.) καὶ ἐν τῷ * Λέκτρῳ, ἢ Ὄνῳ, περὶ πατρὸς αὐτοῦ καὶ πατρίδος· καὶ ἐν τῷ τίλει τῆς Ἀπολογίας (A. μισθ. c. 15.) καὶ Ψευδομάντει· (c. 55.) Περὶ ἠθῶν αὐτοῦ ἐν τῷ Δικαστηρίῳ· περὶ δὲ λέξεως καὶ λόγων αὐτοῦ ἐν τῷ Ζεύξει, καὶ ἐν τῷ Πρὸς τὸ εἰπόντα Προμηθεύς. Ὅρα καὶ περὶ Ἀσσυρίας θεοῦ (c. 60.) καὶ ἐν τῷ Ἁλιεῖς ἢ Ἀναβιοῦντες. Collectanea Galei.

2. Φοιτῶν.] Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ φοιτᾶν· οὕτω καὶ τὸ †γλύφων, ἀντὶ τοῦ γλύφειν. C. G.

* Λούκιος] In *Aſino* fruſtra Lucianum quæras: quæ enim illic de patria parentibusque Scriptoris traduntur, non Luciano, ſed Lucio Patrenſi conveniunt. *M. du S.*

† Γλύφων] Reſpicit iſta c. 3. εἰ φαινοίμην γλύφων. *T. H.*

ADNOTATIONES.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ Σ. Δ.] Sic titulum authori meritiſſimo fecimus, meliores Editiones ſecuti. *MSS.* duo e Regis Chriſtianiſſimi Bibliotheca, quos beneficio viri Clariſſimi *Nicolai Rigaltii* videre contigit, nec titulum nec ordinem agnoſcunt. A poſtrema etiam *Editione Baſilienſi* duæ poſtremæ voces aberant. *J. B.*

Mixta cum ſint opera *Luciani*, in ſuas quæque claſſes olim diſtributa fuiſſe omnia, credibile eſt; quæ nullo nunc ordine, neque temporum, neque rerum habita ratione, uti a majoribus edita ſunt, a me quoque traduntur. Iſtarum claſſium præcipua, *Dialogi*; qui titulus ab iis, qui, poſt inventam artem Typographicam, *Lucianum* primi ediderunt, omnibus præfixus manſit. De ordine opuſculorum in præfatione à me dicetur. *M. du S.*

ΛΟΥΚ. Σ. Δ.] Hunc titulum reperio in *Editis. M. du S.*

Περὶ τοῦ Ἐνυπνίου.] Non dubium eſt, quin προσλαλιὰν iſtam voluerit *Lucianus* operibus ſuis præfigi. Nec tamen perſuaſum habeo ſcribendi exordium eam illi fuiſſe. De ordine, quem in his Dialogis ſervandum putavimus, dictum eſt in Præfatione noſtra ad Lectorem. *J. B.*

Eſt λαλιὰ, vel προσλαλιὰ, ut patet in fine, ubi ait, οἷος δὲ πρὸς ὑμᾶς ἐπανελήλυθα. *Th. M.*

Scriptum eſt hoc Somnium a *Luciano* poſt primas in Græciam, Italiam & Galliam peregrinationes, cum, in patriam redux, eloquentiæ ſpecimen edidit, ſe ſuasque fortunas oſtentare ſuis voluit; ne ſibi, foris tam claro, domi noceret generis nota humilitas; eademque opera tenuioris fortunæ adoleſcentulos ad res magnas ſuo exemplo exſtimularet. *M. du S.*

P. 1. l. 1. Εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτ.] Habet a *Platone*, in quo totus eſt, & a *Xenophonte*, cujus eſt aſſiduus imitator, apud quos εἰς τοὺς διδασκάλους φοιτῶν. Sic in *Hermotimo*, ſive de Sectis: ᾠδὴ τοὺς διδασκάλους φοιτῶντα. Sic de Merc. Cond. & paſſim alibi. Inde φοίτηται, ἀντὶ τῶν μαθητῶν. *Heſych. Suid. Poll.*

Diligens Lector monendus eſt, *Lucianum* ſæpiſſime loquendi modos eosdem, easdem paroemias, & citationes uſurpare: quî enim aliter fieri potuit in tam florida & variegata ſcriptura? Quod igitur ſemel monuerimus, illud ſequentibus ſufficiat. Ea ſatis conſtans ratio videbitur, cur paululum in his principiis immorandum. *J. B.*

Εἰς διδασκάλους ſolent illi Scriptores uſurpare, non εἰς διδασκάλους· & ſic *Noſt.* Ερμ. §. 82. & Ἐρ. §. 44. *M. du S.*

2. Τὴν ἡλ. προσηκ.] Idem eſt prope finem hujus ſcripti ἀντίπαις, ut *Jungerm.* adnotavit ad Polluc. II, 9. n. 51. Vocem, quia rarius occurrat, nudam nullaque auctoritate fultam deſtituunt Lexicographi: habet *Xenoph.* K. Π. I. p. 8. v. 29. *Clearchus* apud *Athen.* XII. p. 548. B. γυμνὴ παιδίσκη προσηκόντως. *Dionyſ. Hal.* A. R. II. p. 125. v. 41. προσηκόντως κεῖρον, & παῖδες προσηκόντες τε & τοῦ πομπεύειν ἔχοντες ἡλικίαν, VII. p. 457.

ὁ δὲ πατὴρ ἐσκοπεῖτο μὲν τοῖς φίλοις, ὅ, τι χρὴ διδάξαιτό με. Τοῖς πλείστοις δὲν ἔδοξε παιδεία μὲν καὶ πόνῳ πολλῷ, καὶ χρόνῳ μακρῷ, καὶ δαπάνης ἐ σμικρᾶς, καὶ τύχης δεῖσθαι λαμπρᾶς· τὰ δὲ ἡμέτερα μικρά τε εἶναι, καὶ ταχείαν [a] τινα τὴν ὠφελείαν ἀπαιτεῖν. Εἰ δέ τινα τέχνην τῶν βαναύσων τούτων ἐκμάθοιμι, τὸ μὲν πρῶτον εὐθὺς ἂν αὐτὸς ἔχειν τὰ ἀρκοῦντα πρὸς τὸν τέχνης· καὶ μηκέτι οἰκόμus, tum pater consilium inire cum amicis, quid me doceret: plerisque igitur eruditio visa fuit & labore multo, & longo tempore, & sumtu non exiguo, & fortuna indigere splendida; reculas autem nostras tum tenues esse, tum promtum quoddam subsidium postulare: sin aliquam vilium istarum artium, quae manu constant, edidicissem, primum me quidem ipsum statim inde habiturum, quo vitam tuear, neque amplius domi

a Τινα] Deest in F. in cujus margine notatur ex P.

4. Διδάξαιτό με.] Διδάσκομαί τινα, * εἰς διδάσκαλον πέμπω μαθησόμενον. V.

* Εἰς διδάσκαλον] Leg. διδασκάλου. M. du S.
Hoc quidem ad Atticam normam elegantius: sed & alterum εἰς διδάσκαλον vel εἰς διδασκάλους φοιτᾷν, praesertim recentiores, usurparunt, *Julian.* Misop. p. 351. A. *Diogen.* L. VI. 69. *Basil.* Hom. πρὸς τὸς Νέους· (quamquam *H. Stephano* Ep. ad Redinger. Commentario de L. A. Idiom. praemissa per ignorationem Atticae dialecti genitivus διδασκάλε in accusativum depravatus fuisse videatur apud Basilium) Thom. M. in Ἀττ. quamobrem vulgatae lectioni sua constat auctoritas: vid. *Bergler.* ad Alciphr. p. 20. 21. *Hoeschel.* ad Chrysost. περὶ Ἰωβ. p. 500. nec tamen *H. Valesium* culpo, qui, cum apud *Euagr.* H. E. IV. c. 29. legeretur εἰς χαμαιδιδασκάλους φοιτῶντα, restituit e MS. εἰς χαμαιδιδασκάλε. T. H.

v. 47. quos *impuberes* in pompis solennibus Latini dicunt. *Aelian.* V. H. III, 32. παῖς ὢν ἔτι πρόσηθος. *Liban.* T. II. p. 156. D. 263. C. de Juliano: ἤδη δὲ πρόσηθος ἦν. *Glossae:* Πρόσηθος, *proximus pubertati:* formula loquendi ex Romano Jure sumta, quales ibi multae: L. 111. *D. de Reg. Jur.* & §. 18. *Instit. de Obl. quae ex del.* retinuit ergo Latinas voces *Theophilus:* hinc integrandae, quod & Eruditiss. *Schultingium* fecisse video, Glossae verb. Jur. Πρώξιμος τελεστάτη, ἐγγὺς ἐφηβότητος sic enim illi vocabulo veteribus ignoto τὴν τῶ ἐφήβου ἡλικίαν, vel τὴν ἐφηβείαν vocant: *vicinum pubertati, Servius* etiam dixit ad Virgil. Ecl. VIII, 39. quae ex antiquo Jurisconsulto videntur descripta. Πρὸς τὴν ἥβην προσάγειν apud *Hippocratem* est Aph. S. III. Sequentibus ista *Libanii* simillima sunt T. I. p. 804. A. ἐπειδὴ γὰρ παῖς ἤδη ἦν, ἐν ᾧ τὸ ἡλικίας καιρὸν λαμβάνει τὰ παιδιώματα, συνεθελευόμην τοῖς ἐπιηδείοις, ἵν τινα αὐτῷ τέχνην δοτέον. T. H.

6. Τύχης δεῖσθαι λ.] *Fac. Micyllus*, vir Doctissimus, Interpres hujus λαλιᾶς, autoris mentem saepissime frustratur: & *egere quodam fortunae splendore.* Sic de Merc. Cond. J. B.

6 Τύχης δ. λ.] *Aristot. Pol.* IV. c. 11. πρὸς παιδείαν, ἡ φύσεως δεῖται καὶ χορηγίας τυχηρᾶς· neque inelegante *Artemid.* IV, 69. ἐφόδιον παιδείας ὁ πλοῦτος. Λαμπρὰν τύχην non aliter hic intellige, quam λαμπρὰν οὐσίαν apud *Alciphronem* I, 38. p. 182. *opes splendidas & lautas.* Idem I, 8. p. 30. τὰ ἡμέτερα, ὡς οἶσθα, παντελῶς ἰσχνὰ ἄπορα, καὶ βίου κομιδῇ στενός. ubi *Bergl.* Lucianeum illud, quod sequitur, adnotare non neglexit. T. H.

7. Τὰ δὲ ἡμ.] *Facultates autem nostras.* J. Br.

8. Ταχείαν τινα τὴν ἐπ.] Secundam voculam omisit *Ed. Fl.* sola: ceterae cum *Codd. Mss.* tenent, quibus haud invitus accedo. Solennis Atticorum in τὶς pleonasmi *H. Stephanus* exempla dedit plena manu App. de D. A. p. 80. *Nost.* in Nigr. §. 33. T. H.

9. Τέχνην τῶν βαναύσων] Generaliter pro qualibet mechanica: ἁπλῶς tamen βαναυσία, πᾶσα τέχνη, ut vult *Hesych. Suid.* vox est Peloponnesiaca: in Peloponneso βαῦν κάμινον ἢ ἐσίαν δηλοῖ *Interpr.* Aristoph. Poll. J. B.

Βαναύσων] Βάναυσος πᾶς τεχνίτης διὰ πυρὸς ἐργαζόμενος· εἰρῆσθαι δὲ παρὰ τὸ τὰς βαύνας αὔειν, τουτέστι τὰς καμίνους κάειν· καταχρήσασθαι δὲ ἐ λέξει εἰς πάντα χειροτέχνην. A. V.
Ex Etymologo sumta in V. Βάναυσος. T. H.

11. Μηκέτι οἰκόσι] In *MSS.* & *aliis Editionibus* quoties occurrunt duae vocales in duabus dictionibus, prior semper eliditur, quod semel monitum volui. J. B.

12. Οὐκ εἰς μακρ.] Brevi, non multum post tempus. J. Br.

13. Τὸ γιγν.] τὸ γιγνόμενον μισθόν. J. Br.

Τὸ γιγνόμενον] Artis proventum. *Budaeus* vertit *justam mercedem.* J. B.
i. e. μισθὸν. A. V. Vid. Μισθ. c. 23. & Τοξ. c. 18. M. du S.

Τὸ γιγνόμενον] *Quod mercedis ex opera locata nascitur*: quam Latinam locutionem Graecae formulae comparatione J. Fr. *Gronovius* illustrat de P. V. p. 252. *Budaeus* C. L. G. p. 84. interpretatur, *justam mercedem*: illa vis aliis in locis apta, hic neutiquam: res est manifesta e *Luciani* Tox. ubi Agathocles, ut amicum Diniam tueretur, in insula Gyaro purpurariis operam addicebat, καὶ τὸ γιγνόμενον ἐκ τούτου ἀποφέρων ἔτρεφε τὴν Δεινίαν. T. H.

18. Καὶ πρόχ. ἔχ. τ. χορ.] *Quae paratam opem ferret: quae promtas praberet suppetias.* Ea repetit passim. J. B.

22. Ἑρμογ. &c. καὶ λιθ.] Ἑρμογλύφος, ἑρμογλυφεύς, qui statuas sive hermas fabricat ex quavis, ut ego putem, materia· λιθοξόος, λιθογλύπτης, λιθογλύφος, qui e lapidibus id praestat. *Th. Magister* in Dict. Att. Ecl. improbat vocem λιθοξόος, ut minus Atticam. Ait, ἑρμογλύφος & ἑρμογλυφεὺς, ὁ λιθοξόος &c. Pari ratione, qua hic agit *Th. Magister*, posset quis impro-

mi coenaturum (paternae mensae gravem) id aetatis: dein non diu fore, quin patrem sim hilaraturus, allato usque, quod mihi natum erit mercedis.

2. Ergo secundae deliberationis initium est propositum, quae optima sit artium, & ad ediscendum facillima, & homini libero conveniens, & expedito sumtu parabilis, & quaestu commodo: alio aliam commendante, ut cujusque sensus aut experientia ferebat, pater ad avunculum conversus (aderat enim maternus avunculus, qui optimus esse statuarius videretur, & poliendis lapidibus in

σίλος εἶναι, τηλικοῦτος ὤν. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ ἡ τ πατέρα εὐφρανεῖν, ἀποφέρων ἀεὶ τὸ γιγνόμενον.

Δευτέρας οὖν σκέψεως ἀρχὴ πρώτη ἦν, τίς ἀρίστη τῶν τεχνῶν, καὶ ῥᾴστη ἐκμαθεῖν, καὶ ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ πρέπουσα, καὶ πρόχειρον ἔχουσα τὴν χορηγίαν, καὶ διαρκῆ τ πόρον. Ἄλλα τοίνυν ἄλλῳ ἐπαινοῦντος, ὡς ἕκαστος γνώμης ἢ ἐμπειρίας εἶχεν, ὁ πατὴρ εἰς τ θεῖον ἀπιδών, (παρῆν γὰρ ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος, ἄριστος ἐρμογλύφος εἶναι δοκῶν, [b] καὶ λιθοξόος ἐν τοῖς μάλιστα

[b] Καὶ] Abest ab *F.* habuit *P.* ceteraeque *Edd.*

probare ἑρμογλύφος & ἑρμογλυφεῖς, ut voces minus Atticas, ac probare τὸ λιθοξόος. Quid enim? an non continuo post priora *Luciani* ab *Thoma* nostro producta verba sequitur λιθοξόος; cur hoc magis quam illa improbari meretur? quin aliquoties τὸ λιθοξόος in hoc brevi dialogo habet *Noster:* iterum §. 7. ὅ, τε καὶ πάππός σε λιθοξόος ἦν, & §. 9. ἀγαθὰ πορίᾳ λιθοξόος γενόμενος. *F. F.*

23. Ἐν τοῖς μ. εὐδοκίμοις] Non dubito, quin legendum sit εὐδοκιμοῦσι. Sic enim loqui amant Graeci; voces ἐν τοῖς μάλιστα, quae nihil aliud designant, quam *cumprimis, maxime*, ponunt inter duos similes casus, quorum alter est nominis substantivi, alter adjectivi. AElian. V. H. I, 31. Νόμος ἐν τοῖς μάλιστα φυλαττόμενος *Lex quae maxime servatur.* Idem XIV, 40. Ἀλέξανδρος ὁ Φεραίων τύραννος ἐν τοῖς μάλιστα ἔδοξεν ὠμότατος εἶναι. *Alexander Pheraeorum tyrannus quammaxime truculentus fuit.* Lucian. noster in *Gallo:* Ἐν τοῖς μάλιστα θαυμάζεσθαι ἄξιος. Plutarch. in *Coriolano* p. 223. Ἄππιος μὲν ἦν Κλαύδιος αἰτίαν ἔχων ἐν τοῖς μάλιστα μισόδημος εἶναι. Idem in *eodem* p. 232. Ἦν δ' ἐν τοῖς μάλιστα δεινὸς εἰπεῖν. Et in *Iside & Osir.* p. 364. Ἔτι τὴν Αἴγυπτον ἐν τοῖς μάλιστα μελάγγειον οὖσαν. *Dionys. Halic.* lib. I. p. 49. τὸ τ Τρώων ἔθνος Ἑλληνικὸν ἐν τοῖς μάλιστα ἦν. Idem pro eo dicit ἐν τοῖς πάνυ. lib. I. p. 15. Τοῦτο τὸ ἔθνος ἦν ἐν τοῖς πάνυ μέγα τε & ἀρχαῖον. *Herodot.* dixit eodem sensu, ὅμοια τὰ μάλιστα, ut alibi ostendimus. *L. Bos* Obs. Crit. c. V. p. 18.

Ἐν τοῖς μ. εὐδοκίμοις] Contra Codices scriptos & Edd. omnes verissimam emendationem probo *L. Bos*, ἐν τοῖς μ. εὐδόκιμος. Origo vitii a librariorum insscitia, qui post ἐν τοῖς illud εὐδοκιμοῦσι alio casu positum pati non potuerunt, praesertim quod crederent cum hoc ipso vocabulo conjungi debere μάλιστα. Graeci solent, inprimis Attici, ἐν τοῖς μάλα, μάλιστα, πάνυ, σφόδρα εὐδοκιμοῦσι, ἄριστος, ἀρχαῖος· ubi perspicuum est intelligi, ἐν τοῖς μάλα vel μάλιστα εὐδοκίμοις ἔσιν εὐδοκιμοῦσι, ut bene docuit *H. Stephanus* App. de D. A. p. 181. 182. *Thucyd.* VIII, 90. ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα & ἐκ πλείστου ἐνάντιος τῷ δήμῳ. ubi nulla est causa, cur *H. Stephanus* miretur, quid venerit in mentem Enarratori Thucydidis, ut ἐν τοῖς μάλιστα exponeret, ἐν τοῖς ἰσχυροτάτοις· hoc enim voluit, qui revera loci Thucydidei sensus est, *vir inter vehementissimos, & a longo jam tempore infestus plebi:* quemadmodum in *Plutarchi* Coriol. Appius Claudius αἰτίαν ἔχων ἐν τοῖς μάλιστα μισόδημος εἶναι, id est, ἐν τοῖς ἰσχυροτάτοις, *praecipuus inter eos, qui vehementissime plebem oderant.* Egregius *Platonis* locus sub initium Symposii, quique optime, quomodo locutio suppleri debeat, ostendit: Aristodemus Σωκράτης ἐρᾷης ὢν ἐν τοῖς μάλιστα τ τότε in Crit. p. 38. E. καὶ ἐκ ἤκιστα Ἀθηναίων σε, ἀλλ' ἐν τοῖς μάλιστα· intellige, ταύταις ταῖς αἰτίαις ἐνεχόμενος· mox: ὅτι ἐν τοῖς μάλιστα Ἀθηναίων ἐγὼ αὐτοῖς ὁμολογηκὼς τυγχάνω· similia, si quis desideret, reperiuntur apud *Dionys. Hal.* A. R. I. p. 53. v. 3. *Muson.* apud *Stob.* p. 166. v. 16. *Aelian.* V. H. II, 38. XIV, 44. *Dion. Cassium*, imitatorem veterum diligentissimum, XLIV. p. 244. C. 249. A. Neque adjectivis tantum, sed & verbis apponitur: *Dionys. Hal.* de Comp. Verb. p. 51. v. 36. ὃν (Demosthenem) ἐν τοῖς μάλιστα οἶμαι τὴν ποιητικὴν ἐκμεμάχθαι. *Plutarch. Pyrrh.* p. 391. B. καὶ διετέλει τὸν ἄνδρα τιμῶν ἐν τοῖς μάλιστα & χρώμενος. *Noster* in Pseudol. §. 14. τοῦτο ἐν τοῖς μάλιστα τοῦνομα διετέλεσεν. Haec qui perpenderit, facile mihi largietur, corruptum *Eunapii* locum in *Chrys.* p. 194. sic esse corrigendum, δυσκίνητος δὲ ἦν περὶ τὰς διαλέξεις, ταῖς φιλοπεικίαις ἐν τοῖς μάλιστα τὰς ἀνθρώπους ὑπολαμβάνων ἐκπραχύνεσθαι· a quorum mente *Hadr. Junius* prorsus aberravit. Nec dispar est ratio in similibus aliis, quae istorum adverbiorum indolem imitantur: *Plato* Crit. p. 32. C. ἦν (ἀγγελίαν) ἐγὼ, ὡς ἐμοὶ δοκῶ, ἐν τοῖς βαρύτατα ἂν ἐνέγκαιμι· *quem nuncium equidem, ut mihi videor, inprimis*, vel, *ut qui maxime feram aegerrime*; credat aliquis explendum esse, ἐν τοῖς βαρύτατα φερομένοις· sed idem, si contulerit priora, minime dubitabit, quin rectius intelligatur, ἐν τοῖς β. φέρουσι vel ἐνεγκοῦσι· *Thucydid.* VII, 71. ἐν τοῖς χαλεπώτατα δήγον· in quo H. Stephanus itidem obhaesit. Ionibus autem forma non multum diversa placuit, εὐδόκιμος ὁμοῖα τοῖς μάλιστα, vel, τῷ μ. *Herodot.* VII, 116. ἀνὴρ δόκιμος ὁμοῖα τῷ μάλιστα· parique modo c. 141. quibus in locis equidem, quae ratio *L. Bos* impulerit Obs. Misc. p. 57. ut contra fidem *Edd.* legeret

ς α εὐδόκιμος, ὁ Δήμις, εἶπεν, ἄλλῳ τέχνῃ θητρατεῖν, σῦ παρόντος· ἀλλὰ τοῦτον ἄγε, δείξας ἐμὲ, καὶ δίδασκε παραλαβὼν λίθον ἐργάτῃ ἀγαθὸν εἶναι, καὶ συναρμοστὴν, καὶ ἑρμογλυφέα· δύναται γὰρ καὶ τοῦτο, φύσεώς γε, ὡς οἶδα, ἔχων δεξιῶς· ἐτεκμαίρετο δὲ ταῖς ἐκ τοῦ κηροῦ παιδιαῖς. ὁπότε γὰρ ἀφεθείην [b] ὑπὸ τοῦ διδασκάλου, ἀποξέων ἂν τοῦ κηροῦ, ἢ βοᾶς, ἢ ἵππους, ἢ καὶ νὴ Δί' ἀνθρώπους ἀνέπλαττον, εἰκότως, ὡς ἐδόκουν τῷ παιδί· ἐφ' οἷς καὶ μοὶ τοῦ διδασκάλου πληγὰς ἐλάμβανον· τότε δὲ ἔπαινος εἰς τὴν εὐφυΐαν καὶ ταῦτα ἦν· καὶ χρηστὰς εἶχον ἐπ' ἐμοὶ τὰς ἐλπίδας, ὡς ἂν βραχεῖ μαθήσομαι τὴν τέχνην, ἀπ' ἐκείνης γε τῆς πλαστικῆς.

primis laudatiſſimus) fas non eſt; inquit; aliam artem primas tenere, Te praeſente: quin Tu illum ducito, me demonſtrans, tuamque in curam receptum effice lapidum artificem bonum, & coagmentatorem, ac ſtatuarium: poteſt enim, idque ingenio praeditus, ut noſti, dextro. Scilicet argumentum capiebat ab iſtis e cera ludicris: nam dimiſſus a magiſtris, deraſa cera, boves aut equos, aut, ita me Jupiter amet, homines effingebam, ſcitule, ut videbar patri: ob quae quidem a magiſtris vapulabam; at tunc ad ingenii felicis laudem & iſta quoque pertinebant: quare bona tenebantur de me ſpe fore, ut brevi artem diſcerem, idque ex iſta fingendi dexteritate.

3. Si-

a Εὐδόκιμος] Edd. priores εὐδοκίμοις. b ὑπὸ] ἀπὸ P. L. V. 1.

ret ὅμοια τὰ μάλιστα, nequaquam intelligo; repugnat enim iſta ſcriptura non minus Graecae linguae ingenio, quam ipſi *Herodoto* III. c. 8. σφόδρα δὲ Ἀράβιοι πίστις ἀνθρώπων ὅμοια τοῖσι μάλιστα. c. 57. θησαυρὸς ἦν Δελφοῖσι ἀνακείμενος ὁμοιότατος τοῖσι πλουσιωτάτοισι. ubi intelligendum eſt, πλούσιος ὅμ. &c. Ad hoc exemplum *Thucydides* quam proxime, veteris Ατθίδος, quae cum Ionica dialecto fere tota congruebat, unica norma I, 25. Corcyraei χρημάτων δυνάμει ὄντες κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὅμοια τοῖς Ελλήνων πλουσιώτατοι. *H. Stephanus* hic parum extricat, nullaque parte lectorem adjutum dimittit: atqui in talibus ὅμοια ponatur, an ὁμοίως, nihil intereſt; *Herodot.* III, 68. Ὀτάνης ἦν Φαρνάσπεω μὲν παῖς, γένεϊ δὲ καὶ χρήμασι ὁμοίως τῷ πρώτῳ Περσέων qui locus ad Thucydideam ſtructuram aptiſſime quadrat: neque aliter *Pauſanias*, qui ſtudioſe obſoletam quandam orationis compoſitionem ſectatur, II. p. 199. Arriphon Λυκίων τοῖς μάλιστα ὁμοίως δόκιμος· X. p. 825. de Herophila Sibylla: ταύτῃ ταῖς μάλιστα ὁμοίως ἔσαν ἀρχαίαν εὔρεσιν· atque ita ſcribendum judico, deleto σὺν VII. p. 591. ξόανον δὲ τοῖς μάλιστα ὁμοίως ἔστιν ἀρχαῖον· pro ἐν ταῖς μ. & X. p. 836. forte ὅμοια pro ὁμοία, quemadmodum IV. p. 364. Ὅμοιον ſimiliter apud *Thucydidem* extat VII, 29. τὸ γὰρ γένος τὸ τῶν Θρακῶν ὅμοιον τοῖς μάλιστα τῶν βαρβαρικῶν &c. φοινικάτατόν ἐστι· at Scholiaſtes cum vetuſtis Codd. ὅμοια, quam lectionem praeferendam eſſe nullus dubito: vid. *Dion. Caſſ.* XLIX. p. 404. D. Porro, ut operam hanc abſolvamus, pari virtute dicitur, εὐδόκιμος ἐν ὀλίγοις, quemadmodum πόλεμος ἐν ὀλίγοισι μέγας apud *Herodot.* IV. c. 52. πομπὴν ὀνομαστὴν ἐν ὀλίγαις γενομένην, *Heliodor.* II. p. 127. πλούσιος ἐν ὀλίγοις apud *Long.* IV. p. 123. & τὰ πολεμικὰ συνετὸς ἐν ὀλίγοις, quam Vaticani Codicis lectionem ſecutus eſt jure merito *Hudſonus* in *Dionyſ Hal.* A. R. IV. p. 237. v. 19. caedem membranae *H. Stephani* acumen approbant hunc loquendi florem *Dionyſio* reſtituentis Sched. V. c. 27. *Interpretem Aeliani* de Anim. X. c. 50. haec formula fefellit, male a praecedentibus, ad quae pertinebat, divulſa: πατρὶς εὐδαιμονιζομένη ὑπὸ ζηλωτῆ δοκοῦσα ἐν ὀλίγαις· illud ἐν ὀλίγαις ſequentibus adjunctum reddidit, *paucos poſt dies*, cum debuiſſet, *invidendis opibus inter paucas beata*: ſic enim & Latini loquuntur: *Liv.* XXIII. c. 44. *pugna memorabilis inter paucas*: apud quem ſaepius occurrit. *T. H.*

26. Δίδασκε] Διδάσκου *Thom. Mag.* in Διδάσκομαι· atque ita margo Ed. A. 1. Weſſelingii. Probavit hanc lectionem *Pricaeus* ſic proferens ad *Pauli* Ep. II. ad Timoth. II, 15. Utrumvis rectum. *T. H.*

Ibid. Ἀτθικῶν] Omnium enim Graecorum dicaciſſimi & facetiſſimi habiti ſunt Attici. *J.Br.*

15. Τῷ Καυκ.] Ubi deligatus Prometheus a vulture manditur. *J.Br.*

18. Τὰς ἀγῶνας] Nam declamatorum orationes *umbratilem pugnam* vocat *Cicero*. *J.Br.*

Ibid. Ζῶντα ἦν] Haud dubie ἐμψυκτέρον MS. Wittiana Ζῶά γ' ἦν &c. *J.J.*

Ibid. Ἔμψυχα] Vide omnino Leoſthenis de Demoſthene dictum, a *Noſtro* allatum Δημοσθ. c. 14. unde deſumtum hoc credo. *M.du S.*

21. Πλὴν εἰ μὴ διαλλ.] In verſione Lat. hoc modo: *Niſi ſi ſic dirimatis, vos ex luto non fingere, ſed aurea pleriſque veſtris figmenta eſſe.* Tu potius ſic redde: *Niſi in eo tantum differretis* (a Prometheo ſc.) *quod non ex luto fingitis, ſed quod aurea veſtrum pleriſque ſunt figmenta.* Sic pro *Imag.* §. 21. Ἀλλὰ κἀκεῖνο ἐν σμικρῷ διαλλάττουσι. *Sed hac re etiam non exigua a ſe invicem differunt:* & alibi. *Xiphilin. Nerone* p. 189. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ὃν τῷ ὁμοίου πάντα ἔπραττον, ὃν ἐνὶ δ' τούτῳ διήλλαττον. *Cuncta enim eodem modo faciebant, tantumque diſcrepabant in eo* &c. *L. Bos* Obſ. Crit. c. V. p. 19.

Πλὴν εἰ μὴ διαλλάττοιτε] Jure *L. Bos Benedictum* caſtigavit: is, verbis tantum mutatis, errorem *Micylli* fuerat ſecutus: ſed jamdudum ſententiam hujus loci viderat *Budaeus* C. L. G. p. 239. Mox ſcribo, ὅτι μὴ ὃν πηλοῦ· nihil enim juvat otioſum illud ὅτι. Merito *Noſter* probatis cauſarum patronis χρυσᾶ τὰ πλάσματα tribuit; tunc enim temporis haec ducebatur ad magnas divitias via compendioſa. *Damaſcius* apud *Suidam* in Σεβηριανός· δίκας λέγειν καὶ χρηματίζεσθαι τὸ ἐπιμίσθιον τοῦτο χρηματισμόν· & in Σαλούστιος· ἡ πολυπραγμοσύνη δικανική, nimirum ob opes, quas promittebat. Haec illa ſunt *forenſia lucra*, quae ſe contemſiſſe, deſerto patrocinia tractandi ſtudio, *Julius Firmicus* gloriatur Praef. lib. IV. Math. *Manetho*, modo ne falſo nomine, quod ſuſpicor, aetatem mentiatur, commemorat II, 259. Ῥητῆρας μύθωντε, καὶ εἰν ἀγορῇσιν ἀρίστους Νεικέα τ' ἰθύνειν, καὶ τεφροβρόμοισιν ἀρήγειν. Ἔντε δίκας πολέεσσιν ἐριδμαίνοισιν ἔπεστον, Ὧν ἄπο πλῆτον ἀπείρεσιον ἐς χρήματ' ἄγειραν· e penultimo verſu maculam obiter eluamus: tali ſtructura, καὶ ἐρ. δίκας ἔπ. ἐν πόλεσι, qualemcunque ſententiam extundere ſibi viſus eſt *J. Gronovius*; & ſane illud ἐν πολίεσι ſatis frequens v. 238. 233. & 224. Θνητοὺς ἄλλοισι ἐς ἐν πολίεσιν ἀγητούς Τεύχει &c. hanc enim eſſe veram corruptiſſimi loci medicinam nullus dubito: ſed quum ſcribit, *judicia vocibus irritantes*, ego quidem, quid ſibi velit, non aſſequor: vertiſſet ſaltem, *cauſas agentes*; quamquam ἐριδμαίνειν δίκας inſolens ſit, & plane inauditum. Poſſes itaque non abſurde, Ἔντε δίκαις πολέεσιν &c. verum, ut quidem arbitror, poëtae manus fuit Ἔντε δικασπολίῃσιν ἐρ. &c. vitii genus in *Manethone* frequens θυμιλεσσι, πενιεσσι, σοφιεσσι pro θυμέλῃσι, πενίῃσι, σοφίῃσι. Fama tamen eorum, qui in foro verſabantur, valde laborabat, quaſi per fraudes ſummamque aliorum injuriam divitias congererent: audi *Synefium* Ep. 100. p. 240. C. Ἑτέρως δὲ σὺκ ἔστι πλουτεῖν οὐ ταῖς καθ' ὁμᾶς ἀγοραῖς μὴ πάντα μιγνύντα ἐς θεῖα ἐς ἀνθρώπινα δίκαια, καὶ κέρκωπα ἀντ' ἐλευθέρου γινόμενον· & Ep. 147. p. 286. B. Hic ſi teſtis videatur parum idoneus, quippe iniquior, quod pluribus in locis non diſſimulat, iſti vitae inſtituto, vide, an potius *Maternum* probes, *quem patrocinia tractantem tenuerunt cauſarum conflictationes, & caninae contentionis jurgioſa certamina:* is ſe *forenſium certaminum depugnationibus liberatum, exutum etiam quodammodo invidiae laqueis* gaudet, *improbis & perfidis hominibus craſſa lucri & rapiendi, immo potius latrocinandi* (indicare nimirum voluit, non plus una litera verbum hoc a *patrocinando* diſtare) *poteſtate permiſſa.* *T.H.*

28. Τοῖς κοροπλάθοις] Vide *Ez. Spanhemium* ad *Juliani* Caeſ. Preuves des Rem. p. 107. ubi perperam hic locus ex Halcyone *Luciani* profertur. *T.H.*

30. Δεῖγμα.] Suſpicabar legendum eſſe δῆγμα. Sed nunc nihil muto. *M.du S.*

ἄλλως, καὶ παιδιὰ τὸ πρᾶγμα. ὥς[a] μοι ἐνθυμεῖ ἔπεισι, μὴ ἄρα ἔτω με Προμηθέα λέγοις εἶναι, ὡς ὁ Κωμικὸς τὸν Κλέωνά φησιν· οἶδα περὶ αὐτοῦ. Κλέων Προμηθεύς ἐστι μετὰ τὰ πράγματα. καὶ αὐτοὶ δὲ Ἀθηναῖοι τοὺς χυτρέας, καὶ[b] ἰπνοποιοὺς, καὶ πάντας, ὅσοι πηλουργοί, Προμηθέας ἀπεκάλουν, ὑπισχνούμενοι ἐς τὸν πηλὸν, καὶ τὸν[c] ἐν πυρὶ οἵμαι τῶν σκευῶν ὄπτησιν. καὶ εἴγε σοι τοῦτο βούλεται εἶναι ὁ Προμηθεὺς, πάνυ εὐστόχως ἀποτετόξευται, καὶ ἐς τὴν Ἀττικὴν δριμύτητα τῶν σκωμμάτων, ἐπεὶ καὶ εὐθρύπτα ἡμῖν τὰ ἔργα, ὥσπερ ἐκείνοις τὰ χυλίδια. καὶ μικρόν τις λίθον ἐμβαλὼν, συντρίψειεν ἅπαντα.

Καίτοι φαίη τις ἂν Δημωθέμους, ὁ ταῦ-

dam ad ſummum, & luſus merus eſt. Ut cogitare incipiam, num ita me Prometheum dixeris, ut Comicus ille Cleonem, noſti ſiquidem. *Cleon*, inquit, *Prometheus ipſe, poſt negotia eſt.* Ipſi etiam Athenienſes figulos ollarum, furnorum conſtructores, & quicunque circa lutum verſantur, Prometheos vocabant olim, alludentes ad lutum, opinor, & ad illam, quæ fit in igne, vaſorum coctura. Quod ſi hoc ſibi vult Prometheus iſte tuus, admodum directe jaculatus es, & ſecundum Atticam illam mordendi acerbitatem; quoniam & noſtra opera fragilia ſunt, perinde ut illorum ollulæ: & modicum quispiam lapillum injiciens, facile contriverit omnia.

3. Atqui, dixerit aliquis, conſolando nos,

a Μοι] με Edd. μοι O. M. b Ἰπνοπ.] Edd. ἰπν. in O. ἰπν. c Καὶ] ἢ C. L. P. S. ἢ καὶ J. εἶναι O. M.

31. Ὥσε μοι] Ex O. & M. illud μοι reſtituimus, pro quo in impreſſis με, mendoſe. *M. du S.*

Ὥσε με] Praeter Codd. illud μοι revocari poſtulat non minus Graeci ſermonis indoles, quam ipſe *Lucianus*: in Nigr. §. 37. ἐπήει δ' ἔν μοι λέγειν· *Diogenian.* apud *Euſeb.* P. E. VI. p. 264. A. ὥσε μοι θαυμάζειν ἔπεισε. *Cleomed.* K. Θ. II. p. 89. τῷ Ὁμηρικῷ Θερσίτῃ ἔπεισί μοι αὐτὸν ἀπεικάζειν. p. 87. ὥς' ἐδ' ἐπῆει αὐτῷ ἐκεῖνο. *Plutarch.* Ageſ. p. 603. D. 616. F. parem habet & notionem & ſtructuram ἐπέρχεσθαι. in Amor. §. 23. *Demoſth.* Olynth. I. p. 1. B. Ep. II. ἐπέρχεταί μοι παῤῥησιάζεσθαι. in Macart. p. 1028. B. Διαπράττεσθαι, τι ἂν ἐπέλθῃ τούτοις. *Strabo* XIII. p. 891. B. αἰτίαι, δι' ἃς τοῖς Ἰλιεῦσιν ἐπῆλθε τὰς μὲ τιμᾶν, τὰς δὲ μή. *Alciphr.* III. Ep. 12. *Plutarch.* Nic. p. 527. E. plenius *Dion Chryſ.* p. 466. B. σπουδὴ δέ μοι ἐπιλήλυθεν μακαρίσαι, Liviana locutione, *ſubiit animum impetus.* Haec ſimul probant in Jud. Voc. §. 2. legendum eſſe: δίθ' ὃ τι μικρόν μοι &c. ἐπέρχει, non με. Utroque caſu gaudent εἰσέρχεσθαι & εἰσιέναι. Vid. *Priſcian.* XVIII. p. 1178. *Thom. Mag.* in Εισήει. *Platonis*, quae proferunt, loca reperies in Phaed. p. 44. F. 45. A. de Rep. I. p. 573. E. Idem de LL. VIII. p. 910. C. εἰσῆλθέ δέ με, οἷον εἰκὸς, φοβηθῆναι. Lyſ. p. 506. E. Ceterum haec tota periodus usque ad τὰ πράγματα quomodo cum iis, quae praecedunt & conſequuntur, apte cohaereat, mihi non ſatis eſt apertum: quid enim huc facit, ſi Cleon ab Eupolide vocitetur Προμηθεὺς μετὰ τὰ πράγματα, niſi ut planum, his demtis, ſententiae curſum interrumpat? quare concinnius immitti poſſet ſupra poſt προμηθεία ἐν τοῖς γράμμασιν, ubi vox προμήθεια partem illam hic tam abrupte poſitam pene flagitat; verum ea conditione, ut iſta, ὡς ἀ. ἰκ. εἰ μὴ π. σ. γ. ἔ. μηδὲ κ. ἄξια τῶ Κ. ſuperioribus, βάρβορός τις ὢν Δημικρόν, adjungantur. Haec uti pro certis non vendito, ſic paucos tamen arbitror fore, qui tali ratione non fateantur totam orationis ſeriem multo melius procedere. Oſtendit etiam, οἶδα περὶ αὐτοῦ praeferrem, οἶδα ἐγὼ αὐτὸ, vel potius Platonicum illud, οἶδά που ἐμὲ αὐτόν. Tum lepore quidem Comico, ſed acerbo ſimul, Cleon dicitur Προμηθεὺς μετὰ τὰ πράγματα, quaſi poſt rem geſtam verus Epimetheus conſiliis abundaret, opportuno videlicet tempore nihil ſapiens. Hanc praepoſteram ineundi conſilii rationem Athenienſibus objicit *Demoſthen.* Phil. IV. p. 99. F. Οἱ μὲ ἐγὼ ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι πρὸ τῶν πραγμάτων εἰώθασι χρῆσθαι τῇ βουλεύσει· ὑμεῖς δὲ μετὰ τὰ πράγματα. *Scholiaſtae* credo, *Eupolin* eſſe patrem hujus jambi, adfirmanti: eum etiam κωμικὸν ſimpliciter vocat *Lucian.* in Nigr. §. 7. *T. H.*

33. Ὁ Κωμικὸς] Ariſtophanes. *J. Br.*

34. Κλέων Προμηθεύς] *Ariſtophan.* verſ. Ἱππ. De eo idem *Ariſtoph.* in Pac. & *Thucyd.* *J. B.*

Κλέων . . . .] *Ariſtophanis* eſſe videtur; ſed in fabula a *Bourdelotio* indicata fruſtra haec verba quaeſiveris. Neque usquam in ſuperſtitibus ejus fabulis reperio. *M. du S.*

35. Μετὰ τὰ πράγματα] Rebus peractis, quique ſero, nec niſi confecto negotio ſapit. Ex Comico quopiam citat hunc verſiculum dictum in Cleonem. *G. C.*

36. Ἰπνοπ.] Scribe ἰπνοποιοὺς, pro ἰπνοποιοὺς, qui furnos facit, quod non monerem, niſi omnes editiones hanc mendam pervaſiſſe viderem. *J. G. G.*

37. Προμήθεας] *Juvenal.* IV, 133. *Debetur magnus patinae ſubitusque Prometheus: Satyrice*, inquit *Schol. figulus*: imo Attice: nec mirum figulos ita vocatos, quum Tragici ipſum Prometheum vulgi fictilis auctorem dixerint πηλουργόν. Eleganter *Dion Chryſoſt.* Or. XXXVII. p. 466. C. ἄδω Προμηθέα, ἄδω πηλοῦ. Hunc

nos ; nequaquam iſta aſſimilaſſe te Prometheo , ſed novitatem hanc , laudans, & ad nullum aliud exemplar effictum opus ; quemadmodum ille, cum nondum eſſent homines, ſua ſollertia excogitatos illos finxit , ac talia animantia formavit atque adornavit, quæ & moverentur facile , & aſpectu gratioſa forent ; & in ſumma , architectus ipſe erat, ſed cooperabatur tamen etiam Minerva , quæ & lutum inſpirabat , & figmenta illa animata reddebat. Talia quidem ille dixerit, in meliorem partem dictum iſtud exponens. Et fortaſſis hæc ſententia etiam dicti fuit: ſed mihi non ſane ſatis eſt , ſi videar nova finxiſſe, figmentoque noſtro nihil vetuſtius

τα εἰκάσαι τῷ Προμηθεῖ, ἀλλὰ τὸ καινουργὸν τοῦτο ἐπαινῶν, καὶ μὴ πρός τι ἄλλο ἀρχέτυπον μεμιμημένον· ὥσπερ ἐκεῖνος οὐκ ὄντων ἀνθρώπων, τέως ἐννοήσας αὐτοὺς ἀνέπλασε. τοιαῦτα ζῷα μορφώσας, καὶ διακοσμήσας, ὡς εὐκίνητά τε εἴη , καὶ ὀφθῆναι χαρίεντα. καὶ τὸ μὲν ὅλον, ἀρχιτέκτων αὐτὸς ἦν. συνειργάζετο δέ [e] τοι καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἐμπνέουσα τὸ πηλόν, καὶ ἔμψυχα ποιοῦσα εἶναι τὰ πλάσματα. ὁ μὲν ταῦτα ἂν εἴποι, πρός τε τὸ εὐφημότατον ἐξηγούμενος τὸ εἰρημένον. καὶ ἴσως ἔστιν ὁ νοῦς ἦν τῷ λελεγμένῳ· ἐμοὶ δὲ οὐ πάνυ ἱκανὸν, εἰ καινοποιεῖν δοκοίην· μηδὲ ἔχοι τις [f] λέγειν ἀρχαιότερόν τι ἢ πλάσματος,

Edd. ceterae. *d* Ἡμῖν] Ὑμῖν *F.* *e* Τοι] Τι O. W. *f* Λέγειν] Λέγων O. M.

Hunc *Noſtri* locum uſurpavit *Brodaeus* ad Anth. IV. c. 5. Ep. 7. *H. Stephan.* App. de D. A. p. 196. poſitis *Luciani* verbis addit : *ubi infinitivus* εἶναι *mendoſe ſcribi videtur*, καὶ *in ejus locum ſubſtitui debere. T. H.*

38. Καὶ] Ita *P. S. Coll.* & L. recte. *F.* ἢ καὶ. Reliquæ εἶναι & ipſe *Ox.* vitioſe. *M. du S.*

40. Βούλεται] *Fr. Luiſinus* Par. III. c. 4. *& ſi tibi hoc indicare debet Prometheus :* obſcuriuſcule, nec ſatis convenienter, quamquam de ipſa hac loquendi formula non male ceteroqui commentetur. *Platoni* frequens: βούλεται μὲν ὧδ' εἶναι τοῦτο ὁ νόμος εἶναι τῶν ὄντως εὑρεσις· in Min. p. 565. B. *Ariſtid.* T. III. p. 421. C. καὶ εἰ μὲν τοῦτο ἡ παροιμία βούλεται δηλοῦν. *T. H.*

45. Παραμυθούμενος] Paulo reconditiorem verbi venuſtatem non adſecuti ſunt Interpretes: tu cape: *mollius , in meliorem partem interpretatus* , quod ſcilicet duriuſcule dictum videri poterat , atque adeo ipſum illud *Luciani*, quod paulo poſt ſequitur : πρὸς τὸ εὐφημότατον ἐξηγούμενος. Vim illam , quae fluit a propria poteſtate τοῦ παραμυθεῖσθαι , *mitioribus verbis flectere*, declaravit *Budaeus* C. L. G. p. 680. 681. nec non *Iſ. Caſaubon.* ad *Strab.* I. p. 63. n. 4. Saepe *Wolfius* in *Ulpiano* non intellexit: quum *Demoſth.* pro Cor. p. 477. E. ſcripſiſſet κλέμμα μὲν Φιλίππου , ita notat: παραμυθεῖται τὰς συμφορὰς, κλέμμα λέγων, ἀλλ' ὃ κατόρθωμα· *calamitates opportuna voce mollit tegitque, furtum Philippi dicens , non factum prudens atque egregium.* Similem in modum θεραπεύειν τὸ σκληρὸν τοῦ λόγου apud *Schol. Pindar.* ad Olymp. B. 162. *phraſin duriorem commodo epitheto mitigare. T. H.*

47. Ἐπαινεῖν] Ante Salmurienſem omnes ἐπαινῶν· pro quo non abſurde *Benedictus* Infinitivum praetulit. Aliud remedium , veteri lectione ſervata , quodque mihi magis etiam arridet, in promtu eſt : ὃ ταῦτα εἰκασέ σε τῷ Πρ. ἀλλὰ τ. κ. τ. ἐπαινῶν. Poſſes quoque: ὃ ταῦτα εἰκάσαι τῷ Πρ. ἀλλὰ τὸ κ. τ. ἐπαινεῖ· non eam in partem , quam dixiſti , cum Prometheo comparatus es , ſed ille ſcilicet , qui te Προμηθέα ἐν λόγοις vocavit, novitatem inventionis laudat &c. Quum nullum ſit in hoc loco librorum veterum auxilium , reduxi priorem ſcripturam ; cujus vice quin, quod maxime placuerit , quisque reſtituat , non intercedo. *T. H.*

49. Τέως ἐννοήσας] Benedictus *ſuo marte commentus.* Non cepit vim & elegantiam. Verte *hactenus comm. F. G.*

Τέως ἐνν.] Pravam diſtinctionem , quae planiſſimae ſententiae nitorem obfuſcabat, mutavi. Id licet ſaepius a me factum , ſemper tamen admonere operae non fuit. *T. H.*

53. Συνειργάζετο ἡ Ἀθηνᾶ] Omnia, in quibus mentis ἀκμὴ & τὸ θειότερον τῆς ψυχῆς deprehenditur , Minervae ſolent adſcribi. *F. B.*

Συνειργ. δέ τοι] Melius Mſ. συνειργάζετο δέ τι ἡ Ἀθηνᾶ. *F. F.*

55. Πρός τε τὸ εὐφ. &c.] Aut delendum τε , aut lacunae ſignum addendum poſt καὶ hoc modo : *cum in optimam partem interpretatus dictum , tum etiam * * Et fortaſſe hic eſt ſenſus:* τὸ εἰρημένον καὶ * * * καὶ ἴσως αὐτὸς ὁ νοῦς. Nam poſt τε ſequi debet καὶ. *F. C.*

Πρός τε] Scribi jubet norma linguae Graecae πρός γε· tantilla mutatio omnem lacunae ſuſpicionem demit. Τοι & τι ſaepe in Codd. alterum alterius occupavit locum : illud malebam in Somn. §. 16. hic prae vulgata Wittiani libri auctoritatem ſperno. Minerva Prometheo fuit in fingendis hominibus adjutrix , idque juſſu Jovis : *Stephan.* in Ἰκόνιον· ubi *Luciani* locus hic a *Berkelio* prolatus: quin Minervae auxilio in coelum eſcendit, adhibita facula ad rotam Solis, ignem furaturus , teſte *Serv.* ad *Virgil.* Ecl. VI, 42. *T. H.*

59. Ἀρχαιότερον] Si quis pertendat , video ſatis, quemadmodum defendi poſſit : mihi tamen perſuaſum eſt, vix potuiſſe *Lucianum* aliter ſcribere, quam

ματος, ὃ τοῦτο ἀπόγονόν ἐστιν· ἀλλὰ εἰ μὴ τὸ [a] χάριεν φαίνοιτο, αἰσχυνοίμην ἂν, εἰ ἴοιμι, ἐπ' αὐτῷ, καὶ ξυμπατήσας ἂν, ἀφανίσαιμι. εἰδ' ἂν ὠφελήσειεν αὐτό, ὡς γοῦν ἐμοί, ἡ καινότης, μὴ οὐχὶ συνελῴρίφθαι ἄμορφον ὄν. καὶ εἴγε μὴ ὕτω Φρονοίην, ἄξιος ἂν μοι δοκῶ ὑπὸ ἑκκαίδεκα γυπῶν κείρεσθαι, ὡς συνιείς, ὡς πολὺ ἀμορφότερα τὰ μετὰ τοῦ ξένου αὐτὰ [b] πεποιθότα.

afferri possit, cujus progenies censeatur. Sed nisi elegans videatur, pudeat me sane (sat scias) illius, & conculcans comminuerim. Neque illi profuerit apud me novitas, quo minus conteratur, si non & formosum videatur. Ac nisi ita sentiam, dignus mihi videor, qui a sedecim vulturibus arrodar: ut qui non intelligam, longe deformiora ea esse, quæ cum peregrinitate conjunctam habent turpitudinem.

Πτολεμαῖος οὖν ὁ Λάγου δύο καινὰ ἐς Αἴγυπτον ἄγων, κάμηλόν τε Βακτριανὴν πᾶσαν μέλαιναν, καὶ δίχρωμον ἄνθρωπον, ὡς τὸ μὲν ἡμίτομον αὐτοῦ, ἀκριβῶς μέλαν εἶναι, τὸ δ' ἕτερον, ἐς ὑπερβολὴν λευκόν, ὄπισθεν δὲ μεμερισμένον, ἐς τὸ θέατρον συναγαγὼν τοὺς Αἰγυπτίους, ἐπεδείκνυτο αὐτοῖς ἄλλα τε

4. Ptolemæus igitur Lagi filius, cum duas res novas in AEgyptum adduxisset, Camelum Bactrianam totam nigram, & hominem bicolorem, cujus dimidia pars plane nigra, altera autem supra modum candida erat; congregatis in theatrum AEgyptiis, exhibuit illis cum alia multa spec-ta-

[a] Χάριεν] καὶ χάριεν P. *F. S. A.* χάριέν τι C. L. καὶ χαρίεντα *F. A. H. P.* καὶ abest in O. M. [b] Πεποιθότα.] Πε

ἀρχέτυπον, vocem in hac re propriam, & jam modo sic usurpatam: Imag. §. 15. εἰκὼν πρὸς τὸ ἀρχέτυπον μεμιμημένη· & quod huic simillimum extat §. 17. εἰ μηδὲν ἀρχέτυπον ἐπιδείξαι ταύτης διωκόμενος τῆς γραφῆς· at nihil accedit propius, quam illud *Lucilii* apud *Atil. Fortunat.* in Art. p. 2686. *Veteres lege, id est, ut ait* Lucilius, *Archetypa, unde haec sunt omnia nata*· sic τὰ ἀπὸ τῶν ἀρχετύπων καθισκόμενα. *Dionys. Halic.* Ind. de *Dinarcho. Onesicritus*, teste *Diogen. L.* VI, 84. operum argumentis *Xenophontem* aemulatus, styli quoque genere proximus accedit, πλὴν ὅτι ὡς ἀπόγραφος ἐξ ἀρχετύπου δευτερεύει. Ceterum hanc de scriptis suis hominum opinionem saepius indignatur, & qua virtute maxime censeri velit, docet *Lucianus*: vid. Zeuxin. *T. H.*

60. Ἀλλὰ εἰ μὴ χαρίεντα φαίνοιτο] Fortean *Luciani* filio fuit, ἀλλὰ εἰ μὴν ἦ χαρίεν τι. *Th. M.*

Ibid. Χάριεν] Sic P. & Ed. *F.* recte. Præter *Salm.* & quæ eam secuta est *A.*, omnes χαριέντα cum ipsis Mss. Ox. & M. præferunt. Coll. χαρίεν τι. *M. du S.*

63. Αὐτῷ] Emendationem *Fensii* in textum recepimus, quamvis omnes editi & Ox. Mss. habeant αὐτό. De reliqua phrasi vide Kpov. Ep. I. c. 2. *M. du S.*

Αὐτὸ] Typorum, opinor, vitio legitur apud *Fensium* αὐτῷ· ὠφελεῖν quidem utrumque recipit casum, sed accusativum frequentissime: *Thom. Mag.* in Ὠφελεῖ σε. Particula γοῦν incommode posita: melius transferri potest: εἰδὲ γοῦν ἂν ὠφ. αὐτὸ παρά γ' ἐμοὶ &c. quod & *Clerico* venisse in mentem video: γ' ἐμοὶ certe sine controversia rectum est: nam γοῦν *Brodaeo* & *Marcilio* probatum talem orationis ordinem postularet: παρὰ γοῦν ἐμοί, vel παρ' ἐμοὶ γοῦν ἡ καιν. εἰδ' ἂν (seu εἴδη) ὠφ. αὐτὸ, μὴ οὐχὶ &c. *T. H.*

Ibid. Παρὸν ἐμοὶ] Lege παρὰ γοῦν ἐμοί. *F. Br.*

Παρὰ γάρ ἐμοι] Παρὰ γοῦν ἐμοι *apud me quidem.* *Th. M.*

Παρὰ γοῦν ἐμοί] Aut delendum γάρ, aut loco movendum: εἰδὲ γοῦν ἂν ὠφελήσειεν αὐτὸ παρ' ἐμοὶ ἡ καινότης· *neque enim quidquam ei prodesset apud me novitas.* *F. C.*

Παρὰ γοῦν ἐμοί] Pro γάρ *Marcilius* γοῦν. atque ita legendum, monuerat jam *Brodaeus* IX. Miscellan. cap. 5. Aliquid sane eo ipso adfertur: sed ita hic locus, sublata prava distinctione, legendus videtur. Οὐδ' ἂν ὠφελήσειεν αὐτῷ· ὡς γοῦν γε ἐμοὶ ἡ καινότης, μὴ οὐχὶ ἐπιστρίφεσθαι ἄμορφον ὄν. *Neque sane prodesset illi novitas apud me quidem, quo minus contereretur, si esset deforme.* Vides sensum planissimum, immo ipsam, si eam consideres, *Luciani* mentem; quam quoque vulgata versio est adsequuta, quare ea sumus contenti. *F. F.*

Παρὰ γοῦν ἐμοί] Ed. *F.* γοῦν rectius; suspicor tamen scriptum fuisse tantum παρὰ γ' ἐμοί. *M. du S.*

67. Ὡς πολὺ ἀμορφότερα] Vult *Lucianus* deformiora ea esse, quibus accidit, ut cum novitate displiceant. *F. B.*

Ibid. Μετὰ τοῦ ξένου] Μετὰ τῆς καινότητος. *F. Br.*

Τὰ μετὰ τοῦ ξένου αὐτὰ πεποιθότα] Αὐτὸ πεπονθότα. Ex sequentibus patescit. *Th. M.*

68. Αὐτὰ] Alii Codices: ταὐτὸ πεπονθότα. *F. Br.*

Αὐτὰ πεποιθότα] *Marcilii* emendationem, confirmantibus collectaneis G. necessario admisimus, pro πεποιθότα (quod in omnibus, quas quidem videre licuit, Edd. & ipsis Mss. Ox. & M. legitur) hoc reponentis. *M. du S.*

Αὐτὰ πεποιθότα] Vellem *Brodaeus* veteres illos Codd. quos nonnunquam laudat, accuratius paulo designasset. Ferri quidem potest, ταὐτὸ πεπονθότα, nimirum τὸ ἄμορ-

ctacula, tum inter poſtrema, hæc quoque, camelum & ſemialbum hominem: putabatque, ſe magnam admirationem iſto ſpectaculo concitaturum eſſe. At illi ad cameli quidem conſpectum perterriti ſunt, & parum abfuit quin exilientes profugerent, quanquam tota ea auro exornata, ac purpura inſtrata erat, frenum etiam gemmis diſtinctum habebat, ex Darii, aut Cambyſis, aut etiam ipſius Cyri theſauris depromptum. Homine autem viſo, plerique ridebant: quidam etiam ut monſtrum ſunt averſati. Quare Ptolemæus intelligens ſe parum laudis capere, neque novitatem apud AEgyptios in admiratione eſſe, ſed præ ipſa concinnitatem juſtamque formam probari, abduci ea juſſit; hominemque non amplius eodem honore habuit, quo antea. Camelus neglecta mortua eſt:

πολλὰ θεάματα, καὶ τὸ τελευταῖον καὶ ταῦτα, τὸν κάμηλον, καὶ τὸν ἡμίλευκον ἄνθρωπον· καὶ ᾤετο ἐκπλήξειν τῷ θεάματι. οἱ δὲ, πρὸς μὲν τὸν κάμηλον, ἐφοβήθησαν, καὶ ὀλίγου δεῖν ἔφυγον ἀναθορόντες· καίτοι χρυσῷ πᾶσα ἐκεκόσμητο, καὶ ἀλυσγίδι ἐπέζωστο, καὶ ὁ χαλινὸς ἦν λιθοκόλλητος, Δαρείου τινὸς, ἢ Καμβύσου, ἢ Κύρου αὐτοῦ [d] κειμήλιον. πρὸς δὲ τὸν ἄνθρωπον, οἱ μὲν πολλοὶ ἐγέλων· οἱ δέ τινες, ὡς ὅτι τέρατι [e] ἐμυσάττοντο. [f] ὥστε ὁ Πτολεμαῖος συνιεὶς ὅτι οὐκ εὐδοκιμεῖ ἐπ' αὐτοῖς, οὐδὲ θαυμάζεται ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων ἡ καινότης, ἀλλὰ πρὸ αὐτῆς τὸ εὔρυθμον καὶ τὸ εὔμορφον κρίνουσι, μετέστησεν αὐτά· καὶ τὸν ἄνθρωπον οὐκέτι ἔλαβε τιμῆς ἧγεν ὡς πρὸ βραχέος· ἀλλ' ἡ μὲν κάμηλος ἀπέθανεν ἀμελουμένη· τὸν

πονηρότα C. c Συναγαγὼν] Ἀγαγὼν O. P. d Κειμήλιον] Καμήλου O. e Ἐμυσάττοντο] M. & Ox. Excepta S. & A. priores Edd. omnes ἐμυσάττ. f Ὥστε] Ὁ μέν τοι F. Margo A. 2. W.

ἄμορφον, quibus accidit, ut deformia ſint, adjuncta inſuper inventionis novae peregrinitate, qua fiat, ut multo etiam videantur inelegantiora: nec tamen diſſimulare volo, quid mihi blandiatur maxime: legendum hariolabar: τὰ μόνου τοῦ ξένου ἀντιποιηθέντα, *quae ſolum ſibi novitatem vindicant, nihilque, quo placeant, aliud habent*: hoc, niſi fallor, ad *Luciani* mentem apte quadrat. Si quid ad veterum exemplar male ſit compoſitum, ac venuſtate careat, id quidem ineptum & ἄμορφον veruntamen quae ſola nituntur inuſitata quadam novitate, neque χάριτος & εὐρυθμίας ullam habent commendationem, illa ſane multo deformiora. Haec poteſtas eſt in ἀντιποιεῖσθαι. *Plutarch.* Symp. II. p. 637. D. ὁ μὲν ἀλλὰ τὸ σπέρμα μὴ ἄλλης γέ πως ἀρχῆς τινος ἀντιποιεῖται. *Syneſ.* Ep. 116. δεῖ δὲ ἀντιποιηθέντα σοῦ πρότερον &c. Clem. Paed. II. p. 208. D. φιλοκοσμίαν σώματος ἀντιποιουμένην. Vid. *Suid.* in Ἀντιποιηθέντα. T. H.

69. Πτολεμαῖος] Ptolemaeorum inſigne fuit in veſtigandis rarioribus naturae miraculis ſtudium: ſi quae animalia reperirentur inviſitata, Alexandriam ad eos mitti ſolebant. Philadelphum praeſertim, propter corporis infirmitatem φιλισφοῦντα ab hac ſedulae curioſitatis laude commendat *Strab.* XVII. p. 1138. B. Vid. *AElian.* de Anim. III, 34. VI, 10. XVII, 3. *Agatharcides* initio lib. I. refert Πτολεμαῖον τὸν μετὰ τὸν Λάγου πρῶτον ἐλεφάντων θήραν συσήσαντα· ἀλλὰ γὰρ τῶν ὁμοιοτρόπων id *Photius* miratur, quandoquidem diu ante Porus adverſus Alexandrum elephantos in aciem eduxerit: nos minime, quibus ex dicto *Strabonis* loco atque Adulitano monumento ſatis conſtat, quemadmodum *Agatharcides* ſit intelligendus. Ad Ptolemaeos & Syriae reges eidem ſtudio deditos pertinere puto, quae canit *Manil.* I, 41. Κάμηλον Βακτριανὴν memorat *Lucianus*; nam duo camelorum genera Bactriani & Arabici, qui quomodo differant docet *Ariſtot.* περὶ Ζ. atque ex eo *Plin.* H. N. VIII, 18. T. H.

80. Ἀναθορόντες] Vox poëtica. Ἔμπ. c. 71. ἐκθορεῖν. reperitur tamen etiam apud *Plutarch.* Vorſtius, ſcholii loco, ἀναπηδῶντες. M. du S.

Ἀναθορόντες] *Heſychio* debetur, quod ſcholii vice *Vorſtius* appoſuit: neque aliter exponunt *Suid* ſchol. *Euripid* ad Oreſt. v. 1416. Eorum ſaepe, qui ſtupefacti ſunt & ſubito caſu perculſi, repentinos impetus atque exſiliendi vehementiam ſignificat. Habent *Plato*, aliique veterum, ſed parcius: recentiores frequentant: *Heliodor* I. p. 5. ἡ μὲ τὸ πέτρας ἀνεθορεν· & pluribus in locis: itidem *Achill. Tat.* IV. p. 341. ἀνεθορεν ὑπ' ἐκπλήξεως. p. 343. &c. *Dion Caſſ.* p. 625. B. ἐξ ἀνεδρίκτου τινὸς καπνὸς πολὺς ἀνέθορεν· *Apollod.* I. p. 11. rariore forma *AElian.* de Anim. XI, 32. ἐκ τῶν λιχνους ἀνεθορύβησε. & XVII, 46. ὑποθορυβήσοι· quamquam hoc de libidine venerea ponatur: ut ἐπιθόρνυσθαι in Amor. §. 22. utrisque carent Lexica. Similiter ἐκθορεῖν apud *Noſtrum Philoſtr.* V. A. T. I. c. 5. *Appian.* de B. C. III. p. 938. ἐκ τῆς ὑγρᾶς ἄζωστος ἐς αὐτοὺς ἐξέθορε· de infantibus uſurpatur, quum ex utero in lucem erumpunt: falſus *Hippocr.* Ep. ad Damag. ἐκ μητρῶν γὰρ λύθρων τοιούτων ἐξέθορεν· *Callimach.* H. in Del. v. 255. idem eſt προθορεῖν, ἐκπροθορεῖν. *Maneth.* VI, 33. 100. *Proſilire* Latinis: *Arnob.* II. p. 70. *Feminarum ex genitalibus proſilirent.* T. H.

87. Ἡ καινότης] Antea illam vocavit τὸ ξένον. F. B.

90. Ὡς πρὸ τοῦ] Ut antea. F. Br.

τ' ἄνθρωπον δὲ τ' διττὸν Θέσπιδι τῷ αὐλητῇ ἐδωρήσαλο καλῶς αὐλήσαντι ᾠδὴν τ' ᾠότον.

hominem autem illum duplicem Thespidi cuidam tibicini, cum in convivio belle cecinisset, dono dedit.

Δέδοικα δὲ μὴ κ' τὰμὸν, κάμηλος ἐν Αἰγυπτίοις, ᾖ. οἱ δὲ ἄνθρωποι, τ' χαλινὸν ἔτι αὐτῆς θαυμάζουσι, κ' τ' ἀλυσγῖδα. ἐπεὶ δὲ οὐδὲ τὸ ἓν δυοῖν τοῖν καλλίστοιν συγκεῖσθαι, διαλόγου κ' κωμῳδίας, οὐδὲ τοῦτο ἁπλῶς εἰς εὐμορφίαν, εἰ μὴ κ' ἡ μίξις ἐναρμόνιος, κ' κατὰ τὸ σύμμετρον γίγνοιτο. ἔστι γοῦν ἓν δύο καλῶν ἀλλόκοτον τ' ξυνθεῖναι εἶναι, οἷον ἐκεῖνο τὸ προχειρόταλον, ὁ ἱπποκένταυρος. οὐ γὰρ ἂν φαίης ἐπέραστόν τι ζῷον τοῦτο γενέσθαι, ἀλλὰ κ' ὑβριστόταλον, εἰ χρὴ πιστεύειν τοῖς

5. Vereor itaque ne & mea, camelus in AEgypto, sint, cujus homines adhuc frenum & purpuram admirentur: neque enim ad elegantiam sufficit, quod ex duobus optimis constat, Dialogo & Comœdia, nisi & ipsa compositio inter se consentiens, justaque proportione temperata fuerit. Ex duobus pulchris certe compositio absurda fieri potest, quale illud vulgatissimum est Hippocentaurus. Non enim amabile hoc animal esse dixeris, sed potius contumeliosissimum, si modo convenit pictoribus credere,

94. Δέδοικα ὃ μὴ] Cum viderem hæc omnia esse confusa, non ausus sum ex ingenio solo meliorem lectionem asserere, quam nec agnoscebant ullæ editiones, nec Mss. Hæc omnia sic puto posse legi: ᾠδὴν τ' ᾠότον. οἱ ὃ ἄνθρωποι τ' χαλινὸν ἔτι αὐτῆς θαυμάζουσι, κ' τὴν ἀλουργῖδα. δέδοικα δὲ, &c. *J. B.*

95. Οἱ δὲ ἄνθρωποι &c.] Hoc vult: Vereor ne, quemadmodum cameli nigrae magis mirabantur AEgyptii fraenum & stragulam vestem, quam ipsam cameli um; ita etiam in meo opere aliena ornamenta lectores mirentur, ipso spreto: hoc est: pergamenam, καλλιγραφίαν librariorum, aliaque similia. Sic miramur chartam & elegantiam typorum in multis libris, quos ceteroqui spernimus, ad rem ipsam quod attinet. Nihil ergo hic mutandum. *J. C.*

96. Θαυμάζουσι] Θαυμάζωσι. *Th. M.*

Ibid. Ἐπεὶ ὃ δὲ] Ἐπειδὴ δὲ O. suspensum ex antecedente. *Th. M.*

Ἐπεὶ δὲ] Non me fugit, quos usus habeat ἐπεὶ tum in probationibus, tum si quid objiciatur: sed ista nihil ad hunc locum. Legendum omnino videtur: ἔτι δὲ, Porro ne hoc quidem, si quid ex duobus pulcherrimis confletur, ad venustatem sufficit. Ab argumento priore discedens *Noster* aliud ingreditur ac diversum; quo in genere commodum est & usitatum ἔτι· de Conscr. Hist. §. 8. ἔτι ἀγνοεῖν ἐοίκασιν οἱ τοιοῦτοι §. 10. ἔτι κἀκεῖνο εἰπεῖν ἄξιον· nec pluribus in re clara indigemus. Creberrimo Codd. antiquorum vitio ἔτι, ἐπὶ & ἐπεὶ confunduntur. Interpretes non moror, qui male haerentem sententiam obscuriore versione incrustare frustra sunt conati. In proximis *Bourdelotio* res pessime succesit, ut satis manifestum est, si *Lucianum* ipsum conferas in Zeux. §. 12. ὥρα τοίνυν μοι σκοπεῖν, μὴ κ' τὰμὸν ὅμοιον ᾖ τῷ Ἀντιόχῳ. &c. *T. H.*

98. Διαλόγου ἓ κωμῳδίας] De quibus in dial. Δὶς κατηγ. *J. B.*

99. Μίξις ἐναρμ.] Vide *Horat.* de Arte Poët. ipso limatissimi carminis initio, tredecimque illos versus, ni memoriter jam tenes, perlegito. *M. du S.*

1. Ἔστι γοῦν ὃτε ἓν δύο καλῶν ἀλλόκοτον, τὸν ξυνθεῖναι εἶναι] Ἔστι γοῦν ὃτε ἓν δύο καλῶν, ἀλλοκότου. *Th. M.*

2. Ἀλλόκ. τὴν ξυνθ.] Hoc est, rerum natura diversarum compositione absurdum, quemadmodum *Humano capiti cervicem pictor equinam Jungere si velit, & varias inducere plumas, Undique collatis membris, ut turpiter atrum Desinat in piscem mulier formosa superne. Horat.* in A. P. Etymologicum Magnum: Ἀλλόκοτον, τὸ ἀνόμοιον, ἢ ἐξ ἀνομοίων συνεστὸς· ἀλλότοκον, κ' καθ' ὑπερβασμὸν ἀλλόκοτον· *dissimile, vel ex dissimilibus constans: dictum est primum* ἀλλότοκον (quasi ex alio genere natum) *deinde transpositione literarum* ἀλλόκοτον. Postea: σημαίνει δ' ἐξηλλαγμένον, κ' ἰδιότροπον· *significat ergo in aliam formam mutatum & morosum. J. C.*

3. Ὁ Ἱπποκένταυρος] Hippocentauri ex homine & equo sunt conflati, & propterea διφυεῖς ab *Isocrate* appellantur. Compositio diversa & varia Hippocentaurus vocatur. *G. C.*

Ὁ Ἱπποκένταυρος] Duplici fere sensu veteres usurpant: primum ad significandam rem sive insolitam & portenti similem, sive fictam & vera natura vacuam adhibetur: *Eustath.* ἀνυποστάτους ἐννοίας, κ' ἃς οὐκ οἶδε φύσις τελεσφορεῖν ad Il. A. p. 102. *quis enim hippocentaurum fuisse, aut chimaeram putat?* ut ait *Cicer.* de N. D. II. c. 2. *Noster* in Hermot. §. 72. quum chimaeras & gorgonas adjungit, in animo certe *Platonis* habuit locum in Phaedr. p. 1211. B. qui ἀμηχάνους πλήθει τὰ ἓ ἀτοπίᾳ τερατολογους φύσεις vocat. *Cicer.* de N. D. I, 38. *quid interest, utrum de hippocentauro, an de Deo cogitemus?* Ad hanc normam somniorum interpretes hippocentauros, atque ejusmodi alia somniantibus oblata exigunt. Vid. *Artemid.* II, 49. IV, 49. Sic illi veteres: nunc naturae miraculorum periti disputant, an major habenda sit fides *Plinio*, qui H. N. VII, 3. hippocentaurum ex AEgypto in melle Romam allatam se vidisse adseverat. Deinde poni solet haec vox de iis, quae dissimili genere in unum congregantur ac coalescunt. Sic Chaeremon Hippocentaurum fecerat, μικτὴν ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τ' μέτρων. teste *Aristot.* de Poët. p. 224. v. 24. *Victorius*, eumque secutus

dere ; temulentiam & cædes illorum exhibentibus. Quid ergo ? an non rurſus ex duobus optimis compoſitum fieri poteſt pulchrum ? Ut ex vino & melle commiſtum & temperatum ſuaviſſimum ? Poteſt ſane. Meas vero compoſitiones contendere non auſim tales eſſe ; quin potius vereor, ne utriusque pulchritudinem ipſa mixtura corruperit.

6. Neque enim omnino conſueta inter ſe atque affinia ab initio Dialogus & Comœdia fuere. Siquidem illè domi & ſeorſum , mehercle , in ambulacris cum paucis quibusdam diſputationes ſuas habebat : Hæc vero, Baccho ſe totam tradens, in theatris

ζωγράφοις ὑπιδεικνυμένοις τὰς ποικιλίας, καὶ σφαγὰς αὐτῶν. τί οὖν οὐχὶ καὶ ἔμπαλιν γένοιτ' ἂν εὔμορφόν τι ἐκ δυοῖν τοῖν ἀρίστοιν ξυνιεθὲν, ὥσπερ ἐξ οἴνου καὶ μέλιτος τὸ ξυναμφότερον ἥδιστον; φημὶ ἔγωγε· ὁ μὲν οὖν ἐμὸς ἔχω ἀφατείνεας ὡς τοιούτων ὄντων, ἀλλὰ δέδια μὴ τὸ ἑκατέρου κάλλος ἡ μίξις συνέφθειρεν.

Οὐ πάνυ γοῦν συνήθη καὶ φίλα ἐξ ἀρχῆς ἦν ὁ διάλογος, καὶ ἡ κωμῳδία· εἶγε ὁ μὲν, οἴκοι, καθ' ἑαυτὸν νὴ Δία ἢ τοῖς φιλτάτοις μετ' ὀλίγων τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο· ἡ δὲ, ὡδηδῶσα τῷ [a] Διονύσῳ ἑαυτὴν, θεάτρῳ

[a] Διονύσῳ] Ita O. C. W. Edd. Διονυσίῳ.

tus D. *Heinſius* Κίνταυρον dederunt, quia eum in modum *Athenaeus* proferat XII. p. 608. E. addens, ὅπερ δῆλόν ποτε μέλλον ἦν. & XV. p. 676. E. ego nihil in Philoſopho movendum cenſeo, ut qui minime dubitem, quin titulus ab hac metrorum varietate ſit petitus : quo pacto Hippocentaurum dixeris an Centaurum, perinde erit. Ad idem ſcriptum pertinet, quod tradit *Ariſtot.* de Poët. c. 24. p. 252. ἔτι ὁ ἀτοπώτερον, εἰ μιγνύοι τις αὐτὰ (de metro heroico , jambico & tetrametro fuerat locutus) ὥσπερ Χαιρήμων· illa μίξις ἄτοπος, qualis eſt Hippocentauri , opinionem de titulo meam confirmat. Simili modo *Noſter* in Bis Accuſ. §. 33. Dialogum querentem facit : ἱπποκενταύρου δίκλω σύνθετόν τι καὶ ξένον φάσμα τοῖς ἀκούουσιν δοκῶ. & in Fugit. §. 10. ſeu *Lucianus*, ſive quis alius , non inficete quidem Sophiſtas traducit, velut Hippocentaurorum genus quoddam , σύνθετόν τι καὶ μικτὸν ἐκ μέσου ἀλαζονείας καὶ φιλοσοφίας πλαζόμενον de quibus quae notat *Lud. Creſollius* Th. Rh. II. c. 1. ſi ad haec adjungas , nihil erit magno opere , cur plura deſideres. *T. H.*

4. Ἐπίφρασον] *Ovid.* Met. XII. 394. de Centauro :

Si modo naturæ formam concedimus illi. *M. du S.*

5. Ὑβριστόταλον] Placet ὑβριστικώταλον. *J. Br.*

Ὑβριστόταλον] *Brodaeus* loco citato pro ὑβριστόταλον legit ὑβριστικόταλον debuit ὑβριστικώταλον. Fateor , me neſcire, num Graeci dicant ὕβρις, unde deberet oriri ὑβριστότατος neutiquam tamen ὑβριστότατος rejiciendum eſſe, convincat vel unus *Ariſtophanis* in Veſpis locus ubi v. 1294. legitur :

Τούτων ἀπάντων ἦν ὑβριστότατον μακρῷ.

Vides verſum jambicum. Adde *H. Stephanum* (qui & hunc ex *Ariſtophane* producit verſum) ὑβριστότερον quoque ex idoneis auctoribus probantem. Vocem ὑβριστος *Dukerus* V. Cl. eruit ex Etymol. Magno. V. Πύξις. *J. J.*

Ibid. Χρὴ πιστεύειν τοῖς ζωγράφοις] Hac de re copioſe *Philoſtrat. Liban. Greg. Nazianz.* *J. B.*

9. Τὸ ξυναμφ.] Τὸ οἰνομέλι. *J. Br.*

Τὸ ξυναμφ.] Utitur hoc loco *Fabrot.* ad *Theophil.* Inſt. de Rer. Div. §. 25. Vid. L. 9. D. de Trit. vino vel ol. leg. ubi *mulſum* & *oenomeli* quaſi diverſa. *T. H.*

13. Ἡ μίξις συνέφθειρε] De induſtria τὸ συμφθείρειν, cujus ſignificatio ſit ambigua, *Lucianum*, ut erat perquam eruditus , poſuiſſe , credo. Pictoribus , unguentariis ac tinctoribus propria φθείρειν , φθοραὶ & συμφθείρεσθαι de colorum unguentorumque diverſi generis mixtura : hac quidem temperatione ſua cuique perit pulchritudo, & corrumpitur; ſed arte tamen alius exiſtit color , qui naturalem ſaepe vincat. Iſtas voces illuſtravit *L. Kuſterus* ad *Ariſtoph.* Plut. v. 530. quarum tamen haec virtus jamdudum explicata fuerat a *Caſaub.* ad *Perſ.* S. II. v. 64. *Gataker.* ad *Marc. Antonin.* VI, 30. & *Fr. Junio* de P. V. III. c. 3. §. 3. Ea mente *Dionyſ. Halicarn.* quem certe Interpres non intellexit , ſcripſiſſe puto de tribus Graecorum literis duplicibus , διπλᾶ ὃ λέγουσιν αὐτὰ ἤτοι ἀφ' τὸ σύνθετα εἶναι τὸ μὲν ζ ἀφ' τῶν σ καὶ δ. &c. σωιφθερμένων ἀλλήλοις, καὶ ἰδίαν φωνὴν λαμβανόντων· περὶ Συνθ. Ὀνομ. p. 22. v. 23. Neque aliunde ductum eſt illud *Statii* Ach. I, 307. *Lactea Maſſagetae veluti cum pocula fuſcant Sanguine puniceo , vel ebur corrumpitur oſtro :* ubi *fucant N. Heinſii* pro *fuſcant* nequaquam mihi probatur : noti ſunt *Homeri*, verſus quorum ſuaviſſima venuſtate capti & *Hic*, & *Virgil.* AEn. XII, 67. & alii poëtae Latini certatim eos exprimere contenderunt. *T. H.*

18. Τῷ Διονυσίῳ] Sacris Libero patri ludis. *J. Br.*

Τῷ Διονυσίῳ] Nempe Dionyſiis , ſeu die feſto Bacchi, populo ſolebant dari ludi ſcenici. Vide *Ariſtoph. Schol.* ad Nub. v. 11. & alibi ſaepe. *Horat.* Epp. lib. I. Ep. I, 139. & ſequ. vide & Artem Poëticam a v. 220. Sic nata Comoedia, quod pluribus perſecuti ſunt

Ut

τρῳ ὡμίλει, καὶ ξυνέπαιζε, καὶ ἐγελωτοποίει, καὶ ἐπέσκωπτε, καὶ [a] ἐν ῥυθμῷ ἔβαινε πρὸς αὐλόν. ἐνίοτε καὶ τὸ ὅλον ἀναπαίστοις μέτροις [b] ἐποχουμένη, τὰ πολλὰ τῶν τοῦ Διονύσου

versabatur, simulque ludebat, & risum movebat, gaudebatque salibus, & dicacitate, & ad numeros tibiæ incedebat. Interdum etiam anapaesticis versibus prorsus vecta, Dialogi sectatores utplurimum

a Ἐν ῥυθμῷ] Ἐν deest in P. notatur quoque in margine *A. 2 W.* b Ἐποχούμενη] Ἐπηχουμένη *B. 2. P.*

Is. Casaubonus de Satirica Graecorum Poësi, & *G. J. Vossius* in Art. Poët. *J. C.*

Τῷ Διονυσίῳ] Pro Διονυσίῳ Mſ. uti oportet, habet Διονύσῳ neque vero Bacchus Διονύσιος, ſed Διόνυσος Graece dicitur. *J. J.*

Τῷ Διονυσίῳ] Sic omnes, quas vidi, editiones; quum tamen vel infans in his literis videat Διονύσῳ legendum. Baccho nempe ſe tradidit Comoedia, &c. Res notiſſima. Errorem tamen non animadverterunt, nec *Coelius Rhodiginus*, qui Antiq. Lectionum lib. IV. c. 17. haec *Luciani* Latine reddens, τὸ, *Dionyſio*, etiam Latine retinet; nec *Brodaeus*, qui eamdem ſcripturam retinet Miſcell. IX. c. 5. Infra in Deor. Dial. XVIII. ubi de Baccho agitur, idemtidem in verſione *Dionyſius*, *Dionyſii*, intruſum vides, ubi Graece recte id nomen Διόνυσος ſcribatur. *J. J.*

Τῷ Διονύσῳ] Sic legendum recte monuit *Jenſius*. Emendationem, per ſe liquidam, firmant Codd. Ox. Coll. & W. Impreſſi omnes corrupte Διονυσίῳ. *M. du S.*

20. Ἐν ῥυθμῷ] Sic Dial. περὶ ὀρχήσ. Angl. ῥυθμῷ ἔβαινε. *J. B.*

21. Ἐνίοτε δὲ τὸ ὅλον &c.] Verſio Lat. *Interdum etiam anapaeſticis verſibus plerumque in ſublime evecta, dialogi ſocios ſubſannabat.* Prava haec verſio a prava diſtinctione eſt orta. Quid *interdum* & *plerumque* in uno membro? Diſtinguenda ſunt verba hoc modo: Ε. καὶ τὸ ὅ, ἀ. μ. ἐποχουμένη, τὰ π. τ. τοῦ δ. ἑ. ἐχλ. nam τὰ πολλὰ pertinet ad membrum poſterius: verte igitur: *Interdum etiam omnino anapaeſticis verſibus vecta, multa in Dialogi ſocios ſcommata conjiciebat.* Sic πολλὰ λοιδορεῖσθαι dixit *Noſter* in Somnio §. 4. & πολλὰ κατηγορηθῆναι in Tim. §. 38. τὰ πολλὰ ἐπισκώπτειν in Dial. Mor. I. Πολλὰ καταρᾶσθαι ἀνεῤῥάσι πονηροῖς dixit Comic. in *Lyſiſtr.* v. 816. Similiter Latini, *multa invehi in aliquem. L. Bos* Obſ. Crit. c. V. p. 19.

Ibid. Ἀναπ. μ. ἐποχουμένη] Secutus ſum *L. Bos* recte diſtinguentem: idem monuit de Ell. Gr. p. 142. Miror Interpretum, *in ſublime evecta*, quaſi anapaeſtis vecta Comoedia tanquam Pegaſo quodam in altum evaſiſſet. Singularis eſt quaedam atque elegans in iſta loquendi formula poteſtas: *Plato* de LL. IV. p. 818. E. ἐπὶ δὲ τῇ ἐλπίδος ὀχούμενοι ταύτης, *illa ſpe vecti & confiſi*: nitide *Alexand. Aphrodiſ.* de Fat. p. 119. ἐποχεῖσθαι τοῖς ἀπορουμένοις, *dubiis inniti non aliter ac ſi certiſſima forent.* Sic igitur comoediam puto μέτροις ἀναπαίστοις ἐποχεῖσθαι, quando confidentius in ſcenam procedit, in philoſophis irridendis modum pene non ſervans. Illud inſuper, quo magis vis phraſeos eluceſcat, animadvertendum videtur, verſus quaſi vehiculum aliquod orationis ſpectari: *Empedoclis*, *Parmenidis* aliorumque carmina λόγοι εἰσὶ κεχρημένοι ᾠδοῖς ποιητικῆς, ὥσπερ ὄχημα, τὸ ὄγκον ἢ τὸ μέτρον, ἵνα τὸ πεζὸν ἀλφύγωσι ita *Plutarch.* de Aud. Poët. p. 16. C. de Pyth. Or. p. 406. E. κατέβη ἀπὸ τοῦ μέτρου, ὥσπερ ὀχήματος, ἡ ἱστορία. Porro *Daviſius* utitur hoc loco ad defendendam *Ciceronis* vulgatam lectionem T. D. III. c. 24. *potentiſſimi regis anapaeſtum*; ubi *Lambino* placebat *anapaeſticum*; ſine cauſa. *Dionyſ. Halic.* A. R. I. p. 20. v. 24. ἀνάπαιστον ὑπὸ τοῦ Χοροῦ λεγόμενον. *Noſter* Symp. §. 18. ἀνάπαιστα συγκροτῶν, quod *Berglerus* opportune notat ad *Alciphronis* ἀνάπαιστα εὐκρότα ἐπιλέγοντες III. p. 368. *Ammian. Marcellin.* XXIV, 6. p. 441. *velut pedis anapaeſti praecinentibus modulis*: ibi vide *H. Valeſium.* *T. H.*

22. Ἐποχουμένη] Ἐπηχουμένη. *Th. M.*

23. Φροντ.] Socratem ac reliquos philoſophos. *J. Br.*

Φροντιστὰς δὲ μετεωρολέσχας] Socratem proculdubio innuit ab *Ariſtophane* in Nebulis ſubſannatum, & φροντιστὴν & μετεωροφένακα vocatum. *J. P.*

Φροντ. δὲ μετεωρ.] Apud *Ariſtoph.* l. c. dicuntur μεριμνοφροντισταὶ, & alio in loco μετεωροφένακες. Sed quia variant hae voces a Lucianeis, videtur aut alias ejusdem poëtae reſpexiſſe fabulas, aut aliorum Comicorum. Ego Eupolidem reſpexiſſe crediderim, qui & ipſe a *Noſtro* narratur in Socratem fabulas ſcripſiſſe. Nihil tamen ea de re *Diogenes Laërtius*. Sed *Xenophontem* adi in *Sympoſ.* p. Ed. St. 520, 35. ubi diſces eo nomine ſolitum fuiſſe vocari Socratem. Ἆρα σὺ, ὦ Σώκρατες, ὁ ΦΡΟΝΤΙΣΤΗΣ ἐπικαλούμενος; ſed & ſequentia in ipſo Xenophonte legito, ut & rationem illius cognominis diſcas, & ipſum Socratem ea de re audias opprobria in ſe jacta diluentem. *M. du S.*

25. Μίαν τ. προελάσεων] Hoc eſt, illa ſola de cauſa procedebat in publicum, ut eos irrideret. Ad *Ariſtophanis* Nubes reſpicit, quae in eum ſolum finem factae erant, ut infamaretur Socrates, una cum diſcipulis. Προέλασις, τὸ προελθεῖν, inquit *Heſychius*, hoc eſt, *in ſcenam prodire, procedere.* *J. C.*

Προελάσεων] Angl. προσαίρεσιν. *J. B.*

Προαίρεσιν] Veriſſima lectio quam praefert Ed. *J.* & agnoſcunt Codd. P. L. & Galaei Collectanea; nec longe abludit Angl. Mſ. Eadem voce alibi utitur, προέλευσιν, quod alias Edd. infidet, & ipſum M. Cod. & Ox., nihili eſt. *Vorſtius* margini adſcripſit i. e. ὁδὸν. *M. du S.*

Προελάσεων] Recte *J. Clericus* exponit, cui prorſus adſentior. Quid ſibi voluerit *H. Stephanus* in Theſ. T. I. p. 1273. ſane non video. Quanquam προαίρεσιν ingerant *C. A.* & *Ed. J.* plus tamen apud me valet meliorum membranarum & Ed. Fl. auctoritas; quam ne me temere ſecutum putes, dum paucis ago, illa mihi video tradenda, quae, quando occurrunt ſingu-

la,

mum, ſubſannabat, *meditatores*, ac *vanos ſublimium rerum diſceptatores*, & id genus alia vocitando. Eique id cordi erat, ut eos ἑταίρους ἐχλεύαζε, φροντιστὰς, καὶ μετεωρολέσχας, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύοντα. καὶ ξυμμίαν ταύτην προέλθοιεν ἐπεποίητο ἐκείνους ὅπως

ε Προέλθοιεν] προαίρεσιν C. P. L. *J.* margo *A.* 1 *W.* προσαιρ. A.

23. Μετεωρολέσχας] Οἱ φλυαροῦντες τὰ μετέωρα *V.* * ἐν ταῖς Νεφέλαις Ἀριστοφάνης addit *M.*

* Ἐν ταῖς Νεφέλαις] Ex eadem *Ariſtophanis* fabula μετεωρολέσχης produxit *Suid.* in Μετεωροκοπεῖς. Ibi tamen hodie nulli reperiuntur μετεωρολέσχαι, ſed μετεωροφένακες v. 332. μετεωροσοφιστής v. 359. Apud *Scholiaſten* extant ad v. 223. 330. *T. H.*

la, non difficilia quidem pleraque, ſed, quo communi nexu inter ſe cohaererent, parum videntur intellecta. Qui domo in publicum prodeunt, προέρχονται· ἔξω προελθεῖν *Antonin.* de R. S. XI. §. 28. προελθεῖν εἰς ἀγορὰν *Philo Jud.* p. 793. C. ſic in *Dione Chryſ.* XXXII. p. 392. D. ἔτ' ἂν ἴσως προέλθοι, ἢ *ne domo quidem aliquid ſe moveat*, capi poteſt: ſed ibi malo προσέλθοι. προιέναι εἰς τὸ δημόσιον, *Plutarch.* Cat. Min. p. 762. C. ea mente *Luciano* in Somn. §. 9. αὐτὸλης τὴν πρόοδον, qui nullo ſtipatus amicorum comitatu, quemadmodum homines nobiles & clari ſolent, (vid. Necyom. §. 12.) ſed ob vilitatem vitae contemtus ac ſolus in publicum prodit: tales quoque potentium feminarum πρόοδοι, vel, qua voce frequentius appellantur, ἔξοδοι, de quibus alio loco dicam. Deinde προέρχονται, qui magna cum pompa, eaque publica & quaſi triumphali procedunt. Conſulum ſolennes proceſſus vel proceſſiones πρόοδους *Juſtinianus* Nov. CV. προελεύσεις *Theophilus* Inſt. de Rer. Div. §. 48. vocant; illud enim apud hunc multo, quam προελεύσεις, malo. De ſacris Eccleſiaſticorum feſtisque proceſſionibus vide *J. Meurſii* & *Caroli du Freſne* Gloſſ. in Προέλευσις· recentioribus idem vocabulum pro triumpho in uſu fuit: *Euſtath.* ad Il. Ψ. p. 1292. v. 16. ἐντεῦθεν γὰρ παρὰ τοῖς ὕστερον ἡ πομπὴ ἡ τὸ πέμπειν ἐπὶ θριαμβικῆς προελεύσεως & ſignatius ad Il. I. p. 762. qui locus *C. Fabrottum* non fugit: ὅθεν καὶ πομπὴ ὁ θρίαμβος, ὃν προέλευσιν ἡ κοινὴ γλῶσσα λαλεῖ. πρόοδον dixit *Thom. Mag.* in Πομπή. Tum porro alia quaedam huic verbo addita eſt poteſtas in concionem prodeundi, orationem in ſenatu vel cum populo habendi: *Dionyſ.* A. R. VIII. p. 507. v. 28. προελθὼν ἐπὶ τὸ βῆμα· quod cum *Sylburgio* in παρελθὼν mutatum nolim: ſimiliter enim *Plutarch.* in Craſſ. p. 550. E. ἀναβὰς ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ προελθὼν· ipſumque hoc in Cat. Min. p. 780. E. ἐπὶ τὸ βῆμα τῷ Κάτωνι προελθόντι· nec major eſt cauſa, cur quicquam novetur VIII. p. 465. v. 28. τοσαύτην ἱστορίαν ἐξ ἑνὸς ἔθνους Ἀλφάρου σφίσιν ἐπὶ τὴν θάλατταν προελθεῖν· quam lectionem quum ipſa tueatur ſtructurae forma, repudiandum cenſeo προσελθεῖν V. C. & *Portii*. Apud *Iſidor. Peluſ.* Epaminondas εἰς ἐκκλησίαν καλούμενος παρητήσατο προελθεῖν &c. II. Ep. 146. In *Socratis* H. E. III, 25. ſervandumne ſit προελεύσεις ποιεῖν τῇ βασιλεῖ, an cum *H. Valeſio* praeferendum προσελεύσεις, non ſatis habeo conſtitutum: ſi retineas, recte de ſectarum inter Chriſtianos principibus eo ſenſu dicetur, quaſi nunc e latebris, quibus ſe Juliani metu continuerant, proreperent, Jovianum Imperatorem quisque precibus adituri, ſuis ut partibus potiſſimum faveret. Eadem plane forma πρόοδον, πρόοδον vel πάροδον ποιοῦνται apud Atticos, qui ad Senatum, aut pro concione cum populo agunt, apud Chriſtianos, qui ſacras conciones habent: utrumque erudite declaravit *H. Valeſius* ad *Euſeb.* V. C. IV, 29. χολὴ ὁ λογογραφῶν συνεχεῖς ἐποιεῖτο τὰς παρόδους &c. 55. συνηθῶς ὁ τὰς προόδους ποιεῖσθαι. Moris autem erat Athenis, ut, qui Senatus adeundi vel populi poteſtatem ſibi fieri petebat, nomen & rem, de qua ſit dicturus, in tabella perſcripta profiteretur: hoc fuit τὴν πρόοδον ἀπογράψασθαι· *Iſocr.* Or. Ar. p. 142. E. ſive etiam ſimplici verbo γράψασθαι· id quidem legas in Timocratea *Demoſth.* p. 781. A. πρόοδον γράψασθαι πρὸς τὴν βουλήν· *referre ad Senatum* laxe nimis *Wolfius* interpretatur: hoc Timocrati Orator crimini vertit, quod tulerit legem οὐκ εἰς τὴν βουλὴν, οὐκ εἰς τὸ δῆμον εἰπὼν περὶ τούτων ὀδήν. Si copia dicendi non concederetur, λόγου εἰργεσθαι, ἐκκλίεσθαι, ἀ τυχεῖν dicebantur: ſin contra, λόγου τυγχάνειν, προσέρχεσθαι τῷ δήμῳ *Demoſth.* pro Cor. p. 474. D. παρέρχεσθαι εἰς τὸ δῆμον, & ſingulari quodam modo πρόοδον ποιεῖσθαι· *Iſocr.* in initio Areop. & ad finem p. 157. τὴν τε πρόοδον ἐποιησάμην, καὶ τοὺς λόγους εἰρηκα τούτους· *AEſchin.* in Tim. p. 11. v. 43. τῇ μὲν βουλῇ τὸ ὦ Ἀρείῳ πάγῳ πρόοδον ποιουμένης πρὸς τὸ δῆμον· idemque περὶ τῆς Παραπρ. p. 35. v. 30. 37. commemorat τὰς εἰς vel πρὸς τὴν βουλὴν τῶν πρεσβέων προσόδους. *Libanius* etiam de eo poſuit, qui damnatus a judicibus ad populum provocat, cauſamque ſuam apud cives agit: in Προθ. Declam. XXX. p. 689. reperias, ἃ γὰρ ἐπ' ἀδήλοις τοῖς ἀδικήμασι ὁ λέγων ποιεῖται τὴν πρόοδον· at in oratione prima: ἔτ' ἂν ἐδεήθην προσόδων. Pari virtute Sophiſtae οἱ εἰς τὰ πλήθη παριόντες ſupra §. 2. ὅτε εἰς τὰ πλήθη παριὼν τοὺς βουλομένους ἀκούειν ἀργύριον εἰσπράττω in Ep. *Sotrat.* p. 2. & ſimpliciter οἱ παριόντες apud *Demoſth.* Olynth. III. p. 38. A. quod recte *Scholiaſtes* interpretatur, οἱ δημηγορεῖντες. Jam ſcenicis actoribus haec eadem non diſpari ratione conveniunt: *Schol. Ariſtoph.* ad Equ. v. 608. τῷ ὑποκρίτου προερχομένου, *actore in ſcenam prodeunte. Plutarch.* Nic. p. 524. E. λέγεται δὲ ὑπό τινι χορηγίᾳ παρελθεῖν οἰκέτης &c. *Andronic.* Paraphr. Eth. Nic. IV. c. 3. p. 210. τοῖς κωμῳδοῖς χορηγῶν παριοῦσι· quorum pravam *D. Heinſii* verſionem jure caſtigavit *Salmaſ.* de Uſ. p. 57. ipſe viciſſim merito caſtigatus a *Deſ. Heraldo* An. in O. ad J. A. & R. VI. c. 8. paulum quidem illud *Syneſii* diſcrepat de Prov. II. p. 128. D. ὁ τοῖς θεάτροις ἢ δεῖ τινα προεξελθόντα ἀφελέχθηναι τῷ δήμῳ, τι μὴ μικρὸν ὄψεται· nam hae prologi ſunt, aut ejus, qui nuncii perſonam ſuſtinebat, partes, antequam ad ipſam fabulam actores aggrediantur: ſed quod mox ſequitur, plane congruit; ὠφελιμώτερον δεῖ καθαπερεὶ πόλεμον τὴν πρόοδον τὸ

ὀπισκώπτειν, καὶ τὴν Διονυσιακὴν ἐλευθερίαν καλαχεῖν αὐτοῖς· ἄρτι μὲν ἀεροβατοῦντας δεικνύουσα, καὶ νεφέλαις ξυόντας· ἄρτι δὲ, ψυλλῶν πηδήμαλα ἀλφιτρῶντας, ὡς δῆθεν τὰ ἀέρια λεπτολογιζόμενος. ὁ δὲ Ἀλφάλογος σεμνοτάτας ἐποιεῖτο τὰς συνουσίας, φύσεώς τε περὶ καὶ ἀρετῆς φιλοσοφῶν· ὥστε τὸ τῆς μουσικῶν τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν, εἶναι τὴν ἁρμονίαν, ἀπὸ βαρυτάτου ἐς τὸ ὀξυτάτου· καὶ ὅμως ἐτολμήσαμεν ἡμεῖς τὰ ὕστερα ἔχοντα πρὸς ἄλληλα ξυναγαγεῖν, καὶ ξυναρμόσαι,

fugillaret, & Dionyſiacam iſtam libertatem in eos effunderet; nunc *in aëre ambulantes*, & *cum nubibus verſantes* illos exhibens, nunc *pulicum ſaltus metientes*, ut qui de aëreis & ſublimibus iſtis rebus nimis exiliter argutarentur. Dialogus vero graviſſimas diſputationes habebat de natura rerum, deque virtute philoſophans: ita ut Muſicorum illud, bis per omnes chordas, ab acutiſſimo ad graviſſimum usque, inter eos eſſet. Et tamen auſi fuimus nos, hæc ita ſeſe habentia, inter ſeſe conjungere & coapta-

30. Ὁ Ἀλφάλογος] Ὥσπερ * Ἀρίστωνος Πλάτων. *M.*

* Ἀρίστωνος] Adde ὁ Ap. ut Ariſtonis filius Plato. *T. H.*

τὸ σύνθημα· ἡ πρόοδος nihil aliud, quam ἡ προέλευσις, quando ſigno dato in ſcenam procedunt actores. Atque ob has quidem rationes gradum, ut puto, tuebitur ἡ προέλευσις· non quin recte dici poſſit comoedia μίαν ταύτην προαίρεσιν ποιοῦσα τοὺς φιλοσόφους ἐπισκώπτειν, quemadmodum *Chryſoſtom.* T. VII. p. 422. B. ἡ μία στρουθὴ (mulierum ſcenicarum) πᾶσαν ἐκ βάθρων ἀνασπάσαι τὴν σωφροσύνην· ſed quod illud eruditius ſit, & magis accommodatum. *T. H.*

26. Διονυσ. ἐλευθ.] Hoc eſt, libera dicteria, quibus licebat uti feſto Dionyſiorum: quae *libertas* vocatur ab *Horatio* & *licentia*. Eleganter conjungit cum hisce *Lucianus* verbum καλαχεῖν, *perfundere*. *Horatius* de homine dicteriis acriter proſciſſo lib. I. Sat. VII, 32. *At Graecus poſtquam eſt Italo perfuſus aceto Perſius.* *J. C.*

Διονυσιακὴν ἐλευθερίαν] De qua copioſe *Philoſtr.* dico ad *Heliod.* *J. B.*

27. Ἀεροβατοῦντας] Ex *Ariſtoph.* Neb. ut hæc tota narratio: ſic in Charont. & Icarom. *J. B.*

Ἀεροβατ.] *Ariſtoph.* νεφ. v. 4. Sc. III. A. I. ἀεροβατῶ ϑ' ὡδὶ φρονῶ τ' ἡλίου. Socrati tribuit. Adde Plat. Ἀπολ. p. 7. C. *M. du S.*

28. Νεφέλαις] Inde titul. *Ariſtoph.* Νεφέλαι, ex quibus hic locus integer deſumptus. *J. B.*

Ibid. Ψυλλῶν πηδήμαλα] Reſpicit procul dubio hos verſus Comici in Nebul. Act. 1. Sc. 2.

Ἀνηρώτ' ἄρτι Χαιρεφῶντα Σωκράτης
Ψύλλαν ὁπόσους ἄλλοιλο τοὺς αὐτῆς πόδας.

Hoc alibi ſæpe tangit, dum Socrati, Platoni, & aliis inſultat. *J. B.*

Ψυλλῶν . . .] A. I. Sc. II. Introducitur Socrates dimetiens ὁπόσους ψύλλα τοὺς αὐτῆς πόδας ἄλλοιλο. *A. V.*

Eandem calumniam tangit etiam *Xenoph.* loco ſupra citato. *M. du S.*

Ψυλλῶν πηδ.] Notarunt *L. Bos* Obſ. Crit. c. 12. p. 64. & *L. Kuſter* ad *Ariſtoph.* Nub. v. 145. Adde *Emnap.* in AEdes. p. 38. ψυλλῶν πηδήματα καλαμωνακάμβους ubi plura. *Syneſius* iſtos Comici verſus praecipue, quaſi rotundiſſime decurrentes, laudavit in Dion. p. 40. B. *T. H.*

33. Δὶς διὰ πασῶν] *Eraſmus* in Proverbio: δὶς διὰ πασῶν. *J. Br.*

Δὶς διὰ πασῶν] Proverbium a muſicis mutuo ſumtum, quo maximum discrimen & longiſſimum intervallum ſignificatur. Vid. *Eraſm.* Chil. Hoc uſus eſt *Lucian.* in lib. de Conſcr. Hiſt. & in ſermone, qui eſt de Mercede ſervientibus. *G. C.*

Δὶς διὰ πασῶν] Utitur paſſim hac comparatione. *J. B.*

Δὶς διὰ πασῶν] Vetuſtiores muſici, uti ex hoc proverbio patet, ſcalam ſuorum tonorum non ultra duas, quas hodie dicimus, *octavas* extendebant. V. *Eraſm.* Chil. ſæpius uſurpat Noſter, ut ἀ. μισθ. c. 11. συγγρ. c. 7. & ἀπαιδ. c. 21. *M. du S.*

40. Τὸ ϑῆλυ τοῦ ἄρρενος] Hac de re *Phaedrus* fine Fab. & ibi interp. *J. B.*

Τὸ ϑῆλυ τοῦ ἀρ. ἐγκ.] Miſcet hic *Lucianus* duo figmenta: Poëtarum nimirum figmentum de Prometheo, quem homines e luto formaſſe dicebant, & *Platonis* de primis hominibus, quos primum ἀνδρογύνους fuiſſe ait in *Sympoſio*, deinde in duas partes ſectos. *J. C.*

Τὸ ϑῆλυ] Hac de re *Phaedrus* IV, 14. *A. V.*

41. Ἐγκαλαμίξας] Recte, ne quis conjectet συγκαλαμ. *Noſter* de Conſc. Hiſt. §. 13. τὸ λευκὸν ἐγκαλαμίξῃ πολὺ τοῦ Φαρμακέως *Achill. Tat.* IV. p. 261. Pari modo Scriptor de Mund. p. 13. v. 8. χρωμάτων ἐγκερασαμένη φύσεις, pro συγκερ. *T. H.*

42. Τοιοῦτο φανοίην] Neſcio quid ita cunctas Edd. inſederit vitioſum illud φανοίην pro φανείην aut φανοίμην, quod vel Grammaticae leges expelli jubeant. Praeterea legendum ſine dubio τοιοῦτος, id eſt, ὅμοιόν τι τοῦ Προμηθεῖ πεποιηκὼς magis etiam eo metu commoveor, *ne alia quadam in re talis videar, qualem ſe Prometheus praebuit.* *T. H.*

44. Ὅσα π.] AEſchylus in Prometheo. *J. Br.*

Ibid. Κεκαλυμμένα τῇ πιμελῇ] Sic in Prometh. & Dial. Prom. & Jov. ex *Heſiod.* I. Oper. *J. B.*

45. Γέλωτα] τουτέστι, γέλωτα κωμικόν. *J. Br.*

46. Φιλοσόφων] Sic Ed. *J.* Reliquae φιλοσόφῳ, quod etiam in O. & M. eſt; duriuſcule, quamvis extet ἐρ. c. 45. P. & *B* 2. φιλοσόφου. *M. du S.*

Φιλοσόφῳ] Lectionem Ed. *J.* interpolatam utique va-

eaptare, non admodum obſequentia, neque facile ſocietatem ſuſtinentia.

7. Vereor itaque ne denuo ſimile aliquid Prometheo iſti tuo feciſſe videar, ut qui fœminam cum mari commiſcuerim, & ob id ipſum nunc reus agar. Vel potius aliud quid, ne videar decepiſſe fortaſſe auditores, atque oſſa appoſuiſſe ipſis pinguedine obducta, riſum ſcilicet Comicum ſub philoſophica gravitate. Ad furtum enim quod attinet (nam & furandi arte hic Deus inſignis eſt) abſit; hoc certe noſtris ineſſe non dices. Unde enim furatus ſim? niſi

ὑ πάνυ πειθόμενα, οὐδὲ εὐμαρῶς ἀνεχόμενα τ κοινωνίαν.

Δέδια τοίνυν μὴ αὖθις ὅμοιόν τι τῷ Προμηθεῖ τῷ σῷ πεποιηκὼς φαίνωμαι, τὸ θῆλυ τῷ ἄῤῥενι ἐγκαλαμίξας, κ δι' αὐτὸ δίκην ὑπόχω. μᾶλλον δὲ μὴ κ ἄλλό τι τοιοῦτο [a] φανείην, ἐξαπατῶ ἴσως τὺς ἀκούοντας, κ ὀφρῦς ὧν ἐθισθεὶς αὐτοῖς κεκαλυμμένα τῇ σιμελῇ, γέλωτα κωμικὸν ὑπὸ σεμνότητι [b] φιλοσόφῳ· τὸ γὰρ τ κλεπτικῆς (κ γὰρ [c] κλεπτικὸς ὁ θεὸς) ἄπαγε· τοῦτο μόνον οὐκ ἂν εἴποις ἐνεῖναι τοῖς ἡμετέροις. ἢ ὧν γέ τι γ' ἂν ἐκλέ-

a Φανείην] *φανοίην* Edd. priores. Quod reſtituimus eſt in O. M. b Φιλοσόφῳ] φιλοσόφων *J.* φιλοσόφου P. *B.* 2. c Κλεπτικὸς] Edd. priores κλεπτικῆς.

valere juſſi: quomodo γέλως κωμικὸς, ſic & σεμνότης φιλόσοφος τὸ κυριώτερον ἀντὶ κτητικοῦ, ut ſolent Grammatici, quo nihil eſt frequentius. Sic φιλόσοφος χαρακτὴρ λόγου *Apollon. Tyan.* Ep. XIX. βίος Euſeb. H. E. VI, 3. φιλόσοφον ἦθος, χῆμα *Origen.* in *Celſ.* I. *T. H.*

Ibid. Τὸ γὰρ τ κλεπτικῆς, κ γὰρ κλεπτικῆς ὁ θεὸς, ἄπαγε τοῦτο μόνον, οὐκ ἂν εἴποις ἐνεῖναι τοῖς ἡμετέροις.] Latinos interpretes ſi conſulas, nihil hoc loco eſt obſcurius: Sic enim vertunt: *Quod enim eſt furti. (nam furti eſt aliquis Deus) apage hoc ſolum, non dixeris ineſſe noſtris ſcriptis.* Non poterat inſulſius. Quis enim intelligat: *Quod eſt enim furti?* dein quid hoc ad rem, eſſe furtorum deum, ſive is ſit Mercurius, ſive quis alius? Non perceperunt mentem *Luciani*. Primo poſt ἄπαγε cum veterioribus editionibus pone diſtinctionem. ἄπαγε τοῦτο μόνον, & verte: *ſed quod ad furandi artem attinet, (nam & furandi arte hic Deus inſignis eſt) abſit. hanc ſolam noſtris ineſſe non dices.* forte, inquit *Lucianus*, Prometheus dicor, quod furatus ſim, ut ille ferula ignem eſt furatus & cœlo ſubduxit. Apage, hac ſola in re nunquam Prometheo comparabor. *J. G. G.*

Ibid. Καὶ γὰρ κλεπτικῆς &c.] Facilem & veriſſimam *Graevii* diſtinctionem ſum ſecutus. Ἄπαγε, formulam abominandi, abſurdum aliquid procul amovendi, ſic interponunt: *Noſter* Amor. §. 38. ἄπαγε, μή μοι γένοιτο· Pſeudol. §. 31. *Chryſoſtomo* frequens: ἐχὶ τὸ σῶμά ἐϛι τὸ τυφλοῦν τὴν ψυχὴν, ἄπαγε ἄνθρωπε, ἀλλ' ἡ τρυφή· Hom. XXXIX. ad I. ad Corinth. *Suid.* Ἄπαγε, γενικῇ πᾶσαι, μὴ γένοιτο. Praeterea ne quid loci venuſtatem turbaret, ſcribendum fuit κλεπτικός· nam quis credat *Lucianum* tam inſignitam Mercurio factum iviſſe injuriam, ut in eo munere, quod totius antiquitatis conſenſu ſolus obtinuerat, Prometheum ipſi ſocium adjungeret? ſed κλεπτικὸν eum jure potuit appellare, quippe qui ſemet ipſe in cognomine dialogo ὁμότεχνον Mercurio fateatur. *T. H.*

47. Ὁ θεὸς] Προμηθεὺς *Heſiod.* σὺ E. κ H. *J. Br.*

Ὦ θεὸς, ἄπαγε τοῦτο μόνον] Sic in Somnio, ἀποτρέπεϛε ὦ θεοὶ, τὸ δεῖνον. Hac in re utitur dictionibus ἀπερύκειν, ἀποτρέπειν, ἀπάγειν. Quod ſemel monitum volo. *J. B.*

Ὁ θεὸς] P. mendoſe, ὦ θεός, quod *Bourdelotio* & *Vorſtio* fraudi fuit. In Fl. tota parentheſis deeſt; certe incommode dicitur Deus κλεπτικῆς. *M. du S.*

48. Ἐκεῖναι] Scribo ἐνεῖναι. *J. Br.*

Ibid. Ἢ ὧν γέ τι γ' ἂν ἐκλέπτομεν; εἰ μὴ ἄρα τις ἐμὲ διέλαθε τοιούτους πιτυκάμπτας κ τραγελάφους ὁ αὐτὸς συντεθεικώς;] *Unde enim furaremur? niſi quis me latet, qui tales pinuum incurvatores & hircocervos ipſe compoſuerit.* Sic interpres. Quis autem ex hac verſione intelligat, qui ſint illi pinuum incurvatores, & quid illi hic agant, ubi de furto loquitur? Ignorarunt πιτυκάμπτας eſſe centauros. Suidas, πιτυκάμπτης ὁ κένταυρος. ſic proprie dictus eſt Sinis centaurus, quem Theſeus occidit. de quo *Ovid.* VII. Metam:

Occidit ille Sinis magnis male viribus uſus
Qui poterat curvare trabes, & agebat ab alto
Ad terram late ſparſuras corpora pinus.

Vertendum itaque, *niſi quis me fugit, qui tales centauros, & hircocervos ipſe compoſuerit.* ſuos vero dialogos ex comicis ſalibus, & gravibus ſententiis, ex philoſophicis diſputationibus hauſtis, compoſitos, ut paulo ante oſtendit, vocat centauros & hircocervos, quo ſcribendi genere nemo ante *Lucianum* fuerat uſus. *J. G. G.*

Ibid. Perperam ſcribitur, ἢ ὧν γέ τι γ' ἂν ἐκλέπτομεν, corrige, ἢ ὧν γέ του γ' ἂν ἐκλ. Ubi hic articulus pro τὶς ponitur, eſt, veluti τὶς, particula enclitica. Similis macula in Epicteti Enchiridio turbavit eruditos. Ait Stoïcae ſapientiae gravis doctor cap. XXX. Ἀρκοῦ ἐν σὺ παντὶ τῷ εἶναι φιλόσοφος· εἰ δ' ὁ δοκεῖν βούλει, τῷ εἶναι σεαυτῷ φαύου, κ ἱκανὸς ἴσῃ. *Wolfius* interpretatione ſua palam facit, ſe non intellexiſſe veram mentem, & quia *Politianus* omiſit τῷ εἶναι, ipſe non neceſſarias has voculas judicat. *Mericus Caſaubonus* neſcio quid *acutum* ex iis primo elicere tentans, poſt eas ſuſpectas habet. Recte noviſſima interpretatio vertit, *Sin alicui etiam videri Philoſophus cupi.*. Ad hanc verſionem etiam Graeca accommodari oportuit, & excudi, εἰ δ' ὁ δοκεῖν βούλει τῷ εἶναι, σεαυτῷ φαύου, &c.

ἐκλέπτομεν; εἰ μὴ ἄρα τις ἐμὲ διέλαθε τοιούτους πιτυοκάμπτας, καὶ τραγελάφους καὶ αὐτὸς συνεθεικώς; πλὴν ἀλλά τί ἂν πάθοιμι;

forte quis me fugit, qui ejusmodi Pityocamptas & Hircocervos & ipse composuerit. Verum quid faciam? Perseverandum

a Πιτυοκάμπτας] Ita K. M. S. πυτιοκ. O. F. A. 1. 2. & pleraeque Edd. ἱπποκάμπτας L.

&c. τῷ pro τινὶ etiam hic positum. Quod autem neque Simplicius, neque Paraphrastes illud τοῦ εἶναι agnoscunt, in eo haud dubie imperfectiores sunt magistro suo *Epicteto*, cujus ea mens est: *Id tibi in omni tempore, loco, & negotio sufficiat, esse te philosophum: quod si vero quis sit, cui talis videri optes, is, cui talis videri cupias, tu sis: tu vero ipsemet tibi satis idoneus & quasi perfectus eris, cui philosophus esse videaris.* Hinc etiam manifestum, puto, est, *Epicteti* καὶ ἱκανὸς ἴσῃ, longe plenius & perfectius esse prae *Simplicii* & *Paraphrastae* καὶ ἱκανὸν εἶναι τοῦτο. *J. J.*

Παρά του] *Jensii* Emendatio. *M. du S.*

50. Πίλιοκ.] Castigo: πίλυοκάμπλας & τραγελάφους, hoc est, *monstra quaedam.* *J. Br.*

Πίλυοκ.] *Pinuum incurvatores*: quo nomine Scinis appellatus fuit, quem occidit Theseus incurvantem pinus, & ex iis alligatos homines, & in sublime emissos dilaniantem. Eundem πιλυοκάμπτην vocat lib. II. Ver. Hist. *G. C.*

Ἱπποκάμπας] Legebatur hic antehac πιτυοκάμπλας ut ἀ. ἱσ. β. c. 23. (vel mendose Πυτιοκ—) quod huc non facit. v. *Apollod.* III. L. aliam scripturam exhibet, nisi quod illic ἱ—μπτας, legitur. In Ox. vero πιτυοκάμπας. De his consule *Spanh.* & *Ælian.* de An. XIV. 20. Hippocampos in Imaginibus describit *Philostratus* εἰκ. p. 774. (locum ipsum vide ad ἐ. δ. VI.) Vide & p. 729. ubi, ex nummis, Hippocamporum & Hippopotamorum figuras doctissimus ejus interpres exhibet. *M. du S.*

Πιτυοκάμπτας] *Graevio* πιτυοκάμπτας explicanti Centauros praecivit *Fr. Luisin.* Par. III. c. 25. quod si ad liquidum deduci posset, rem haberemus confectam. Negari quidem non potest, apud *Suidam* extare in Πίτυς, ὅθεν & Πιτυκάμπτης (vel potius, ut *Kuster.* Πιτυοκ.) ὁ Κένταυρος· verum his in rebus tantam *Suidae* auctoritatem non agnosco, qua sola nos contentos esse oporteat. Πιτυοκάμπτης est Sinis vel Sinnis (ductum a latrociniis & nocendo nomen, quod male nonnusquam *Scinis* & praeter linguae rationem scribi puto) quem suo ipsius, quod in alios statuerat, exemplo Theseus interemit: lege *J. Meurs.* in Thes. c. V. Hunc de gente fuisse Centaurorum, quis veterum prodidit? imo tantum abest, ut Theseum ipsum materno genere contingeret: *Pausan.* I. p. 90. ἀποκτείνας καὶ Σίνιν τὰ πρὸς Πιτθέως συγγενῆ quippe natum, ut nonnulli scripserunt, Canetho & Heniocha Pitthei filia: *Plutarch.* in Thes. p. 11. F. Jam si forte Centauros omnes hoc epitheto existimes affectos, quid tandem proferri poterit, unde nominis, quod a singulari unius Sinidis crudelitate profectum esse satis constat, origo repetatur? nam quod *Luisinus* est commentus, *quoniam bello acres habebantur, eorum impetum pictores flexis stratisque arboribus, quacunque furebant, exprimere solitos esse*, ut alia mittam, Graeci sermonis normae prorsus repugnat: quis, quaeso, πιτυοκάμπτας diceret eos, qui arbores vasto corpore & impetu currendi prosternunt? *Th. Galeus* ad *Apollod.* III. p. 95. ubi de Sinide pinuum inflexore agitur, hunc *Luciani* laudavit locum, sed laudavit tantum, nulla parte alia lectorem adjuvans. Non me praetereunt *Aristophanis* in Ran. v. 997. σαρκασμοπιτυοκάμπ), de quibus ita *Schol.* ὡς σαρκάζοντας μὲ & προσποιουμένους τὰ πολεμικὰ, οὐκ ἀληθῶς ὄ τοιούτους ἐχόν& ὄ ἐπιμελουμένους· paulo plenius *Suidas*: Σαρκασμοπ. ἀντὶ τοῦ μεγάλοι, ὡς ἁρπάζοντες μὲ & προσπ. &c. ubi legendum ex prioribus apparet, ὡς σαρκάζοντες· necdum enim persuadere mihi possum, quod tamen in mentem venisse non diffiteor, alterum hanc in aliis Comici vetustis Codd. extitisse lectionem, ἁρπασμοπιτυοκάμπ). De Sinide vero quin *Schol.* cogitaverit, quum ista commentaretur, dubitare non licet: neque absurdum est, ut per Comicam facetiam homines in bello timidi, sed inanibus in rebus, quae vero periculo carerent, robur ostentantes dicti fuerint πιτυοκάμπτας eoque pertinere non incommode videatur *Hesychii* glossa; Ἀεροκέλαδοι, πιτυοκάμπται, ex veteri quodam Comico depromta, sive vocabulum utrumque demta distinctione jungas, sive ἀεροκελάδους per se solos intelligas, *aërem verberantes, jactatis per aërem manibus inanem strepitum excitantes*: vel etiam, *aërem implentes clamoribus*: nam in *Hesychio* multae sunt voces, & sententiae nonnunquam, quae additam interpretationem habent nullam. Aliud *Palmerio* placuit πιτυοκάμπαι legenti; quod si quis conjecturae nostrae anteferendum statuat, haud equidem magno opere obnitar: verum idem ipsum in *Aristophane Frischlinus* spectavit vertens *Erucosanniones*, tanquam si legendum censuisset, σαρκασμοπιτυοκάμπαι. Sunt sane πιτυοκάμπαι genus erucarum ex eo nominatae, quod pinis arboribus adhaereant; quarum meminit *Plin.* H. N. XXII, 2. 4. *Dioscorid.* Alexiph. c. 2. sed illae, quantum video, nihil ad *Aristophanem* faciunt, multoque minus, quamvis crebris formarum mutationibus ex aliis in alias bestiolas abeant, ad *Lucianum*: in quo retinui sane priscam lectionem, ἱπποκάμπας, vel, ut scribi debebat, ἱππόκαμπους, etsi ad sensum melius congruere videantur, non ausus admittere; praesertim, quoniam nullus Codex, qui quidem alienis oculis non sit inspectus, adsentitur. De Hippocampis adi magnum illum *J. Scaligerum* in Conject. p. 35. a quo si quid in re forte, quod sollicite perquirere non vacat, fuerit commissum, egregiis emendationibus certe pensatur, & *Rob. Constantin.* in Suppl. L. L. Τραγελάφων mentio in *Aristoph.* Ran. v. 968. qui jungit ἱππαλεκτρύονας· haec causa est, cur, si scripti cujusdam libri ductus adspirarent, in *Luciano* probarem τοιούτους ἱππαλεκτρύονας καὶ τραγελάφους· etenim vix est, ut ad illum Comici locum non respexerit. Meminit & *Plato* Πολ. VI. p. 674. B. ἀλλὰ δεῖ ἐκ πολλῶν αὐτὰ ξυναγαγεῖν &c. οἷον οἱ γραφεῖς τραγελάφους & τὰ τοιαῦτα μιγνύντες γράφουσι. Ponere quoque solent, ut hippocentaurum, pro re, quae

dum enim eſt in iis, quæ ſemel elegi; mutare enim conſilium, Epimethei, non Promethei eſt.

ἐμμένετέον ᾗ οἷς ἅπαξ προειλόμεν· ἐπεὶ τόγε μεταβουλεύεσθαι, Ἐπιμηθέως ἔργον, οὐ Προμηθέως ἐστί.

quæ nusquam exiſtens ſola cogitatione effingitur: *Euſtath.* in Il. A. p. 102. Rogat *Ariſtot.* initio lib. IV. Φυσ. Ακρ. πῶς γάρ ἐστι τραγέλαφος ἢ σφίγξ. Vid. *Stephan.* in Γάλεως & *Berkel.* Pocula, quibus ob hirci cervique mixtam figuram impoſitum fuerit τραγελάφων nomen, recenſet *Athen.* XI. p. 484. D. E. p. 500. E.

Poſtquam hæc ſcripſeram, conjecturam mecum perquam elegantem communicavit Vir Eruditiſſimus, & pulcerrimo Prolegomenorum in N. F. editionem Graecam ſpecimine commendatiſſimus *J. Jac. Wetſtenius*; quam, quia prope abeſt, quin veram putem, celare religioni duco. Legendum cenſet Vir egregius τοιοῦτος πολυκάμπης· quaſi hunc in modum *Lucianus* ratiocinaretur: *Primus ego res plane diſcordes, philoſophicam gravitatem, & lepores libertatemque jocorum Comicam conſociavi: quod inceptum audax non minorem habet difficultatem, quam ſi binas arbores rigidas curvando jungere nitaris: imo majoris eſt artificii* ἢ τραγελάφους συντιθέναι, τὰς ἁπλοῦς τὴν φύσιν (ut Ariſtides Orat. Platon. 1. T. 2. p. 46. de Hippocentauris loquitur) *i. e. non tantum binas arbores ejusdem ſpeciei, verum* ETIAM *res diverſiſſimas hircos atque cervos ſive Philoſophiam Comoediamque jungere. Si quis ante me idem fuiſſet conatus, is certe fama facinoris Sinim aequaret, ad meamque ſine dubio notitiam perveniſſet.* Jam tu, quaeſo, ad animum revoca, quae leguntur ſub finem §. 6. ΕΤΟΛΜΗΣΑΜΕΝ ἡμεῖς τὰ αὐτὼς ἔχοντα πρὸς ἄλληλα ΞΥΝΑΓΑΓΕΙΝ ΟΥ ΠΑΝΥ ΠΕΙΘΟΜΕΝΑ· ecce πιτυοκάμπτου, qui magno niſu in unum cogit conſociatque nixa diverſis radicibus, & materiam minime ſequacem tractando mollit. *T. H.*

Ibid. Τραγελάφους] De his, ſi lubet, conſule *Plin.* VIII, 33. Cervis excepta barba & armorum pilis ſimiles. Hujusmodi monſtrum, quod fictitium prorſus credidit *Lucianus*, vidiſſe ſeſe *Salmaſius* narrat *Plin.* Exercit. 862. b. B. Ed. poſt. De iisdem conſule *Spanh.* 200. & 203. *M. du S.*

51. Τί ἂν πάθοιμι] Locutionem illuſtrat *Gataker.* ad *Marc. Antonin.* XII. §. 16. *T. H.*

53. Μεταβουλεύεσθαι] *Poſt rem conſulere*: unde & *Pindarus* in Pyth. V, 36. illum appellat ὀψίφρονα, quaſi *ſero ſapientem*. *Heſiodus* in Theog. v. 511. Haec, inquit, peperit Προμηθέα Ποικίλον, ἀισυλομήτην ἀμαρτίνοον τ' Ἐπιμηθέα, *Prometheum* vafrum nominans, ac variis inſtructum conſiliis, *Epimetheum* poſt erratum ſapientem. *G. C.*

Nigrinus, ſive de Moribus Philoſophorum.

EPISTOLA AD NIGRINUM.

Lucianus Nigrino ſalutem.

Νιγρῖνος, ἢ περὶ Φιλοσόφου Ἤθους.

ΠΡΟΣ ΝΙΓΡΙΝΟΝ Ἐπιστολή.

Λουκιανὸς Νιγρίνῳ εὖ πράττειν.

NOctuas Athenas, inquit proverbium: quaſi ridiculum ſit, ſi quis eo nomini conſultiſſimo conſilium dare.

1 Ἡ μὲν παροιμία φησὶ, Γλαῦκα εἰς Ἀθήνας, ὡς γελοῖον ὂν εἴ τις ἐκεῖ χομίζει

ΠΡΟΣ....] Philoſophicam hanc diſputationem *Lucianus* paulo poſt adventum ſuum Romæ ſcripſiſſe videtur; in qua quam pronus in Satyram fuerit jam prodit; ſed nondum comicos illos ſales cum reliquo ornatu theatrali in Dialogum invexiſſe, cum haec ſcriberet, palam eſt: graviter enim hic vitia perſtringit ex graviſſimi Philoſophi perſona, cujus famæ invidit illa ætas. *M. du S.*

ΝΙΓΡΙΝΟΝ.] Romanus eſſet, an Græcus olim ambigebam, quamvis de *Nigrinis* legiſſem apud *Spartianum* in *Hadriana* & *Xiphil.* p. 260. & *Plutarch.* 849. Nunc autem Romanum fuiſſe ſtatuo, ob ea præcipue, quæ de reditu ex Græcia habet c. 17. & de fundo prope Romam c. 26. *M. du S.*

1. Γλαῦκα εἰς Ἀθ.] Subaudiendum, porto, aut, mitto. Hanc paroemiam *Lucianus* hic exponit, quae inde fluxit, quod Athenis abundant ululae, & Atticae regioni quaſi peculiares ſunt. Proinde ut abſurdum videbatur noctuam Athenas deportare, cum illic paſſim omnia noctuis abundarent, ita ridiculum ſit

Γλαῦκα εἰς Ἀθήνας] Proverb. ἐπὶ τῶν μάτην ἐπισωρευόντων τινὰ τοῖς προϋπάρχουσιν, οἷον εἴ τις εἰς Αἴγυπτον σῖτον ἐπαγάγοι ἢ εἰς Κιλικίαν κρόκον. *Ariſtoph.* Ὄρνι. & ibi Scholiaſt. *J. B.*

Γλαῦκα] Vid. *Suid.* & *Schol. Ariſtophan.* *M. du S.*

Γλαῦκα εἰς Ἀθήνας] Utitur hoc loco *Eraſm.* Adag. *Ululas Athenas. Diogen. L.* III, 47. Γλαῦκα δὲ εἰς Ἀθήνας, φασὶν, εἰ δέη σοὶ τὰ κατ' εἶδος διηγεῖσθαι. Noctuarum copiam, quae proverbio locum dederit, Athenienſibus objecerunt Comici: praeter *Ariſtoph.* Av. v. 302. *Antiphanes* apud *Athen.* XIV. p. 655. Mox παρ' αὐτοῖς, quaſi praeceſſiſſet Ἀθηναίοις· in Tim. §. 9. ὐδ' ἀπίθλεψα εἰς τὴν Ἀττικὴν· ἢ μάλιστα ἐξ ἧς φιλοσοφία καὶ λόγων ἔριδες ἐπεπόλασαν αὐτοῖς· libello ſuperiore §. 5. σφαγὰς αὐτῶν, intellige, Centaurorum. Similia notavit *J. Davis.* ad *Ciceron.* de Divin. II. c. 61. Ratio paulum diverſa in *Ariſtoph.* Pl. v. 503. πολλοὶ — πλουτοῦσι Ἀδίκως αὐτὰ ξυλλεξάμενοι χρήματα continentur in πλουτοῦσιν· eo pertinet αὐτὰ, v. 566. εἰ γε δεῖ λαθεῖν αὐτὸν· ſcilicet κλέπτοντα. *T. H.*

μίζει γλαῦκας, ὅτι πολλαὶ παρ' [a] αὐτοῖς εἰσίν. ἐγὼ δὲ εἰ μὲν δύναμιν λόγων ἐπιδείξασθαι βουλόμην, ἔπειτα Νιγρίνῳ γράψας βιβλίον ἔπεμπον, εἰκόμην ἂν τῷ γελοίῳ, γλαῦκας ὡς ἀληθῶς ἐμπορευόμενος. ἐπεὶ δὲ μόνην σοι δηλῶσαι τὴν ἐμὴν γνώμην ἐθέλω, ὅπως τε νῦν ἔχω, καὶ ὅτι μὴ παρέργως εἴλημμαι πρὸς τὴν σὴν λόγων, ἀποφεύγοιμ' ἂν εἰκότως καὶ τὸ γε Θουκυδίδου λέγοντος, ὅτι ἡ ἀμαθία μὲν θρασεῖς, ὀκνηρὸς δὲ τὸ λελογισμένον ἀπεργάζεται. δῆλον γοῦν ὡς οὐκ ἡ ἀμαθία μοι μόνη τοιαύτης τόλμης, ἀλλὰ καὶ ὁ πρὸς τοὺς λόγους ἔρως αἴτιος. ἔρρωσο.

ctuas apportet, quoniam apud illos abundent. Ego vero si dicendi facultatem ostendere volens, Nigrino librum a me scriptum mitterem, obnoxius equidem huic ridiculo forem. Nunc autem, cum id solum agam, ut sententiam meam tibi aperiam, & quo nunc sim animo, & quod non leviter oratione tua affectus fuerim, effugero sane merito etiam Thucydidis illud, quum ait: imperitia audaces, res autem cogitata atque considerata cunctatores efficit. Manifestum enim est, mihi non imperitiam solum, verum etiam amorem ac studium orationis, hujus audaciæ causam esse. Vale.

ΕΤΑΙΡΟΣ, ΛΟΥΚΙΑΝΟΣ.

AMICUS, LUCIANUS

1. Ὡς σεμνὸς ἡμῖν σφόδρα, καὶ μετέωρος ἐπανελήλυθας; οὐ τοίνυν προσβλέπεις;

1. Quam oppido gravis nobis & sublimis rediisti? Neque enim adspi-

[a] Αὐτοῖς] αὐταῖς *J.* & Margo *A.* 1. *W.* Prava rectae lectionis emendatio.

6. Εἰκόμην] Ἀντὶ τοῦ ἐνοχος ἦν. *V.*

8. Ὅπως τε νῦν ἔχω] Non inficior bonam esse locutionem: *Noster* in Hermot. §. 30. εἰ καθάπερ νῦν ἔχω, ἀγνοῶν ἦτε· verum hoc quidem in loco ad sententiam, quae requiritur, parum commode respondet. Idcirco malim, ὅπως τε νῦ ἔχω, *quoque sim erga Te animo:* nota loquendi formula: *Lucian.* Απ. περὶ τ. Ε. Μ. Σ. §. 14. ὅπως ἔχει πίστεως ἡ σπουδὴς καὶ εὐνοίας πρὸς τὰ ἐγκεχειρισμένα. *Artemid.* Praef. lib. IV. καὶ ταῦτα ὅπως εἶχον δυνάμεως. Paulum aliter *Demosth.* Ep. I. p. 190. B. ἐβούλθη χρῆναι τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην, ὡς ἔχω περὶ τούτων, εἰς μέσον θεῖναι. *Xenoph.* K. Π. VII. p. 116. ἔχ οὕτω τρόπου μόνον ἔχεις. *Liban.* Apol. Socrat. οὕτω δὴ ἔχοντα γνώμης. Dixerit aliquis exponi posse, *& quemadmodum nunc sim affectus:* quasi significaret se, qui ante fuerit a studio philosophiae multum remotus, eo deductum oratione Nigrini memoriam monitorum integram conservare: sed hoc, ut tolerabile videatur, minus congruit cum eorum, quae consequuntur, mente. *T. H.*

10. Καὶ τὸ τοῦ Θουκυδίδου] *Benedictus* enervavit versionem, in qua negligit efficaciam voculae primae, quam recte sic *Micyllus* expressit, *effugero sane merito etiam Thucydidis illud.* Hoc enim intendit auctor convincere, ut non modo immunis esse debeat ab insultatione proverbii Attici, sed etiam ne Thucydideum quidem illud in ipsum verti possit. *J. G.*

11. Ἀμαθία μὲν] Hanc sententiam sic efferunt: Ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει. Et sic *Thucyd.* ut patet etiam apud *Plin.* Epist. 7. lib. 4. hanc sic interpretatur *D. Hieronym.* Epist. ad Euagr. *Imperitia confidentiam, eruditio timorem creat.* *J. B.*

Ἀμαθία μὲν &c.] Vertendum: *Imperitia audaces, segniores ad agendum ratio facit.* Nam τὸ λελογισμένον idem est, ac λογισμός· designatur eorum consuetudo, qui nihil sine ratione, nihil inconsiderate agere volunt. *J. C.*

Ἀμαθία] In oratione funebri, quam Pericles habuit. Verba habes in *Bourdelotii* nota. *M. du S.*

Ἡ ἀμαθία] II. c. 40. Celebris sententia, quam multi expressérunt. *Procop.* Goth. III. p. 256. ἐμπειρία μὲν λογισμὸν φέρουσα θρασύνεσθαι ἥκιστα εἴωθεν· ibi *D. Hoeschelium* hic *Luciani* locus non praeteriit. Vid. *Menag.* ad *Diogen. L.* VII, 171. *Synes.* Ep. 153. ἀμαθίας ἡγουμένης τοῦ θράσους· idem Ep. 79. Thucydidea sententia parumper immutata: τὸ μὲν ἀλόγιστον ἀνδρεῖον μὲν εὐδαιμονοῦν, ὠφελοῦν δὲ τοὺς καιροὺς δειλόν τε καὶ θρασὺ γίνεται. *Sallustius* etiam imitatur B. J. c. 7. p. 243. ubi plura notat ejus generis *Jos. Wasse.* Quod autem pro λογισμὸς *Lucianus* dederit τὸ λελογισμένον, in eo *Euripidem* est secutus, cui hoc frequens, Iphig. in A. v. 368. &c. paulo aliter *Philostr* Her. p. 723. τὸ μὲν ἔννουν τε καὶ λελογισμένον ἐν αὐτοῖς μάλιστα τοῖς φοβεροῖς ἔχειν AEneam. *T. H.*

17. Φ. καὶ A.] *Bourdelotium* laudo, quod nomina personarum, in aliis Edd. omissa, editioni suae inseri curaverit. At istud laudare non possum, quod quae *Luciani* partes erant, eas *Amico* dedit. *Lucianus* ipse Nigrinum audierat: hoc enim epistola diserte profitetur. Ipse itaque nunc *Lucianus*, bonis avibus, Nigrini orationem amico enarret. *M. du S.*

19. Ὡς σεμνὸς] Similiter *Alciphr.* I. Ep. 34. ut *Berglerus* observavit. *T. H.*

22. Ὁμοίων

ſpicere nos amplius dignaris, neque converſaris nobiſcum, neque ſermones ut antea confers, ſed repente immutatus es, & omnino faſtidioſus videris evaſiſſe. Lubens igitur audierim ex te, unde ad hoc inſolentiæ perveneris, & quæ ejus rei cauſa ſit? LUC. Quid enim aliud, o amice, quam felicitas? AM. Quid ais? LUC. Inſperato felicem & beatum vides factum, & quod in ſcena ſolet uſurpari, ter beatum. AM. Papæ! tam ſubito! LUC. Ita res habet. AM. Quidnam autem tantum illud eſt, quo te ſic effers? ut non ſummatim modo lætemur, ſed &, auditis ſingulis, accurate ſcire poſſimus? LUC. An non admiratione dignum tibi videtur, per Jovem, pro ſervo liberum, pro paupere vere divi-

ῶειν ἡμᾶς ἔτι ἀξιοῖς, οὐδ' ὁμιλίας μεταδίδως, ὅτε κοινωνεῖς τοῦ ὁμοίων λόγων, ἀλλ' ἄφνω μεταβέβλησαι, καὶ ὅλως ὑπεροπτικῷ τινι ἔοικας; ἡδέως δ' ἂν καὶ σὲ τοῦθ' ὅμιλον, ὅθεν ἔτως ἀτόπως ἔχεις, καὶ τί τούτων αἴτιον; Λ. τί γὰρ ἄλλο γε, ὦ ἑταῖρε, ἢ εὐτυχία; Ε. πῶς λέγεις; Λ. οὐδὲ πάρεργον ἥκω σοι εὐδαίμων τε καὶ μακάριος γεγενημένος, καὶ τοῦτο δὴ τὸ ἀπὸ τῆς σκηνῆς ὄνομα, τρισόλβιος. Ε. Ἡράκλεις, ἔτως αἰφνίδιος; Λ. καὶ μάλα. Ε. τί δὲ τὸ [a] μέγα τοῦτό ἐστιν, ἐφ' ὅτῳ καὶ κομᾷς, ἵνα μὴ σὺν κεφαλαίῳ μόνῳ εὐφραινώμεθα, ἔχωμεν δέ τι καὶ [b] ἀκριβῶς εἰδέναι τὸ πᾶν ἀκούσαντες; Λ. ὑ θαυμαστὸν εἶναί σοι δοκεῖ πρὸς Διός, ἀντὶ μὲν δούλου με ἐλεύθερον, ἀντὶ δὲ πένητος ὡς ἀληθῶς πλούσιον,

a Μέγα] Edd. priores μετά. b Ἀκριβῶς] ἀκριβὲς P. J.

22. Ὁμοίων λόγων] Ὁμοίοις λόγοις Sermones inter pares, pari libertate & conditione habiti ultro citroque, ut apud *Homer.* ὁμοῖος πόλεμος, ὁμοῖος θάνατος, ὅμοιον γῆρας. *J. B.*

23. Ὅλως] Defendi poteſt, etiam ex iis, quae notat *J. Jenſius* L. L. II. c. 11. Malo tamen ὅλος, ut ad praecedens μεταβέβλησαι aptius conveniat: *Tu, qui comis eſſe ſolebas & affabilis, nunc repente mutatus es, totusque ſpecies ſuperbi geris.* *T. H.*

27. Ὀδοῦ π.] *Eraſm.* in eo Adagio. *J. Br.*

Ὀδοῦ πάρεργον] *Ut te non morer.* *J. B.*

Ὀδοῦ πάρεργον] Non eſt, *ne te morer*, ut habet *Boudelotius*: ſed καθ' ὁδοῦ πάρεργον, *obiter, aliud agendo, en paſſant je ſuis devenu heureux.* *J. C.*

29. Σκηνῆς ὄνομα] Sic idem alibi. *J. B.*

30. Τρισόλβιος] *Ter beatus atque felix.* *J. Br.*

Τρισόλβιος] *Sophocles* apud *Plutarch.* de aud. Poët. Ed. Hanov. an. 1599. p. 21.

ὡς τρισόλβιοι
Κεῖνοι βροτῶν οἳ ταῦτα δερχθέντες τέλη
Μόλωσ' ἐς ἅδου· τοῖς γὰρ μόνοις ἐκεῖ
Ζῆν ἐστι, τοῖς δ' ἄλλοισι πάντ' ἐκεῖ κακά. *M. du S.*

31. Μέγα] Hanc vocem pro μή reposui, quod in omnibus libris reperio. Ratio emendationis in promptu eſt: nihil enim hactenus narravit, ad quod τὸ μὴ τοῦτο referri poſſit, ſed *ſe beatum eſſe* tantum dixerat; quo dicto hic *tantam tamque repentinam* felicitatem, quae ei obtigiſſet, cognoſcere volens, ut ediſſerat hiſce petit; ex vulgata nullus elici poſſit ſenſus, qui ex hac limpidiſſimus eſt. Ne dicam errorem proclivem τῷ μέγα in μετά. *M. du S.*

Μέγα] Emendatio certiſſima, quam praeſtant mox, ὑ θαυμαστὸν εἶναί σοι δοκεῖ, pauloque poſt, μέγιστον μὲν ὄν· quae ſi quis recte conſiderarit, nullus eſt dubitationi locus relictus: quare cauſa non erat, cur in re clara Mſſ. fidem expectandam putarem. Graeci uſurpant μέγα τι pro *admirabile quid ac memorandum: Plato* Apol. p. 16. E. ἂν δόξῳ τι ὑμῖν μέγα λέγειν. Phaedr. p. 1231. B. τόδ' ἦν μέγα λέγων. *Xenoph.* ad *Xanthipp.* in Ep. Socrat. p. 47. ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ μέγαν τι καὶ καλὸν γεγονέναι. *Leo Allatius: At ego & mortem illius magnam & deſiderabilem contigiſſe, mihi autumo:* inepte, ut plura: vertendum fuerat: *Etenim ego exiſtimo, mortem ejus admirabilem atque honeſtam fuiſſe:* de Socrate praecedit, μέγα τι ὑμῖν ἐγένετο ὅτος ὁ ἄνθρωπος *mirificam quandam nobis utilitatem ac lucem attulit hicce homo.* *Ariſtocles* apud *AElian.* de Anim. XI. c. 4. — ἦν δέ τι τοῦτο μέγα Κρίτωνι ὁ Ἑρμογένους. *AElianus* ipſe I, 60. εἴ τι γὰρ μὴ ἔχουσι πόθεν ἀθλιώσουσι, μέγα τοῦτο. Jungitur aliquando θαυμαστόν. *Athen.* ex *Chamaeleonte* VI. p. 273. D. καὶ τοῦτ' ἦν αὐτῷ μέγα καὶ θαυμαστὸν πρὸς εὐδαιμονίαν. *Chryſoſtom.* T. VII. p. 422. B. ὑ θαυμαστὸν ἐμὲ μέγα· quod apud eum frequens: *Raphelium* vide ad 2. ad Corinth. XI, 14. 15. Notum proverbium: Παλαὶ οὐδὲ ἀλώπηξ, ἀλλ' ἰχθὺς ἦν μέγα. Eodem pertinet, οὐδὲν μέγα, *nihil autem magnum & admiratione dignum.* *Diogen. L.* VI, 44. Ex Latinis ſimilia poterant proferri plura. *T. H.*

32. Κομᾷς] *Superbis.* κομᾶν indulgere genio & elatum eſſe. *Ariſtoph.* Equit. ubi *Scholiaſt.* κομῶσι, τρυφῶσι. τὸ γὰρ ἐπὶ τῇ τρυφῇ λέγεται ἐ γαυροῦται ἐ μέγα φρονεῖν. alias κομᾶν, κόμην ἔχειν. κομεῖν, ἐπιμελεῖσθαι. *Poll. Heſych. Suid.* *J. B.*

Ibid. Ἐν κεφαλαίῳ μόνῳ] Ἐν κεφαλαίῳ, & ἀκριβῶς opponuntur. εὐφραίνεσθαι ἐν κεφαλαίῳ μόνῳ dicuntur qui, re nondum intellecta, ad vultum amici exporrectum & hilarem lætantur. *J. B.*

37. Τοῦ-

σιον, ἀντὶ δὲ ἀνοήτου τε καὶ τέλυφωμένου γενέσθαι μέλριώτερον;

E. Μέγιστον μὲν ἔν· ἀτὰρ ὅπως μανθάνω σαφῶς ὅ, τι καὶ λέγεις. Λ. ἐξάλλου μὲν εὐθὺ τῆς πόλεως βυλόμην ἰατρὸν ὀφθαλμῶν θεάσασθαί τινα· τὸ γάρ μοι πάθος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ μᾶλλον ἐπελείνετο. E. οἶδα τούτων ἕκαστα, καὶ ἠξάμην σὲ τινὶ σπουδαίῳ ὀφθῆναι. Λ. δόξαν ἦν μοι ἀφ' πολλοῦ προσειπεῖν Νιγρῖνον τὸν Πλατωνικὸν φιλόσοφον, ἕωθεν ἐξαναστὰς ὡς αὐτὸν ἀφικόμην, καὶ κόψας τὴν θύραν, καὶ παιδὸς εἰσαγγείλαντος, ἐκλήθην· καὶ παρελθὼν εἴσω, καλαλαμβάνω τὸν μὲν ἐν χερσὶ βιβλίον ἔχοντα, tem, pro ſtulto autem & inſano me factum modeſtum?

2. A M. Immo vero maximum. Sed nondum tamen plane intelligo quidnam illud ſit, quod dicis. L U C. Recta in urbem profectus ſum, ut ibi oculorum aliquem medicum circumſpicerem: nam ille oculi affectus, quo laborabam, magis ac magis ingraveſcebat. A M. Ordine hæc omnia novi, ideoque etiam optabam, ut in bonum atque peritum aliquem incideres. L U C. Cum igitur ſtatuiſſem, Nigrinum quoque illum Platonicum philoſophum, ut quem longo temporis intervallo non videram, compellare, mane ſurgens, ad ipſum adeo, & pulſata janua, cum puer intro de me renunciaſſet, arceſſitus ſum. Ingreſſus, deprehendo ipſum quidem manibus librum tenen-

45. Ἐπιτυχεῖν] Ὅρα τὸ ἐπιτυχεῖν κεῖμαι * ἀντὶ τοῦ ἐντυχεῖν, καὶ δοτικῇ συντάσσεται. *V.*

* Ἀντὶ τοῦ ἐντυχεῖν] Supplevi ex *V.* Haec in *G. C.* etiam legi notaverat *M. du S. T. H.*

37. Τέλυφωμένου] In quibusdam τέλυφλωμένου ſed recepta lectio ſana eſt. τέλυφωμένος, ὁ ἐπημμένος καὶ ἀλάζων, ἐμβεβροντημένος, ἄξυνος φρενῶν. τέλυφωμένους hebeti ac ſtolido ingenio præditos ſignificare tradunt veteres Grammatici, ut ſunt qui fulmine tacti fuere. *Moſchop. Heſych.* qui etiam τυφωθέντα interpretatur ἐπαρθέντα, ὑπερηφανεύσαντα. *J. B.*

41. Εὐθὺ τ. π.] *Recta ad urbem profectus ſum. J. Br.*

Ibid. Πόλεως] Romam intelligit. *M. du S.*

Ibid. Ἰατρὸν ὀφθ.] Cyrus πέμψας ἐπὶ Ἄμασιν αἰτεῖ ἰητρὸν ὀφθαλμῶν. *Herodot.* III, 1. *Medici ab oculis, ocularii:* meminit *Scribon. Larg.* §. 37. 38. ubi vide *Joh. Rhodium.* Οἱ ὀφθαλμικοὺς ἑαυτοὺς ὀνομάζοντες ἰατροί. *Galen.* de Uſ. Part. X. *Gloſſ. Medicus ocularius,* ὀφθαλμικός· habet etiam *Etymol* p. 30. Apollinem autem prodidit Hyginus *artem ocularium medicinam primum feciſſe* p. 328. *T. H.*

49. Εἰσαγγείλαντος] Hunc locum uſurpat *Caſp. Sagittar.* de Jan. Vet. c. XVI. §. 32. Servorum ad januam ſive τῶν θυρωρῶν munus εἰσαγγέλλειν. *Plat.* Protag. p. 220. A. *Xenoph.* Symp. p. 510. εἴτε τῷ ὑπακούσαντι εἰσαγγεῖλαι, ὅστις τις εἴη. Inde in Regum aulis εἰσαγγελεῖς. *T. H.*

51. Ἐν χερσί] *Alciphr.* I. p. 104. χάρτῃ ἀφ' χειρὸς ἔχοντα· ibi locus hic a *Berglero* productus: ἔχων βιβλίδιον μὴ χεῖρας, Idem p. 140. *T. H.*

53. Προύκειτο ἢ ἐν μέσῳ καὶ πινάκιόν τι τῶν ἀπὸ γεωμετρίας χημάτων καλαγγρ.] Vertit Interpres, *poſita etiam erat in medio quaedam tabella, in qua geometricae quaedam figurae deſcriptae erant,* quaſi legiſſet τοῖς χήμασι καλαγεγραμμένον. Ego non video, qui ſalva Graeca phraſi dicatur καλαγεγραμμένον τῶν χημάτων. At videtur *Lucianus* ſcripſiſſe καλαγεγραμμένων. Tum autem illa ita verterim, *poſita autem erat in medio etiam tabella aliqua ex iis, quae figuris geometricis erant conſcriptae* Ἀπὸ autem conjungo cum χημάτων. Et certe καλαγεγραμμένον ἀπὸ χημάτων eodem prorſus modo, quo infra §. 24. quis dicitur ἐπίσημος ἀπὸ τῶν χήματος. & Philoſophia in Reviviſcentib. c. 13. Κόσμιος ἀπὸ τῶν χήματος.

Haec jam ſcripſeram, cum incidi in editionem Florentinam, ubi locus hic aliter diſpunctus legitur; nimirum, Προύκειτο ἢ ἐν μέσῳ καὶ πινάκιόν τι τῶν ἀπὸ χημάτων. καλαγεγραμμένον. καὶ σφαῖρα, &c. quod eruditus Lector conſideret. *J. J.*

Ibid. Πινάκιον . . . . καλαγ.] Nihil mutato opus eſt, quanquam inſolentior dictio eſt. Et in *Fl.* extat γεωμετρίας, quod a *Jenſio* in ea deſcribenda, neſcio quomodo, omiſſum eſt. V. *A. Gell.* I, 20. Jamblich. §. 22. *M. du S.*

Πινάκιόν τι] Ego quam recte dicatur πινάκιον τῶν ἀπὸ γεωμετρίας χημάτων nunc non diſputo: ſi ſit, ut eſſe debet, *tabella figuris geometricis deſcripta,* quorſum illud καταγεγραμμένον jam plane ſupervacuum & nulli uſui? ergo refingendum πινάκιόν τισι τῶν ἀπὸ γεωμετρ. χημ. καταγεγραμμένον, *tabula mathematicis quibusdam figuris conſcripta.* *T. H.*

55. Καὶ σφαῖρα καλάμου] *Et ſphaera ex arundine.* Sphaerae hujusmodi κρικωτοὶ vocantur. *J. Br.*

Καὶ σφαῖρα Καλάμου] Sic voluit Interpres, cum omnes codd. habeant καλάμου. in margine Mſſ. καλάμου ἢ ἀπὸ καλάμου. *Theod. Marcil.* vir clariſſimus monuit me ſe moniturum, tu conſule. *J. B.*

K. σ. K.] *Robertus Titius* locis ſuis controverſis c. 14. lib. 11. relegit, καὶ σφαῖρα Καλάμου &c. *& ſphaera Calami* &c.

nentem, circum autem undique multas veterum ſapientum imagines poſitas. In medio autem erat etiam tabella quædam, in qua Geometricæ quædam figuræ deſcriptæ erant, ac ſphæra arundinea, ad imitationem univerſi, ut videbatur, compoſita.

3. Amantiſſime igitur me amplexatus ille, interrogavit de rebus meis. Quibus omnibus illi expoſitis, & ego quoque viciſſim ex eo quæſivi, & quid ipſe ageret, & numquid apud ſe ſtatuiſſet in Græciam denuo navigare. Ibi vero ille, o amice, poſteaquam cœpiſſet de hisce rebus dicere, ſuamque ſententiam explicare, tantam verborum ambroſiam mihi affudit, ut mihi plane Sirenes illas, ſi quae unquam fuerunt, & luſcinias & Loton illam Homeri obſcu-

πολλὰς δὲ εἰκόνας παλαιῶν σοφῶν ἐν κύκλῳ κειμένας. πρὸκειτο δὲ ἐν μέσῳ καὶ πινάκιόν τι τῶν ἀπὸ γεωμετρίας σχημάτων καλαγεγραμμένον, καὶ σφαῖρα [a] καλάμου πρὸς τὸ τοῦ παντὸς μίμημα, ὡς ἐδόκει, πεποιημένη.

Σφόδρα οὖν με φιλοφρόνως ἀσπασάμενος, ἠρώτα, ὅ, τι καὶ πράττοιμι. κἀγὼ πάντα διηγησάμενα αὐτῷ καὶ δῆτα ἐν μέρει καὶ αὐτὸς ἠξίουν εἰδέναι, ὅ, τι τε πράττοι, καὶ εἰ αὖθις αὐτῷ ἐγνωσμένον εἴη σέλεσθαι τὴν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. ὁ δὲ ἀπαρξάμενος, ὦ ἑταῖρε, περὶ τούτων λέγειν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην διηγεῖσθαι, τοσαύτην τινὰ μοι λόγων ἀμβροσίαν καθεσκέδασεν, ὥστε καὶ τὰς Σειρῆνας ἐκείνας, εἴ τινες ἄρα ἐγένοντο, καὶ τὰς ἀηδόνας, καὶ τὴν Ὁμή-

[a] Καλάμου] Καλάσου P.

&c. eaque de re quantumvis copioſe differit, aut potius diſperdit opus: magiſter autem ejus *Yvo Villiomarus*, ſive is *Scaliger* eſt, aliud diſcipulo ſuo nihil præcipit, quam ſe non videre, quemadmodum ſphæra ex calamo fieri poſſit. Utique & diſcipulo & magiſtro ejus fraudi fuit, neſciſſe etiam ex orichalco fila craſſiora dici calamos ſive culmos. Atqui eos id *Theodoretus* docere potuit Orat. III. De providentia. Ὀργάνῳ γὰρ, inquit, τὸ σῶμα ἔοικεν ἀπὸ χαλκῶν συγκειμένῳ καλάμων καὶ ὑπ' ἀσκῶν ἐμφυσουμένῳ, καὶ κινουμένῳ ὑπὸ τῆς τεχνίτου δακτύλων, καὶ ἀποτελοῦντι τὴν ἁρμόνιον ἐκείνην ἠχώ. Dixeris Latine, *Os enim*, nempe hominis, *inſtar eſt organi contexti de culmis aheneis, & a follibus inflati, & moti artificis digitis, & ſonum illum harmonia plenum efficientis*, &c. Idemque mox dentes oris humani cum aheneis calamis ſive culmis comparat. Et rurſus paucis interjectis, καὶ τὸ, inquit, ἐκ τῶν χαλκῶν καλάμων ὄργανον. *Th. M.*

Καλάμου.] Videtur potius *arundinem* hic denotare. *A. V.*

Καλάμου] V. Th. Cr. Gruter. II. 457. ubi de *Calano* ſomniat neſcio quis. Quin ipſe id in Græcum contextum admiſit *Bourdelotius*, & ante eum *H.* 1. Et ita ſane videtur legiſſe in ſuo codice *Micyllus*. *M. du S.*

Σφαῖρα καλάμου] Apud *Brodaeum* Theſ. Crit. T. II. de Calano quaedam, nihil de hoc *Luciani* loco reperio. *T. H.*

56. Τῆς παντός] *Univerſi*, hoc eſt, mundi. *J. Br.*

64. Τοσαύτην τινά μοι λ. &c.] Interp. *Tantamque verborum ambroſiam mihi affudit, ut mihi plane viderentur Sirenas illas, ſi quae unquam fuerunt, & aëdonas, lotumque illum Homeri antiquum referre.* Prorſus non tetigit ſcopum: ſenſus enim verborum eſt: *Tam dulcia mihi verba ipſius fuerunt, ut Sirenes, luſciniae, lotusque Homeri nugae eſſent ad haec*, vel, *ut antiqua, ſtulta & deliramenta viderentur iſta alia prae dulciùs hujus verbis.* Sic recte cepit locum hunc Schol. qui ἀρχαῖον interpretatur ἀνόητον. Graeci paſſim ἀρχαῖος & κρόνιος pro ſtulto & deliro ſumunt. *Comic.* in Nub. v. 912. Σὺ γ' ἀρχαῖος· *Sed tu ſtolidus*: v. 1360. Ὁ δ' εὐθὺς ὡς ἀρχαῖον εἶν' ἔφασκε τὸ κιθαρίζειν Ἄδειν τε πίνειθ'. *At hic continuo ſubjecit, ſtultum eſſe pulſare citharam & cantare inter bibendum.* Sic Latini, *antiqua. Negligimus iſta*, inquit Phil. I. *Cicero*, *& nimis antiqua & ſtulta ducimus.* Et quemadmodum hic *Lucianus* ἀρχαῖον ἀποδεῖξαι, ita Ariſtophanes Κρόνους ἀποδεῖξαι in Veſp. v. 1471. Καὶ τοὺς τραγῳδοὺς φησιν ἀποδείξειν Κρόνους Τὸν νοῦν. *Et Tragoedos mente ſtolidos eſſe probaturum ſe dicit.* Simili phraſi *Noſter* παῖδας ἀποφαίνειν dixit in de *Mort. Peregr.* §. 11. σὺ βραχεῖ παίδας αὐτοὺς ἀπέφηνε, *brevi illos prae ſe pueros eſſe oſtendit.* Ceterum ſententiam hanc aliis verbis expreſſit *Auctor* in *Imag.* §. 13. ὁπόταν δὲ τὸ καλὸν ἐκεῖνο ᾄδῃ &c. *Quando vero eximium illud canit, inprimis ad citharam, tunc utique tacendum halcyonibus, cicadis & oloribus. Prae illa enim omnia haec ſunt expertia cantus* (vel, *canendi imperita:*) *quin & ſi Pandionis filiam dicas, rudis etiam illa & imperita, quamvis vocem multiſonam emittat.* *L. Bos* Obſ. Crit. c. V. p. 20.

65. Τὰς Σ. καὶ τὴν Ὁμ. λωτὸν] *Homerus* in Odyſſea. *J. Br.*

Ὥστε τὰς Σειρῆνας] Deſumptum ex Odyſſ. μ'. *Ariſtaenetus* Ep. 1. *Petron.* Sat. *J. B.*

Σειρῆνας] *Spanhemium* de his conſule (251.) qui inter fabuloſa merito recenſet. *M. du S.*

66. Καὶ ἀηδόνας] *Luſcinias.* *J. Br.*

Ἀηδόνας] Quas hic *Luſcinias* memoret, mihi non ſatis conſtat. Fabuloſas voluiſſe cetera non obſcure innuunt. Conſule *Spanhem.* 255. ubi *de Luſciniis* multa. *M. d. S.*

ρω λωτὸν ἀρχαῖον ἀποδείξαι· ὅτω θεσπέσια ἐφθέγξαλο.

Προήχθη γὰρ αὐτήν τε Φιλοσοφίαν ἐπαινέσαι, καὶ ἃ ἀπὸ ταύτης ἐλευθερίαν, καὶ τὰ δημοσίᾳ νομιζομένων ἀγαθῶν καλαγελάσαι, πλοῦτον, καὶ δόξης, καὶ βασιλείας, καὶ τιμῆς, ἔτι τε χρυσὸν, καὶ πορφύρας, καὶ τὰ πάνυ πρὸ βλεπόμενα τοῖς πολλοῖς, τέως δὲ καμοὶ δοκούντων. ἄφρ' ἔγωγε ἀτενεῖ καὶ ἀναπεπταμένῃ τῇ ψυχῇ δεξάμενος, αὐτίκα μὲ οὐδὲ εἶχον ἰκάσαι ὅπρ ἐπεπόνθειν, ἀλλὰ πάντοθεν ἐγιγνόμην· καὶ ἄρτι μὲ ἐλυπεῖμην, ἐληλεγμένων μοι τὰ φιλτάτων, πλούτου τε, καὶ ἐρυγυρίου, καὶ δόξης· καὶ μόνον οὐκ ἐδάκρυον ἐπ' αὐτοῖς καθηρημένοις· ἄρτι δὲ αὐτὰ μὲν ἐδόκει μοι ταπεινὰ καὶ καλαγέλαστα· ἔχαιρον [a] δ' αὖ, ὥσπρ ἐκ ζοφερᾶς τινος ἀέρος τῆς βίου τῆς πρόσθεν, ἐς αἰθρίαν τε καὶ μέγα φῶς ἀναβλέπων· ὥστε δὴ (τὸ καινόταλον) [b] τῆς ὀ-

raſſe & obliteraſſe videretur. Adeo divina erant quæ loquebatur.

4. Huc enim dicendo provectus eſt, ut Philoſophiam laudaret, &, quæ ab ea manat, libertatem, & iſta, quæ vulgo pro bonis habentur, irrideret, divitias nimirum, gloriam, regna, honores: præterea aurum quoque, & purpuram, & cetera, quæ admodum ſpectabilia plerisque, antea vero etiam mihi videbantur. Quæ ego animo intento atque aperto accipiens, continuo ita affectus fui, ut quid paterer ipſe, neſcirem: atque in omnes partes raperer. Nunc quidem dolebam, quod vanitatis coarguerentur ea, quæ mihi chariſſima fuerant, divitiæ videlicet, argentum, & gloria: ac tantum non lacrymabar, cum de gradu dimotas cernerem: eadem mox mihi videbantur vilia atque ridicula eſſe; gaudebamque rurſum tanquam ex tenebroſo quodam aëre prioris vitæ ad ſerenitatem & magnam aliquam lucem reſpiciens. Adeo ut, novo ſane

a Δ' αὖ] δ' ἂν Margo *A.2.W.* b Τῆ ὀφθαλμοῦ] τῶ ὀφθαλμῶν, & mox αὐτῶν in P. ut reſtituimus, eſt in C.P.L.

67. Ἀρχαῖον] Ἀνόητον *V.*

67. Λωτὸν] De quo *Homer.* Odyſſ. 9. *Eunap.* AEdeſ. p. 50. *J.B.*

Λωτὸν] De Loto AEgyptio conſule *Spanhem.* 301. flos ejus in nummis lilio ſimilis. *M.du S.*

Ibid. Ἀρχαῖον ἀποδεῖξαι] Quae de voce ἀρχαῖος paulo ante notat *L. Bos*, illa quidem vera ſunt, & a *Budaeo* jam occupata C. L. G. p. 132. neque tamen ſatis eſt adſecutus hujus loquendi formulae poteſtatem. Sic intellige: tanta me ſermonum ſuavitate perfudit, ut Sirenas illas, ſi quae modo fuerunt &c. obliteraret, earumque ſuae orationis lenociniis memoriam deleret. Ἀρχαῖον aliquando, quod jam vetuſtate obſolevit, atque ex uſu & animis hominum abiit: ἀρχαῖοι νόμοι, *leges abrogatae.* *Plato* Ep. IV. ὡς ἂν ὑπὸ πάντων ἐρώμενος παρασκευάζου, τὸ τε Λυκοῦργον ἐκεῖνον ἀρχαῖον ἀποδεῖξαι, καὶ τὸν Κῦρον, καὶ εἴτις ἄλλος πώποτε ἴδοξεν ἤθει καὶ πολιτείᾳ διαφέρειν. Peſſime *Ficinus*: *conare Lycurgum illum antiquum exprimere*: neque aliter, *Stephano* nihil monente, *Serranus.* Sed an vertemus? *Sic igitur mores vitamque inſtitue, ut Lycurgus ille & Cyrus ſtulti deliriique ſint ad te comparati*: minime vero; ſenſus certum, ſi quid judico, certiſſimus eſt hic: *Tu igitur, tanquam ſi omnium in te oculi ſint conjecti, eum in modum te compara, ut Lycurgus ille & Cyrus, & ſi quis alii unquam moribus & regendarum civium arte praeſtitiſſe ſunt viſi, obſcurati tuis laudibus obſoleſcant, & non ſola amplius magnae virtutis exempla commemorentur.* *T.H.*

69. Φιλοσοφ. ἐπαιν.] Improbitas nihil habet commune cum philoſophia, multo minus improbi. Sic *Plato* in Ep. ad Ariſtod. τὸ γὰρ βέλτιον καὶ πρεσβύτερον καὶ ὑγιὲς τοῦτο ἐγὼ φημι εἶναι τὴν ἀληθινὴν φιλοσοφίαν. *G.C.*

72. Πλούτου] Ad *Arrian.* de Exp. Alex. IV. p. 160. n. 48. *Jac. Gronovius* monet *ea voce exprimi faſtum illum ex nimia opulentia provenientem, & decori mediocritatisque deſpectum & negligentiam, denique excelſum fortunae nimiae ſtrepitum; qui praegnans ſenſus in voce Graeca πλοῦτος & Latina* divitiae *non videtur animadverti ab viris magnis.* Lucian. *Nigrin. quum dixiſſet* πλούτου, *addit tandem ſubjungens* χρυσοῦ καὶ πορφύρας καὶ τὰ πάνυ θεωρούμενα τοῖς πολλοῖς. *T.H.*

74. Τοῖς πολλοῖς] *Vulgo.* *J.Br.*

75. Ἀναπεπταμένῃ] Eleganter: animo patente, (ſicuti *Tacit.* in Germ. c. 22. n. 4. *tanquam nullo magis tempore aut ad ſimplices cogitationes pateat animus* &c.) quique infuſam doctrinae copiam cupide recipiat: contra *Quinctilian.* I. O. I. p. 31. *majora intellectu velut parum apertos ad percipiendum animos non ſubibunt*: quos modo cum *vaſculis oris anguſti ſuperfuſam humoris copiam reſpuentibus* comparaverat. Nonnihil diſſidet illud *Damaſcii* apud *Suidam* in Δῶρος· ἀνεπίτασιν αὐτὸ τὴν ψυχὴν εἰς μέγα πέλαγος τῆς ἀληθείας, *animam ejus tanquam velis expanſis immiſit in immenſum veritatis pelagus*: qualia ſunt venia magis, quam lau-

ſine exemplo, neglecto oculo ejusque infirmitate, animo perſpicaciori paulatim evaſerim, quem ad id tempus cæcutientem inſciens circumtuleram.

5. Tandemque in eum ſtatum adductus ſum, de quo mox querebare. Nam & elatus oratione illius, & tanquam in ſublime evectus ſum, & omnino humile nihil jam cogito. Videor enim mihi a philoſophia non aliter affectus, quam Indi a vino feruntur, quando primum bibere eis contigit. Natura enim calidiores cum jam eſſent, accedente potu adeo vehementi, continuo bacchari coeperunt, ac duplo quam ceteri magis ex mero inſanire. Ita & ego oratione ejus quaſi furore captus, ac ebrius obambulo.

6. A M. Atqui hoc quidem non eſt ebrium, ſed ſobrium atque temperantem eſſe. Ego vero optarim, ſi fieri poſſit, ipſam illam audire orationem. Neque enim contemnere eam, opinor, fas eſt;

φθαλμῦ μὲν, καὶ τ̃ ϖεὶ αὐτὸν ἀδηνείας ἐπελανθανόμην· τ̃ δὲ ψυχὴν ὀξυδερκέστερ@ καὶ μικρὸν ἐγιγνόμην. ἐλελήθειν γὰ τέως αὐτὴν τυφλώτ]ουσαν ϖεριφέρων.

Προϊὼν δὲ ἐς τόδε ϖεήχθην, ὅσ@ ἀρτίως ἡμῖν ἐπεκάλεις. γαῦρός τε γὰ ὑπὸ τ̃ λόγυ καὶ μετέωρός εἰμι, καὶ ὅλως μικρὸν ἐκέτι ἐδὲν ὄπινοῶ. δοκῶ γάρ μοι ὅμοιόν τι ϖεπονθέναι ϖρὸς φιλοσοφίαν, οἷόν @ καὶ οἱ Ἰνδοὶ ϖρὸς τ̃ οἶνον λέγον@ ϖαθεῖν, ὅτε ϖρῶτον ἔπιον αὐτ̃. θερμότεροι γὰ ὄντες φύσει, ϖιόντες ἰσχυρὸν ὕτω ϖοτὸν, αὐτίκα μάλα ἐξεβακχεύθησαν, καὶ διπλασίως ὑπὸ τ̃ ἀκράτυ ἐξεμάνησαν. ὕτω σοι καὶ αὐτὸς ἔνθε@, καὶ μεθύων ὑπὸ τ̃ λόγων ϖεἰέρχομαι.

Ε. Καὶ μὴν τ̃τό γε, ὦ μεθύειν, ἀλλὰ νήφειν τε καὶ σωφρονεῖν ἐ@ιν. ἐγὼ δὲ βελοίμ]ην ἂν, εἰ οἷόν τε, αὐτ@ ἀκ̃σαι τ̃ λόγων. ὐδὲ γὰ ὐδὲ καλ]αφρονεῖν αὐτ@ οἶμαι θέμις, ἄλλως

laude digniora, & ingenio Damaſcii in ſeculi vitium prono condonanda. Perforatum animum & transmittentem, quicquid acceperat *Seneca* dabit Ep. 99. p. 487. Eſt apud *Heſiod.* in Theog. v. 661. ἀτσιῖ νόῳ. *T. H.*

78. Ἐληλεγμένων] Legendum ἐληλεγχμένων· ἐλέγχω. *J. Br.*

Ἐληλεγ.] *Brodaeus* Miſcell. IX. cap. 6. corrigit ἐληλεγχμένων. Immo ſic quidem ex vocis ipſius natura ſcribendum foret; ſed quum non hic tantum, verum & alibi apud *Noſtrum* etiam in aliis hujus verbi temporibus, litera χ ſit plane extrita (velut in Dialogis Mortuor. XXX. ἐξελήλεγξαι. ibidem ἐλήλεγμαι. iterum ἐληλεγμένων in Phalaride c. 9. & Pſeudomanti c. 33. & in Aſino c. 38. ut & apud *Achillem Tatium* lib. VI. p. 406. ὁ Σωσθένης αἰδεῖται ὡς ἐληλεγμέν@) forte dicendum, id facilioris enunciationis cauſa Graecos factitaſſe. *J. J.*

83. Ἐκ ζοφεροῦ &c.] Concepit hanc imaginem ex illa mirifica *Platonis* ſpelunca ſub initium lib. VII. de Rep. ubi tantum non haec eadem extant verba. Saepius eo reſpicitur, praeſertim a Platonicis: vide *Alcin.* c. 27. *Procl.* Th. Plat. p. 7. *Platonem* ab *Empedocle* ſumſiſſe docet *AEneas Gaz.* in Theophr. p. 10. Sed hac de re plura dicemus ad *Jamblich.* Protr. *T. H.*

85. Ὥστε δὴ τὸ καιν.] *Ut, quod abſurdum maxime eſt.* *J. Br.*

Ibid. Τῶν ὀφθαλμῶν] Sic repoſuimus, ratio patet legenti. *J. B.*

86. Αὐτὸν] Ed. *J.* uti *Vorſtius* emendabat. In reliquis αὐτῶν, niſi quod *P.* etiam τ̃ ὀφθαλμῶν. *M. du S.*

Αὐτὸν] Correctio neceſſaria: unico tantum oculo laborabat *Lucianus*: §. 2. τὸ ϖάθ@ τὸ ἐν τ@ ὀφθαλμῷ unde liquet, quam inepte *Bourdelotius* modo τ̃ ὀφθαλμῶν repoſuerit in *E. P.* pro τ̃ ὀφθαλμοῦ. *T. H.*

90. Ἀρτίως] ἄρτι dicendum erat. Vide *Ammon.* v. ἄρτι. *L. K.*

91. Γαῦρ@] Hæc clauſula interpretatur illud τετυφωμένου. §. 1. *J. B.*

94. Οἱ Ἰνδοὶ] *Nonn.* Dionyſiac. *J. B.*

Οἱ Ἰνδοὶ] Quum Indos expeditione ſuſcepta Bacchus debellare non poſſet, vino tandem inebriatos fertur in poteſtatem redegiſſe: profert egregium eam in rem *Duridis Samii* locum *Etymol.* p. 460. v. 49. Hoc etiam inter Bacchi ſtrategemata reponit *Polyaen.* I. c. 1. Plura dicam ad *Luciani* Bacchum. Recte vero θερμότεροι τ̃ φύσει· nam qui calidiore ſunt natura, vinum avidius appetunt: de Scythis quaerit *Ariſtot.* Probl. III. §. 8. cur θερμοὶ ὄντες, eo magis φίλοινοι. *T. H.*

99. Μεθύων ὑπὸ τ̃ λόγων] Sic apud *Philoſtr.* & alios ἔρωτι μεθυσκόμεν@. *J. B.*

2. Μεθύειν] *Liban.* Declam. XVI. p. 460. A. τὸν νήφω καὶ σωφρονῶ· τότε ὃ μεθύων ὑπὸ φιλοτιμίας ἠγνόουν. *T. H.*

5. Οὐδὲ γὰ ὐδὲ κατ. &c.] Aliquid ſupplendum in hac oratione, ut ſeries ejus intelligatur hoc modo: *Non opinor enim, non opinor fas eſſe mihi ſpernere eos ſermones, ὥσπερ καὶ ὦ θέμις ἐſί σοι τ̃ δίκης αὐτοὺς ἀκούειν ἐπιθυμοῦντ@ καταφρονεῖν, ut nec fas eſt tibi ſpernere preces optantis eos audire, praeſertim cum ille, qui*

λως τε εἰ καὶ φίλῳ, καὶ σὺ δὲ τὰ ὅμοια ἐσπευδαχὼς ὁ βυλόμενος ἀκούειν εἴη. Λ. Ἅρρᾳ ὦ ἀγαθέ. τοῦτο [a] γάρ τοι τὸ ἔπος Ὁμήρου, σπεύδοντα καὶ αὐτὸν προκαλεῖς. καὶ εἴγε μὴ ἔφθης, αὐτὸς ἂν ἐδεήθην ἀκοῦσαί μου διηγουμένου. μάρτυρα γάρ σε προσποιησάμενος πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐθέλω, ὅτι οὐκ ἀλόγως μαίνομαι· ἄλλως τε καὶ ἡδύ μοι τὸ μεμνῆσθαι αὐτῶν πολλάκις, καὶ ταύτην ἤδη μελέτην ἐποιησάμην· ἐπεὶ κἂν τις μὴ παρῶν τύχῃ, καὶ ἅπαξ ἢ δὶς ἢ τρὶς τῆς ἡμέρας ἀνακυκλῶ πρὸς ἐμαυτὸν τὰ εἰρημένα.

præsertim si qui audire cupit; & amicus est, & eodem tenetur studio. LUC. Bono animo esto, o bone. nam juxta Homericum illud, ultro festinantem hortaris. Ac nisi prævortisses, jam ipse rogassem, me narrantem audires. Testem enim te adhibere apud homines volo, me non sine ratione insanire. Quin & crebro meminisse, volupe mihi est; & hanc meditando familiarem jam exercitationem feci. Nam etiamsi nemo mihi adsit, tamen sic quoque bis terve de die dicta illa mecum ipse revolvo.

7. Et

[a] Γάρ] δὴ *J.*

audire vult, sit amicus. Nescio an exciderit aliquid, an vero elliptica sit oratio *Luciani.* *J.C.*

Οὐδὲ γὰρ ἐδὲ κ. αὐτῶν] *Micyllus* & *Benedictus* ita verterunt, ac si legissent αὐτῷ· αὐτῶν certe nihil habet, quocum incolumi sententia copulari possit: nam si ad λόγων referas, *nimis inepte cum iis, quae sequuntur, cohaerebit*, ut egregie *M. Gesnerus* animadvertit ad Philop. p. 97. qui propterea *auctorem, parum ad verborum ordinem attentum, quae dicturus erat, praecepisse quasi, idemque sibi voluisse* existimat, *ac si dixisses*, οὐδὲ γὰρ καλαφρονεῖν ΤΩΝ ΒΟΥΛΟΜΕΝΩΝ ΑΚΟΥΕΙΝ οἶμαι θέμις· *neque omnino insolens esse* arbitratur, *ut ex iis, quae sequuntur, superior expleri oratio debeat.* Haec quanquam ingeniose sunt cogitata, & adjuvari videntur ab iis, quae scripsimus ad initium Nigrini, haeret tamen in αὐτῶν, qui tum sententiam, tum superbum illud aurium judicium laedat, scrupulus ingratus; cujus amovendi causa sic mutatione minima refingendum censeo: οὐδὲ γὰρ ἐδὲ καλαφρονεῖν ἄν σοι, vel potius, ne suo casu verbum destituatur, ἄν του, οἶμαι, θέμις· sensu aperto: *neque enim ne fas quidem, opinor, est contemtum aliquem repellere* ab audiendis tam praeclaris sermonibus, *multoque minus, si & amicus sit, & similium rerum studio ducatur, qui cupiat audire:* aut, si propius etiam exprimenda sit vis particulae ἄν, *neque enim ne fas quidem, opinor, est, ut aspernari velis aliquem* &c. Οὐδὲ γὰρ ἐδὲ, ἐδὲ μὲν ἐδὲ virtutem orationi addunt: *Demosth.* in Timocr. p. 790. B. ἐδὲ γὰρ ἐδ' ἄχων ἐδὲν ἔθηκεν ὀρθῶς ἔχον. *Dion. Chrys.* p. 401. A. ἐδὲ γὰρ ἐδ' οἱ θεοὶ φιλοῦσιν ὅτι τοὺς ἀσελγεῖς. *Artemid.* IV. p. 198. ἐδὲ γὰρ ἐδὲ ἐνεδέχετο τάγε οὕτως ἀλλήλων κεχωρισμένα σωματοποιεῖν &c. Vid. *Apollon. Rhod.* I, 122. 224. *Maneth.* II, 379. Mox binarum particularum ordinem inverte: ἄλλως τε ἐ εἰ φίλῳ &c. legitima quaedam formula, ἄλλως τε καὶ εἰ, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ, vel ἐάν. *T.H.*

9. Σπεύδ. καὶ ἀ.] *Homerus* Il. Ω. τί μοι σπεύδοντα καὶ αὐτὸν Ὀτρύνεις. *J.Br.*

Σπεύδ. καὶ ἀ.] Metaphora est ducta ab his, qui cursu certant, quibus acclamatio solet addere velocitatem. Sumpta ex illo *Homer.* Il. Θ. 293. Ἀτρεΐδη κύδιστε, τί μοι σπεύδοντα καὶ αὐτὸν Ὀτρύνεις —— *Quid me sponte mea properantem, maxime Atrida, Exstimulas?* Eodem allusit Od. Ω. 486. Ὡς εἰπὼν ὤτρυνε πάρος μεμαυῖαν Ἀθήνην. *Jam dudum promtam ac cupientem his Pallada dictis Excitat* — Itaque currentem incitamus, cum ad id vocamus aliquem, ad quod suapte cupiditate fertur ac propendet. G.C.

Σπεύδοντα προκαλεῖς] De hac paroemia copiose paroemiogr. & *Erasm.* *J.B.*

Ibid. Καὶ εἴγε μὴ ἔφθης] *Calasir.* apud Heliod. lib. 2. ἀδύνα ὃ ἐ οὕτω πρός τινας ἐξειπεῖν εἶπον ἂν τάχα καὶ τοῖς καλάμοις κατὰ τὸ μῦθον, εἰ μή σοι προσέτυχον. Sic in Lapith. *J.B.*

18. Τῶν παιδικῶν &c.] E *Platonis* Phaedro, cujus locum expressit quoque *Maxim. Tyr.* Δ. 38. p. 387. ubi vide *D. Heinsium.* Non injucundum erit contulisse ductas ab eadem re similitudines in *Plutarch.* περὶ Ἀδ. p. 513. Symp. VI. Qu. 6. *Eunap.* Prooem. p. 9. Mox αὐτοῖς retinui, quod positum pro ὑπ' αὐτῶν jungi debet cum εἰρημένους, ut recte fecerunt Interpp. Quum certioribus argumentis erit firmatum, αὐτῷ ἀμνημονεύειν, ἐξετάζειν (nam in *AEliano Kuhnius* optime conjecit αὐτά) tum viderimus, an quicquam hic mutari sit necesse: illorum autem λαλεῖν ἑαυτῷ, ἑαυτῇ συνειδυῖαι ratio longe dispar. *T.H.*

19. Αὐτοῖς ἀμνημονεύουσιν] Emenda αὐτοῖς· *secum, apud animum suum recordantur.* Plus centies in hoc scriptore erratum est in hujus voculae spiritu. Est autem αὐτῷ ἀμνημονεύειν τι idem, quod paullo ante dixerat *Noster* ἀνακυκλοῦν πρὸς αὐτὸν, vel ἑαυτὸν, τὰ εἰρημένα. & paullo post τοὺς λόγους πρὸς ἑαυτὸν ἀνατυλίττειν. & similiter in Tim. c. 54. βρεμβυόμενός τι πρὸς αὐτόν. ubi itidem perverso spiritu, αὐτὸν legitur. In transitu non possum, quin confirmem lectionem *AEliani*, quam injuria sollicitarunt Eruditi. Locus est in Ποικιλ. II. c. 20. Ἀντίγονόν φασι τὸ βασιλέα δημοτικὸν καὶ πρᾶον γενέσθαι. καὶ ὅτῳ μὲ σχολὴ τὰ κατ' αὐτὸν εἰδέναι, καὶ αὐτῷ ἕκαστα ἐξετάζειν ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς, εἴσεται ἐτέρωθεν. Hic pro αὐτῷ alii legunt μοῦ τάς. alius αὐτά. At vero

αὐτῷ

7. Et quemadmodum amatores, abſentibus amaſiis, dicta eorum & facta memoria repetunt, iisque immorando morbum fallunt, perinde ac ſi illi ipſi amati adſint: quidam vero etiam colloqui ſecum illos putant, atque iis, quæ tum ſibi audire viſi ſunt, quaſi paulo ante revera dictis, gaudent, animumque memoriæ præteritorum applicantes, macerandi ſeſe præſentibus otium non habent; ſic ſane & ipſe, philoſophia non præſente, verba, quæ tum audivi, recolligens, & mecum crebro revolvens, non exiguum capio ſolatium.

Ἀνθεῖ] Quid audio, δίψης πιμπλάμενον ἀνθεῖν ἀγρίαις ἐπιθ. Haec certe ἀκυρολογία ne in poëta quidem dithyrambico ſit ferenda, nedum in *Luciano*; cui quî potuit in mentem venire, ut verbum laetiſſimae ſignificationis contra Graeci ſermonis uſum tam male collocaret? nam quod apud *AEſchylum* legitur in Agam. v. 668. ἀνθοῦν πέλαγος νεκροῖς, exponendum eſt, *mortuorum cruore rubens mare*, quod & *Stanleium* praeteriit; vel, ſi mavis, *ſpumans*, de qua vocis virtute *Berglerum* vide ad *Alciphr.* I. Ep. 1. neque me fugiunt illa *Platon.* Polit. p. 538. E. τὸ δ' παλαιᾶς ἀναρμοσίας πάθος τελοῦντος ἱκανοῖς τῷ χρόνου. de LL. IV. p. 827. F. ὅπερ εὐθὺς πεῖσι καὶ θηρίοις &c. ξύμφυτον ἑκανοῖς & ſimilia plura: verum iſta huc non convenire, nihil eſt, ut apud peritos probem. Hujus igitur criminis ut *Lucianus* abſolvatur, refingendum puto αὐχμοῖς. cujus verbi opportuniſſimi ſane fieri vix poteſt, quin *Noſter* meminerit inter iſta tam cognata, ἔρημος ὁ χῶρος, δίψης, ἀγρίαις ἐπιθυμίαις. Δίψης, inquam: nam quod ex Ed. *J.* profertur ἰλύος, multum huic ſcripturae poſthabeo. Agris arentibus & longo aeſtu ſqualidis δίψα tribuitur & δίψος. Διψία κόνις, ξηρὰ

αὐτῷ ἀπέφαινε τ̀ πόλιν, καὶ τοσούτων διδάσκαλον ἀγαθῶν.

lem esse urbem, taliumque magistram bonorum ostendebat.

Ἔγωγ' οὖν, ἔφη, ὅτε τὸ πρῶτον ἐπανῆλθον ἀπὸ τ̀ Ἑλλάδος, πλησίον πως γενόμενος, ἐπισήσας [a] ἐμαυτὸν λόγον ἀπῄτουν τ̀ δεῦρο ἀφίξεως, ἐκεῖνα δὴ τὰ τ̃ Ὁμήρου λέγων·

17. Ego itaque, inquit, quando primum ex Græcia reversus jam propius accessissem, constiti, a meque ipso rationem popposci mei huc adventus, Homerica illa videlicet mecum ipse dictitans:

Τίπτ' αὖ, ὦ δύστηνε, λιπὼν φάος ἠελίοιο,

Cur autem, infelix, deserto lumine Phœbi

τ̀ Ἑλλάδα, καὶ τ̀ εὐτυχίαν ἐκείνην, καὶ τ̀ ἐλευθερίαν, ἦλυθες, ὄφρα ἴδῃς τ̀ ἐνταῦθα θόρυβον, συκοφάντας, καὶ προσαγορεύσεις ὑπερηφάνους, καὶ δεῖπνα, καὶ κόλακας, καὶ μιαιφονίας, καὶ διαθηκῶν προσδοκίας, καὶ φιλίας ὑποπλάστους; ἢ τί καὶ πράξειν διέγνωκας, μήτ' ἀπαλλάττεσθαι, μήτε χρῆσθαι τοῖς καθεστῶσι δυνάμενος;

(Græcia, nempe, & felicitate illa atque libertate) *Venisti? ut videas* loci hujus tumultum, sycophantas, salutationes superbas, epulas, adulatores, cædes, testamentorum expectationes, & amicitias simulatas? Aut quid tandem facere decrevisti, cum neque discedere hinc, neque institutis hisce uti possis?

Οὕτω δὴ βουλευσάμενος, καὶ, καθάπερ ὁ Ζεὺς τ̀ Ἕκτορα, ὑπεξαγαγὼν ἐμαυτὸν ἐκ βελέων, φασίν, ἐκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκθ' αἱ-

18. Cum ita mecum consultassem, & quemadmodum Jupiter Hectorem, ita me ipsum *e telis*, ut ait ille, subducens, *eque ho-*

a Ἐμαυτὸν] ἑμαυτῷ Margo *A. 1. W.*

ξηρὸν *Hesych.* quod a *Sophocle* sumtum in Antig. v. 252. ἀοίκητος ἐ δύσιος γῆ, *Clem. Alex.* Strom. I. p. 317. C. ubi ἔρημος & ἐρημία præcessit: neque obscurum est, cur Λιβύης διψάδα γαῖαν dixerit *Oppian.* Cyn. IV, 320. *Eumenius, Libyae arva sitientia: nam*, ut scribit *Mela* I, 4. *pleraque ejus inculta, & aut arenis sterilibus obducta, aut ob sitim coeli terrarumque deserta sunt:* notum est illud *Virgilii — ubi hiulca siti findit canis aestifer arva:* praetereo πολυδίψιον Ἄργος, quod varie veteres explicuerunt, *Horatii siticulosam Apuliam, Columellae, aridum ac siticulosum solum.* Percommode *Dionys.* Perieg. v. 182. de Libya: Ἡ ἦ διψηρή τε ἐ αὐχμήεσσα τέτυκται· pariter in *Aristoph.* Nub. v. 440. juncta reperies διψῆν & αὐχμεῖν *Lucian.* Δ. πρὸς Ησ. §. 7. ἢν ὁ αὐχμὸς ἐπιλάβῃ καὶ διψήσωσιν αἱ ἄρουραι &c. τ̀ διψῆ αὐτῶν. Eleganter vero de mente, quae nullis imbuta virtutibus & rigata, tanquam aridum aliquod atque incultum solum, noxio vitiorum proventu squalet horretque: *Chrysost.* T. I. p. 500. B. τ̀ ὁ ψυχὴν ἠμελημένην, ῥυπῶσης, αὐχμώσης, λιμῷ διαφθειρομένης &c. neque ex eo plura colligere juvat. *T. H.*

96. Ἐπισήσας ἐμαυτὸν] Ferri potest, ut inter duo verba medius accusativus ad utrumque referatur, & ἐπισήσας ἐμαυτὸν positum sit pro ἐπισὰς, quemadmodum in principio Platonici Convivii, κἀγὼ ἐπισὰς περιέμεινα· & ἐπισάντες σιωπῇ ἐ πρὸς ἀλλήλους διαβλέψαντες apud *Plutarch.* T. II. p. 548. B. sic τὴν πορείαν ἐπισήσας *Eunap.* p. 117. v. 11. & ἐπισῆσαι τ̀ σόλον, τὴν φυγήν. *Plutarch.* T. I. p. 527. A. 549. D. *Aristot.* Top. V. p. 353. v. 7. ἐνίοτε μὲ ἐπὶ τὸ σύμπαν βλέψας, ἐνίοτε ὲ ἐπὶ τὸ κατὰ μέρος λεγόμενον αὐτὸς αὐτὸν ἐπισήσας· quamquam hoc aliter etiam intelligi possit. Atque ita fere *Lucianum* Interpretes ceperunt; *Micyllus* intricatius, *revocans me ipsum, & quasi verbis compellans: Benedictus, constiti* &c. At ego, distinctione mutata ἐπισήσας, ἐμαυτὸν λόγον ἀπ. verius esse puto, ut hunc in modum interpretemur: *animum advertens, reque considerata, cum memet ipso rationes exigebam.* Illam vim habet ἐπισῆσαι per se: *Euseb.* P. E. I. καί τοι πῶς οὐκ ἄξιον θαυμάζειν ἐπισήσαντας· mox: ἰδοὺς ἂν ἐπισήσας. *Dion Chrys.* p. 404. B. κἂν ἐπισήσαντες διατραπῶσιν· ubi ridiculum Interpretis errorem recte castigavit *Casaubonus. Ammonio* restitue, ubi quid differant Ἐννοεῖν & ἐννοεῖσθαι docet: Ἐννοεῖν μὲ ἦ ἄφνω μὴ ἐπισήσας. in Edd. quas vidi: ἐπισῆς. *Apollon.* περὶ K. I. c. 50. ἄξιον δὲ ἐπισῆσαι πρᾶγμα, *digna res, quae animadvertatur:* dixerat c. 48. ἄξια οἷ ἐσιν ἐπισάσεως τὰ εἰρημένα. Plena locutionis forma ἐπισήσας τὴν διάνοιαν, ut *Theophr.* Praef. Char. vel, quod apud *Galenum* est in Protr. εἰ ἦ ἐπισήσαις τοῖς πράγμασι τ̀ νοῦν, *si mentem rebus adhibeas.* Plura dabunt *Budaeus* C. L. G. p. 478. *Duport.* ad *Theophr.* Ch. Eth. p. 221. Hanc potestatem *M. G. Raphelius* parum mihi commode visus est, ceteroquin Graecae linguae peritissimus, adhibuisse ad explicandum illud *Pauli* 2 ad *Timoth.* IV, 2. ἐπίσηθι· quod, me quidem judice, sine controversia valet: *insta atque incumbe*, ut solent ἐργοδιῶκται, qui nullum intermittunt tempus, quin institutum opus urgeant:

hominum cæde, atque tumultibus, eque cruore, de cetero domi me continere ſtatui: & vitam hanc muliebrem & timidam plerisque viſam, anteponens, cum ipſa philoſophia, & Platone, & veritate colloquor. Ac me ipſum quaſi in frequentiſſimo theatro collocans, ex ſublimi admodum contemplor ea quæ geruntur: quæ partim ejusmodi ſunt, ut multum delectationis ac riſus exhibere poſſint: partim talia, in quibus vir vere conſtans periculum de ſe ipſo faciat.

μαλος, ἔκλε κυδοιμῷ, τολοιπὸν οἰκωρεῖν εἰλόμλω, ϗ βίον τινὰ τῦτον γυναικώδη, ϗ ἄτολμον τοῖς πολλοῖς δοκῦντα προλιθέμβος, αὐτῇ Φιλοσοφίᾳ, ϗ Πλάτωνι, ϗ ἀληθείᾳ προσλαλῶ. ϗ καθίσας ἐμαυτὸν, ὥσπρ ἐν θεάτρῳ μυριάνδρῳ, σφόδρα τῶ μετέωρ☉ ἐπισκοπῶ τὰ γιγνόμλνα, τῦτο μὲν πολλὴν ψυχαγωγίαν ϗ γέλωτα παρέχειν δυνάμλνα, τῦτο δὲ πεῖραν ἀνδρὸς ὡς ἀληθῶς βεβαίᾳ λαβεῖν.

19. Nam ſi malorum quoque encomium aliquod dicere convenit, ne credas majorem ullam virtutis palæſtram eſſe, aut veriora usquam animorum experimenta fieri, quam in hac urbe, & in ea, qua hic vivitur, conſuetudine. Neque enim parum eſt reſiſtere tot cupiditatibus, tot ſpectaculis atque aurium illecebris undique attrahentibus ac detinentibus: ſed oportet omnino Ulyſſis exemplo præternavigare illa, non quidem ligatis manibus, ut ille, (nam hoc formidoloſum foret) neque etiam auribus cera obturatis, ſed

Εἰ γ' χρὴ ϗ κακῶν ἔπαινον εἰπεῖν, μὴ ὑπολάβῃς μειζόν τι γυμνάσιον ἀρετῆς, ἢ τ ψυχῆς δοκιμασίαν ἀληθεςέραν τῇδε τ πόλεως, καὶ τ ἐνταῦθα διαλριβῆς. ὁ γ μικρὸν ἀντιοχεῖν τοσαύταις μὲν ἐπιθυμίαις, τοσύτοις δὲ θεάμασί τε καὶ ἀκούσμασι πάντοθεν ἕλκυσι, καὶ ἀγλιλαμβανομένοις. ἀλλ' ἀτεχνῶς [b] δεῖ τ Ὀδυσσέα μιμησάμενον πλεῖν αὐτὰ, μὴ δεδεμένον τὼ χεῖρε, δεινὸν γ, μηδὲ τὰ ὦτα κηρῷ φραξάμενον, ἀλλ' ἀκούον-

[b] Δεῖ] δὴ *F.*

13. Προστιθέμβος] Ὅρα ὡς αἰτιατικῇ τὸ * προστιθέμβος συνέταξε. *V.*

* Προστιθέμενος] Abſurdum ſcholium: recte in textu legitur προτιθέμ. *M. du S.*

geant: diverſa ſignificandi virtus in Aor. 2. quae multum ab Aor. 1. diſſidet. Multo gravius errat *Olear.* ad *Philoſtr.* V. A. T. I. c. 34. n. 2. *T.H.*

97. Τὼ τῦ Ὁμ.] *Homerus* Od. A. vs. 92.

Τίπτ' αὖτ' ὦ δύστηνε λιπὼν φάος ἠελίοιο
Ἤλυθες. *J. Br.*

98. Τίπτε] Imitatio eſt *Homeri* Odyſſ. A. verba Tireliæ ad Ulyſſem. *J. B.*

Ibid. Αὖ] *Hom.* & *Fl.* αὖτ'. ſed *Lucianum* mutaſſe credo. *M. du S.*

2. Καὶ προσαγορεύσης ὑπερφάνου] Καὶ προσαγορεύσεις ὑπερφάνους. *Th. M.*

8. Καθ. ὁ Ζεὺς τ Ἕκ.] Alluſit ad Proverbium, ἔξω βιλῶν, *extra telorum jactum*; quod eſt, *in tuto citraque periculum.* Eſt autem apud *Homerum* Il. Ξ. 130.

Ἐκ βελέων, μή πού τις ἐφ' ἵππῳ ἔλκεϊ ἕλκῳ ἄρηται.

Extra tela, uti nequis vulnus forſitan addat ad vulnus — Hoc proverbio uſus eſt *Lucian.* in Dial. Nept. & Cycl. Veneris & Cupid. Rurſum in Votis: ſed in Baccho alio huic contrario. *G.C.*

Καθάπερ ὁ Ζεὺς τ Ἕκτορα] Locus eſt Iliad. Λ.

Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὑπαγε Ζεὺς, ἔκ τε κονίης,
Ἔκ τ' ἀνδροκλασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμῦ. *J. B.*

10. Ἐκ τ' ἀνδροκτ.] *Homerus* Il. Λ. 164.

Ἔκ τ' ἀνδροκλασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμῦ. *J. Br.*

11. Οἰκουρεῖν] *Philo Jud.* de Abrah. p. 352. D. Ὁ δὲ ἀσκητ☉ ἔμπαλιν ἀπράγμον☉ ζηλωτὴς βίου ὑποχωρεῖ, ϗ μόνωσιν ἀγαπᾷ &c. συγκλεισάμλνος οἶκοι τὰ πολλὰ καλαμένει, μόλις τὰς κλισιάδας ὑπερβαίνων, ἢ ἀφ' τοὺς ἐπιφοιτῶντας σωνεχέστερον ἔξω πόλεως προελθὼν ὁ μοναγρίων ποιεῖται τὰς ἀφετηρίας, ἥδιον συμβιωταῖς χρώμλν☉ τοῖς ἀπαντ☉ τῦ γένους τ ἀνθρώπων ἀρίστοις, ὧν τὰ μ σώματα διέλυσεν ὁ χρόν☉ &c. *T.H.*

16. Μετέωρ☉ ἐπισκοπῶ] Hinc dialogi de Charonte, ſive Contempl. titulus & occaſio, *J. B.*

21. Ὑπολάβῃς] Rectius legatur ὑπολάβοις. *M. du S.*

25. Θεάμασι] Adulatores Commodum, patre defuncto, corrumpebant ὑπομιμνήσκοντες αὐτὸν τ ἐν Ῥώμῃ τροφῆς, θεάματά τε ϗ ἀκούσματα τερπνὰ διηγούμλνοι &c. ut tradit *Herodian.* I, 6. *T.H.*

28. Μὴ δ. τὼ χ.] *Homerus* Od. M. *J. Br.*

29. Τὰ ὦτα κηρῷ φραξάμλνον] Sic in Croniis ſive Saturnalib. *Julianus* Imper. *Liban.* Omnes ex Odyſſ. M. *J. B.*

ἀκέφαλα, καὶ λελυμένον, καὶ ἀληθῶς ὑπερήφανον.

Ἔνεστι δὲ καὶ φιλοσοφίαν θαυμάσαι, συμβαθεωρῆσαντα τὴν τοσαύτην ἄνοιαν, καὶ τὸ τῆς τύχης ἀγαθῶν καταφρονεῖν, ὁρῶντα, ὥσπερ ἐν σκηνῇ καὶ πολυπροσώπῳ δράματι, τὸν μὲν ἐξ οἰκέτου δεσπότην προϊόντα, τόνδε ἀντὶ πλουσίου, πένητα· τὸν δὲ, σατράπην ἐκ πένητος, ἢ βασιλέα· τὸν δὲ φίλον τοῦτον· τὸν δὲ ἐχθρόν· τὸν δὲ φυγάδα. τοῦτο γάρ τοι καὶ τὸ δεινότατόν ἐστιν, ὅτι καίτοι μαρτυρουμένης τῆς τύχης παίζειν τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, καὶ ὁμολογούσης μηδὲν αὐτῶν εἶναι βέβαιον, ὅμως ταῦτ' [a] ὀσημέραι βλέποντες, ὀρέγονται καὶ πλούτου, καὶ δυναστείας· καὶ μετοὶ πάσι πάντες ὑπ' γιγνομένων ἐλπίδων.

audientem & ſolutum, & vere animum ſupra hæc elatum habentem.

20. Licet autem & philoſophiam mirari, conferendo cum illa tantam hominum amentiam: bonaque iſta fortunæ contemnere, ubi aſpexeris, velut in ſcena, ac multiplicium perſonarum fabula, alium quidem ex ſervo dominum prodire, alium autem ex divite pauperem: contra alium ex paupere ſatrapam, aut regem: rurſus alium amicum hujus, alium inimicum: alium etiam exulem eſſe. Nam hoc certe vel graviſſimum eſt, quod licet Fortuna ipſa teſtetur ſeſe in humanis rebus ludere, fateaturque nihil illarum certum ac ſtabile eſſe, nihilo minus tamen qui quotidie iſta aſpiciunt, & divitias expetunt, & potentiam, ac pleni obambulant omnes earum rerum ſpe, quæ non contingunt.

21. Quod

[a] Ὀσημέραι] ὅσαι ἡμέραι *F.*

30. Ὑπερήφανον] * Ὑπερήφανον θαυμασίως ἐνταῦθα κεῖται. *C. G.*

* Ὑπερήφανον] Ex *G. C.* ad §. 26. poſtquam enotavit Clariſſ. *M. du Soul*: ὡς μάλιστα ἁρμοσμένον] Ὑπερήφανον θαυμασίως ἐνταῦθα κεῖται, hanc inſuper adnotationem adjecit: *Corruptis uſus eſt Scholiaſta Codd. in noſtris enim non comparet; niſi ſorte reſpiciat* c. 19. *ubi ea vox occurrit.* Obſecutus ſum recte monenti: ſed praeterea juncte lego: ὡς μάλιστα ἁρμοσμένον ὑπερήφανον θ. ἰ. κ. ut hoc totum ſit Scholiaſtae dicentis, *quam accommodatiſſime vox ὑπερήφανον exegeis hic poſita eſt.* Extat quidem §. 14. ὡς μάλιστα ἁρμοσμένον, & §. 26. τῆς διανοίας τὸ ἁρμοσμένον· ſed ad ea loca quid faciat hoc ſcholion, nemo ne ſuſpicione quidem adſequatur. *T. H.*

36. Ἐξ οἰκέτου δεσπότην] Hanc crebro repetit comparationem. vide quæ diximus ad illud *Petron. Grex agit in ſcena.* *F. B.*

41. Τῆς τύχης] Dei. ſic ſæpiſſime *Lucianus* τὴν τύχην, ἀντὶ τοῦ θεοῦ ἢ δαίμονος uſurpat, ut monui multis exemplis ad lib. 1. *Heliod.* *F. B.*

Ibid. Παίζειν τὰ τῶν ἀνθρώπων] Sic res humanæ τῇ τύχῃ λογισθέα, τῆς τύχης παίγνιον. Legend. *Marcil.* ad Horat. *Aurel. Victor.* in Æl. Pert. *F. B.*

42. Ὁμολογούσης] Non video, quo pacto ſatis apte de fortuna dici poſſit, eam ὁμολογεῖν μηδὲν τῶν ἀνθρωπίνων εἶναι βέβαιον, quum hoc ad ipſos potius homines pertineat, qui rerum ſuarum incertam conditionem quotidianis experimentis diſcunt, ac fateri coguntur: quamobrem, niſi quid majoris vitii ſubſit, legerim, ὁμολογοῦντες, in quo mutando facile peccare potuit librariorum temeritas propter praecedens μαρτυρουμένης, hoc ſenſu: illud enimvero mirandum eſt maxime, & graviſſimum, quod, licet teſtatiſſimum ſit fortunam res humanas habere ludum (nam perperam Interpp. *licet fortuna ipſa teſtetur*, quaſi ſcriptum foret μαρτυρούσης) ipſique fateantur, nihil iſtorum eſſe firmum, tamen, quum iſta quotidie videant, divitiis inhient &c. Παίζειν *jocum atque ludum ducere, per ludum vertere ac mutare: Heliod.* V. p. 209. ἔπαιζε δὲ ἄρα τι τὴ Κνήμωνα δαιμόνιον, ὁ ⊖ τὰ ἄλλα χλεύην ὡς ἐπέπαν τὰ ἀνθρώπεια καὶ παιδιὰν ποιούμενος. *Suidas* in Ζήνων ὁ βασιλεύς. *T. H.*

47. Ἐν τοῖς] L. ἐπὶ. Dixi ad §. 7. *T. H.*

49. Οἱ] Ex Ed. *F.* eſt; reliquæ non agnoſcunt. *M. du S.*

51. Καὶ τὰς δακτύλους προτείνοντες] Καὶ τὰς δακτυλίους προ. δακτυλίους, ut ante καὶ τὰς πορφυρίδας προφαίνοντες. *Th. M.*

Δακτύλους] Probo *Marcilii* δακτυλίους· quod neque Interpretes praeteriit. Nota divitum Romanorum in annulis oſtentandis ineptia: *Quinctilian.* I. O. XI, 3. p. 1031. dum oratorem ſuum informat, cavere neceſſe habuit: *Manus non impleatur annulis, praecipue medios articulos non transeuntibus:* ne ſcilicet nihil invaleſcenti conſuetudini concederet. Hanc ſtultitiam *Seneca* ſevere reprehendit, *Martialis* ſaepius irridet: neque in Chriſtianis vaniſſimam luxuriem antiqui Patres aequo animo tulerunt, ut ex *Clementis* Paedagogo, & *Chryſoſtomo*, qui locis pluribus in annulorum pretia & multitudinem acriter invehitur, ſatis conſtat. Vid.

21. Quod autem dixi, licere in iis, quæ geruntur, ridere, animumque oblectare, illud tibi jam exponam. Quomodo enim non ridiculi sint divites ipsi, qui & purpuram suam spectandam exhibent, & digitorum annulos ostentant, & multas produnt ineptias? Quod autem omnium absurdissimum est, etiam obvios aliena voce salutant, & hoc quasi magno aliquo contentos esse volunt, si solum ipsos aspexerint. Quidam vero fastuosiores adorari etiam se patiuntur, non e longinquo, neque ut Persis mos est, sed necesse est propius accedentem, & sese incurvantem, animo diu jam ante demisso, illiusque affectu etiam per corporis similitudinem declarato, pectus aut dextram deosculari: quod beatum atque spectabile videtur iis, qui ne hunc quidem honorem assequuntur. Ille vero diu stat se ipsum præbens decipiendum.

Ὁ δὲ δὴ ἔφην, ὅτι γελᾷν ἐν τοῖς γιγνομένοις ἔνεστι, καὶ ψυχαγωγεῖσθαι, τοῦτο ἤδη σοι φράσω. πῶς γὰρ οἱ γελοῖοι μὲν [b] οἱ πλουτοῦντες αὐτοὶ, καὶ τὰς πορφυρίδας προφαίνοντες, καὶ τοὺς δακτύλους προτείνοντες, καὶ πολλὴν καληλορηκότες ἀπειροκαλίαν; τὸ δὲ καινότατον, τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀλλοδαπὰ φωνῇ προσαγορεύοντες, ἀγαπᾷν ἀξιοῦντες, ὅτι μόνον αὐτοὺς προσέβλεψαν. οἱ δὲ σεμνότεροι, καὶ προσκυνεῖσθαι θέλοντες, ἐκ πόρρωθεν, οὐδ' ὡς Πέρσαις νόμος, ἀλλὰ δεῖ προσελθόντα, καὶ ὑποκύψαντα, καὶ πόρρωθεν τὴν ψυχὴν ταπεινώσαντα, καὶ τὸ πάθος αὐτῆς ἐμφανίσαντα τῇ τοῦ σώματος ὁμοιότητι, τὸ στῆθος, ἢ τὴν δεξιὰν καταφιλεῖν, ζηλωτὸν καὶ θεοειδὲς τοῖς μηδὲ τούτου τυγχάνουσιν· οὕτω πάρεχων ἑαυτὸν εἰς πολὺν χρόνον ἐξαπατώμενον. ἐπαι-

b Οἱ πλουτοῦντες] οἱ πλουτ. etiam in margine *A. 2. W.* Priores Edd. excepta *J.* omittunt οἱ.

Vid. *Kirchmann.* de Ann. c. XVII. & *H. Valesium* ad *Amm. Marcellin.* XXVIII, 4. p. 578. ubi pro eo, quod in Codd. est scriptum, *digitis & metatis*, interea, dum quid melius extundatur, lego, *digitis & oneratis*: idque confirmare licet e *Luciani* Gall. §. 12. δακτυλίους βαρεῖς &c. *T. H.*

53. Τοὺς ἐντυγχάνοντας] De hac Divitis fastuosi nota *Aristophan. Plaut.* Ipse *Lucianus* alibi. *J. B.*

Ibid. Ἀλλοτρίᾳ φωνῇ] *Nomenclatoris voce.* *J. Br.*

Ἀλλοτρίᾳ φ.] Per nomenclatorem, qui eam in rem sequebatur, & nomina civium norat. Vid. *Laur. Pignorium* de Serv. p. 282. *J. C.*

57. Ὡς Π. νόμος] Quia longe prostrati regem venerantur. *J. Br.*

Ὡς Πέρσαις νόμος] Sic de Merced. conduct. & multis aliis locis. de hac adoratione Persica locus dicendi ad lib. 7. *Heliod.* *J. B.*

Ὡς Πέρσαις ν.] *Zenob.* C. V. n. 25. Πέρσαι τοὺς βασιλεῖς ἑαυτῶν ὡς θεοὺς προσκυνοῦσι· καὶ οἱ μὲν ἴσοι ἀλλήλους καταφιλοῦσι, οἱ δὲ ταπεινότεροι τὴν παρειὰν τὴν μειζόνων μόνον τυγχάνουσι· scio quam explicationem recipiat τυγχάνειν τῆς παρειᾶς, *admitti ad genas osculandas*; praeferendum tamen videtur θιγγάνουσι· quod visum an *Schottus* insuper habuerit monere, non dixero: vertit sane, *genam modo contingunt*: utitur autem hoc *Luciani* loco, ut jam ante *B. Brisson.* de R. P. I. p. 11. Potestatem istius locutionis προσκυνεῖσθαι θέλοντες satis recte declaravit *Jer. Hoelzlin.* ad *Apoll. Rhod.* III, 434. reprehensa *Benedicti* versione, *adorari se patiuntur*: nam *Micyllus* melius ad ejus mentem: *adorari etiam cupiunt.* *T. H.*

60. Τὸ στῆθος ἢ τὴν δεξιάν] *Idem* Dial. Mortuor. & in Pseudom. patet apud *Martial.* *J. B.*

Τὸ στῆθος] Hujus moris exempla vide apud *Plutarch.* in Bruto. Steph. Ed. 181, 3. C. καὶ στόμα καὶ κεφαλὴν κατεφίλουν. *pectus & caput deosculabantur.* & apud *Nostrum* iterum Mer. c. 12. *M. du S.*

Τὸ στῆθος] Appositissimus est *Ammiani* locus XXVIII, 4. p. 574. *Ex his quidam, cum salutari pectoribus oppositis coeperunt, osculanda capita in modum taurorum minacium obliquantes, adulatoribus offerunt genua suavianda vel manus, id illis sufficere ad beate vivendum existimantes.* Manum soli olim servi osculabantur: ut arrogantes ac superbi liberis etiam hominibus porrigere auderent, adulatorum est crimen: quamobrem τὴν χεῖρα καταφιλῆσαι καὶ θωπεῦσαι δ' ἐπαίνου ut sapiente & forti viro indignum adspernatur Epictetus apud *Arrian.* III. c. 24. Hunc fastum in Imperatoribus utcumque tolerabilem Romani tamen antiquae libertatis memores molestе tulerunt: ideo *Plin.* in Paneg. Trajani laudibus illud non infimum adnumerat, quod Senatum osculo exciperet, neque illos imitari vellet, qui manum tantum, & hanc cunctanter & pigre & imputantibus similes promerent. Similiter plane *Lucianus* eos divites, qui praebitam osculo manum imputabant, describit. Vid. *Ramires. de Prado* & *Def. Heraldum*, quem hic *Luciani* locus non praeteriit, ad *Martial.* II, 21. sed inprimis *Lipsii* Elec. II, 6. *T. H.*

61. Περιβλ.] Τὸν προσελθόντα δηλονότι εἶναι videtur deesse. *J. Br.*

62. Τοῖς μηδὲ τ. τ.] Quibus manum osculari non licet. *J. Br.*

ἐπαινῶ δέ γε ταύτης αὐτὼς τ ἀπανθρωπίας, ὅτι μηδὲ τοῖς στόμασιν ἡμᾶς προσίενται). Illorum autem laudo inhumanitatem, quod ad ora oſculanda nos non admittant.

Πολὺ δὲ τούτων οἱ προσιόντες αὐτοὶ ϗ θεραπεύοντες γελοιότεροι· νυκτὸς μὲ ἐξανιστάμενοι μέσης, περιθέοντες δὲ σὺν κύκλῳ τ πόλιν, ϗ πρὸς τ οἰκετῶν ἀποκλειόμενοι, κύνες, ϗ κόλακες, ϗ τὰ τοιαῦτα ἀκούειν ὑπομένοντες. γέρας δὲ τ πικρᾶς ταύτης αὐτοῖς περιόδου, τὸ φορτικὸν ἐκεῖνο δεῖπνον, ϗ πολλῶν αἴτιον συμφορῶν· ἐν ᾧ πόσα μὲ ἐμφαγόντες, πόσα δὲ παρὰ γνώμην ἐμπιόντες, πόσα δὲ, ὧν οὐκ ἐχρῆν, ἀπολαλήσαντες, ἢ μεμφόμενοι τὸ τελευταῖον, ἢ δυσφορήσαντες ἀπίασιν, ἢ ἀλεκτρυόνας τὸ δεῖπνον, ἢ ὕβριν, ἢ μικρολογίαν ἐγκαλοῦντες· πλήρεις δὲ αὐτῶν ἐμέντων οἱ γενωποὶ, ϗ πρὸς τοῖς χαμαιπετείοις μαχομένων. ϗ μεθ' ἡμέραν οἱ πλείονες

22. Cæterum his multo ridiculi magis ſunt, qui eos ſectantur, atque obſervant, de media nocte ſurgentes, & totam urbem circumcurſitantes, & a ſervis foribus excluſi, canes, & adulatores, & id genus alia audire ſuſtinentes. Præmium vero acerbæ illius circuitionis, oneroſa illa, atque multorum malorum cauſa, cœna eſt: in qua illi, quam multis comeſis, epotisque præter animi ſententiam, quam multa non dicenda proloquuti, poſtremo reprehendentes, aut ægre ferentes diſcedunt: & vel ipſam criminantur cœnam, vel contumeliam aut ſordes accuſant! Pleni autem & angiportus ſunt vomentibus iſtis, & circa viliſſima quæque proſtibula depugnantibus. Et plerique eorum in multum diem decumbentes,

65. Ὅτι μηδὲ τοῖς στόμασιν ἡμᾶς προσίενται)] Quum *Micyllus* vertiſſet *quod neque ore nos approbant aut compellant*, *Benedictus* duo poſteriora vocabula amputavit. Sed plane & approbare & compellare nihil ad προσίεσθαι. Verte, *quod ad ora* ſalutanda vel oſculanda *non admittant nos*. Nota illorum oris obſcœnitas. *J.G.*

Ibid. Τοῖς στόμ.] *Ore*, id eſt, oſculo. *J.Br.*

Στόμασι] Paucos enim oſculo excipiebant, eosque ſummæ demum dignitatis viros. V. *Capitol.* in M. Aurel. III. & *Sueton.* Ner. c. 87. Quod autem ſibi gratulatur Nigrinus negatum oſculum, eo ſpurcitiem oris eorum notat; de qua plura dicere pudor vetat. V. ἀποφρ. c. 23. *M. du S.*

67. Νυκτὸς μὲ ἐξαν.] Moleſtias matutinarum ſalutationum deſcribit, & quam vilium eſſent animorum multis docet *Seneca* de Brev. Vit. c. XIV. qui cum *Luciano* conferri poterit. *J.C.*

Νυκτὸς] Salutationes & officia Romae fuerunt antelucana: ex aliis & hoc loco docet *Iſ. Caſaubon.* ad *Sueton. Aug.* c. 53. Confer, quae plura *Noſter* habet de Merc. Cond. prorſus his ſimilia. *T.H.*

69. Πρὸς τ οἰκετῶν] Quanta fuerit vilium catenatorumque mancipiorum importunitas, ex eo vel maxime conſtat, quod graviſſimi viri temperare ſibi non potuerint, quin de iſta indignitate acriter conquererentur: *Senecae* loca dabit *Herald.* ad *Martial.* I, 71. *Columella*, vir avitae libertatis memor Praef. lib. I. p. 5. *An putem fortunatius a catenato repulſum janitore ſaepe nocte ſera foribus ingratis adjacere, miſerrimoque famulatu* &c. *Tacit.* Ann. IV, 74. *Juxta gratiam aut faſtus janitorum perpetiebantur.* Hi igitur *Luciani* οἰκεταὶ, janitores ſunt, oſtiarii, θυρωροὶ, ut ipſe vocat περὶ τ ἐπὶ M. Σ. Ciceroni ducitur laudi, quod domus ejus aperta janitorem non haberet: ἡ σὴ οἰκία θυρωρὸν οὐκ εἶχεν· *Plutarchus.* *T.H.*

Ibid. Κύνες ϗ κόλακες] Eleganter hoc apud *Demoſth.* ὑπὲρ τ περὶ στεφάν. αὐτὸ γὰρ φίλων ἢ ξένων, ἃ τότε ἀκουμάζοντο ἡνίκα ἐδωροδόκουν, νῦν κόλακες ϗ θεοῖς ἐχθροὶ ϗ τ' ἄλλα ἃ προσήκει πάντα, ἀκούουσι. *J.B.*

70. Ἀκούειν] Ut loco *Demoſthenis* proxime citato. Sic ἀκούσῃς apud *Theocrit.* in Charit. & κλύειν apud *Æſchyl.* in Prometh. ſic apud Latinos *audire*. *Horat.* Sat. 7. lib. 2. *audis.* hunc *Luciani* locum profert *Caſaub.* ubi de officiis ſalutantium apud *Suet.* *J.B.*

72. Καὶ τὸ φορτικὸν ἐκεῖνο δεῖπνον] Idem de Merced. conduct. & in Gallo & ſæpe alibi. De his incommodis ſportulae cauſa perceptis interpretes *Martial.* & *Juvenal.* *J.B.*

Τὸ φορτικὸν δεῖπνον] *Sportulam* intellige clientibus & ſalutantibus exhiberi ſolitam. *M. du S.*

Φορτικὸν δεῖπνον] Intelligo coenas rectas, quas beati homines ac potentiores Romae clientibus ſuis atque adulatoribus praebebant. Has autem veſpertinas epulas matutinae ſalutationis officio venabantur: *Jul. Firmicus* VIII. p. 216. *per omnium limina matutinis ſemper ſalutationibus diſcurrent. Manilium* expreſſit V, 64. *Inſtar erit populi, totaque habitabit in urbe Limina pervolitans, unumque per omnia verbum Mane ſalutandi portans communis amicus:* luculentiſſime *Juvenalis* Sat. V. *Stat.* IV. Sylv. IX, 48. Vid. *Deſ. Heraldum* ad *Martial.* VII. Ep. 38. qui hunc ipſum Luciani locum adſcripſit totum. Neque philoſophi aliarumque artium profeſſores, οἱ τὸ δοκεῖν μᾶλλον ἢ εἶναι σπουδάσαντες in ditiorum aedes ac gratiam irrepere detrectabant hac via, quam ſane muniverat Simonides: rogatus enim ab uxore Hieronis, expediretne magis divitem fieri an ſapientem, divitem reſpondit: τὰς μὲ σοφοὺς ὁρᾶν ἐπὶ ταῖς τ πλουσίων θύραις ἀτρίβοντας, teſte *Ari-*

bentes, circumeundi causam medicis præbent. Quibusdam enim, novo sane exemplo, ægrotandi otium non est.

23. Ego vero adulatores longe iis, quibus adulantur, nequiores existimo, & propemodum auctores illis existere superbiæ ac fastus istius. Nam cum illorum opulentiam admirantur, aurum laudibus extollunt, vestibula mane complent, & adeuntes ipsos quasi dominos appellant, quid quæso illos cogitare consentaneum est? Quod si vero communi decreto vel tantisper abstinerent ab hac voluntaria servitute; an non putas vice versa ipsos divites ad fores pauperum venturos esse, ultro rogantes, ne ignobilem, & absque teste latentem suam felicitatem relinquerent, neve inutilem, & ab omni usu remotam mensarum pulchritu-

αὐτῶν καλακλιθέντες, ἰαλροῖς παρέχουσιν ἀφορμὰς θειόδων. ἔνιοι μὲν γὰρ, τὸ καινότατον, οὐδὲ νοσεῖν σχολάζουσιν.

Ἐγὼ μέντοιγε πολὺ τὸν κολακευομένων ἐξωλεστέρους τοὺς κόλακας ὑπείληφα· καὶ σχεδὸν [a] αὐτοῖς ἐκείνους καθίσταμαι τῆς ὑπερηφανίας αἰτίους. ὅταν γὰρ αὐτῶν τὴν οὐσίαν θαυμάσωσι, καὶ τὸν χρυσὸν ἐπαινέσωσι, καὶ τοὺς πυλῶνας ἑωθεν ἐμπλήσωσι, καὶ προσελθόντες ὥσπερ δεσπότας προσείπωσι, τί καὶ φρονήσειν ἐκείνους εἰκός ἐστιν; εἰ δέ γε κοινῷ δόγματι καὶ πρὸς ὀλίγον ἀπέσχοντο τῆσδε τῆς ἐθελοδουλείας, οὐκ ἂν οἶει τοὐναντίον αὐτοὺς ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς θύρας τῶν πλουσίων δεομένους, μὴ ἀθέατον αὐτῶν μηδ' ἀμάρτυρον τὴν εὐδαιμονίαν καταλιπεῖν, μηδ' [b] ἀνόνητόν τε καὶ ἄχρηστον τὴν τραπεζῶν τὸ κάλλος,

a Αὐτοῖς ἐκείνους] αὐτοὺς ἐκείνοις *J.* b Ἀνόνητον] ἀνότητον C. *J.*

Aristot. Rhetor. II. p. 89. eo respexit *Plato* de Rep. VI. p. 675. A. Alia *Galeno* mens, qui saepius in has verae doctrinae maculas invehitur: περὶ τῆς Προγνώσεως. Ἤσκηται δὲ, ἐξ ὧν ἄν τις εὐδοκιμήσειεν παρὰ τοῖς πολλοῖς, εἰπεῖν τι ἢ πρᾶξαι πρὸς ἡδονὴν, κολακεύειν, θαυμαστικῶς προσαγορεύειν ἑκάστης ἡμέρας τοὺς πλουτοῦντάς τε καὶ δυναμένους ἐν ταῖς πόλεσι, συμπροέρχεσθαι, ἀριστᾶν προερχομένους οἴκαδε, δορυφορεῖν ἐν τοῖς δείπνοις, βωμολοχεύεσθαι &c. Apertius idem Θεραπ. Μεθ. lib. I. ubi, Amici, inquit, me identidem objurgant, mihi meisque inutilem me fore dicentes, nisi ab isto quaerendae veritatis intento studio paululum deflectam, προσαγορεύοιμι ἢ περιέρχομαι ἑωθεν, εἰς ἑσπέραν τε συνδειπνοίμι τοῖς δυναμένοις· lege cetera, in quibus τοὺς ἐπὶ τῆ Ῥώμης πλουσίους nominatim memorat: aliam vero, qua ad laudem eniterentur, veteres Asclepiadas instituisse viam: ἀλλ' ὑδεὶς τούτων οὔτε ἔωθεν ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων ἐφοίτα θύρας προσαγορεύσων αὐτούς, οὔτ' εἰς ἑσπέραν δειπνησόμενος. At in istis coenis homines famelici sapientiam sola specie ac nomine mentiti cibis & vino se distendebant, quod *Lucianus* falso ridet, *Galenus* in fine libri serio indignatur: Οὐδὲ γὰρ σχολή γε αὐτοῖς ἐστιν ἀληθείαν ζητεῖν ἔωθεν ἢ ἐν ἀσπασμοῖς διατρίβουσιν, ἃς αὐτοὶ καλοῦσιν ἀσπασμοὺς, εἰς ἑσπέραν ἢ ἐμπιπλαμένους ἢ μεθυσκομένους. Ergo minime mirum eos, quod *Noster* adfirmat, ἰατροῖς παρέχειν ἀφορμὰς θειόδων· *Galenus* certe περὶ Εὐχ. καὶ Κακοχ. salubrem vitae modum sese praescribere illis duntaxat testatur, ὅσοι βίον ἡσύχιον εἵλοντο μήτε πρὸ ἡμέρας ἀναγκῶν ἔχοντες ἐπὶ τὰς τῶν πολυ δυναμένων ἐπιέναι θύρας, μήτε λουομένοις τισὶ παρεῖναι, μήτ' εἰς οἶκον ἐπανερχομένους αὐτοὺς δειπνεῖν, εἶτα μὴ πολλῆς σπουδῆς αὐτοὶ λουσάμενοι πρὸς τὸ δεῖπνον ἐπείγεσθαι. nam hoc qui Romae saxum volverent, ut firma sanitate frui possint, nullam esse spem. Porro vocati tesseras accipiebant, ne a janitoribus repellerentur: *Liban.* Decl. VII. p. 317. B. ὡς ἐδεξάμην τὸ σύνθημα· quod si quis invitatus excusasset vel non adfuisset, contumeliam gravem interpretabantur. p. 320. B. Οὐδὲ πηλίκαι τοῖς καλοῦσιν ὀργαὶ προσιζάνουσι, ἐπειδὰν τῶν κεκλημένων τις ἐκλίπῃ τὴν σύνοδον· οἶδα πηλίκα βρενθύσεσθαι συνηθὲς αὐτοῖς, κἂν ἀνάγκῃ κἂν συμφορᾷ οἱ κεκλημένοι προβάλλωνται· idem constat ex *Amm. Marcellino* XXVIII. p. 577. ubi *Valesium Libanii* locus non fugit. *T. H.*

73. Πόσα] Octo sequentes lineae crebro repetuntur in *Luciano*. *J. B.*

75. Ἀπολαλύσαντες] Ἀπολαλήσαντες. *Th. M.*

81. Ἰατροῖς παρέχουσιν ἀφ. θειοδῶν] Hinc ἰατροὶ dicti θειοδόται, ut patet in excerptis Glossar. cap. de Medic. Recteque apud *Hesychium* interpretatur περιοδεῦται, ἢ ὁδοὶ τοῖς ἰατροῖς. Nam voluit *Hippocrates* τοὺς τὰς πόλιας φοιτῶντας μὴ λόγῳ μοῦνον ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἰητροὺς νομίζεσθαι. *J. B.*

83. Οὐδὲ νοσεῖν σχολάζουσι] Cogitatione se refert ad *Thessinopolidem*, qui jam moriturus *Eucratis* conviva venerat, ut patet in Gallo. *J. B.*

85. Ἐξωλεστέρους τοὺς κόλακας] Ἐξωλεστέρους τούτους κόλακας. *Th. M.*

Ibid. Ὑπείληφα] *Censeo.* *J. Br.*

86. Ἐκείνους] Placet ἐκείνης. *J. Br.*

91. Κοινῷ δ.] *Communi decreto ac consensu.* *J. Br.*

95. Ἀθέατον] *Euripid.* Med. 542. . .

Εἴη σ' ἔμοι γε μήτε χρυσὸς ἐν δόμοις,
Μήτ' Ὀρφέως κάλλιον ὑμνῆσαι μέλος,
Εἰ μὴ πίσημος ἡ τύχη γένοιτό μοι. *M. du S.*

λος, καὶ τὸ οἴκων τὸ μέγεθος· εἰ γὰρ οὕτω τοῦ πλουτεῖν ἐρῶσιν, ὡς τοῦ μὴ [a] τὸ πλουτεῖν εὐδαιμονίζεσθαι. καὶ οὕτω δὲ ἔχει, μηδὲν ὄφελος εἶναι πολυκαλλοῦς οἰκίας τῷ οἰκοῦντι, μηδὲ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος, εἰ μή τις αὐτὰ θαυμάζοι. ἐχρῆν οὖν ταύτῃ τοι καθαιρεῖν αὐτῶν, καὶ ἀπευωνίζειν τὴν δυναστείαν, ὑπονοχίσαντα

dinem, & domorum magnitudinem esse paterentur? Neque enim tantopere divitias amant, quam propter divitias beatos atque felices sese existimari. Atque ita sane res habet, ut neque pulchrarum ædium, neque auri, neque eboris ulla domino sit utilitas, nisi sit qui illa admiretur. Oportebat igitur tali aliqua via diruere ipsorum, & vilem reddere potentiam, contemptum hoc

a Τὸ] Edd. priores τοῦ.

99. Διὰ τὸ πλ.] Florent. ceteraeque omnes Edd. διὰ τοῦ πλουτεῖν manifesto errore, quem correxi. Mox etiam scribendum: καὶ ὅτω δὴ, non δὲ. *T.H.*

2. Εἶναι πολυκαλλοῦς οἰκίας τῷ οἰκοῦντι] Εἶναι πολυκαλλοῦς κύριον οἰκίας τῷ οἰκοῦντι. *Th. M.*

3. Εἰ μή τις αὐτὰ θαυμάζοι] *Cicer.* in Parad. eod. sensu ipse Gallo. *J. B.*

4. Ταύτῃ τοι] *Aliqua hujusmodi ratione.* *J. Br.*

5. Ἀπευωνίζειν] *Vile reddere*: vox satis infrequens. *J. B.*

Ἀπευωνίζειν] Εὔωνος parvo pretio parabilis adeoque vilis: usu rariore *Aristoteles* initio lib. II. Οἰκον. de nummis ipsis: περὶ τὸ νόμισμα λέγω, ποῖον, καὶ πότε τίμιον ἢ εὔωνον ποιητέον. Ad multa, variata figuratae locutionis indole, venuste traducitur: *Polyb.* IV, 35. p. 423. quum Lycurgi, qui singulis Ephoris talento corruptis regiam dignitatem fuerat praestinatus, historiam retulisset, addit: ὕστως εὔωνα πανταχῆ τὰ καλὰ γίγονε. *Isidor. Pelus.* IV, 181. μὴ ὡς εὔωνόν τινα καὶ εὐπόριστον ῥίπτεῖς τὸν λόγον· explicat Christi dictum: μὴ δῶτε τὰ ἅγια τοῖς κυσί. *Macar.* de Libert. Ment. §. 33. οὕτως εὔωνον ὄντως καὶ ῥᾴδιον εἶναι, ὡς πόνων ἐκτὸς καὶ καμάτων καθορθοῦσθαι τῷ βουλομένῳ. *Gregorius* eleganter Stel. I. p. 8. eos Christianos, qui a Juliano illecti salutem vili lucro donaverant, vocat τοὺς πρὸς οὐσίας πονηροὺς τε καὶ εὐώνους. Inter locutiones, quibus homo nihili significetur, reponit *Pollux* V, 163. εὐωνότερον τοῦ ἀποκηρυγμένων, & mox ἀπδωνισμόν. Hinc ductum ἀπδωνίζειν dispari quidem paululum, & ad plures formas communicata potestate, sed quae pretii temperati deminutique virtutem semper contineat. Ita lex frumentaria, quae annonae excandefactae modum adhibet, νόμος σιτικὸς ἀπδωνίζων τοῖς πένησι τὴν ἀγορὰν apud *Plutarch.* in Gracch. p. 837. A. atque adeo res, quarum pretia descendunt ac laxantur, ἀπδωνίζονται. *Dion Cass.* ἐπὶ ᾧ τῷ πλήθει τῶν διδημοσιωμένων πολὺ πάντα ἀπδώνισε. in *Polluce* I, 51. ἀπδωνισμένων τῶν πυρῶν, cui junctum est, τὴ τιμῆς τοῦ σίτου καλαβεβηκυίας, & VII, 10. Mercatores etiam, qui translatis mercibus caritatem semper vilitatemque captant, ut *Arnobius* ait II. p. 71. ἀπδωνίζουσι, quando venalia parvo vendunt: verbis igitur ἐπιτιμᾶν, ἀναλίσκειν, ἐπιτείνειν τὰς τιμὰς contraria sunt apud *Poll.* III, 125. ἀπδωνίζειν, ἄξια πιπράσκειν. *Philoni Jud.* p. 870. D. τινὲς ὑπ' ἀνδραποδοκαπήλων ἀπδωνιζόμενοι mancipia sunt a mangonibus parvo tradita; & p. 774. E. ἀνδράποδα πρὸς τὰς τῶν σωμάτων εὐεξίας καὶ σύμμορφίας, ἢ τέτταρτον προσαπδωνίζονται. Tum porro attribuitur illis, qui res sub hasta, vel publico praeconio venum propositas minimo addicunt: *Dion Cass.* p. 335. C. τοὺς δὲ δὴ λογιμωτέρους τοὺς μὲν τοῖς κτήμασι τοῖς τῶν ἀπολλυμένων ἐδελάζον (triumviri) τὰ μὲν ἀπδωνιζόμενοι, τὰ δὲ καὶ προῖκα σφίσι χαριζόμενοι· recte *Basil.* Hom. II. in Ps. XIV. p. 160. A. ubi sermo de hominibus est foenore obrutis, quo se, nisi bonis distractis, expedire nequeant: τί ἐν ὀλίγῳ μικρὸν ὕστερον ἄλλοι αὐτὰ προκομίσει καὶ ἀποκηρύξει τὰ σὰ, καὶ σὺ ὀφθαλμοῖς τοῖς σοῖς ἀπδωνίζων αὐτὰ λήψῃ; similiter de foeneratore *Plutarch.* T. II. p. 828. E. δανείζων, καὶ πωλῶν, ἀπευωνίζοντα. *Xylandrum* non probo: *si quid vendis, pretium diminuit.* Graviter autem *Demosth.* adv. *Aristocr.* p. 758. turpem perditissimorum rhetorum avaritiam incusat, οἳ τοσαύτῃ ὑπερβολῇ πεποίηνται τὰ αὐτῶν αἰσχροκερδίας, ὥστε τὰς τιμὰς καὶ τὰς παρ' ὑμῶν δωρεὰς, ὥσπερ οἱ τὰ μικρὰ καὶ κομιδῇ φαῦλα ἀποκηρύττοντες, ὕτω πωλοῦσιν ἀπευωνίζοντες, καὶ πολλοῖς ἀπὸ τῶν αὐτῶν λημμάτων (ut sententiae consulatur scribendum censeo, ἀντὶ τῶν ἀπ' αὐτῶν λ.) γράφοντες πᾶν ὅ, τι ἂν βούλωνται, quorum opera honores & munera, quibus Athenienses bene de rep. meritos ornabant, tantum eviluerant, ut quibusvis nunc hominibus promiscue sordido velut praeconio addicerentur. Locum Oratoris principis, ut optimos quosque solet, imitatus est *Philo Jud.* de Gigant. p. 289. D. Πῶς γὰρ οὐκ ἀναργῆ καὶ πρόδηλα τὰ ὀνείδη τῶν λεγόντων μὴ εἶναι σοφῶν, πωλούντων τὴν σοφίαν καὶ ἀπευωνιζόντων, ὥσπερ φασὶ τοὺς ἐν ἀγορᾷ τὰ ὤνια προκηρύττοντας, τότε μὲ μικρῷ λήμματι &c. In promtu mihi longe plura sunt hujus verbi exempla: quorum partem non ideo tantum, quod in Lexicis frustra quaerantur, duxi notandam, verum etiam, ut simul monerem, quanquam ἀπευωνίζειν saepenumero fuerit oblatum, nusquam tamen ἀπευωνίζειν, quod in *Luciano* legitur, me reperisse: neque omnino aliunde, quam ex hoc solo loco, *Stephanus* protulit: quae causa mihi videtur satis gravis, cur pro genuino non agnoscam, donec certioribus argumentis approbetur. Interea restitutum nostro scriptori velim, ἀπευωνίζειν τὴν δ. potentiam divitum atque opes, quae jam per pauperiorum adulationes atque admirationem maximi aestimentur, contemtu ac fastidio ad pretium deducere vilissimum. *T.H.*

Ibid. Ὑπονοχίσαντα] Hanc vocem interpretatur *Ulpian.* Demosthenis *Scholiast.* ad Phil. 1. dixi ad illud *Petronii*, *pariete interjecto.* *J. B.*

Ὑπονοχίσαντα] Lege ἐπ——ς, quo facto limpidior sen-

hoc quasi munimentum divitiis opponendo : nunc vero colendo , ad amentiam perducunt.

24. Ac certe homines indoctos, & ignorantiam aperte confitentes , talia factitare, tolerabilius merito existimetur : verum eos quoque, qui se philosophari simulant, mul-

τῷ πλούτῳ τὴν ὑπεροψίαν. νῦν δὲ λαλρεύοντες, εἰς [b] ἀπόνοιαν ἄγουσι.

Καὶ τὸ μὲν ἄνδρας ἰδιώτας, καὶ ἀναφανδὸν τὴν ἀπαιδευσίαν ὁμολογοῦντας τὰ τοιαῦτα ποιεῖν, μετριώτερον ἂν εἰκότως νομισθείη. τὸ δὲ καὶ τῶν φιλοσοφεῖν προσποιουμένων, πολ-

[b] Ἀπόνοιαν] ἄνοιαν C.

sententia evadet. *M. du S.*

Ἐπιτειχίσασθαι] Ἐπιτειχίζειν & ἐπιτείχισμα, nisi quod ex compositione potestas intendatur, nonnunquam idem atque τειχίζειν & τείχισμα· ut quando philosophiam Alcidamas vocavit ἐπιτείχισμα τῶν νόμων, teste *Aristotele* Rhet. III. p. 124. poëticam *Sext. Empir.* adv. Gramm. I. §. 298. ἐπιτείχισμα ἀνθρωπίνων παθῶν, propugnaculum ac munimentum, quod animi humani motus tueatur ac confirmet. At longe aliud est, si mutata structura dicant ἐπιτείχισμα τοῖς ἀνθρωπίνοις πάθεσι, vel κατὰ τῶν ἀνθρωπίνων παθῶν, quorum illud apud veteres , hoc recentioribus est usitatius, munimentum ad coercendos animi adfectus & domandos comparatum. Hanc vim in ἐπιτειχίζειν posuerunt : frequens est ἐπιτειχίζειν Ἀθηναῖς vel τοῖς Ἀθηναίοις Δεκέλειαν & notum e *Thucydide* VI, 93. VII, 18. vide *Lucian.* Amor. c. 24. unde figuram elegantem traxit *Synes.* Ep. 79. p. 225. D. imperitissime quidem a *Petavio* versam, sed Scholiastae veteris ope melius in Notis explicatam. *Strab.* V. p. 328. A. *Arrian.* An. Al. IV. c. 27. & alibi saepius in utroque. Hinc ἐπιτείχισμα castellum vel munimentum prope aliam urbem extructum, ut eam inclusam obsideas , vicinosque agros quotidianis excursionibus depopuleris: quam virtutem satis explanarunt *Schol. Thucyd.* ad I, 122. ἐπιτειχισμὸς τῆς χώρας. & 142. *Harpocr.* & *Suid.* in V. *Ulpian.* ad *Demosth.* Phil. I. p. 48. B. ubi legendum censeo ἐπιτειχίσματα τῆς αὐτῆς χώρας , & Access. e *Lutec. Cod.* p. 1161. 1167. locus , quem proferunt e *Demosthenis* Orat. pro Ctesiphonte , extat p. 486. F. Philippus Euboea expulsus ἕτερον κατὰ τῆς πόλεως ἐπιτειχισμὸν ἐζήτει· (quomodo *Philoni* p. 1114. C. ἐπιτειχισμὸς δὲ κατὰ τῆς ψυχῆς βαρὺς ὅτός ἐστι) & p. 483. F. ὁ τὴν Εὔβοιαν &c. κατασκευάζων ἐπιτείχισμα ἐπὶ τὴν Ἀττικήν. *Dionys. Halic.* A. R. I. p. 16. Φρούριον καὶ ἐπιτείχισμα κατὰ τῶν Ὀμβρίκων· quam structurae formam hic quidem saepissime sequitur. Hinc facile est antiqui scriptoris locum, qui tam salebrosus *Kustero* fuit visus, ut versionem omiserit, emendare apud *Suid.* in Κάλακωχή· Ἐπιτείχισμα ἦν πρὸς κατακωχὴν τῆς χώρας , non τῆς ὥρας, quod editur. Is in hoc verbo multiplicis & concinnae translationis est fons: *Demosth.* Phil. IV. p. 97. B. τυραννίδα ἁπαντικρὺ τῆς Ἀττικῆς ἐπετείχισεν ὑμῖν ἐν τῇ Εὐβοίᾳ placuit in primis *Philoni Jud.* de Pr. & Poen. p. 919. D. τὸ τῆς ψυχῆς ἄλογον μέρος ἐπιτετειχικὼς τῷ λογικῷ. p. 921. A. 1049. C. & variata structura , ἐπιτειχίσαντες τὰς ψευδεῖς δόξας κατὰ τῆς ἀληθείας p. 814. C. 945. E. ut alia multa praetermittam, in quorum versione saepenumero est peccatum. *Sext. Empir.* V. §. 2. ἐπηρεάζοντες τῷ βίῳ, μεγάλῳ δ' ἡμῖν ἐπιτειχίζοντες δεισιδαιμονίαν· sensum evertit Interpres : *& in nobis magnam struentes superstitionem.* His in exemplis rebus aptatur: non minus eleganter personis adjungi solet. Apud *Philostr.* in Her. p. 710. Ulysses a Palamede superatus ἐπετείχιζεν αὐτῷ τὸν Ἀγαμέμνονα. Brutus Antonio parcens αἰτίαν ἔχειν ἐπιτειχίσαι τῇ σωφροσύνῃ βαρὺν καὶ δύσμαχον πολέμιον *Plutarch.* in Brut. imitatur *Isidor. Pelus.* II. Ep. 146. *Joh. Chrysost.* Ed. Par. T. VII. p. 423. D. τὰς πορνευομένας γυναῖκας ταῖς σωφρονούσαις ἐπιτειχίσωσιν· & p. 500. D. quae utraque pessime vertuntur: paulo quidem aptius T. I. p. 241. B. δεῖ τῆς τῶν οἰκετῶν κακουργίας τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπιτειχίζειν τῇ παρθένου, sed ita tamen , ut vim locutionis minime perspectam fuisse pateat : verum in Antistite disertissimo saepius ad hoc verbum offenderunt : *A. Dounaei* nota Ed. Eton. T. VIII. p. 237. & correctione prava & errore non uno laborat ; cujus generis plura cumulare non lubet. Ex dictis autem tum vocabuli virtutem, tum in *Luciano* formulae venustae potestatem abunde constare arbitror. Nonnulla dedit *Budaeus* C. L. G. p. 559. *T. H.*

8. Ἰδιώτας] Ed. *J.* ἀγραμμάτους , quod minime spernendum, quamvis glossema sapiat. *M. du S.*

11. Τῶν φιλοσοφεῖν προσπ.] Omissum τινὰς , quod Atticis & *Platoni* frequens. *Diogen. L.* II, 133. *Luc.* A. A. XXI, 16. vide *Is. Casaubon.* ad A. A. VI, 7. quanquam is locus, meo judicio, non indiget hoc subsidio. Cum horum autem hominum , qui titulo tenus erant philosophi , descriptione compara *Dion. Chrysost.* Or. LXXVIII. p. 660. καί τοι τί ποτε βούλονται μακαρίων τινες θεραπευταὶ πρὸς ἀνθρώπων ἐλευθερίων εἶναι φασκόντων, καὶ τοὺς καλουμένους φιλοσόφους ἐπὶ θύραις αὐτῶν ὁρᾶσθαι ταπεινούς· multi beatiorum igitur honori sibi duxerunt, si philosophos in comitatu haberent adsectatores: mox: ὅταν ἴδῃ τις τῶν φιλοσόφων τινα καλουμένων περὶ τὰς αὐλὰς & πρόθυρα σαίνοντα καὶ ταπεινόν. *Aristid.* Plat. III. p. 511. 512. τοὺς ὑπὸ τῶν πλουσίων ὑψοποιοὺς καὶ σιτοποιοὺς καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἄλλαις τάξεσι πόρρωθεν εὐθὺς ἐσπάζον] πρὶν εὖ & καλῶς ὀφθῆναι , ὥσπερ τούτου χάριν ἐξ εὐνῆς ἀναστάντες· καὶ τοῖς προθύροις κυλινδοῦνται πλείω τοῖς θυρωροῖς σωόντες ἢ τοῖς δεσπόταις· denique , ut omnem in eos bilem effundat, τοῖς ἐν Παλαισίνῃ δυσεβέσι παραπλήσιοι τοὺς τρόπους· quibus Christianos designari minime dubito. Haec belle conveniunt ad *Luciani* τοῖς ἐπὶ τὰ δεῖπνα προαγγέλλουσι κοινολογούμενον· *vocatores* significat aut *nomenclatores* , de quibus egregie *Vales.* ad *Amm. Marcellin.* XIV. c. 6. p. 28. *T. H.*

16. Τῶν

πολλῷ ἔτι τούτων γελοιότερα δρᾶν, τοῦτ' ἤδη τὸ δεινότατόν ἐστι. πῶς γὰρ οἴει τὴν ψυχὴν διατεθεῖσθαί μοι, ὅταν ἴδω τούτων τινὰ μάλιστα τῶν προβεβηκότων ἀναμεμιγμένον κολάκων ὄχλῳ, καὶ τῶν ἐπ' ἀξίας τινὰ δορυφορούντα, καὶ τοῖς ἔθει τὰ δεῖπνα παραγγέλλουσι κοινολογούμενον, ὀψιμώτερον δὲ τῶν ἄλλων ἀπὸ τοῦ σχήματος ὄντα, καὶ φανερώτερον; καὶ ὁ μάλιστα ἀγανακτῶ, ὅτι μὴ καὶ τὴν σκευὴν [a] μεταλαμβάνουσι, τὰ ἄλλά γε ὁμοίως ὑποκρινόμενοι τοῦ δράματος.

Ἃ μὲν γὰρ ἐν τοῖς συμποσίοις ἐργάζονται, τίνι τῶν κολάκων εἰκάσομεν; ὁκ ἐμφορῶνται μὲν ἀπειροκαλώτερον, μεθύσκονται δὲ φανερώτερον, ἐξανίστανται δὲ πάντων ὕστατοι, πλεῖω δὲ ἀποφέρειν τῶν ἄλλων ἀξιοῦσιν;

to etiam ineptiora his, magisque ridicula facere, illud tandem omnium maxime dolendum est. Quomodo enim me putas animo affectum esse, quoties video istorum aliquem, maxime eorum, qui ætate provecti sunt, adulatorum turbis immixtum: & illorum aliquem, qui honores gerunt, satellitum modo sectantem: & cum iis, qui ad cœnam vocant, sermones conferentem: ceteris insigniorem & magis conspicuum ob habitum? & quod vel maxime indignari soleo, quando non itidem habitum mutant, cum utique, quod ad cetera attinet, easdem partes agant.

25. Nam quæ in conviviis designantur, cui quæso adulatorum illa comparabimus? An non magis rustice replentur cibo? An non inebriantur magis, quam alii, manifeste? a convivio autem surgunt omnium ultimi: deinde & plura aliis auferre secum volunt: si

[a] Μεταλαμβάνουσι] Edd. priores μεταλαμβάνωσι.

21. Μεταλαμβάνουσι] Ὅρα τὸ μεταλαμβάνουσι αἰτιατικῇ συντεταγμένον. *V.*

44. Οὐδὲ ἐπιδεῖναι] Ἀργῆς τοῦτο ὁ ῥαθύμου ψυχῆς ὁ μὴ εἰδυίας εἰς δέον χρῆσθαι τῇ κτήσει. ἢ γὰρ ἐχρῆν φιλοσοφοῦντα μηδὲ τὴν ἀρχὴν κεκτῆσθαι, ἢ τὴν πατρῴαν * ὑπούσης τῆς κτήσεως ἀπεσκεύασε τὸ ἀχολίας ἀφεῖσθαι, ἀλλὰ μὴ κεκλη-

* Ὑπέσης] Leg. ὑπαρχούσης. *M. du S.* Retineo: sic solent, praestertim recentiores: vid. *Eunap.* p. 34. v. 9. p. 82. v. 12. *Herodotum* imitantur: βίῳ τε αρχαίων ὑπῆν l. c. 31. Pro τῆς πατρ. male *C.V.* τὰ τῆς ante κτήσιος abjiciendum. *T.H.*

** Ἄλλα] Leg. ἄλλως. *M. du S.* Proxime *C. V.* ἄλλῳ. *T.H.*

† Ὥσπερ ἀ] Leg. ὡσπερεί. *T.H.*

‡ Περισσῆς] In Ed. *A.* inserta hic erant verba textus: περισσῆς. [καὶ τὸ ἥμερον τῆ τρόπᾳ] Insulse; unum enim est schoma

16. Τῶν ἐπ' ἀξίας τινὰ] *Eorum aliquem, qui magistratum gerunt.* *J. Br.*

19. Ἀπὸ τοῦ σχ.] *E pallio*, quod philosophiae professorem sectatoremque decet. *J. Br.*

Σχήματος] Pallium intelligit, quod Philosophi ne Romæ quidem deponebant, ut inter togatos insigniores essent. V. μισθ. c. 24. *M. du S.*

20. Καὶ ὁ μάλιστα] Verba non satis cohaerent, nisi reponas, καίτοι μάλιστα ἀγ. vel potius mutata vocalarum sede, ὃ ὁ μάλιστα ἀγ. ut §. 31. *T.H.*

21. Τὴν σκευὴν] *Philosophi pallium.* *J. Br.*

Ibid. Μεταλαμβάνωσι] Μεταλαμβάνουσι. *Th.M.*

Μεταλαμβάνουσι] Hanc lectionem, ut meliorem vulgata μεταλαμβάνωσι, ex Scholiastæ & Coll. auctoritate restituimus, uti ante me volebant *Marcilius* & *Vorstius*. *M. du S.*

22. Τῇ ἀρ.] Fabulae, quam ante retulit, statimque declarat. *J. Br.*

25. Τίνι] Repetendum est τίνι, vel, si quis illud, me probante, malit, τίσι a τίς aut τίνα, secus atque Interpretes fecerunt: *cum quibus rebus, quae ab adulatoribus ac parasitis committuntur, comparabimus?* *T.H.*

Ibid. Οὐκ ἐμφοροῦνται] Repetit hanc philosophorum ἀπειροκαλίαν. Vitar. auct. *Pisc. Lapith.* & passim. *J. B.*

28. Πλείω δ' ἀποφ.] Quae enim superarent e coena, domum portabant convivae, ut alias docui. *J. Br.*

Πλ. δ' ἀποφέρειν] Hunc morem & alibi tangit *Noster*. Vide Τιμ. c. 32. *M. du S.*

31. Τῶν ἐπὶ μισθῷ] De quibus tractatum edidit qui de Mercede Conductis. *J. B.*

32. Τὴν ἀρετὴν ἀνίων] In hos aretalogos plenæ satyricorum paginæ, pleni philosophorum, οἱ ἀληθεῖς, libri. *J. B.*

33. Ἐξ ἀγορᾶς] Junge hoc ordine, πρότ. τὴν ἀρ. ὠν. ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς. Formula consueta: πρὸς Ἀπαιδ. §. 4. εἰ ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς ἦν πριάσαι. & Ἀναβ. §. 4. ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς ἀποκηρυττῶν σοφοὺς ἀνδρας· sic ἄρτος ἐξ ἀγορᾶς, qui vilior & in communem usum coctus in foro venum exponebatur: is omnium optimus Athenis, sed eo tamen, quem puriorem domi ditiores confici curabant, semper deterior: haec istum, quem movit ad *Alciphronem* Eruditiss. *Berglerus* p. 83. scrupulum levant: τὰ ἐξ ἀγορᾶς ἀμπολήσιτα κρέαδια *AElian.* de Anim. II, 47.

Scri-

ſi qui vero ipſorum urbaniores paulo ſunt, ſæpenumero etiam cantare non erubeſcunt. Atque hæc quidem ille ridicula cenſebat. Præcipue vero eorum mentionem faciebat, qui pacta mercede philoſophantur, virtutemque ipſam venalem tanquam de foro proponunt. Hinc & officinas cauponasque illorum ſcholas vocabat. Cenſebat enim eum, qui divitias contemnere alios docere vellet, primum ſe ipſum quæſtu ſuperiorem gerere debere.

26. Quod & præſtabat ipſe: non ſolum gratis converſando ac diſſerendo cum volentibus, ſed & indigentibus neceſſaria ſubminiſtrando, omnemque omnino opulentiam contemnendo. Ac tantum aberat ut aliena expeteret, ut ne ſuarum quidem rerum, quæ corrumpebantur, curam gereret; ut qui agrum, quem non procul ab urbe ſitum habebat, jam

οἱ δὲ ἀστειότεροι πολλάκις αὐτῶν καὶ ᾆσαι προήχθησαν· καὶ ταῦτα μὲν δὴ γελοῖα ἡγεῖτο. μάλιστα δὲ ἐμέμνητο τῶν ὅτι μισθῷ φιλοσοφούντων, καὶ τὴν ἀρετὴν ὥνιον ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς προτιθέντων. ἐργαστήρια γὰρ ἐκάλει καὶ καπηλεῖα τὰς τούτων σχολὰς· ἠξίου γὰρ τὸν πλούτου καταφρονεῖν διδάσκοντα, πρῶτον [b] ἑαυτὸν παρέχειν ὑψηλότερον λημμάτων.

Ἀμέλει καὶ πράττων ταῦτα διετέλει· καὶ μόνον προῖκα τοῖς ἀξιοῦσι συνδιαλέγων, ἀλλὰ καὶ τοῖς δεομένοις ἐπαρκῶν, καὶ πάσης οὐσίας καταφρονῶν· τοσούτου δέον ὀρέγεσθαι τῶν ἐόντων προσηκόντων, ὥστε μηδὲ τῶν ἑαυτοῦ φθειρομένων ποιεῖσθαι πρόνοιαν· ὅς γε καὶ ἀγρὸν ἐπόρρω τῆς πόλεως κεκτημένος, οὐδὲ ὀπιθῆναι αὐτοῦ πολ-

[b] Ἑαυτὸν] αὐτὸν *F.*

μένον ἐτώσιον ** ἄλλο ἄχθος περιφέρειν, † ὥσπερ οἱ φθονοῦντα τῇ τοῦ ἀγροῦ ‡ φερεκτῆς καλλιεργίας, καὶ τὸν ἐκ ταύτης τοῖς χρήζουσιν ὠφελείας· ὥσπερ οἶμαι καὶ ὁ Θηβαῖος Κράτης

lium. *M. du S.*

§ Ἀγρὲς] Reposui pro Ἀργὲς, & modo τῷ ἀγρῷ pro ἀργῷ. Vitium pluribus adhuc locis inſidens. In *Servio* ad Ecl. IV, 34. correxit *G. Voſſ.* ad *Valer. Fl.* I, 310. *T. H.*

τοῖς ἄλλοις ἀφῆκε μηλόδοτον τὴν κατὰ § ἀγροὺς κτῆσιν. ὥστε οὐ κατὰ Κράτητα Νιγρῖνον τὸ φιλοσοφεῖν, οὐδὲ πρὸς ἕταιρον ¶ ἀδίκως κρίνειν ἐπισταμένῳ ἀνδρί. *V.*

¶ Ἀδίκως] Leg. ἀδικάσως. *M. du S.* Praeclaram emendationem adjuvat *C. V.* ubi utraque vox hac figura ſcribitur: ⊄ ⊄ ἀδικα. *T. H.*

Scribi quoque poterat ἐπ' ἀγορᾶς· hoc enim non minus uſitatum: *Liban.* Decl. XI. p. 381. A. καὶ εἴ τι πολὺ χαρίεν ἦν τῶν ἐδωδίμων ἐπ' ἀγορᾶς· nam paulo ante alio ſenſu: οὐ τῶν ἐπ' ἀγορᾶς ἦμεν, *non unus eram forenſium tabularum. Philoſtr.* de V. S. II. p. 603. τὸ οἰκίας ἀφανηρυττομένης ἐπ' ἀγορᾶς· prorſus ad *Lucianum Philo Jud.* de V. M. p. 685. A. οὐχ ὥσπερ μισθοδήμους οἱ λογοθῆραι καὶ σοφισταὶ πιπράσκοντες ὡς ἄλλό τι τῶν ὠνίων ἐπ' ἀγορᾶς δόγματα καὶ λόγους· confer p. 289. D. Cæterum quod iſtorum ſcholas ἐργαστήρια vocabat, & καπηλεῖα Nigrinus, a Platone ſumtum, apud quem ſaepe Socrates καπήλων & καπηλευόντων nomine Sophiſtas infamat: vide *L. Bos* in Ep. II. ad Corinth. II, 17. Nicolaus Damaſcenus οὐκ ἴσην ὅτῳ τὸ παιδευμάτων πρὸς ἀργυρισμὸν ἐχρήσατο ἑδὴ ἐκαπήλευσεν, ut teſtatur ipſe in *Exc. Valeſ.* p. 417. Κάπηλον etiam, quanquam ratione paulum diverſa, *Lyſias* apud *Athen.* XIII. p. 612. D. AEſchinem appellat Socraticum: αἱ ὑπόλοιποι τῶν ἑρανων φοραὶ περὶ τοῦτον τὸν κάπηλον ὡς περὶ σκάλλω διαφθείρουσι· ut περὶ ἕρμια περιῤῥαγῆναι apud *Dion. Caſſ.* LII. p. 475. A. aliud agebat Vir ſummus, quum ſententiam exponeret; *univerſa illa pecunia, quanta quanta eſt, apud proximum cauponem perit:* κάπηλος iſte, & illa σκάλη impactam navim diffringens ipſe eſt AEſchines, quod alio loco clarius oſtendam. Proferunt autem, & pluribus illuſtrant hunc ſcriptoris noſtri locum *P. Faber* ad Tit. I. de Juſt. & Jur. p. 154. *D. Herald.* de Rer. Jud. Auct. II. c. 12. §. 12. *T. H.*

Ibid. Ἐργαστήρια γὰρ ἐκάλει & καπηλεῖα] Primam vocem *Benedictus* reddidit *tabernas*, Micyllus *ergaſtula*. *Ludov. Creſollius* libro v. theat. rhet. c. 3. amplius & propius *meritorias officinas*. Nam talem aliquam ſupponere debemus, ut pag. 153. *J. G.*

38. Ἀμέλει καὶ πράττων &c.] Redit ad Nigrinum, quem ut veri philoſophi exemplum proponit, & ut ante illius orationem, ſic & hic doctrinam ejus & vitam commendat. *G. C.*

41. Δέων] Edd. omnes præter *J.* δέον mendoſe. In L. etiam recte δέων. *M. du S.*

43. Οὐ πόῤῥω τῆς π.] Suburbana praedia maximi erant pretii & uſus, quod feſſis rerum urbanarum facile illuc excurrere liceret, atque illinc iterum in urbem redire. Fingit ergo *Lucianus*, ut magis extollat virtutem Nigrini, neglectum ab eo praedium non quodvis, ſed ſuburbanum. *J. C.*

44. Οὐδ' ἐπιδῆν] Legendum ἐπιδῆναι & διειληφώς. *J. Br.*

πολλῶν ἐτῶν ἠξίωσεν, ἀλλ' οὐδὲ † τὴν ἀρχὴν αὐτῶ εἶναι διωμολόγει. ταῦτ' οἶμαι διειληφὼς, ὅτι τούτων μὲν φύσει οὐδενός ἐσμεν κύριοι, νόμῳ δὲ καὶ παραδοχῇ † χρῆσιν αὐτῶν εἰς ἀόριστον παραλαμβάνοντες, ὀλιγοχρόνιοι δεσπόζειν νομιζόμεθα, καὶ παιδιὰν ἡ προθεσμία παρελθοῦσα, τηνικαῦτα παραλαβὼν ἄλλος ἀπολαύει τῶ ὀνόματος. ὀλίγα δὲ ἐκεῖνα παρέχει τοῖς ζηλῶν ἐθέλουσι παραδείγματα, τὴν τροφῆς τὸ ἀπέριττον, καὶ τὴν γυμνασίων τὸ σύμμετρον, καὶ τὸ προσώπου τὸ αἰδέσιμον, καὶ τὴν ἐσθῆτος τὸ μέτριον· ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις, τὴν ἀφροσύνας τὸ ἡρμοσμένον, καὶ τὸ ἥμερον τοῦ τρόπου.

Παραινεῖ δὲ τοῖς σωθεῖσι [a] μήτ' ἀναβάλ-

tot annis ne invisere quidem dignatus fuerit. Imo ne suum quidem prorsus esse affirmabat; illud, opinor, reputans, quod natura istarum rerum nullius domini sumus, lege autem & per successionem usum earum in tempus incertum accipientes, temporarii possessores habemur: quo exacto tempore, alius easdem a nobis accipiens, nomine itidem fruitur. Idem non parva præbet imitari volentibus exempla, victus scilicet frugalitatem, exercitiorum justum modum, vultus modestiam, & vestitus mediocritatem, & super omnia hæc compositam mentem morumque mansuetudinem.

27. Monebat secum versantes, ne bene agen-

[a] Μήτ' ἀναβάλλεσθαι] μήτ' ἀν. μήθ' ὑπερτίθεσθαι *J.* μήθ' ὑπερτίθεσθαι *V.* 2. μήτ' ἀναβ. Margo *A.* 1. *W.*

45. Ἀλλ' οὐδὲ τ. ἀρ. ἀ. εἶναι διωμ.] * Λουκιανῶ ἐς τὸ πίγραμμα,

Ἀγρὸς Ἀχαιρδωίδου γενόμην πότε, νῦν ὁ Μενίππου
Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι εἰς ἕτερον·
Καὶ δὴ ἐκείνῳ ἔσχεν με πότε * *V.*

† Ἀγρὸς] In *C. V.* erat ἀκ & γενόμην. recte vero πάλιν. *T. H.*

Μόγις] Si ridendo verum dixit *Lucianus*, antiquum erit & genuinum μόλις, quod postea degenerarit in μόγις. Antiquitati τῦ μόλις favent AEoles, quorum vetustissima est dialectus: iis enim hoc vocabulum adscribit *Helladius* apud Phot. p. 866. τὸ μόγις, inquit, ἀναλογώτερον ἀφ' τῦ γ γράφεται, ἐπὶ τῦ μὴ πόνου γινομένου ταττόμενον· οἱ δὲ Ἴωνες & Αἰολεῖς παλόγως ἀφ' τῦ λ. μόλις λέγοντες ἐκφέρουσι & γράφουσι· deduxit a μόγος, & utrumque pro eadem habuit voce. Alii non origine tantum, sed & potestate distinguunt, hoc a μόλλω vel μολῶ repetitum exponentes βραδέως, illud a μόγ@ vel μογεῖν, μὴ βίας vel μὴ πόνου· vide *Etymol.* & *Thom. Mag.* quod significandi discrimen etsi non plane repudio, quin tamen ab eodem fonte manent, vix mihi dubium est. In nostris *Homeri* Edd. utrumque reperias: in priscis alterutrum extitisse tantummodo, prout huic illive scripturae Grammaticorum natio studebat, a vero non abhorret. Haec est causa, cur *Apollonium Rhodium*, cum posuisset μόλις I, 674. Scholiastes, iniquiore quidem censura, notare non sit veritus: κακῶς ἀφ' τῦ λ. ἴδει γὰρ ἀφ' τῦ γ μόγις ἀφ' τῦ μόγον. secutus nimirum eos, qui tum in *Homero*, tum

reliquæ item literæ quieviſſent, nec confuſionem legibus vetitam inferrent. Eſt enim pulchrum unamquamque literam in eo ordine, quem primum ſortita eſt, manere: tranſcendere vero eo, quo non oportet, ejus eſt, qui jus & æquum evertit.

5. Et qui primus nobis has leges fixit, ſive Cadmus fuerit ille inſularis,

τὰ λοιπὰ δ' ἀν ἠρέμει συγχύσεως ἄρχεσθαι τῷ δυνάμει. καλὸν γὰρ ἕκαστον μένειν ἐφ' [c] ἧς τετύχηκε τάξεως. τὸ δὲ ὑπερβαίνειν ἐς ἃ μὴ χρὴ, λυοντός ἐστι τὸ δίκαιον.

Καὶ ὅστις πρῶτος ἡμῖν τοὺς νόμους τούτους ἀπετυπώσας, εἴτε Κάδμος ὁ νησιώτης, εἴ-

[c] Ἧς] οἷς F.

45. Μόγις] Μόγις οἱ Ἀθηναῖοι μόλις ἡ κοινή. V. * Μόγις, φησὶν Ἀττικιστὴς, ἀναλογώτερον ἀφ' τὸ Γ γράφει ἐπὶ τῶ μὴ πόνων γινομένων· οἱ δὲ Ἴωνες καὶ Ἰώλεις ἀφ' Λ ἐκφέρουσι ἐν γράφουσι. C.G.

* Μόγις] Atticiſtes hic eſt *Helladius Beſantinous*, cujus locum in adnotationibus protuli; ex quo patet, legendum eſſe διὰ τῶ Γ γράφεται & Αἰολικῶς. T.H.

tum alibi ſemper iſtum in modum ſcribi volebant. *Corinthus* inter Attica reponit τὸ μόγις. Alia lege apud *Joſ. Waſſe* ad *Thucydid.* p. 11. n. 60. p. 45. n. 5. p. 470. n. 85. p. 474. n. 13. T.H.

46. Καὶ μάλιστα] Locus corruptus, ſed cui non medeor. J.B.

Καὶ μάλιστα] Merito rejectis *Bourdelotio* & *Marcilio* J. *Gronovius* ad *Arrian.* IV. p. 166. emendat μὰ Δία· quod eo probabilius eſt, quia omnes ibi Codd. μὰ Δία vice vulgati μάλιστα praeferunt. Proderit haec obſervatio ad alia *Luciani* loca. Quanquam conjectura minime ſit ſpernenda, hic nondum video, cur nos poenitere debeat vulgatae lectionis: μάλιστα ſaepius uſu concinniore vim habet adſeverandi: e Noſtro exempla ſuppeditabit Index. *Harpocrat.* in Ἀσωβιτάταιον· ὃν μάλιστα οὐκ ἂν δύναιτό τις σωιδσαι, τί ποτε φρονεῖ. *Suidas*: Μάλιστα, ἀντὶ τῦ ἀκριβῶς ὁ Θουκυδίδης λαμβάνει· ſumtum e *Schol. Thucyd.* ad I, 17. qui perinde III, 92. σαθρὸν μάλιστα τεσσαράκοντα explicat, ἀντὶ τῦ κατ' ἀκρίβειαν· ſed in his propria quadam ratione ad numeros pertinet. T.H.

50. Ὑπερβ. εἰς ἃ μὴ χρὴ] Uſurpat *Feder. Morell.* ad *Dion. Chryſ.* p. 13. ſed parum appoſite. *Demoſth.* in Mid. p. 613. D. ἔθ' ὅλως προσιόντα, ὅτου μὴ προσῆκεν αὐτῷ. Adverſus φυγάδας ὅπου μὴ ἔξεστι κατιόντας dabatur ἔνδειξις. *Suid.* in ea V. *Ovid.* I. Pont. VII, 23. *Nec tamen irrumpo, quo non licet ire. Valer. Maxim.* VI. c. 2. de libertate dictis pariter ac factis teſtata, quae inter virtutem vitiumque poſita, ſi ſalubri modo ſe temperaverit, laudem; *ſi, quo non debuit, profuderit*, reprehenſionem meretur; εἰ ὑπερβαίη εἰς ἃ μὴ χρή. T.H.

53. Κάδμ. ὁ νησιώτης] *Phoenix* fertur ſuae aetatis hominibus ingenii acumine praecelluiſſe, ut qui & ſedecim literas primus omnium in Graeciam e Phoenicia attulerit: α. β. γ. δ. ε. ι. κ. λ. μ. ν. ο. π. ρ. σ. τ. υ. His *Palamedes* Nauplius Trojano bello quatuor adjecit, θ. ξ. φ. χ. & totidem *Simonides* Syracuſ. medicus. ζ. η. ψ. ω. G.C.

Κάδμος] Hac de re copioſe vir clariſſ. *Juſt. Lipſ.* ad *Tacit.* Claud. qui haec omnia diligenter exequitur. J.B.

Ibid. Ὁ νησιώτης] *Cadmus* ſecundum quosdam Tyrius fuit. Inſulam autem olim fuiſſe Tyrum, docet inter alios *Ovid.* Met. XV, 288. Vide *Bochartum* Geogr. II. l. 2. c. 27. *Alexandri M.* oppugnantis operibus continenti juncta eſt. A *Cadmo* autem invecta in Graeciam literarum elementa conſtans & vera traditio eſt. V. *Lipſ.* ad *Tacit.* Ann. XI, 14. De origine literarum apud Graecos lege eruditiſſimam *Scaligeri*, ſupra laudatam, Diſſertationem. Sed XVI. tantum ab eo illatos veteres volunt. V. *Spanh.* 83. M. du S.

Ὁ νησιώτης] Tyrius, ut Cadmum *Cinna* vocat apud *Soſip. Chariſ.* p. 99. *Jam inde a Belidis, natalique urbis ab anno Cecropiae* (ita legendum, non Cecropis: Cecropiam vel Athenas intelligit) *atque alta Tyrii ab origine Cadmi.* De inſula Tyro praeclare *Relandus* Palaeſt. III. p. 1052. hoc *Luciani* loco non praetermiſſo. Tyrum *Euripides* appellat νῆσον in Phoen. v. 212. Φοινίσσας ἀπὸ νάσου. Schol. τινὲς δὲ Φοινίσσας νάσου τὴν Τύρου νησιάζεται γάρ. hoc rectum atque ex veterum ſententia; nam quae praecedunt a recentiore manu, nullius ſunt pretii. Ejusdem fabulae verſum ſextum, ἐκλιπὼν Φοίνισσαν εἰναλίαν χθόνα, ita vertunt, *relinquens Phoeniciam terram maritimam*, quum debuiſſent, *Phoeniciam urbem*, ſive, *Tyrum mari cinctam.* Χθὼν: χώραν, γῆν pro urbe poni, praeſertim a Poëtis, docet *Kuſter.* ad *Ariſtoph.* Theſmoph. v. 115. nobis adſtipulantur antiqui Commentatores, quorum ad hunc locum explicatio luculentius, quam ad v. 212. & meliore fide repraeſentatur: delendum autem ἡ Φοινίκη hominis indocti adſumentum. *Meleager* Anthol. III. c. 6. Ep. 17. Νᾶσον ἐμὴν Φρίξιτιρα Τύρον. Apud *Joſeph.* A. J. VIII. c. 2. §. 7. Hiramus Tyri rex ad Salomonem ſcribit, ut ſibi pro opera ceteris in rebus navata frumentum mittat, ὅ ἐστι τὸ νῆσον οἰκεῖν διόμοιον· quae repetuntur c. 5. §. 3. *Diaconus* e *Feſto: Sarra, inſula Tyrus.* Conſentiunt Eruditi poſt magnum *Scaligerum* Sarram & Tyrum ab eodem manare vocabulo Phoenicio: at, ſi, quod *If. Voſſius* ad *Scylac.* p. 101. contendit, accipimus, non eſſe dubitandum, quin Sarra proprie ſit Palaetyrus, erroris abſolvi nequit

εἴτε Παλαμήδης ὁ Ναυπλίου, (καὶ Σιμωνίδῃ δὲ ἔνιοι προσάπτουσι τὴν προμήθειαν ταύτην,) οὐ τῇ τάξει μόνον, καθ' ἣν αἱ προεδρεῖαι βεβαιοῦνται, διώρισαν, τί πρῶτον ἔσται, ἢ δεύτερον, ἀλλὰ καὶ ποιότητας, ἃς ἕκαστον ἡμῶν ἔχει, καὶ δυνάμεις συνεῖδον. καὶ ὑμῖν μέν, ὦ δικασταί, τὴν μείζω δεδώκασι τιμὴν, ὅτι καθ' ὑμῶν αὐτὰ δύνασθε φθέγγεσθαι. ἡμιφώνοις δὲ, τὴν ἐφεξῆς, ὅτι προσθήκης εἰς τὸ ἀκουσθῆναι δεῖται. πασῶν δὲ ἐσχάτην ἐνόμισαν ἔχειν μοῖραν ἑνὶα τῶν πάντων, οἷς οὐδὲ φωνὴ

five Palamedes Nauplii filius, (sunt & qui hanc curam Simonidi tribuant) non ordinem tantum, per quem sua quibusque literis sedes stabilita est, finierunt, quæ debeat esse prima, quæ secunda: sed qualitates etiam & virtutes, quas habent singulæ nostrûm, perspexerunt. Et vobis quidem, o judices, honorem tribuerunt maximum, propterea quod sonum edere sine ope aliena valetis. Semivocalibus vero secundum, quia, ut perfecte audiantur, vestra accessione egent. Omnium autem postremum quibusdam decreverunt, quibus ne vox quidem per

quit *Festus*, qui *Tyrum insularem* exponat: sic tamen & *Servius* ad Georg. II, 506. *quae enim nunc Tyros dicitur, olim Sarra vocabatur*: idque etiam tradiderat ille nescio quis, Graecus certe scriptor apud *Gell.* N. A. XIV, 6. Mihi quidem satis exploratum videtur, & non levibus argumentis nixum, haud longe post Palaetyri initia Tyrum ob egregias loci opportunitates in insula proxima fuisse conditam, & jam ante Salomonis aetatem opibus floruisse; nullaque adeo proferri potest ratio, quae Sarram veterem esse solam Tyrum, exclusa nova, cogat. *T. H.*

54. Παλαμήδης] Παλαμήδης εὗρε τὸ Ζ. καὶ Π. καὶ Φ. καὶ Χ. στοιχεῖα. *Hesych.* περὶ σοφῶν. *A. V.*

Παλαμήδης] Quatuor a *Palamede* additas alphabeto literas tradidere quidam. Vide *Tacit.* A. XI. 14. *M. du S.*

Ibid. Σιμωνίδῃ] Et hic quatuor literarum additione apud veteres nobilis, quas *Plinius* VII, 56. facit Z. H. Ψ. Ω. Sed pro Z. *Suidas* & *Salmasius* Ξ ab eo additam statuunt, Not. ad inscript. *Herod.* p. 224. Consule *Spanhem.* p. 41. & 84. 85. *M. du S.*

Σιμωνίδῃ] Repertis, vel potius invectis in Graeciam literis, literarumque formis Cadmus supra ceteros omnes inclaruit. Graeci, quasi originem artis omnium utilissimae peregrinam aequo animo non ferrent, Palamedem in hujus partem laudis vocarunt: testes quidem in ejus causa sane quam multi, qui simpliciter literas illum invenisse perhibent: *Gorgias* & *Alcidamas* personati Declamationibus adversis, *Hygin.* F. 274. *Dion Chrys.* Or. XIII. p. 225. *Philostr.* de V. A. T. IV. c. 33. Her. p. 708. 710. ubi gruum commemorat artificem volatum, de quo praeter *S. Bochartum* Hieroz. P. II. lib. I. c. 11. *Raderus* ad *Martial.* XIII, 75. ex *Philostrato* notans, quod & alii priores fecerunt, quae nusquam in eo compareant: hoc autem commentum a quo sit auctore, quamque antiquum, nunc exquirere nihil attinet. *Themistius* Cadmum & Palamedem itidem adjungens Or. IV. p. 60. A. librarios eleganter vocat τοὺς τοῦ Κάδμου καὶ Παλαμήδους τέχνης δημιουργούς. Nescio an Euripidem pro hujus opinionis auctore fuerint secuti: videntur certe: ejus ex Palamede locum egregium servavit *Stob.* p. 469. in quo minus miror tot homines Eruditissimos, eorum autem, qui de literis scripserunt, nemo fere praetermisit, nullam tetigisse vitii suspicionem, postquam Scaligeri acerrimum illud ingenium cessaverat ad *Manil.* IV, 206. praeclaram posterioris partis emendationem Viro Maximo hora melior suggessit, ut discimus ab *H. Grotio* ad Floril. Tit. LXXXI. Priores versus, quum hactenus etiam, ut puto, nonnihil laborent, ita legendos arbitror: Τὰ δ' γε λύθης φάρμακ' ἁρμόσας μόνος Ἄφωνα καὶ φωνῆντα (φωνοῦντα, quasi Graecum foret, nimium patienter tulerunt) συλλαβάς τε θεὶς ἁρμόσας dedi pro ὀρθώσας, utpote, me quidem judice, convenientius: tametsi, si quis illud tueri velit pro, *in commodum rectumque ordinem digerere*, quomodo fere Iph. in A. v. 24. τὰ θεῶν εὖ ὀρθωθέντα, id est, ὀρθῶς διοικηθέντα, ἁρμοσθέντα, non valde sim repugnaturus: tum porro σάφα δέλτῳ ἀμφιρεῖ restituo pro κακὰ, quod, utcumque cesserit emendatio, corruptum profecto est. Ex his quidem solis, quod veteres videntur feciisse, fecerunt certe recentiores *J. Meursius* aliique, ut Palamedi literarum inventionem tribuerit Euripides, haud sane conficias: nihil utique aliud affirmat, quam quod literis ordinatis faciliorem utendi scribendique rationem commonstraverit; quemadmodum *AEschylus* Prometheo inter alia magnifica, quae Tragicorum more perquam liberaliter heroï suo donat, etiam adsignavit v. 459. γραμμάτων τε συνθέσεις, vel potius σύνθεσιν Μνήμης ἁπάντων μουσομήτορ' ἐργάνην· sic enim reponendum censeo: is tamen idem, ut scenae serviret, nihil alienum facere sibi visus est, si, quorum hic Prometheum dixisset auctorem, eorum quaedam ad Palamedem multo posteriorem alibi referret, quod observat *Schol.* adv. 457. *Sophocles* vero, qui Palamedem quoque suum ornatissime instruxit, nullam, opinor, inter ceteras ejus laudes literarum fecerat mentionem; saltem tale nihil apparet eo in loco, quem protulit vir magnus ad *Manilium*, sed ista, ex adversariis, ut saepenumero solet, deproperata parum caute scribens: *In Tragoedia autem Sophoclis Nauplio ita quidam de Palamede narrat*: nam sic *Achilles Tatius* p. 122. Σοφοκλῆς ὁ Παλαμήδει ἀνατίθησι. λέγοντα δὲ Ναύπλιον εἰσάγει· unde nec colligi potest, sumtos esse versus illos ex fabula Nauplio, & simul constat, de filio Palamede ipsum Nauplum, non alium

per se ulla est. Has itaque leges per vos Vocales conservari decet.

6. Hoc vero ταῦ, (neque enim possum ipsum turpiori nomine appellare, quam quo nominari solet) quod per Deos, nisi duæ quædam bonæ ex vobis, & auditu decenti, ἄλφα scilicet, & ὐψιλὸν, (ejus misertæ) convenissent, ne audiretur quidem, hoc inquam ταῦ mihi majorem vim, quam ullæ unquam literæ, inferre ausum est. Nam nominibus & verbis patriis me extrudere, præterea ex ipsis etiam conjunctionibus &

προσεσι καθ' αὐτά. τὰ μὲν ὂν φωνήεντα φυλάσσειν ἔοικε τοὺς νόμους τούτους.

[a] Τὸ δὲ Τ τοῦτο, ὑ γὼ ἔχω αὐτὸ χείρονι ὀνομάσαι ῥήματι, ἢ ᾧ καλεῖται, ὁ μὰ τοὺς θεοὺς, εἰ μὴ ἐξ ὑμῶν δύο συνῆλθον ἀγαθοὶ, καὶ καθήκοντες ὁρᾶθῆναι, τό, τε ἄλφα, καὶ τὸ Υ, οὐκ ἂν ἠκούθη μόνον, τοῦτο [b] ὃν ἐτόλμησεν ἀδικεῖν με τοῦ πώποτε βιασάμενον, ὀνομάτων με καὶ ῥημάτων ἀπελάσαι πατρώων, ἐκδιῶξαι δὲ ὑμῶν

[a] Τὸ] τὸ δὲ abest a F. τό δ' γε C. [b] Οὗν] τοιοῦν margo A 1 W.

lium quendam, ista commemorasse. Praeterea quatuor versus, quos *Scaliger* adnectit, postremi optime quidem ad sensum respondent; sed, si verum est, ut sane videri non diffiteor, ex Nauplio Πυρκαεῖ priores esse depromtos, hi certe quatuor cum illis, quantumvis congruant, conjungi non debent: extiterunt enim in Sophoclis fabula Palamede, ut discerte testatur *Eustath.* ad Il. B. p. 228. Od. A. p. 1397. A vero igitur non abhorret propagatam esse ex Euripide minus bene intellecto illam de Palamede literarum inventore opinionem, quam quum refutaret, sapiebat sane *Tzetzes*, in illis etiam, ubi sapit, ineptissimus Chil. V, 804. XII, 39. Rectius alii curam Palamedis, nam quin ejus non fuerint hae in re nullae partes, minime dubito, ad paucas literas easque compositas adstringunt: *Serv.* ad AEn. II, 86. satis circumspecte: *secundum quosdam ipse reperit literas: quae res si forte sit dubia, tamen certum est* Θ, Φ, Χ *ab hoc inventas cum adspiratione.* Ξ addit cum aliis *Schol. Gregor. Nazianz.* ad Stelit I. p. 66. hic quam parum veteres inter se consentiant, expositum leges tum ab aliis, tum a *J. Meursio* ad *Hesych. Illust.* p. 159. & *J. G. Vossio* Art. Gramm. I. c. 10. Loquitur autem ne *Lucianus* quidem de literis inventis, sed per certas leges ad commodum ordinem atque usum dispositis: ceteroquin post Cadmum & Palamedem non nimis accurate Simonidem addidisset, qui trium tantummodo, vel quatuor ad summum compositarum habetur auctor. Operae pretium erit conferri, quae de Lino tradit *Diodor.* III. p. 140. B. prava Rhodomanni versio, quod Lino *Diodorus* adscriptum volebat, Cadmo perperam tribuit: hoc quamvis animadversum a *J. Perizonio AElian.* V. H. III, 32. n. 5. fraudi tamen fuit Amplissimo *Bouhier.* Diss. de Pr. G. & L. L. §. 14. Apud *Plutarchum* etiam τάξις γραμμάτων & προεδρία Symp. IX. Qu. 2. ubi & Cadmum, Palamedem ac Simonidem similiter atque a *Luciano* commemoratos reperies, & plura, quae ad hoc genus omnino pertinent. Ὅπως ἡ τάξις τῶν γραμμάτων ἔχειν νενομοθέτηται, *Tatian.* Orat. ad Gr. §. 29. Mox placet Codd. lectio, οὐκ ἐν τῇ τάξει μόνῃ· quod posterius retineas an μόνον etsi parum referat, hoc tamen malo propter ἀλλὰ καὶ sequens. In Nigr. tamen §. 1. οὐ κεφαλαίῳ μόνῳ. §. 38. οὐκ αὐτοὶ μόνοι λυσσῶσιν, ἀλλὰ καὶ &c. Haec saepius a librariis confusa. *T. H.*

56. Οὐ τῇ τάξει μόνον] Mss. οὐκ ἐν τῇ τάξει μόνῃ, quod idem. *J. B.*

61. Ἡμιφώνοις] De his & *mutis* consule *Dionys. Halic.* de Str. Or. XIV. p. 96. Ed. Uptonianae. *M. du S.*

65. Καθ' αὐτὰ] Prave hunc locum interpungi in omnibus in hunc modum, καθ' αὐτὰ μὲν ὂν τὰ Φ. video. Revocavi igitur genuinam hanc, quam vides, lectionem: qua admissa, omnia jam plana sunt. Sola *J.* τὰ ante μὲν ὄν habet, quod adjumento fuit. *M. du S.*

67. Οὐ γὼ ἔχω] Utitur hoc loco *Sam. Petitus*, vir doctrina quam recto judicio melior, Misc. III. c. 9. ut mirificam illam Virgiliani in Tullium Cimbrum epigrammatis emendationem illustret. *T. H.*

70. Καθήκοντες ὁρᾶθῆναι] Cedo mihi ex veterum aliquo exemplum, quod talem usum τῶ καθήκων probet, & desistam huic scripturae litem movere. Interea corrigo mutatione non ita magna: καλοὶ ὄντες ὁρᾶθῆναι· quae usitatissima est loquendi formula. Καλὸς ἰδεῖν *Euripid.* Rhes. v. 380. κάλλιστ' ὀφθῆναι *Cornut.* de N. D. c. 32. p. 225. *Eunap.* Prisc. p. 114. v. 15. εὐπρεπὴς ὦν ἰδεῖν *AEschin.* in Tim. p. 22. v. 25. In *Platonis* Parmenide p. 1110. B. Parmenides ipse καλὸς καὶ ἀγαθὸς τὴν ὄψιν, Zeno autem εὐμήκης & χαρίεις ἰδεῖν· sicut in *Luciani* Prom. in verb. §. 3. ὀφθῆναι χαρίεντα· contra αἴσχιστ' ὀφθῆναι τὴν ὄψιν de Hist. Conscr. §. 9. Rarius illud *AEschinis* in Tim. p. 7. v. 34. εἰσὶ φύσεις ἀνθρώπων πολὺ διαφέρουσαι ὀφθῆναι ἀλλήλων τὰ περὶ τὴν ἡλικίαν· quo loco si quis vulgatam *Luciani* lectionem defendere conetur, is, meo quidem judicio, multum errabit. Ὁρᾶθῆναι autem ne sede sua deturbetur, intercedo: eo magis, quod ἀκουσθῆναι conjecturae sane parum felici, non vetusto Codici debeatur. Sunt enimvero Α & Υ specie ad videndum pulchra, si ad literam Τ comparentur, quae crucem referat: tum animadverte, quam illud auribus ingratum accidat, καθήκοντες ἀκουσθῆναι, οὐκ ἂν ἠκούθη μόνον. *T. H.*

Ibid. Ἀκουσθῆναι] Ex Cod. L. haec scriptura est. reliqui libri ὁρᾶθῆναι. *M. du S.*

74. Ἀπελάσαι] Melius congruere ἀπελάσαν & ἐκδιάξαν

ὁμῶ σιωδέσμων ἅμα καὶ προθέσεων, ὡς μηκέτι φέρειν ἢ ἔκλοπον πλεονεξίαν. ὅθεν δὲ, καὶ ἀπό τινων ἀρξάμενον, ὥρα λέγειν.

praepositionibus expellere tentat; adeo ut istam immanem aviditatem ferre ulterius nequeam. Verum jam tempus est dicere, unde & a quibus initiis coeperit.

Ἐπεδήμουν ποτὲ Κυβέλῳ (τὸ δὲ ἐστὶ πολίχνιον οὐκ ἀηδές, ἄποικον, ὡς ἐπέχει λόγος, Ἀθηναίων,) ἐπηγόμην δὲ καὶ τὸ κράτιστον ἐκ γειτόνων τὸ βέλτιστον. καὶ ἡγούμην δὲ παρά τινι κωμῳδιῶν ποιητῇ, Λυσίμαχον ἐκαλεῖτο, Βοιώτιον μὲν, ὡς ἐφαίνετο, τὸ γένος ἀνέκαθεν,

7. Peregrinabar aliquando Cybeli, (id oppidulum est non injucundum, colonia, sicuti fertur, Athenienſium,) adduxeramque mecum fortissimum ἐκ ex vicinis meis optimum. Divertebam vero apud comicum quendam poëtam, Lysimachum nomine, genere, quantum apparebat, Bœotium, sed

82. Λυσίμαχον] Οὗτος μὲν πρῶτος ἤρξατο τὸ τῦ σίγμα εἰς τὸ ταῦ μεταβολῆς, τέτταρα * κατατολμήσας εἰπεῖν καὶ τήμερον. *V.*

* Κατατολμήσαι] Levis menda; lege κατατολμήσας, Lysimachus scilicet. *J. J.*

Ita restituerant *M. du Soul*, & *Matth. Sladus*. *T. H.*

δώξαν nemo, qui ad nexum orationis attenderit, diffitebitur: hoc satis liquidum; sed βιασάμβων legatur, an βιασαμένων non multum interest. *T. H.*

75. Σιωδίσμων] Quo respexerit mihi non liquet; neque enim in lingua vulgari quicquam est quod huc faciat. Dialectos non moror. *M. du S.*

76. Ἔκλοπον] Mss. ἔκπλωτον, ἤτοι βίαιον καὶ ἀφόρητον. *J. B.*

78. Κυβέλῳ] Dico ad *Pausan.* *J. B.*

Κυβέλῳ] Bourdelotio solenne est, eorum, quae nullus intelligit, explicationem in aliud tempus promittere. Equidem de Cybelo Athenienſium colonia, & Lysimacho Comico nihil habeo quicquam, quod in medium adferam, certi. *Berkelius* ad *Stephan.* in Κυβέλεια illud oppidum esse censet, quod genere feminino dicatur a *Stephano* Κυβελλα, idemque Cuballum *Livii*, Gallograeciae castellum XXXVIII, 18. hoc posterius ob rationes multas, quas promere longum foret, probabile non videtur. De *Stephani* loco aliter sentit *L. Holstenius* existimans esse scribendum, ἔστι Κύβελα Φρυγίας· scilicet ὄρος. Κύβελα sane notissimi Phrygiae montes, praecipue matris Deûm religione & sacris. *Hesych.* Κύβελα, ὄρη Φρυγίας καὶ ἄντρα· Θαλάμαι· ita lege, non Θάλαμοι. *Schol. Homer.* ad Il. Z. 135. ex vetustioribus: ἐν Κυβέλοις τῆ Φρυγίας· vide *Marqu. Gudium* ad *Phaedr.* p. 77. *Th. Reines.* ad Inſc. Ant. Cl. II. n. 68. Quominus adsentiar, interpellat me non *Tzetzes* quidem, quis enim ejus hominis auctoritate moveatur? sed quod e Scholiis ad *Lycophronis* Alexandram veterioribus ad v. 1170. videtur exscripsisse: ὁ Ἱππώναξ κύβηλιν τὴν Ῥέαν λέγει ὡσπερ τὸ ἐν Κυβέλλᾳ πόλει Φρυγίας τιμᾶσθαι· haec si fidem merentur, habemus urbem Phrygiae Cybellam geminata litera λ. similiter ac Κυβέλλια κώμη post Erythras inter montem Mimantem & promontorium atrum sita *Strab.* XIV. p. 954. C. de qua mihi non probantur, quae notat *Is. Vossius* ad *Mel.* I. p. 119. Haec me inducunt, ut credam in Stephano sic esse reponendum: Κυβέλεια, πόλις Ἰωνίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ· Ἡρωδιανὸς δὲ Κυβέλην φησὶ πόλιν Φοινίκης· ἔστι καὶ Κύβελλα Φρυγίας· (πόλις nimirum ex praecedentibus) καὶ Κύβελα, ὄρος ἱερὸν, ἀφ' ἧ Κυβέλη ἡ Ῥέα λέγεται. Neque tamen eo magis adfirmavero, id ipsum oppidum esse Luciani Cybelum; quanquam Nelidas etiam in Cariam & Phrygiam perveniſse satis constet: *Schol.* Apollon. Rhod. ad I, 959. Non me praeterit Thraciae, quo plures fuisse missas Atticorum colonias certum est, urbs Κύψελα prope Hebrum fluvium, cujus praeter *Stephan.* in V. meminerunt *Appian.* de B. Mithr. p. 349. *Polyaen.* IV. c. 16. facili quidem errore Κυψέλᾳ (utrumque numerum in multarum urbium nominibus usurpari nemo nescit) migrare poterat in Κυβέλᾳ· sed haec an Athenienſium fuerit ἄποικος, juxta cum ignarissimis scio. Quicquid est ferme veteris memoriae Lysimachorum ob oculos mihi versatur: nullum tamen alibi reperio, in quem, quae narrat Lucianus, conveniant: nam Lysimachus iste, cujus e Lycurgo tanquam εὐτελοῦς μελοποιοῦ meminit *Harpocration*, huc pertineat, nec ne, quis adfirmaverit? Ergo Luciano, cui alia non pauca soli, hujus etiam Lysimachi veteris Comici notitiam debemus: is quia primus, aut saltem inter primos praecipuus, σσ, quod prisca dialectus Atticorum usurpabat, in ττ commutare sustinuit: ideo Βοιώτιος ἀνέκαθεν dicitur, quem jocum aut valde fallor, aut a quodam vetustae Comoediae poëta Lucianus accepit: non enim Atticis erat hic usus vernaculus, sed a vicinis Boeotis ad eos existimabatur perveniſse. Egregius extat inprimis ad hanc rem illustrandam AElii Dionysii locus apud *Eustath.* ad Il. K. p. 813. quem totum describere non gravabor: Ἰστέον ὅτι ὁ φάνυ εὑρηται χαίρων ὁ ποιητὴς τῇ προφορᾷ τοῦ τ ἀντὶ τοῦ σ κατὰ τοὺς ὑστέρους Ἀττικούς, οἱ Ὁμήρου σήμερον λέγουσι, τήμερον αὐτοί φασιν. ὡς καὶ τὴν κοινῶς σύρβην τύρβην λέγουσι, καὶ τὸ σεῦτλον τεῦτλον. Αἴλιος δὲ Διονύσιος ἱστορεῖ τοὺς κωμικοὺς μάλιστα ἐκκλίνειν πᾶν τὸ ἔχον σιγμὸν καὶ ἐξέχησιν καὶ ψόφον, ἃ τῇ τραγῳδίᾳ μάλιστα ἁρμόττει· διὸ καὶ Δημοσθένεις τοὺς τραγικοὺς ὡς μὴ τοιούτους προσπαίζουσι ἐν τῷ, ἔσωσας ἡμᾶς ἐκ τῶν σιγμάτων Εὐριπίδου· (ex Ἑορταῖς Platonis Comici versus, ut ostendit *Schol. Euripid.* ad Med. v. 476. ubi melius ἡμᾶς, quod hic legem jambi violat, omittitur) λέγει δὴ

sed qui se tamen e media Attica oriundum dici volebat. Apud hunc hospitem ego hujus ταῦ aviditatem deprehendi. Quod dum paucis aggrederetur dicere τετταράκοντα, privans me meis cognatis, existimabam eam esse consuetudinem literarum, quae una essent educatae. Praeterea cum τήμερον & similes quasdam voces ad se pertraheret, dicere tas esse suas, audiebam patienter, nec vehementer admodum me ea res mordebat.

ἀπὸ μέσης δὲ ἀξιοῦντι λέγεσθαι τὴν Ἀττικῆς. ἐπῳδὴ τούτῳ δὴ τῷ ξένῳ τὴν τοῦ ταῦ τούτου πλεονεξίαν ἐφώρασα. μέχρι μὲν γὰρ ὀλίγοις ἐπεχείρει τετταράκοντα λέγειν, ἀποστερῶν με τὰ συγγεγενημένων μοι, σωσθείαν [a] ὦμην σωτεθραμμένων γραμμάτων· ἔτι δὲ τήμερον καὶ τὰ ὅμοια ἐπισπώμενον, ἰδία ταυτὶ λέγειν, καὶ οἷσὸν ἦν μοι τὸ ἄχθος, καὶ εἴ πάνυ τι ἐδακνόμην ἐπ' αὐτοῖς.

Ὁπό-

a Ὦιμην] Post ὦμην margo *A* 1 *W.* interserit τὸ πρᾶγμα.

Ἀ Ὅτι Περικλέα φασὶ πρῶτον ἐκκλῦναι τὸ Ὀλ τῷ σιγμα χημαλισμὸν τῷ στόματος ὡς ἀπρεπῆ Ἀ πλάτων, γυμναζόμενον ἀεὶ πρὸς τὸ κάτοπτρον· καὶ ὅτι Θέτταλοι Ἀ Κιτιεῖς, οὐχ οἱ κατὰ Φοινίκην, ἀλλ' οἱ περὶ Κύπρον, ὧν πόλις Κίτιον κληθεῖσα ὕστερον φασὶν ἀπὸ Κιτίου γυναικός τινος, θάλατταν ἔλεγον καὶ πίτταν καὶ καρδιώττειν Ἀ Ματτιαλίαν καὶ τοιαῦτα, ὅσα ἐδαμοῦ Ἀττικὰ νομίζονται, ἀλλὰ τὰ ἡγεμόνων, φησὶ, Βοιωτῶν, τῷ μήτε Ὅμηρον, μήτε τραγικοὺς, μήτε Θουκυδίδην ἢ Πλάτωνα κεχρῆσθαι αὐτοῖς· ἐν δὲ τῷ τέλει τῶν λόγου &c. Haec talia sunt, ut sequi debuisse putes, quae de Lysimacho refert noster *Lucianus.* Ceterum, quod observat AElius, θάλαττα, πίττα, istiusque generis similia rarius ab iis, qui τὴν παλαιὰν Ἀθῆναι, eamque adhuc intemeratam sectantur, usurpata reperies: quamobrem jure suspicari licet, ubicumque in Thucydide & Platone aliter haec scribantur, librariorum id accidisse culpa: nam Atticorum vetusta dialectus eadem propemodum, quae Ionum, frequentem literae τ, praesertim duplicatae usum abhorrebat. Quantum autem Iones sigmate delectantur, tantum Dores ac Boeoti refugiunt: nec defuere, qui totas odas, offensi ingrato literae sibilo, fecerint ἀσίγμους· quin Pindarus ignominioso titulo Σὰν κίδαλον appellavit, ut testantur *Dionys. Halic.* de Comp. Verb. p. 23. & *Athen.* X. p. 455. C. qua de re jam ante monuit *Brodaeus* Misc. III. c. 14. Hoc porro Luciani loco parum diligenter inspecto *Christ. Wasius* inconsiderate scripsit de Lic. Vet. Poët. c. II. p. 17. Lucianus *in Actione* Σ *adversus* Τ *injuriarum & damni dati Lysimachum Comicum poëtam Boeotia oriundum inducit, unde illa omnia resciverit.* *T. H.*

Ibid. Πολίχνιον] Sic *Julian.* Imperat. *Misop.* de Lutecia. Mendose in Mss. πολύχνιον. *J. B.*

82. Λυσίμαχον] Hujus Comici quis alius meminerit nescio. *M. du S.*

86. Μέχρι . . . . . .] Restituere plene non possum: alii, si lubet, tentent. Ed. *J. S.* ὦμην τὸ σ. γρ. & post λέγειν, πρᾶγμα, haud dubie suo loco motum. ex qua lectione (collata cum ea, quam *Bourd.* Ms. praeferebat) videtur locus totus sic legendus; ἀποστερῶν με τὰ συγγεγενημένων Ἀ σωτετραφημένων γραμμάτων. ἔτι δὲ τήμερον καὶ τὰ ὅμοια ἐπισπώμενον ἰδία ταυτὶ λέγειν σωσθείαν ὦμην τὸ πρᾶγμα. Nam λέγειν, quod praecessit, mutandum non videtur, ob ἀποστερῶν participium sequens. V. *Eur.* Tr. p. 501. A. ἀλλ' εἰδὲ πῶλος ἥτις ἂν διαζυγῇ τὰ σωτραφείσης, ῥᾳδίως ἕλκει ζυγά. *M. du S.*

Μέχρι μὲν γὰρ] In perturbato loco, interea dum liber aliquis oriatur, qui difficultatem omnem expediat, non oberit, credo, liberior quaedam alea conjectandi. Proxime ad Mss. lectionem, quam *Bourdelotius* adnotavit, hunc in modum constitui possunt Luciani verba: Μέχρι μὲν γὰρ ὀλίγοις ἐπεχείρει τετταράκοντα λέγειν, ἀποστερῶν τί με τὰ συγγεγενημένων μοι καὶ σωτεθραμμένων (alterutrum, ut alterius explicatio, posset omitti) γραμμάτων, ἔτι δὲ τήμερον καὶ τὰ ὅμοια ἐπισπώμενον, ἰδία ταυτὶ λέγειν, εὐήθειαν ὦμην τὸ πρᾶγμα, καὶ οἷσὸν ἦν &c. Forte nonneminem offendat λέγειν in tam brevi spatio bis repetitum: huic etiam fastidio potest occurri: Μ. μ. γ. ὀλ. ἐπ. τὰ τετταράκοντα ἀποστερῶν με, ἔτι δὲ τήμερον καὶ τὰ ὁμ. ἐπισπώμενον ἰδία ταυτὶ λέγειν, εὐήθειαν ὦμην τὸ πρᾶγμα τὰ συγγεγενημένων Ἀ σωτεθραμμένων γραμμάτων, καὶ οἷσὸν &c. Ut liberales simus, tertium aliquod remedium addere placet; Μ. μ. ὀλ. ἐπ. τοῖς τετταράκοντα ἀποστερῶν με τὰ συγγεγενημένων μοι, ἔτι δὲ τ. καὶ τὰ ὁμ. ἐπισπώμενον, ἰδία ταυτὶ λέγειν, εὐήθειαν ὦμην τὸ πρᾶγμα τῶν σωτεθραμμένων γραμμάτων, καὶ οἷσὸν ἦν &c. Quomodocumque statuatur, hoc certe adfirmare posse videor, σωσθείαν recte mutatum esse in εὐήθειαν, sive apertam quandam ipsius literae Τ simplicitatem intelligas sine dolo corripientis, & ad se trahentis, quae propria putabat, quod sane paulo magis ferendum, quam si per vim & injuriam eadem facere deprehenderetur; sive, ut in secunda tertiaque conjectura sumi necesse est, stultam ceterarum literarum facilitatem, quae, temere deserto Σ pene contubernali, ad violentissimum illud Τ sponte se applicarent. Σωσθείαν profecto, in quamcumque partem vertas, quem sensum habere possit, non video: nisi forte consuetudinem ac familiaritatem interpreteris, per quam licuisse sibi censuerit Τ, ut vicinae amicissimaeque literae Σ res proprias ex veteri dicto, Πάντα φίλων κοινὰ, pro suis usurparet: huic autem potestati, modo cujusquam calculum ferat, extra primam conjecturam locus esse non potest. *T. H.*

87. Λέγειν] Pater adscripsit λέγον. *J. G.*

88. Συνήθειαν ὦμην] Desunt in Mss. *J. B.*

90. Ταυτὶ λέγειν] Post λέγειν in Mss. σωσθείαν ὦμην τὸ πρᾶγμα. *J. B.*

Ὁπότε δὲ καὶ ἐκ τούτων ἐξάμυον ἐτόλμησε καὶ τίτερον εἰπεῖν, καὶ κάτλυμα, καὶ πίτλαν, εἶτα [a] ἀπερυθριάσαν, καὶ βασί-95λιτλαν [b] ὀνομάζειν, ἐμὲ μέλριός ὄπι τούτοις ἀγαναντῶ, καὶ πίμπραμαι, δεδιὸς μὴ τῷ χρόνῳ καὶ τὰ σῦκα τῦκά τις ὀνομάσῃ. καί μοι πρὸς Διὸς ἀθυμοῦντι, καὶ μεμονωμένῳ τῶν βοηθησόντων, σύγγνωθι τὴν δικαίας ὀργῆς. ἐπὶ γὰρ τοῖς τὰ μικρὰ καὶ τὰ τυχόντα ἐστὶν ὁ κίνδυνος, ἀφαιρεμένῳ τὸν συνή-

8. Verum poſtquam, ſumpto ab his initio, eo audaciæ proceſſiſſet etiam, ut καττίτερον, κάττυμα, & πίτταν pronuntiaret, deinde, abjecto omni pudore, βασίλιτταν quoque nominaret: haud leviter ſum commotus, & ira accenſus, timens ne quis temporis ſucceſſu etiam σῦκα, τῦκα appellet. Oro autem vos per Jovem, ut afflicti, & omni ope & auxilio deſtituti, juſtam indignationem feratis. Neque enim parvum hoc, aut vulgare periculum eſt, cum aſſue-

a Ἀπερυθριάσαν] ἀπεριθριάσει F. b Ὀνομάζειν] ὀνομάζει J.

3. Ἀφαιρουμένῳ * τὸν σωιφθων] Ἀντὶ τοῦ ἀποστερούμενον· ἢ ὅτι καὶ τὸ † ἀφελίσθαι αἰτιατικῇ συντάσσεται· Ὅμηρος· ἐπεί μ' ἀφέλεσθέ γε αὐτήν. V.

* Τῶν συνιόντων] Perperam in Scholiaſte pro συνιόντων ponitur συνίντων. Mox ubi ille Interpres τὸ ἀφαιρεμένῳ exponit, verba ejus ita concinnanda, Ἀντὶ τοῦ ἀποστερεμένῳ· ἢ ὅτι καὶ τὸ ἀφελίσθαι αἰτιατικῇ συντάσσεται. Ὅμηρος, ἐπεί μ' ἀφέλεσθέ γε αὐτήν. Vulgo ἀποστερέμενον & ἀφελίσεται excuſum & punctum poſt συντάσσεται omiſſum. J. J.

† Ἀφελίσθαι] ἀφελεῖ V. Homeri locus Il. A, 299. ubi nunc pro αὐτὴν vulgo δόντες. M. du S.

95. Βασίλιτταν] Quae ante commemorantur, ſic ſatis praeſertim apud Comicos & Sophiſtas ſunt pervulgata: βασίλιτταν qui dixerit ex iis, qui ſuperſunt, ſcriptoribus necdum reperi, niſi forte librariorum vitio alicubi obſcuratum lateat; quare tanquam graviſſimum literae T facinus exagitatur, quo prorumpere non potuerit, niſi pudore omni excuſſo. Sic autem exiſtimandum eſt, Lyſimachum, quum hoc inter alia primus in Attica ſcena novaſſet, horum indignationem, riſum aliorum commoviſſe. Verum eſt porro, quod initio diximus de uſu duplicis τ a Boeotis recepto: *Strabo* IX. p. 619. A. quum Mycaleſſi Tanagricae meminiſſet, monere non praetermiſit: καλοῦσι δὲ Βοιωτικῶς Μυκαληττόν· quod repetitum ab Euſtath. ad Il. B. p. 266. Tarentinorum erant, atque adeo AEolum ἀνάζω pro ἀνάσσω, πλάζω pro πλάσσω· contra quae ab aliis efferebantur per ζ, iſti mutabant in στ· veluti μύζω, μύστω· σαλπίζω, σαλπίστω· φράζω, φράστω· in his etiam Boeoti duplex τ ſubjiciebant, σαλπίττω, φράττω· hoc quidem eo inſolentius, quod alias diverſa longe poteſtate φράσσω vel φράττω a Graecis uſurparetur: ideo Heraclides, cujus eximium locum invenies apud *Euſtath.* ad Od. K. p. 1654. verbum illud Corinnae auctoritate munire voluit. Hoc ſcribendi genus antiqua dialectus Atticorum prorſus fuit adſpernata, maxima ſaltem ex parte, ſicut obſervatum quoque Viris Eruditiſſimis *J. Waſſe* ad *Thucyd.* I. p. 16. n. 7. *C. A. Duker* p. 83. n. 49. nova, quam vocant, auctoribus Comicis cupidius adſcivit; neque tamen ita promiſcue nulloque discrimine, ut non multum & aurium judicio, & normae loquendi tribueretur. Quid familiarius quam θάλαττα, θρᾴττα (Ἀθηναῖοι δὲ θρᾴττα λέγουσι. Etymol. p. 454. v. 24.) & hujusmodi innumera: at raro, ſi modo unquam, κλίττειν, κρίττειν, ἅπαττα leges. Δυκαβηττὸς, Ὑμηττὸς conſtantiſſimus uſus ſanxit, & ad ipſos Latinos transmiſit: contra cedo mihi vel unum, qui ſcripſerit Ἁλικαρνᾶττον aut Ἁλικαρνῆττον, Παρνᾶττον aut Παρνῆττον, quanquam hic in Phocide, ubi Dorice loquebantur, erat ſitus. Iſta monendi cauſa, quae latius deducere per notarum leges non licet. Βασίλισσα autem, unde formatum βασίλιττα, ne *Polybium*, *Diodorum Siculum*, Graecos Hebraei Codicis Interpretes, *Joſephum* atque alios uſurpem, *Alcaei* ipſiusque *Ariſtotelis* auctoritate defenditur: non negat *Phrynichus*; verum ex eorum ſententia, qui ſtrictam nimis Atticae dialecti regulam condiderunt, tanto opere averſatur, ut hoc etiam argumento p. 42. *Demoſtheni* Orationem in Neaeram abjudicet, quod in ea Regis ſacrorum uxor βασίλισσα nominetur, non βασιλίς vel βασίλεια· quo jure, nunc non diſputo: at *Pollucem* certe non retinuit illud Grammaticorum decretum, quin ſcriberet, τὴν δὲ σωοικοῦσαν αὐτῷ (βασιλεῖ) βασίλισσαν καλοῦσι VIII, 90. conſentit *AElius Dionyſius* apud *Euſtath.* ad Od. A. p. 1425. τὸ βασιλεὺς τὸ θηλυκὸν ἐ μόνον βασίλεια, ὡς ἱερεὺς ἱέρεια, ἀλλὰ & βασίλισσα κατὰ Αἴλιον Διονύσιον Ἀττικῶς· βασίλινναν δὲ φησι Μέναν δρος λέγει. hoc jam plane Doricum, aut, ſi mavis, Macedonicum, ſimili forma, qua ſcribuntur Ἥρινα, Κόρινα, Μέρινα, Φίλινα pluraque talia. *Menandri*, pro quo *Nunneſius* ad *Phrynich.* p. 45. *Alexandrum* male poſuit, locus ab *AEliano* ſervatus apud *Suid.* in Παίσωμεν & Τρικορυσία· καὶ τὸ τῆς Μενάνδρου, ἵνα τι καὶ παίσω, Τρικορυσία βασίλινα· faſtu elatam, ut puto, & quae criſtas tolleret, intelligi voluit: qui meminerit ἐμπίδος Τρικορυσίας in *Ariſtophanis* Lyſiſtr. v. 1031. is unde haec appellationis Comicae facetia ſit derivata, ſtatim perſentiet. T. H.

98. Τὰ σῦκα τῦκα] Alludit ad notum proverbium, quo qui libere & audacter vitiis ſua nomina ponunt, di-

fuetis & familiaribus me rebus ſpoliat; nam κίσσαν (id eſt picam) avem meam loquaciſſimam, ex medio, ut ita dicam, ſinu, abreptam, κίτταν appellavit. Quin & φάσσαν, (id eſt palumbum,) una cum νήσσαις (id eſt anatibus) & κοσσύφοις, (id eſt, merulis,) interdicente Ariſtarcho, eripuit. Pertraxit etiam ad ſe non paucas μέλισσας (apes.) In Atticam vero veniens, ex media illa regione Τμηττὸν præter jus rapuit, idque vobis ipſis aliisque ſyllabis videntibus.

θων ϗ συνεχολακότων μοι [c] γραμμάτων ϛκίασαν μυ, λάλον ὄρνεον, ἐκ μέσων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν κόλπων [d] ἁρπάσαν κίτταν ὠνόμασεν. ἀφείλετο δέ μυ φάσσαν ἅμα νήσσαις τε, ϗ κοσσύφοις, ἀπαγορεύοντος Ἀριστάρχυ. ἐξέσπασε δὲ ϗ μελισσῶν ὀλιγας. ἐπ' Ἀτθικὴν δὲ ἦλθε, ϗ ἐκ μέσης αὐτῆς ἀνήρπασεν ἀνόμως Τμηττὸν, ὁρώντων ὑμῶν ϗ τῶν ἄλλων συλλαβῶν.

Ἀλ-

[c] Γραμμάτων] ῥημάτων C. [d] Ἁρπάσαν] Abeſt a F.

dicuntur vocare τὰ σῦκα, σῦκα. Sic *de Hiſt. Scrib.* c. 41. inter alia quibus ornatum ſibi dari vult virum, qui ſeſe ad ſcribendam hiſtoriam accingat, hoc numerat, παῤῥησίας ϗ ἀληθείας φίλον. ὡς ὁ κωμικός — φησι, τὰ σῦκα, σῦκα, τὴν σκάφην δὲ σκάφην ὀνομάσων. Peracute itaque veretur hic *Sigma*, ne, graſſante adverſarii licentia, eo res tandem deveniat, ut σῦκα non amplius σῦκα, ſed τῦκα, dicantur; atque adeo veritas & in dicendo libertas e genere humano intercidat. *M. du S.*

Τὰ σῦκα τῦκα] Jure metuebat pro ficubus, arbutei generis fructu ſuaviſſimo, ne Tau tam grati ſaporis delicias ſibi ſurreptum veniret, adjutore Lyſimacho, quippe Βοιωτίῳ τὸ γένος ἀνέκαθεν nam Thebani revera τῦκα pro σύκοις efferebant: docet *Strattis* in fabula Phoeniſſis apud *Athen.* XIV. p. 621. A. *Alexidis* quaedam paulo ante proferuntur, unde Lacones etiam τεῦτλον & τευτλίον dixiſſe conſtat: hinc inſula Τευτλόεσσα, Τευτλοῦσσα, Τεύτλουσσα, quod ſcilicet foetu betaceo abundaret: atque ita ſine dubio ſcribendum apud *Thucydid.* VIII, 42. *T. H.*

4. Γραμμάτων] Lege χρημάτων. Certe de *literis* ſermo eſſe non poteſt, cum mox *aves*, & id genus alia, nominet. Coll. habent ῥημάτων, quod proxime accedit. V. Δ. XXVI. Uſurpat alibi vocem πραγμάτων, Τιμ. c. 27. *M. du S.*

5. Ἐκ μίσων τῶν κόλπων] Hoc proverb. etiam in *Aeſchill. Tat.* lib. 2. dico ad *Heliod.* lib. 4. *J. B.*

7. Φάσσαν] Multitudinis numero aptius dictum foret, φάσσας. *M. du S.*

8. Κοσσύφοις] Φάττας, νήττας, (quas miror Bocotum in Acharn. Comici v. 875. νάσσας vocare, quum debuiſſet potius νάττας) κίτται ſemper in Ariſtophanis Avibus, alibique: plurimum etiam in Ariſtotele περὶ Ζώων· apud eundem, ut nunc quidem editur, vix aliter quam κοττύφους reperias: κορσύφους habet Athen. VII. p. 305. B. Harum avium ſingulare quoddam genus Cyllene mons Arcadiae nutriebat: *Stephan.* in Κυλλήνη· ἐν τούτῳ δέ φασι τῷ ὄρει τοὺς κοττύφους λάσκους γίγνεσθαι· in eadem hiſtoria ſimiliter *Ariſtot* IX, 19. verum κοσσύφους dederunt *AElian.* de Anim. V, 27. & *Pauſan.* VIII. p. 634. quem perperam intellectum quum deſcripſit Commentator quisquis eſt ille in Anthol. p. 314. peſſime lapſus eſt: nunquam aliter, ſi recte memini, *AElianus*: vide XII, 28. & ſimillimum plane *Clementis* locum Paed. II. p. 188. D. Arcadas autem ipſos, quorum lingua Doricae dialecto contribuitur, κοττύφους enunciaſſe, perquam fit verosimile, quia Cottyphus Arcas, quem Amphictyones imperatorem legerunt, memoratur ab *AEſchine* in Cteliph. p. 71. v. 40. & *Demoſthene* pro Cor. p. 498. 499. Hoc quidem apud Atticos itidem uſitatum; ſed ii tamen proprios ſibi κοψίχους vindicant, notante *Moſchopulo* περὶ Σχεδῶν p. 61. quare in *Moeride* Atticiſta malo legere: Κόψυχος Ἀττικῶς ἀντὶ τῦ κόσυφος Ἑλληνικῶς. Sic ſane plus una vice *Ariſtophanes* in Avibus, & apud *Athenaeum* ſaepe veteres Comici: vid. p. 65. D. 558. D. VI. p. 238. D. *Ariſtophon* in Pythagoriſta de paraſito perquam facete, Ὑπαιθρος χειμῶνα ἄγειν, κόψιχος ἐπὶ ἴσι κόσυφος, inquit *Euſtathius* iſta proferens ad Od. Ω. p. 1951. *Philoſtratus* Attici moris obſervantiſſimus de V. A. T. VI. c. 36. ubi quae notavit *Olearius*, Index *H. Stephani* ad Theſaurum haud paulo meliora ſubminiſtrabit. In *Longo* ſcribitur κόψυχος III. p. 96. 99. 102. nec ſecus *Suidas*: Κόψυχος, ἐπὶ ὀρνέων. Κόσυφος ἐπὶ ἰχθύων· quod ego discrimen Grammaticorum commentis adnumerandum cenſeo. *Heſychius*, niſi & hic etiam, ut plurimis in locis, foede truncatum accepimus, quando Κομψεία reddit inter alia τὰ τῶν κοσύφων κρέα, errorem non levem commiſit: praeponendum fuerat Κοψίχεια· quod fieri poteſt, ut corrupte ſcriptum invenerit Κομψίχεια, quemadmodum in *Moeridis* membranis legebatur κομψυχός. *T. H.*

12. Τμηττὸν] Mons eſt ſatis notus. *M. du S.*

13. Συλλαβῶν] Τμῶν, quia Hymettus ab iisdem incipit literis: tum quoque συλλαβᾶς intelligo vocis Τμηττὸς· alioqui pro ipſis elementis συλλαβαὶ hic deberent poni, quod nusquam fieri credo. Γράμματα quidem exponit *Heſychius* συλλαβὰς, & paulo diverſe *AEſchylus* γραμμάτων ἐν συλλαβαῖς Sept. contra Theb. v. 474. ſed hic uſus quomodo poſſit inverti, nulla conſtat ratio. Praeterea talis eorum, quae praecedunt, eſt ſenſus: apibus etiam me fraudavit non paucis ſane: quin ipſum Hymettum mihi ſubductum ex Attica media ſublimem rapuit, idque vobis inſpectantibus: Hymettus enim, ut notum eſt, μελιτοτροφῶν

Ἀλλὰ τί λέγω ταῦτα; Θεσσαλίας με ἐξέβαλεν ὅλης, Θετταλίαν ἀξιῶν λέγειν, καὶ πᾶσαν [a] ἀποκέκλεικέ μοι τὴν θάλασσαν, καὶ τῶν ὅσα κήποις φεισάμενον [b] σεύτλων· ὡς, τὸ δὴ λεγόμενον, μηδὲ πάσαλόν μοι καταλιπεῖν. ὅτι δὲ ἀνεξίκακόν εἰμι γράμμα, μαρτυρεῖτέ μοι καὶ αὐτοὶ μηδέποτε ἐγκαλέσαντι τῷ ζήτα σμαράγδου ἀποστάσαντι, καὶ πᾶσαν ἀφελομένῳ τὴν Σμύρναν· μήτε τῷ ξῖ πᾶσαν φθαβάντι συνθήκαις, καὶ τὴν συγγραφέα τῆς τοιούτων ἔχοντι Θουκυδίδην σύμμαχον. τῷ μὲν γείτονί μου ῥῶ νοσήσαντι συγγνώμη, καὶ

9. Verum quid ego ista commemoro? tota me Theſſalia expulit, vultque eam Thettaliam dici? Toto inſuper (θάλασσαν,) mari ſum excluſus. Neque a (σεύτλων,) betis hortenſibus ſibi temperat, ut jam, quod dici ſolet, ne (πάτταλος) paxillus quidem mihi reliquus ſit. Quod vero litera ſim injuriarum patiens, vos ipſi mihi teſtes eſtis: neque enim unquam accuſavi literam ζῆτα, quæ mihi σμάραγδον abſtulit, & totam Σμύρναν ſurripuit; Nec ipſi etiam ξῦ, omnia (συνθῆκαι) fœdera rumpenti, litem intendi, ipſo etiam Thucydide opem illi ad hanc tuendam injuriam ferente. Etenim vicino meo ῥῶ venia danda, quod morbo la-

a Ἀποκέκλεικέ μοι] μου C. Edd. priores praeter *F.* ἀποκεκλεισμένον τὴν θ. b Σεύτλων] σκύτλων *F.*

mellificio praeſtantiſſimo adfluebat. Hanc elegantiam nulli videntur priorum Interpretum cepiſſe. *T. H.*

16. Ἀποκεκλεισμένον τὴν θάλ.] Mſſ. ἀποκέκλειμέ μοι τὴν θάλασσαν. *F. B.*

Ἀποκέκλειμέ μοι] Sic reſtituimus ſecuti Ed. *F.* & Mſſ. L. & *Bourd.* In reliquis legebatur ἀποκεκλεισμένον. *M. du S.*

Ἀποκεκλεισμένον] Dedimus ἀποκέκλειμέ μοι, ut congrueret cum ἐξέβαλεν. Hiſtoricis frequens. *Dion Caſſius* XLVII. p. 345. A. ἀπέκλεισε οἱ Ϲ τὴν θάλασσαν· & variata ſtructura, ἀποκλείειν τοὺς πολεμίους τῆς θαλάσσης apud *Suid.* in Ἕρμια. Hinc patet, jure *Kuhnium* in *Pauſania* VIII. p. 598. voluiſſe legi, Ἀρκάδες τὸ ἐντὸς οἰκοῦσιν ἀποκλειόμβροι θαλάσσης πανλαχόθεν· nam θαλάσσῃ, quomodo vulgatur, valet, *maris interjectu ab omnibus aliis ſeclusi*: quod a Pauſaniae mente longe diſtat. *T. H.*

21. Τῷ ζήτα] Utraeque literae Z & Σ multis in vocibus altera locum alterius obtinuit. Ζάλα, Ζαμβύκη, Ζάμολξις, Ζεῖρα, Ζιβύνη utrovis modo ſaepe ſcribuntur. At ubi literis B vel M praejiciendum erat Σίγμα, vicem ejus, invitante pronunciandi ſuavitate, ſubſidere coepit Ζῆτα· tanta quidem juris ſpecie, ut apud Grammaticos in diſceptationem venerit, ζμύρνα ſcribendum eſſet an σμύρνα, ζμίλιον an σμίλιον, ut patet ex *Sexto Empir.* adv. Gramm. I. S. 169. ubi vide eruditiſſimae diligentiae virum *J. A. Fabricium.* In *Gloſſ. Cyrilli*, Ζμύρνα, *murra. Scalpellum*, *Scalpulus*, ζμίλη· in aliis iſtius generis alia. Rem pluribus exemplis illuſtrat *Euſtath.* ad Il. B. p. 217. 228. ea tradens, quae, ſi vera ſunt, cauſam literae noſtrae Σ non parum laedant: ἐφ' ὧν (παλαιῶν γραμματικῶν) καὶ τὸ ζμύρνα Ϲ τὸ ζμικρὸς ἀφ' οὗ ζ' κατήρχετο καταργηθὲν παρὰ τὸ ὕστερον τῇ ἀντιθέσει τοῦ σ'. His ergo teſtibus habebit, quod conqueratur de priſtina poſſeſſione dejectum Ζῆτα, & Sigma noſtrum eodem implicabitur crimine, cujus vicinum T inſimulabat. Verum ne ſic quidem, me judice, nihil erit, cur cauſae ſuae diffidat: quibus enim argumentis perſuadebimur, ut Z literae duplicis, duplicis, inquam, quicquid obnitatur *J. Pier. Valerianus* ad AEn. VII, 648. priores in hujus uſus poſſeſſione fuiſſe partes ſtatuamus? Latini, ſed, ut puto, recentiores pari modo: in *Catullo* Zmyrnam praeferre libros veteres monet *Iſ. Voſſius* p. 321. itaque nomen illud ſcribi juſſit *Mart. Capella* III. p. 57. Zmilus vel potius Zmilis *Plinio* H. N. XXXVI. c. 13. qui Graecis Σμίλις. Zmaragdos in duobus Lucretii Codd. reperiſſe ſe teſtatur *Lambinus* ad IV, 1119. in *Propertio* II, 13. v. 43. edere non dubitavit cultiſſimus *Broukhuſius*: invito certe *Priſciano* & multum reclamante lib. I. p. 564. *S quoque ſequente m, ut, Smyrna, Smaragdus: nam vitium faciunt, qui z ante m ſcribunt.* Idque adeo verum eſt, ut vetuſtiores Grammatici illius apud Latinos ſcribendi moris omnino nullam fecerint mentionem. *T. H.*

23. Σμύρναν.] In nummis hodieque ſaepe ZMYPNA. V. *Spanhem.* 116. quem, cum haec obſervaret, locus hic non latuit. *M. du S.*

Ibid. Τῷ ξῦ] Nos vulgo *Xi* vocamus, cum tamen recte *mu*, & *nu* efferamus. Vides quid uſus faciat. *M. du S.*

Τῷ ξῦ] Atticis, & quidem ſolis, eſt proprium ξὺν ſcribere pro σύν· verum illa literae mutatione non aeque omnes Attici, nec in iisdem utuntur vocabulis. Qui veterem Ἀθίδα ſecutus eſt *Thucydides* ſingulis propemodum habet paginis ξὺν, ξυμβάλλειν, ξωτίθεσθαι, ξύμμαχοι, ξυμφορά &c. *Ariſtophanes* etiam hoc multo frequentius, quam alterum illud. In *Platone* autem, *Demoſthene* atque aliis, qui novam & emollitam Atticae dialecti formam uſurparunt, tantum non ſemper legas σωιὼναι, σωτίθεσθαι, σύμμαχοι &c. In Sophiſtis recentioribus tanta apparet in utramque partem ſcribendi diverſitas, ut certa quaedam iniri ratio non poſſit. Credibile quidem eſt, in iſtis haud ſane magni momenti librarios a vera ſcriptorum manu ſaepius aberraſſe: ſed de *Thucydide* dubitare nos *Lucia-*

laborans meas apud se μυῤῥίνας (id est myrtus) plantarit, & aliquando atra bile percitum me (ἐπὶ κόῤῥης) in faciem percusserit. Talis quidem ego sum.

10. Hoc vero ταῦ quam sit natura vio-
lentum adversus reliquas etiam literas, & quam a nullis omnino abstinuerit, consideremus: sed & δέλτα & θῆτα & ζῆτα, & prope omnia literarum elementa injuria affecerit. Accersé mihi læsa Elementa. Auditis, Vocales judices, ipsum δέλτα dicens: Surripuit mihi meam ἐνδελέχειαν, pro qua ἐντελέχειαν dicere jubet; quod sane contrarium est omnibus legibus. Auditis θῆτα plangens, & capiti

c παρ' αὐτῷ φυτεύσαντί με τὰς μυῤῥίνας, καὶ παίσαντί με ποτὲ ὑπὸ μελαγχολίας ἐπὶ κόῤῥης. κἀγὼ μὲν τοιοῦτον.

Τὸ δὲ ταῦ τοῦτο σκοπῶμεν ὡς φύσει βίαιον καὶ πρὸς τὰ λοιπά. ὅτι δὲ οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀπέσχετο γραμμάτων, ἀλλὰ καὶ τὸ δέλτα, καὶ τὸ θῆτα, καὶ τὸ ζῆτα, μικροῦ δεῖν πάντα ἠδίκησε τὰ στοιχεῖα, αὐτά μοι κάλει τὰ ἀδικηθέντα γράμματα. Ἀκούετε, φωνήεντα δικασταί, καὶ μοι δ λέγοντος, ἀφείλετό μου τὴν ἐνδελέχειαν, ἐντελέχειαν ἀξιοῖ λέγεσθαι πρὸς πάντας τοὺς νόμους· καὶ θῆτα κρούοντος, καὶ τὴν κεφαλῆς

c Παρ' αὐτῷ] πρὸς τοῦ C.

cianus, cui principum Criticorum observationes legendi fuit copia, non patitur. Quandoquidem vero asperior est τοῦ Ευ pronunciatio, non absurde conjecit Salmasius de L. H. p. 432. a barbaris & Thracibus, qui Atticam olim incoluerunt, frequentiorem literae durioris usum remansisse. Versatur in illustrando hoc *Luciani* loco & quibusdam proximis *H. Stephanus* Anim. in Joann. Gramm, p. 13. *T.H.*

27. Μυῤῥίνας] Notant *Moeris Attic. Thom. Magister* & *Moschopul.* περὶ Σχεδῶν p. 140. Vide *H. Stephan.* Anim. ad Joann. Gramm. & Corinth. p. 16. 55. In Aristophane semper *Μυῤῥίναι* scribuntur: nam quod in Equit. v. 59. βυρσίνλω, & v. 447. Τῶν Βυρσίνης τ' Ἱππίου, quasi ex μυρσίνη, ridiculi causa fictum, ut bene Schol. exposuit, ad Cleonis opificium & βύρσαν spectat; in quo quidem vocabulo licere sibi mutationem illam Attici noluerunt. Ad posteriorem vero Comici locum referenda, quae notantur ab *Hesychio* in Βυρσώνης. Apud *Thucydidem* saepius legi Θάρσος & Θαρσεῖν, quam Θάῤῥος & Θαῤῥεῖν observat Vir Egregius *C. A. Dukerus* ad V. p. 321. n. 84. *T.H.*

33. Μικροῦ δεῖν] Vel κὴ μ. δεῖν vel μ. δὲ δεῖν. Prius ob crebram vocalae repetitionem; alterum ob similitudinem syllabae sequentis excidere facile potuit: alterutrum certe ad nexum orationis continuandum requiritur. Tum in istis, αὐτά μοι κάλει aut deesse dixero μάρτυρας, aut eum in modum debere scribi pro αὐτά· quod illis me non magno negotio persuasuru esse confido, qui perspexerint, quam recte jungantur, ὅτι οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀπέσχετο γραμμάτων, μάρτυρας, tam incomposite cohaerere, ὅτι οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀπέχετο γρ. αὐτά μοι κάλει. Formula vero forensis, μάρτυρας κάλει, qua nihil est in Oratorum scriptis frequentius: *Syneſ.* Φ. E. p. 77. A. αἰτίαι, ἐφ' ἧν ἡμεῖς τὴν πεῖραν ἐκαλέσαμεν μάρτυρα. *T.H.*

37. Ἐνδελέχειαν] De qua quæstione inter Grammaticos Philosophosque *Budai* ætate summa contentione certabatur: vide eum *de Asse*. Luciano assentire videtur *Cicer.* Tusc. I, 10. ubi vide Cl. *Davisii* notas. *M du S.*

Ἐνδελέχειαν] Locus hic eorum diligentiam fugit, qui de ἐντελεχείᾳ Aristotelica sunt commentati: is tamen evincit tum disputationem illam esse perquam vetustam & philosophorum in scholis jactatam, tum *Luciano* placuisse ἐνδελέχειαν· ceteroquin, etsi homo facetus in omnes se formas induere soleat, hoc nomine parum apte Δ testimonium dicere jussisset adversus Τ. Igitur *Ciceroni*, a multis propterea reprehenso, suffragatur Noster: vide T. D. I. c. 10. & Eruditiss. *Davisium* p. 20. *T.H.*

Ibid. Ἐντελέχειαν] *Corinthus* de Attica dialecto agens proprium fuisse Atticorum ait ἐνδελέχειαν ἐντελέχειαν vocare his verbis: τὰς μυῤῥίνας μυρσίνας λέγουσι (de Atticis loquitur) καὶ τὸ συρίζειν, συρίττειν, καὶ τὴν ἐνδελέχειαν ἐντελέχειαν. Ἐντελέχεια per τ pluribus probatur, de quo *Budaeus* de Asse lib. I. qui dici putat quasi τὴν ἐντελοῦς σωμοχὴν, *perfecti corporis comprehensionem*. *Aristot.* II. de Gener. Anim. c. 1. *Gaza* I. c. 16. de Caus. Plant. *G.C.*

39. Κρούοντος] Non debuerat contra loquendi consuetudinem in ista doloris significatione verbum hoc ita nudum poni. Initio cogitabam κλαίοντος pro κρούοντος· deinde potius mihi videbatur, translata in suam sedem voce, κρούοντος τὴν κεφαλὴν, καὶ τὰς τρίχας τίλλοντος· quam locutionem postremam veteres onerare non solent inutili adjectione τῆς κεφαλῆς. Τίλλειν τὰς τρίχας ἐκ κόπτεσθαι *Schol. Aristoph.* ad Ran. v. 426. & Pac. v. 545. ubi lege λωβώμενον pro λοβόμενον. *Lucian.* in Peregr. §. 6. τὰς τρίχας ἐτίλλετο· quod ipsum bene restituit in *Ctesiae* verbis apud *Hesych.* V. Σάφακις *Guyetus*: τὰς τρίχας καθειμένη ἐτίλλετό τε ἐκ βοὴν ἐποίει. Κρούειν vero τὴν κεφαλὴν similiter ac κόπτειν, τύπτειν, πλήττειν τὴν κεφαλὴν, τὸ πρόσωπον, τὸ μέτωπον· *Libanius* πρὸς τοὺς βαρὺν αὐτὸν καλέσαντας §. 25. τό τε μέτωπον ἔπληξα, καὶ τῆς τριχῶν ἔτιλα. *Pectoris, feminum, capitis percussiones*: *Cicer.* T. D. III. c. 20.

λῆς τὰς τρίχας τίλλοντ' ἐπὶ τῷ [a] κολοκύνθης ἐρῆσθαι· ἅ ζητα, [b] τὸ συρίζειν, καὶ σαλπίζειν, ὡς μηκέτ' αὐτῷ [c] ἐξεῖναι μηδὲ γρύζειν· τίς ἂν τούτων ἀνάσχοιτο; ἢ τίς ἐξαρκέσειε δίκη πρὸς τὸ πονηρότατον τοῦτο ταῦ;

Τὸ δὲ ἆρα [d] οὐ τὸ ὁμόφυλον τῶν στοιχείων μόνον ἀδικεῖ γένος, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς τὸ ἀνθρώπειον μεταβέβηκε, τοιοῦτόν τι τρόπον. οὐ γὰρ ἐπιτρέπει γε [e] αὐτοὺς κατ' εὐθὺ φέρεσθαι ταῖς γλώτταις· μᾶλλον δέ, ὦ δικασταί· μέλαξὺ γάρ με πάλιν τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα ἀνέμνησε περὶ τὴν γλώττης, ὅτι καὶ ταύτης με τὸν μέρον ἀπήλασε, καὶ γλῶτταν ποιεῖ τὴν γλῶσσαν. ὦ γλώττης ἀληθῶς νόσημα ταῦ. ἀλλὰ μεταβήσομαι πάλιν ἐπ' ἐκεῖνο, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναγορεύσω ὑπὲρ ὧν εἰς αὐτοὺς πλημμελεῖ. δεσμοῖς γάρ τισι στρεβλοῦν καὶ σπαράττειν αὐτοῦ τὴν φωνὴν ἐπιχειρεῖ. καὶ ὁ μέν τι καλὸν ἰδὼν, καλὸν [f] εἰ-

capillos evellens, eo quod privatum eſt (κολοκύνθη,) cucurbita. Auditis ipſum etiam ζῆτα ſuis vocibus συρίζειν & σαλπίζειν ſpoliatum ſe querens, adeo ut ne γρύζειν quidem (id eſt mutire) illi porro liceat. Quis iſta quaeſo ferat? aut quae pœna ſatis magna erit tam ſceleſto Tau?

11. Verum hoc non tantum cognatum ſibi elementorum genus lædit, ſed jam in homines ipſos graſſatur, in hunc modum. Neque enim permittit, ut recta ferantur linguis. Imo vero, Judices: interim enim res humanæ rurſus me admonuerunt γλώσσης, (id eſt linguæ:) nam me hac quoque ex parte extruſit, & γλῶσσαν facit γλῶτταν. O linguæ vere morbus ταῦ. Verum redeo ad illud, quod cœperam, hominibusque patrocinabor in iis, in quibus adverſus eos delinquit. Nam vinculis quibusdam vocem eorum torquere & diſcerpere conatur. Cum quis pulchrum quidpiam videns, id καλὸν (pulchrum) appellare

a Τῆς κολοκύνθης] καὶ τ' C. *F.* b Τὸ συρίζειν] τῷ *F. A* 1 *W.* c Ἐξεῖναι] εἶναι C. d Οὐ] οὐδὲ C. e Αὐτοὺς] αὐτοῖς C. Margo *A* 1 *W.* f Εἰπεῖν] εἰπεῖν αὐτὸ C.

43. Γρύζειν] Γρύττειν καὶ λέγεται. *V.*

53. Τὸ μέρον] Ἀντὶ τοῦ ὅσον κατ' αὐτό. *V.*

Qui ſaepius aliquo dolore perculſi & caput plangant, & pectora pugnis obtundant: Firmicus V. c. 4. *T. H.*

41. Κολοκύνθης] Κολοκύντης enim quidam ſcribunt. *F. G.*

Καὶ τ' κολοκ.] Ed. *F.* & *Coll.* *M. du S.*

Πόθεν γὰρ] Priores Interpretes, quasi cum sequentibus una serie cohaereret, πόθεν γὰρ ἢ ἐπικουρήσει. Rectius disjunxit *Faber*, sed parum accurate vertens. Distinguendum, ut bene in Ed. *P.* πόθεν γάρ; ἢ ἐπικουρήσοντες, intelligendumque haud aliter, atque apud *Demosthenem* creberrime, *non amplius agnoscentes illum, aut adspicientes (nihil illi quidem minus:* vel, *nequaquam sane) aut opem ferentes.* Ita solet interponi, praesertim apud Atticos πόθεν; πόθεν γάρ; quando non simpliciter sed oratione morata negant. Saepe fefellit Interpretes; ut apud *Liban.* Declam. XIV. p. 418. C. τί δῆτα; ἥκεσε μοι ῥύσασθαι; πόθεν; *quid ergo? valuitne ad me liberandum ara? neutiquam*; ubi pejus insuper tentatur: *Dion. Chrysost.* p. 395. D. 421. C. ad quem optime monuit *Casaubon.* Diatr. p. 49. Grammatici exponunt ἐδαμῶς. *Schol.* ad *Euripid.* Phoen. v. 1614. ad *Aristoph.* Ran. v. 1503. quem *Suidas* descripsit: *Euripid.* apud *Plutarch.* T. II. p. 105. B. Corruptus *Hesychius*: Ποθὲν, ἀπό τινος μέρους, ἢ μεθ' ὑποκρίσεως αὐτ. τῷ ἄτου· lege: Ποθὲν, ἀπό τινος μέρους· ἢ μεθ' ὑποκρίσεως αὐτὶ τοῦ ἔτι· vel ἄτου· hoc posterius ad πόθεν pertinet; nam accentus significandi facit discrimen: illud autem μεθ' ὑποκρίσεως est, quod diximus, in oratione morata. Vide *Etymol.* in Πῶ, qui perinde Atticis notat usurpari πώμαλα. Haec satis est tetigisse; nam ubivis obvia sunt exempla. Adde, si lubet, *Perizon.* ad *AElian.* V. H. XIII, 2. *Kuster.* ad Eccles. *Aristoph.* v. 968. *T. H.*

39. Ἐν τῷ μέρει] *vicissim.* *J. Br.*

41. Τὸ ἄστυ] *Urbem, Athenas.* *J. Br.*

42. Μελαγχολῶν τοῖς κακοῖς] *Micyllus, Benedictus: adversus ingratos atra bile stomachatur:* hoc si verum foret, scribi debuerat, omisso οἱ, ὅτι πλουτοῦντες παρ' αὐτοῦ &c. Sed multum fadabunt, dum probent Graecos usurpare μελαγχολᾶν τινι pro, *atra bile percitum stomachari alicui.* Recte *Faber*: τοῖς κακοῖς est ἐπὶ τοῖς κακοῖς neque aliter *H. Stephan.* Thes. T. IV. p. 555. A. quem dum describit *Barlaeus*, invitum onerat adsumento deterioris verbionis, *ob malos* vel *malos.* *T. H.*

46. Ἠγανάκτει] Duo hic mutat *Tranq. Faber*, ἀγανακτοῖ pro ἠγανάκτει, & ποιήσειεν pro ποιήσομεν. quae utraque mutatio ex non satis perspecto Graecae linguae hoc in casu genio orta est. Verba autem, sicut recte vulgo leguntur, ita interpretanda, *At vero homo hic neutiquam fastidiendus & negligendus; jure enim indignaretur justa calamitatem, quam & nos similes foremus exsecrandis illis adulatoribus, oblitis virum, qui nobis*, &c. Ἠγανάκτει tritissimo Hellenismo positum est pro Fabri ἀγανακτοῖ, *indign. retur.* ποιήσομεν vero itidem pro ποιήσειεν vel ποιησαμεν; plane ut in Revivisc. §. 10. ubi Socrates reliquos Revivisc entes Philosophos perpellere studens, ut Lucianum, ad quem lapidibus obruendum, pauliss per

ἐπεὶ καὶ ὅμοια ποιήσομεν τοῖς καλαράτοις κόλαξιν ἐκείνοις, ὑπιλελησμένοι ἀνδρός, τοσαῦτα [a] μηρία ταύρων τε, καὶ αἰγῶν πιόταλα καύσαντι ἡμῖν ὑπὲρ τῆς βωμοῦ. ἔτι γοῦν ἐν ταῖς ῥισὶ τὴν κνίσαν αὐτοῦ ἔχω. πλὴν ὑπ' ἀσχολίας τε, καὶ θορύβου πολλοῦ τῶν ὑποκρινόντων, καὶ βιαζομένων, καὶ ἁρπαζόντων, ἔτι δὲ καὶ φόβου δὴ καὶ τῶν ἱεροσυλούντων, πολλοί γὰρ εἰσι, καὶ δυσφύλακτοι, καὶ οὐδὲ ἐπ' ὀλίγον καλαμῦσαι ἡμῖν ἐφιᾶσι, πολὺν ἤδη χρόνον εἰς ἀπέβλεψα

si eadem faceremus ac scelesti illi assentatores, virum talem negligentes, qui nobis tot caprarum, totque taurorum femora in altaribus cremaverit; eorum certe nidorem etiam in naribus habeo. Ceterum propter negotia, quibus districtus fui, ingentemque pejerantium turbam, nec non eorum, qui per vim rapiunt; tum vero propter metum sacrilegorum (ii enim bene multi sunt, & quos haud facile quis vitet, neque nobis connivendi spatium relinquunt) jamdiu in Atticam oculos non con-

[a] Μηρία] Hac voce, quam R. habet, caruerunt priores Edd. Pro ὑπιλελησμένοι Margo *Aiw.* ὑπιλελησμένοις. male.

νεκρῶν κόθμωνα καὶ σκότου πύλας λιπόντες, veniissent, causam suam dicere sinerent, ait, Παρίξομεν γὰρ ἀφορμὰς τοῖς κακηγορεῖν ἐθέλουσι, καλαλευσανίζες ἄνδρα μηδὲ ἀπολογησάμενον ὑπὲρ ἑαυτοῦ. Rotundior namque hic sensus est, si παρίξομεν intelligatur pro παρίξομεν, *praebuerimus.* Manifestissime iterum apud *Nostrum* de Saltatione §. 3. Ὅπερ ἐγὼ σὺν ἂν ἔγκλημα εἴη μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν, εἰ μή σε κατὰ τὴν Ὀδυσσέα τῆς λωτοῦ ἀποσπάσαντες, ἐπὶ τὰς συνηθείας διατριβὰς ἐπαναξόμεν, &c. ubi recte Interpres, *Quae non modo tua, sed etiam nostra foret culpa, si non Ulyssis in morem te a loto abstractum, ad consueta literarum studia reduxerimus.*

Sed nec solus *Faber* in hanc ultratissimam, si quaequam, loquendi impingit formulam; Interpres *Luciani* Latinus, ubi tamen alibi bene se in eo gerat, labitur in Hermotimo §. 3. dum ὅσῳ γὰρ ἐπ' ἐκεῖνα, πάλαι ἀνεσπάσμην ἄνω, καὶ σωρὸν αὐτούς, vertit, *Etenim quantum ad illius operam attinet, jam dudum trahor sursum, & cum ipsis versor*; quum debuerit; *Dudum attractus fuissem sursum, cumque iis* (Virtute & Magistro, quique praeterea ἐν τῷ ἄκρᾳ fuerint. Vide superiora) *versarer.* Idem errat in Scytha §. 3. ubi in verbis, Ὁ Ἀνάχαρσις ἦν, πόθεν ἂν ἐκεῖνον ἔγνω ὁμοεθνῆ ὄντα, vertit ἔγνω *agnovit* pro *novisset*, ut jam animadvertit Cl. *Graevius.* Insulsa quoque est interpretatio, qua haec verba ibidem §. 8. [καὶ ὅπως ἂν ἔδει ἀνίσχυσεν εἶναι ἐς Σκύθας, εἰ μὴ Σόλων ἀπέθανε] verruntur, *Sed neque, ut puto, nisi mortuo Solone, rediit ad Scythas* Anacharsis. Tu verte: *Quin ne revertisset quidem, puto, in Scythas, si non mortuus fuisset Solon.* Nec minus insulse vertitur & hoc in Phalaride I. §. 5. Ταῦτ' οἶδ' ὅτι συνεβουλεύσατ' ἄν, *hoc, sat scio, consilium mihi dedisti. Lucianus* voluit, *Id, sat scio, consilium mihi dedisses.* At quid diutius his Interpretis inficetiis immoror, quae passim & in aliis locutionibus vertendis, inquinatissimam terstissimi scriptoris versionem exhibent. Vel hinc etiam discimus, quam tuto stetur saepe versionibus. Non perspexit hunc Hellenismum etiam *Corn. Tollius*; qui ubi in *Palaephati* Incredibilium c. VI. post memoratam sationem dentium Draconis a Cadmo factam, unde homines armati exstiterunt, legitur, Εἰ δὲ ἦν αὐτὸ ἦν ἀληθὲς, οὐδεὶς ἂν τῶν ἀνθρώπων ἔστησεν ἄλλο τι ἢ ὀδόντας δρακόντων, vertit, *Illud autem si verum esset, nullus quidem hominum aliud consevit, quam draconum dentes.* Sed debuit, *nullus hominum quidquam aliud quam dentes draconum sereret*, vel *severit.* Non debuit in hac sola hujus loci mente fluctuari eruditus ad *Palaephatum* commentator; quum ea sit simplex, nec alia huic loco affingi queat. Video hunc interpretis errorem correctum in Mythologorum Graecorum fasciculo, quem typis Wetstenianis edidit *Th. Gale.* *J. F.*

47. Ὁμ. ποιησ.] *Eorum ingratitudinem imitaturi sumus.* *J. Br.*

48. Τοσαῦτα ταύρων τε καὶ αἰγῶν πιόταλα] Barbarum hic pronunciat *Faber* τοσαῦτα πιόταλα, legitque ex Cod. Reg. Τοσαῦτα μηρία ταύρων τε, &c. Nec certe aliter videtur scripsisse *Noster*, qui & eadem haec habet in de Sacrificiis §. 3. Τοσαῦτά σοι μηρία ταύρων τε καὶ αἰγῶν ἔκαυσα ἐπὶ τοῦ βωμοῦ. & in Philopatride §. 8. Ἀλλὰ τοῖς σωζομένοις μηρία καίομεν ταύρων, καὶ αἰγῶν. Nimium tamen immite videtur *Fabri* dictum, τὸ, τοσαῦτα πιόταλα, esse barbarum; quum ferme simili modo legatur in Demonacte: Πρὸς τὰ ἀρχαῖα μόνα τὸν παραδείγματον σφῷ; αὐτοὺς ῥυθμίζειν. *J. F.*

Τοσαῦτα τ. τε καὶ αἰγῶν πιόταλα] Vocis μηρία ex Regio C. restitutae gratiam habemus *Tan. Fabro*: sine hoc enim adjumento oratio vitiosa male claudicat. Priores Interpretes secutus est inconsiderate *Barlaeus*, in iis αἰγῶν πιόταλα pro αἶγας πιοτάτας etiam constructionem Atticam nobis imputans. Quin rectissime dicantur αἰγῶν πιόταλα, nemo dubitabit: αἰγῶν πιόταλα, hoc quidem sensu, multum vereor, ut pro *Barlaeo* quisquam idoneis exemplis confirmet; nam si proferat τὸ κολάκων τὰ πρῶτα, τὰ ἄκρα τῶν Ἑλλήνων & similia, de quibus alibi exponam, operam omnino ludat. Errorem plane geminum, qui fuerat commissus ad *Sallust.* B. C. c. 52. ubi *effoeta parentum* pro *parentibus effoetis* nonnulli capiebant, castigavit acutissimus Latinae proprietatis judex *J. Fr. Gronovius* Obs. I. c. 2. p. 21. 22. Nihil huc faciunt *strata viarum*, & quae plura praeter alios collegit *de la Cerda*

conjeci; maxime poſtquam Philoſophia, & verboſæ illæ concertationes inter eos exortæ ſunt. Cum enim inter ſe ſe digladientur, perpetuoque vociferentur, non eſt ut quisquam noſtrum preces & vota hominum poſſit exaudire; quare vel obſtructis auribus otioſe ſedendum eſt, aut ab iis moleſtia confici neceſſe, Virtutem neſcio quam, & Incorporea, & meras nugas magna voce connectentibus. Hanc ipſam ob cauſam evenit, ut hic Timon, vir ſane neutiquam contemnendus, a nobis usque adhuc fuerit neglectus.

εἰς τ' Ἀτλικήν· ϗ μάλιϛα ἐξ ὧ φιλοσοφία, καὶ λόγων ἔριδες ἐπεπόλασαν αὐτοῖς. 60μαχομένων γ' πρὸς ἀλλήλους, καὶ κεκραγότων, ὥϛε ἢ ἐπιβυσάμενον χρὴ τὰ ὦτα καθῆϑ, ἢ ἐπιρριφῆναι πρὸς αὐτ', ἀρετήν τινα, ϗ ἀσώμαλα, καὶ λήρους μεγάλῃ τῇ φωνῇ ξυν- 65ειρόντων. Ἀφ' ταῦτά τοι καὶ τοῦτον ἀμεληθῆναι συνέβη πρὸς [b] ἡμ', ὑ φαῦλον ὄντα.

Ὅμως

b Ἡμῶν] Priores Edd. ἡμᾶς. Reſtituta lectio eſt in R. L. Marg. *AIW.*

da ad *Virgil.* AEn. I, 426. Verum eſt, hunc ſtructurae morem, ut adjectivis ſecundos adjungant ſubſtantivorum caſus, libenter uſurpare Graecos, idque tum potiſſimum, quum res aliqua poteſt in varias ſeparari ſpecies, ut οἱ σπουδαῖοι τ γονέων, οἱ μεγαλοφυεῖς, οἱ πολύπειροι, οἱ ἀρχαῖοι τ ἀνθρώπων, οἱ πρακτικοὶ τ λόγων, τὰ δημόσια τ πραγμάτων, αἱ τοιαῦται τ ἀκροάσεων apud *Noſtrum* in Πρ. εἰ ἐν λ. §. 2. cujus generis, ſi quaeras, plura contulit *J. Jenſ* ad Tragop. v. 9. illamque formam, quam nulla non lingua facile ferat, Latinos etiam fuiſſe imitatos, qua de re notant *Salmaſ.* ad *Tertullian.* Pall. p. 311. *Drakenborch.* ad *Sil. Italic.* I, 564. ſed oſtende vel unum, qui genere mutato ſcripſerit τὰ σπουδαῖα τ γονέων, τὰ ἀρχαῖα τ ἀνθρώπων. Aliquantulum diſcrepat, quando ſingulari numero frequentant, τ πλεῖϛον τ βίου ἐντεῦθεν ἐποιοῦντο. *Thucyd.* I, 5. τ πολλὸν τ χρόνου διατρίβουσα, *Herodot.* I, 24. τ ἡμίσεως τ χρόνου, *Demoſth.* in Leptin. p. 542. B. πολλὴν τ Ἀσίας, *Plutarch.* T. II. p. 211. A. quomodo ſaepe πολλὴν τ γῆς, τ ἱερᾶς χώρας apud *Thucydidem* & *Diodorum Siculum*, πολλὴν τ ϛρατιᾶς ἀπολέσας *Joſeph.* A. J. XI. c. 8. §. 3. Ex his autem necdum mihi ſatis eſt apertum, an vulgata *Zoſimi* lectio I. p. 7. Τιβερι. . . . . εἰς ἐλάϛω ὠμότητ ἐκφαπεὶς, adverſus *Stephanum* defendi poſſit ſcribentem ἔλαϛον ὠμότητ vel ἐλάϛῳ ὠμότητι. Porro, ſi dicere licet, quod ſentio, non nimis videtur immite *Fabri* dictum ad ſolos relegantis barbaros τοσαῦτα πιϛάτατα· huc minime quadrat, quod *Fabro* Doctiſſ. *Jenſius* oppoſuit, τὰ ἀρχαῖα μόνα τ ἀδοκιμάϛων. *T. H.*

49. Μηρία] Hanc vocem, quae in omnibus editis deerat, cum in Mſſ. inveniri teſtetur *Tan. Faber*, in textum lubens recepi. *M. du S.*

Ibid. Ταύρων τε ϗ αἰγῶν] Ex *Homer.* I. Iliad. quae repetit multoties. *J. B.*

59. Καὶ λόγων ἔριδες] Sic in omnibus dialogis: haec enim *Luciano* ſubjecta materies. *J. B.*

Ibid. Ἐπεπόλασαν] Nullum verbum aeque *Luciano* frequens. Sic Catapl. §. 1. de Merc. Cond. §. 23. & paſſim. ἐμπολὴ τὸ ἀπὸ τ πιπρασκομένων ἀναγόμενον, ἐπεμπολᾶν, κερδαίνειν. *Interp. Sophocl.* ad Ajac. Flag. *Heſych. Suid. Poll.* *J. B.*

Ἐπεπόλασαν] Abſurdiſſima adnotatio, quam conſuetum *Bourdelotio* feſtinanter & inconſiderate ſcribendi dicam, an vix tenui cogitatione informata profundendi cacoëthes peperit. Eum in modum commentatur, ac ſi extaret in *Luciano* ἠμπόλησαν, ἐπημπόλησαν, vel ἀπωπόλησαν· haec verba occurrunt illis in locis, quae adduxit. Multa ſunt in obſervatiunculis ejus haud ſane magni pretii peccata; quae quidem ſingula mihi notare non lubet, neque operae eſt pretium. *T. H.*

60. Μαχομένων] τ φιλοσόφων. *J. Br.*

62. Ἐπιβυσάμενον] *Procopio* verbum hoc reddidit *D. Hoeſchel.* de AEdif. Juſtin. p. 17. v. 18. attulitque hanc ipſam *Luciani* noſtri locutionem. *T. H.*

63. Ἀρετήν τινα] Hic Stoicos pungit Lucianus. *J. Br.*

64. Μεγάλῃ τῇ φωνῇ] Sic paſſim inducit Pſeudophiloſophos ſuos μεγάλῃ τῇ φωνῇ κεκραγότας, magna & tragica voce ſibi invicem obſtrepentes. *J. B.*

66. Πρὸς ἡμᾶς] Potuit *Tan. Faber* oportuniorem locum reperire invehendi in lectores incurioſos & editores. Licet enim pro certiſſimo ſit hanc lectionem ſic ſtare non poſſe, non tamen ideo diſcedendum ei fuit ad mutationem ejus omnino non neceſſariam, immo prorſus vanam. *Benedictus* eſt, qui ad hanc lectionem concinnavit iſta Latina, *hinc factum eſt, ut hic quoque a nobis neglectus fuerit, quamvis non ſit deſpicabilis.* Sed & *Benedictis* his & *Fabris* longe perſpicacior *Eraſmus* noſter, *haec in cauſa fuerunt, ut hunc quoque neglexerim, quum haud mediocriter de nobis ſit meritus.* Unde patet divinum virum ita cenſuiſſe diſtinguendum διὰ ταῦτα τοι ϗ τοῦτον ἀμεληθῆναι συνέβη, πρὸς ἡμᾶς ὑ φαῦλον ὄντα, quae ipſa manus & mens *Luciani* eſt ringentibus licet illis: ut taceam enervari omnem ſententiae huc facientis efficaciam, dum φαῦλον vertit *contemnendum*, quod huc non pertinet, voce adſtricta & alludente ad pium & gratum erga Deos & eorum metuentem animum. *J. G.*

Πρὸς ἡμᾶς] Monet *Tan Faber* locum hunc aliter in Mſſ. legi, nempe πρὸς ἡμῶν, ὑ φ. ο. Et ſane in L. ita legi Excerpta penes Cl. *Perizonium* docent; ut Προμ.

Ὅμως δὲ τ̃ Πλ̃ουτον, ὦ Ἑρμῆ, ἀπάγε τάχος. ἀγέτω δὲ ὁ Πλ̃ουτος καὶ τ̃ Θησαυρὸν μετ' αὐτ̃, καὶ μενέτωσαν ἄμφω παρὰ τῷ Τίμωνι, μηδὲ ἀπαλλαττέσθωσαν ὅτω ῥᾳδίως, κἂν ὅτι μάλιστα ὑπὸ χρηστότητος αὖθις ἐκδιώκῃ αὐτὸς τ̃ οἰκίας. περὶ δὲ τ̃ κολάκων ἐκείνων, καὶ τ̃ ἀχαριστίας, ἣν ἐπεδείξαντο πρὸς αὐτὸν, καὶ αὖθις μὴ σκέψομαι, καὶ δίκλω δώσουσιν, ἐπειδὰν τ̃ κεραυνὸν ὀπισθυάσω· καλεαγμέναι γὰρ αὐτ̃ καὶ ἀπεστομωμέναι εἰσὶ δύο ἀκτῖνες αἱ μέγι-

10. Sed ut ut haec se habent ; assumpto tecum Pluto abi, Mercuri, ad illum quam ocyssime. adjungat sibi comitem Thesaurum Plutus ; maneantque ambo apud Timonem , neque tam cito ex ejus ædibus concedant , licet eos Timon , qua bonitate est , denuo emittat : de assentatoribus autem , qui se adeo immemores beneficiorum præbent , post videro : eos plectere certum est , ubi fulmen recusum fuerit. Radii enim ejus duo omnium maximi diffracti sunt & re-

c. 8. & aut ita legendum fuit , aut aliter erat interpungendum ; ut ad ὄντα referretur, ut mox ὡς πρὸς ἐμέ. & ὑ. εἰκ. c. 8. Aliter tamen in Δικ. c. 17. ὃν τρόπον διάκειται πρὸς ἐμ̃. *M. du S.*

Πρὸς ἡμᾶς] Si retineas, omnino probanda est *J. Gronovii* sententia: sin minus, jungi convenit ἀμεληθῆναι πρὸς ἡμ̃ν , ut §. 5. ἐδὲ γνωρίζομαι πρὸς αὐτ̃ν. §. 25. Hoc, praeter auctoritatem Regii Codicis , quia magis congruit ad mentem *Luciani*, & jam olim secutus sum, & adhuc sequendum puto. *T. H.*

79. Ἠκόντισα] Historiam, quam tangit, varie a veteribus narrari tradit *Diog. Laertius*, p. 36. A. Sed quod de fulmine habet noster frustra apud alios quæras. Nempe ficta sunt inquies ; neque ego repugno. Ita tamen ficta esse statuendum est, ut quod de incensa æde Dioscurorum fulmine dicitur verum esse deceat. De eo tamen nihil *Meursius*. Pericles autem , cujus tum auctoritas in civitate summa, vix eripere Anaxagoram valuit, cum se palam ejus discipulum esset confessus. Quod ait autem ὑπερέχειν χ. petitum videtur ex *Il.* Δ. 249. & E. 433. I, 420. Od. Ξ. 184. *Euseb.* Præpar. Ev. XIV, 5. & *Plutarch.* 583, 2. *M. du S.*

81. Ἡμᾶς τοὺς θεούς] Ead. in Jove Confut. & Tragœd. *J. B.*

82. Ὑπερέχε αὐτ̃ τὴν χεῖρα] Etsi minime sit audiendus, *Cuperum* tamen audiamus Obs. III. c. 2. *Jovem introducit dicentem se fulmen vibrasse in Anaxagoram philosophum , eumque tutatum esse a Pericle : ὑπερέχε, inquit , γὰρ αὐτ̃ τὴν χεῖρα Περικλ̃ς* , protenta namque manu tutatus eum est Pericles : *Quod interpretandum de judicio ; nam in eo impietatis accusatus Anaxagoras a Pericle defensus est discipulo suo : ὑπερέχε τὴν χεῖρα autem eleganter dixit , quia in orando manus dextra movebatur , & accommodabatur ejus motus ad verba pronuntiantis. Testatur id locus elegans Aristophanis* ἐν Ἐκκλησιάζ: v. 263. *ubi talax mulier :* Ἐκεῖνο δ' ἁ περφορτίκαμεν , ὅτῳ τρόπῳ Ἓξ χεῖρας αἴρειν μηχανευσόμεν τότε. Ἐλλισμδύαι γὰ ἰσμὲν αἴρειν τὰ σκέλη. Illud autem non praevidimus , quonam modo Manus tollere tunc meminerimus: Quippe non manus , sed pedes tollere assuetae sumus. *Isque apud Graecos in dicendo habitus erat , ut dextrum brachium humero exsererent. Praxagora ibid.* Χαλεπὸν τὸ πρ̃γμ' , ὅμως ὁ χειροτονητέον Ἐξωμισάσαις τ̃ ἕτερον βραχίονα. Res illa difficilis est, tamen extendendae manus Ab humero nudantibus brachium. *Quare unius tantum manus mentionem facit Lucianus.* Haec *Cuperus*, quae talia sunt, ut a tirone parum adhuc exercitato , qui prima studiorum rudimenta publico commendabat , profecta esse facile existimes : eo certe capite quicquid in *Luciano* conatur excusatione, quam laude dignius est. Ut cetera praetermittam, quam alienum est, quod *J. Gronovius* etiam attigit, locutionem illam ὑπερέχειν τὴν χεῖρα, vetante Graeci sermonis genio, ad motum gestumque oratorum referre ; praesertim in Pericle , cujus aetate, quemadmodum *AEschines* testatur in Timarch. tam composita rhetorum erat modestia , ab omnique orationis externo cultu abhorrens , ut audax videretur & importunum τὴν χεῖρα ἔξω ἔχοντα λέγειν· nihil dicam de Comici locis perperam huc allatis. Est autem in ea loquendi formula , ὑπερέχειν τὴν χεῖρα , praecipua quaedam virtus, quae ad Deos commodorum humanorum custodes proprie pertinet , inprimis si velut objecta manu imminentia mala propulsent avertantque. Ita quidem *Homerus* semper , Il. Ω, 374. in Camino: Δεῦρ' ἄγ' Ἀθηναίη θ ὑπέρεχε χεῖρα καμ̃νου. Nec poëtae solum poëtarum principi, sed & orationis prosae scriptores hanc elegantiam debere voluerunt : *Philostr.* de V. A. T. VII. p. 302. ἡμῶν ἐς ἀμηχανά τε καὶ φοβερὰ ἐμβεβηκότων, θεῶν τις εἶναι ὑπερέχει χεῖρα, ὡς μὴ ἐκπέσοιμεν σωτηρίας πάσης. *Aristid.* T. I. p. 302. D. καθελέλειπτο τὰ πραγμάτα ἐν τούτῳ Λακεδαιμονίοις , ὥστε δεῖν ἢ θεῶν τινὰ χεῖρα ὑπερέχειν· *Philo Jud.* Leg. ad Caj. p. 1024. B. θεὸς μοί προνοίᾳ δοκῶ τὴν χεῖρα τ̃ ἀδικουμένων ἀφανῶς ὑπερέχοντος. *Maxim. Tyr.* Δ. XXVI. p. 267. τούτοις θ τὸ θεῖον ἐθέλει ξυνίεσθαί τε θ ξυνεπιλαμβάνειν τ̃ βίου ὑπερέχον χεῖρα θ κηδόμενον. In *Euripidis* Iph. in Aul. v. 915. Clytaemnestra difficillimo tempore Achillem implorat, quasi praesentissimum aliquod ac tutelare numen: — ἢν ὁ τολμήσας σύ μου Χεῖρ' ὑπερτείνας, σεσώσμεθ' — *Nicol. Damasc.* in Exc. p. 433. εἰ μὴ βασιλεὺς ὁ δεσπότης αὐτ̃ ὑπέφρει τὴν δεξιάν. Hinc festivissime jocum duxit *Aristoph.* Equ. v. 1170. Ὦ δῆμε, ἐναργῶς ἡ θεὸς σ' ἐπισκοπεῖ , Καὶ νὼν ὑπερέχει σου χύτραν ζωμ̃ πλέαν· obscure Scholiastes unus : ἀντὶ τ̃ ὑπεραστρέφει σ̃. (ista desciipsit *Suidas* in Ὑπερέχει) ἀντὶ δὲ τ̃ εἰπεῖν παρακεφάλαιον , εἶπε χύτραν , ὡς μάγειρος alter optime, ἀντὶ τ̃ εἰπεῖν χεῖρα. Horum tamen leporem frustra sis , si capere te putes , nisi, quo respexerit *Comicus*, ante habeas exploratum : sunt *Solonis* versus apud

retusi ; cum illud vehementius paulo in Anaxagoram Sophistam jacularer , qui discipulis suis persuadebat nos Deos in rerum natura non existere ; & ab eo aberravi frustrato ictu ; protenta namque manu tutatus eum est Pericles ; fulmen autem in Castorum ædem cum præter spem delatum esset, eam exussit ; ipsum autem fulmen tantum non ad saxum comminutum est. Quanquam interea satis pœnarum luent assentatores, si in re perquam ampla Timonem viderint.

ται , ὁπότε φιλοδιμότερον ἠκόνησα πρὸς τὸν ὑπὲρ τὴν σοφιστὴν Ἀναξαγόραν· ὃς ἔπειθε τοὺς ὁμιλητὰς μηδὲ ὅλως εἶναί τινας ἡμᾶς τοὺς θεούς. ἀλλ' ἐκεῖνόν μὲ διήμαρτον (ὑπερέσχε γὰρ [a] αὐτοῦ τὴν χεῖρα Περικλῆς.) ὁ δὲ κεραυνὸς εἰς τὸ ἀνάκειον πρόσκηψας , ἐκεῖνό τε κατέφλεξε, καὶ αὐτὸς ὀλίγου δεῖν συνεδρίβη [b] περὶ τὴν πέτραν. πολὺν ἱκανὴν ἐν τοσούτῳ καὶ αὕτη τιμωρίαν ἔσεσθαι αὐτοῖς , εἰ ὑπερπλουτοῦντα τὸν Τίμωνα ὁρῶσιν.

11. MER. Quantam affert utilitatem magnis clamoribus rem agere , & molestum

EP. Οἷον ἦν τὸ μέγα κεκραγέναι, καὶ ὀχληρὸν εἶναι

a Αὐτοῦ] αὐτὸν *F.* b Περὶ] Ex R. ante πρὸς τὴν πέτραν edebatur.

83. Ἐς τὸ Ἀνάκειον] Τὸ τῶν Διοσκούρων ἱερὸν Ἀνάκειον ἐκαλεῖτο· Ἄνακες γὰρ αὐτοὶ παρ' Ἕλλησιν ἐκαλοῦντο. *V.*

apud *Demosthen.* περὶ Παραπρ. p. 333. A. Τοίνυν γὰρ μεγάθυμος ἐπίσκοπος Ὁρίμοπάτρη Πάλλας Ἀθηναίη χεῖρας ὕπερθεν ἔχει proxime , quod omnem dubitandi locum intercludit , sequitur in *Aristophane* Ὁμοπατρία. Simul ex his patet, perquam facete *Lucianum* Olympio Pericli tribuisse talem phrasin , quae Jovem ceterosque Deos eximie decebat. *T. H.*

83. Εἰς τὸ ἀνάκειον] Vide *Suid.* & *Hesych.* verbo ἀνακας. *J. B.*

Εἰς τὸ ἀν.] Templum Castoris & Pollucis : ἀνακοὶ enim διόσκουροι παρ' Ἀττικοῖς. *A. V.*

Εἰς τὸ ἀνάκειον] Addendus & hic locus illis est , quae ab *Maussaco* perdocte notantur ad hanc vocem in *Harpocratione.* Quod propterea moneo , ut vites cum prioribus interpretibus vertere *in Castoris & Pollucis templum* , aut cum *Fabro in Castorum ædem* , quo nil nasutius. Vera enim esse, quae observat *Maussacus*, censeo , & plane illos Ἄνακτες ex *Cicerone* intelligendos , ut nil commune habeant cum aliorum Graecorum aut Latinorum Castore & Polluce vel Castoribus; quos sane quum innuere velit auctor , novit ille Διοσκούρους , ut apparet ex dialogo de saltatione. Itaque idem observari debet in Reviviscentibus c. 42. ubi rursus dicuntur οἱ ὑπὲρ τὸ ἀνάκειον πεποιημένοι κλίμακας. Miror autem ea, quae observari video ad praecedentia ὑπερέχει γὰρ αὐτοῦ τὴν χεῖρα Περικλῆς , quasi id respiceret ad orationis pronunciandique gestum , & non unice ad patrocinium ac tutelam, eo modo , quo excellentissime id notavit familia Æmilia in nummo, Lepidum tutorem pueri Ptolemaei exhibente. *J. G.*

Εἰς τὸ ἀνάκειον] Quum *J. Gronovius Maussacum* laudabat ad *Harpocr.* in Ἀνάκειον, nondum viderat , quae adversus sententiam ejus confidenter , ut fiet, venditatam erudite disputata sunt ab *Henr. Valesio* p. 225. Eundem errorem notavit etiam *Jac. Oiselius* ad *Minuc. Felic.* p. 126. De Διοσκούροις ἄνακι studiose *Dan. Heinsius* ad *Ciceron.* de N. D. III, 21. de Ἀνακείῳ *Meurs.* Athen. Att. I, 7. quem , ibi non una vice labentem , *Luciani* loca fugerunt : hunc ipsum attulit *Menag.* ad *Diogen. L.* II, 12. Fuit autem Ἀνακεῖον vetustum , quod hoc proprio nomine sic dicebatur, in asty , ut liquido patet ex *Thucyd.* VIII, 93. *Andocid.* περὶ τῶν Μυστ. p. 7. v. 9. *Lucian.* Asin. §. 42. nam aliud erat multo recentius Διοσκούρων ἱερὸν in Piraeeo. Equidem non dubito, quin Anacei fulmine icti conflagrationem ab historia fumserit *Lucianus* , cujus memoriam ex tot Comicorum , qui nunc perierunt , numero potuit unus aliquis facile conservasse. Ejusmodi sunt apud artis Rhetoricae magistros non pauca, de quibus, etsi prima specie ficta videri queant , idem statuere licet. Veluti quod legimus in *Hermogene* de Inv. I. p. 86. de hoc nostro Pericle : ἀνεχθη σκῆπτος ἐπὶ τὸν Περικλέους εἰκόνα , καὶ συμβουλεύει τις μηκέτι αὐτὸν Ὀλύμπιον καλεῖν· fulminatum vere Periclis simulacrum ingenia rhetorum excitavit. *T. H.*

86. Ἐν τοσούτῳ] *Interim dum fulmen instauro & exacuo.* *J. Br.*

Ἐν τοσούτῳ] Interpres : *Quanquam vel id supplicii satis magnum in ipsis fuerit.* Ego malim : *veruntamen satis magna interim & haec ipsis erat poena.* Omisit Interpres illa ἐν τοσούτῳ , quae significant *interea.* Auctor Noster in Dial. Panopes & Galen. Ὁ γὰρ Ποσειδῶν ἐκελεύσέ με , ὦ Πανόπη , ἀκύμαντον ἐν τοσούτῳ φυλάττειν τὸ πέλαγος· nam me Neptunus jussit , *Panope , tranquillum interea servare pelagus* : & paulo post : ἡ Ἔρις ἐν τοσούτῳ &c. In *Contempl.* §. 14. ἐν τοσούτῳ δὲ ἐταιρέσθων· ubi perperam Interpres : *verum adeo in sublime attollantur.* Debebat : *interim rursum in sublime evehantur* : i. e. dum adhuc vivunt ante mortem : habet iterum in *Symposio* , ubi Schol. exponit , μεταξύ. *L. Bos* Anim. c. XIII. p. 58. Eundem vide de Filip. p. 200.

89. Κεραυν.] Sic enim vociferatus est Timon : ὦ Ζεῦ φίλιε ἢ ξένιε, & reliqua. *J. Br.*

91. Ἀλλ-

εἶναι, καὶ θρασύν; ὃ τοῖς δικαιολογοῦσι μόνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς εὐχομένοις τοῦτο χρήσιμον· ἰδοὺ γοῦν αὐτίκα μάλα πλούσιος ἐκ πενεστάτου καλεσθήσεται ὁ Τίμων, βοήσας, καὶ παῤῥησιασάμενος ἐν τῇ εὐχῇ, καὶ ὑπορρέψας τὸν Δία. εἰ δὲ σιωπῇ ἐσκαπτεν ὑπικεκυφὼς, ἔτι ἂν ἐσκαπτεν ἀμελούμενος. ΠΛΟΥ. ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἂν ἀπέλθοιμι, ὦ Ζεῦ, παρ' [a] αὐτόν. ΖΕΥΣ. ἆρα τί, ὦ ἄριστε Πλοῦτε, καὶ ταῦτα, ἐμοῦ κελεύσαντος;

ΠΛ. Ὅτι νὴ Δία ὕβριζεν εἰς ἐμὲ, καὶ ἐξεφόρει, καὶ εἰς πολλὰ καθεμέριζε, καὶ ταῦτα, πάλιν οὐτῷ φίλον ὄντα· καὶ μόνον οὐχὶ δικράνοις με ἐξέωθει τῆς οἰκίας, καθάπερ οἱ τὸ πῦρ ἐκ τῶν [b] χειρῶν ἀποῤῥιπτοῦντες. αὖθις ἦν ἀπέλθω πρὸς τοὺς παρασίτους καὶ κόλακας, καὶ

esse atque audacem! neque id modo causarum actoribus utile est, sed iis etiam, qui deos comprecantur. Vel hic Timon, quam repente dives ex pauperculo factus est! nimirum ingenti clamore vociferans, & magna dicendi libertate in precibus usus, Jovem ad se advertit denique: sin vero tacitus incurvusque fodissет, etiamnum neglectus foderet. PLUT. At ego, Jupiter, ad ipsum non ibo. JUP. Quid ita autem, optime Plute, me præsertim jubente?

PLUT. Quia per Jovem in me injurius erat, domo me extrudens, ac frustulatim partiens, qui tamen ipsi paternus essem amicus; meque tantum non furca expellebat, aut ut eos facere videmus, qui ignem manibus hærentem excutiunt. Quid igitur? redeamne ad eum, parasitis, assentatoribus, & mere-

a Αὐτόν] αὐτῷ F. b Χειρῶν] τειχῶν L.

1. Ἐξεφόρει] Ἀπήντλει, ἐξέφερε. C. G.
4. Δικράνοις] Δίκρανα πτύα τινὰ ὃ σωληχῆ, ἀλλὰ διχρημβία, οἷς ἐφάπτονται τὰ σωρεῖα, * ἢ κατὰ δύο ἢ κατὰ τρία· τούτοις ὃ ὁ λιχμῶσιν οἱ ταῖς ἄλωσιν. V.

* Ἢ κατὰ δύο] Transpone: διχρημβία ἢ κ. δ. ἢ. κ. τρ. οἷς ἐφάπτονται. T. H.

91. Ἀλλὰ καὶ τοῖς εὐχομένοις τοῦτο χρήσιμον] Pater adscripsit τούτοις legere *Pricaum* ad *Matthæum* 6, 7. quod sane nec necessarium, & convenientior vulgata scriptura. J. G.

96. Ἀμελούμενος] A Jove neglectus ac pro nihilo habitus. J. Br.

4. Δικράνοις] Absurdum est quod hic vides Scholium. δίκρανα sunt *furcæ*; & proverbium est apud Græcos tritum, quod & *Horatius* Latine dixit *naturam expellas furcâ, tamen usque recurret* &c. Sed hæc jam *Barlæus* occupavit. M. du S.

Δικράνοις ἐξωθεῖν] Tanti paene non est, fateor, ut subsistam: sed tamen jure voluit *Faber* καὶ interjungi ante καθάπερ. Timonis sollicitam illam & male sedulam festinationem domo exturbandi Plutum duplici figura *Lucianus* exponit, *tantum non furcillis*, &, *velut illi solent, qui quam possunt celeriter ignem de manibus excutiunt:* haec sane, ut oratio recte procedat, separari debent. Est autem δικράνοις ἐξωθεῖν, *vi maxima ejicere atque exturbare*, quod docuit *Turneb.* Adv. XIII, 3. Tu vide *Scaligerum* ad *Fest.* in *Furcilles*, ubi Vir Maximus *Cedreni* locum adduxit peropportunum. T. H.

Ibid. Καθάπερ οἱ τὸ πῦρ ἐκ τῶν χ. ἀπ.] Ut verum fatear, non adsequor hic acumen *T. Fabri*, ἀνακόλουθον in his verbis videntis, ideoque καὶ ante καθάπερ inculcantis. Quaeso & ego, quae ἀνακολούθου species in his? *Et tantum non furcillis me ejecit domo, velut qui ignem e manibus abjiciunt.* Tam propere, & ne minimo quidem morae interjecto, ait Plutus, me Timon profudit, ac ii, qui ignem in manibus tenentes, eum prae dolore acerrime pungenti, illico dejiciunt. Certe illud Fabri καὶ videretur mihi, si adforet, δικράνοις ἐξωθητέον. J. J.

7. Ἑταίροις] Scribe, ἑταίραις, *scortis.* J. Br.

Ἑταίραις] Ita primae Edd. ceteraeque, ni fallor, omnes. Mutandum censuit *Cuperus* Obs. III, 2. *Emendo ἑταίροις· neque enim meretricum ullibi hic mentio, quas sine dubio huc introduxisset emunctae naris homo, non secus ac parasitos, adulatores, aliosque socios & amicos Timonis.* Et hoc sane notatum quoque reperio ad marginem Ed. A. 1. *Wesselingii.* At vide, quantum judicia discrepent: invenerat *Brodaeus* in nescio qua sive editione sive membrana scripta ἑταίροις· is reponi jubet ἑταίραις. Nos etiam meretricibus suum esse locum inter damnosissimas fundi quantumvis opulenti calamitates facile patimur: argumento *Cuperi* ficulneo nihil est, cur quisquam moveatur; tanto minus, quia in *Alciphronis* III. Ep. 34. de hoc Timone nostro scribit Gnatho, σταθήσας τὴν ὑσίαν εἰς ἡμᾶς τοὺς παρασίτους καὶ τὰς ἑταίρας· ibi commode *Berglerus* verba *Luciani* protulit: vid. Plutum *Aristoph.* v. 243. *Joh. Chrysost.* Οἱ μὲ πορναῖς διδόασι, οἱ δὲ παρασίτοις, οἱ δὲ κόλαξιν, οἱ δὲ τέρασι. Diogenes apud *Stob.* p. 506. elegantissima divitiarum cum vitibus arbustisque, quae praeruptis & inaccessis rupibus innascuntur, com-

meretriculis objiciendus ? Ad illos, Jupiter, me, quæso, mittas, qui benignitatis modum intelligant, qui me amplectantur, quibus pretiosus sim & desiderabilis: hi vero fatui cum Paupertate usque & usque versentur, quando illam me potiorem ducunt, acceptoque ab ea rhenone & ligone, quatuor obolorum mercedula contenti vivant; qui decem talentorum munera sic neglectim abjiciunt.

13. JUP. Nil tale posthac adversus te Timon faciet; a ligone probe perdoctus fuit te Paupertati anteponere; nisi si lumbos forte sortitus est cuilibet dolori impenetrabiles. At tu mihi mirum in modum querulus videris, qui nunc Timonem accuses, quod tibi reclusis foribus hac illac vagari, prout libet, & in anatibus observatur. *M. du S.*

Λάροι] Stolidos talique ingenio praeditos, ut insidiis aliorum ac fraudibus sint expositi, significat: iidem Atticis κέπφοι. Proverbium a gaviae natura ductum, quae ostentata maris spuma inescari se patitur & capi. *Schol. Aristoph.* ad Plut. v. 913. exponens, ὦ κέπφε· εἰληπται δὲ εἰς παροιμίαν ἐπὶ τῶν ἀλογίστων ἀνδρῶν καὶ ἀνοήτων· καλεῖται δὲ κοινῶς λάρος. *Eustath* ad Od. E. p. 1522. v. 52. λάρους τοὺς εὐήθεις φασίν· ἔστω δὲ & κέπφους· ibi lege plura. Hoc in Timonem similisque ingenii homines quam apte conveniat, facile intelligitur. Longe aliud est, & ab origine manet diversa de voracibus & paralitis usurpatum, *Larus hians*, de quo *Erasmus* in Adag. descriptus ab *H. Stephano* Ind. Thes. V. Λάρος, *Suidas* in Λάρος πεζεύων, quod ab *Aristophane* fluxit in Equ. v. 952. *Hesychius*: Λαρόν, ἡδὺ, πρόσφες, γλυκύ, ἀπολαυστικὸν, καλὸν, σπάνιον, ἄπληστον, λαμπρόν. Λαρὸν & λάρον confusa: posterius interjice ante ἄπληστον. Aliud etiam in *Aeliani* Ep. XVIII. λάρου δίκην ζῶν, *omnem in fluctibus & navigando vitam degere:* par est ac paene idem — ἀλλ' ἴσως ἄλιον Κυμαίων αἰλυίης μᾶλλον ἐσωκίσατο· *Callimach.* Fragm. Bentl. n. CXI. & Epigr. LXII. *T. H.*

13. JUP. Οὐδὲν ἔτι τοιοῦτον ὁ Τίμων ἐργάσεται πρὸς σέ. πάνυ γὰρ αὐτὸν ἡ δίκελλα πεπαιδαγώγηκεν, εἰ μὴ παντάπασιν ἀνάλγητός ἐστι τὸ ὀσφῦν, ὡς χρῆν σε ἀντὶ τῆς πενίας προαιρεῖσθαι. σὺ μέντοι πάνυ μεμψίμοιρος εἶναί μοι δοκεῖς, ὃς νῦν μὲν τὰ Τίμωνα αἰτιᾷ, διότι σοι τὰς θύρας ἀναπετάσας, ἐφὶ ἃς εἰσῆλθεν ἐλεύθερος, ἐπὶ ἑταίραις προσδιατρίβεις; ἐπ' ἐκείνους, ὦ Ζεῦ, πέμπε με, τοὺς αἰσθησομένους τῆς δωρεᾶς, τοὺς φιλέψοντας, οἷς τίμιος ἐγὼ, καὶ φιλήσοντας. ὅτοι δὲ οἱ λάροι τῇ πενίᾳ ξυνέσεσθαι, ἣν προλιμῶσιν ἡμῖν, καὶ δίφθερα παρ' αὐτῆς λαβόντες, καὶ δίκελλαν, ἀγαπάτωσαν ἄθλιοι, τέτταρας ὀβολοὺς ἀποφέροντες, οἱ δεκάλαλάντους δωρεὰς ἀμελητὶ προϊέμενοι.

c Ἑταίραις] ἑταίροις Margo *A* 1 *W.*

10. Οἱ λάροι] Ἀντὶ τοῦ, † οἱ ἡδεῖς. *V.* ἢ οἱ ἀοδηφάγοι. *C. G.*

13. Ἀγαπάτωσαν] Ἀντὶ τοῦ ἀρκείσθωσαν. *V.*

15. Προϊέμενοι] ‡ Ἀμελήται. *V.*

† Οἱ ἡδεῖς] Error ridiculus. Λαρὸς est *dulcis, suavis, expetendus.* Frequens apud *Homerum* inprimis & poëtas: inde vulgatum illud μέθυ λαρὸν *Apollon.* I, 456. 473. 659. ubi vide *Schol.* v. 968. *Orph.* Arg. v. 1235. Haec nostrum illum putavit ad *Luciani* λάρος pertinere. Praeter alia vel accentus refragatur: *Cyrillus* vel quisquis est de Voc. acc. distinctis: Λαρός, ᾰ, ὁ, *Dulcis, acuitur.* Λάρος, λάρου, ὁ, *larus avis, penacuitur.* Paulo melius *E. G.* nam *Suidas* de laro vel gavia, ἔρημόν ἐστιν ὀρνεον πανοῦργον καὶ ἀδηφάγον. *T. H.*

‡ Ἀμελήται] Scribi jubebat Doctiss. *M. du Soul.* ἀμελεῖται, hac addita nota: *Haec vox in textu praecedit* προϊέμενοι. Ego quid sibi voluerit *Scholiastes*, haud fane video: forte omnia interpretatio in causa fuit, ut, quae conjungi debebant, separarentur. *T. H.*

comparatione. Rarius quidem occurrunt in tam sordido comitatu ἑταῖροι, *amici sodalesque*; & tamen nonnusquam. *Heraclid.* apud *Athen.* XII. p. 537. C. ποῖοι γὰρ ἐ κόλακες, ἢ τί πλῆθος ἐχ ἑταίρων περὶ αὐτὸν (Calliam Hipponici filium) ἦσαν· vertit *Dalecampius*, quasi legisset ἑταίρων· quod quidem necesse non est. *Philostr.* de V. S. II. c. 25. §. 3. Hermocrates paternas opes dissipavit ἐς ἀκρᾶλον καὶ ἑταίρους οἵους παραχεῖν καὶ κωμῳδίας λόγον, οἷον παρέχον οἱ Καλλίαν ποτὲ τὸν Ἱππονίκου κολακεύσαντες. Ad eum locum *Olearius* & diversos Callias confudit, & prorsus ignoravit in mente fuisse *Philostrato* notissimam *Eupolidis* fabulam Κόλακας, qua Calliam cum sodalibus suis impuris acerbissimum in modum traduxit, ut constat ex *Athen.* p. 506. F. & *Schol. Aristoph.* ad Av. v. 284. *T. H.*

10. Οἱ Λάροι] *Stolidi & obsonatores:* adagium a Lari, id est, gaviae ingenio sumtum. *J. Br.*

Ibid. Λάροι] Quid voluerit Scholiastes cum exponit per ἡδεῖς, ego nescire me lubens fateor: Coll. Gal. melius, ἀοδηφάγοι. *Vossius* ἀνίατοι reddit & ad Adagia *Erasmi* nos amandat. Certissimum est quod *Barlaeus* monet, avem esse non voracem tantum, sed quae etiam celeriter quicquid in ventrem demisit egerit;

λθλθέρως, ὅτε ἀποκλείων, ὅτε ζηλότυπῶν. ἄλλοτε δὲ τἐναντίον ἠγανάκλεις καὶ τὸ πλουσίων, καλακεκλεῖσθαι λέγων πρὸς αὐτοῦ ὑπὸ μοχλοῖς, καὶ κλεισὶ, καὶ σημείων [a] ἐπιβολαῖς· ὡς μηδὲ παρακύψαι σοὶ ἐς τὸ φῶς δυνατὸν εἶναι. ταῦτα γὰν ἀπωδύρε πρός με, ἀποπνίγεσθαι λέγων ὑπὸ πολλῷ τῷ σκότῳ· καὶ διὰ τοῦτο ὠχρὸς ἡμῖν ἐφαίνε, καὶ φροντίδων ἀνάπλεως, συνεσπακὼς τὰς δακτύλας πρὸς τὸ ἔθος τοῦ συλλογισμῶν, καὶ [b] ἀποδράσασθαι ἀπειλῶν εἰ καιρὸν λάβοιο παρ' αὐτοῦ. καὶ ὅλως, τὸ πρᾶγμα ὑπέρδεινον ἐδόκει σοι, ὑπὸ χαλκῷ, ἢ σιδηρῷ θαλάμῳ, καθάπερ τὴν Δανάην, παρθενεύεσθαι ὑπ' ἀκριβέσι καὶ παμ-

bitum fuit, permisit, neque domi claudens; neque in te zelotypia ardens. Olim autem adversus divites indignabaris, claudi te ab iis conquerens repagulis, clavibus, & annulo impresso, ut ne oculis quidem obliquis lucem tibi fas esset aspicere. Hæc igitur apud me lamentabaris, in tantis tenebris suffocari te dictitans: atque id propterea pallidus eras, curis perditus, digitosque contractos habebas ob frequentem computandi consuetudinem; quin & minitabaris te quandoque aufugiturum, si quam nancisci occasionem posses. Ad pauca ut redeam, gravissimum tibi videbatur, in ferreo aut æreo thalamo virginem custodiri velut alteram Danaën, & sub acribus & scelero-

a Ἐπιβολαῖς] ἐπηβολαῖς F. J. A1. b Ἀποδράσασθαι] ἀποδράσεσθαι Schol. Aor. 1. & Fut. 1. saepe commutantur, sic ut, quid ab ipso Scriptore venerit, dijudicari nequeat.

32. Καὶ ἀποδράσασθαι] Ἀποδράσεσθαι παρ' αὐτῶν, ἀντὶ τοῦ ἐξ αὐτῶν. V.

26. Ἐπιβολαῖς] Antiquiores Edd. omnes ἐπηβολαῖς, quod observatione haud indignum visum est. Nihil tamen hactenus repperi. *M. du S.*

28. Ἀποπνίγεσθαι] *Strangulari*: illud enim optime potest cum hoc verbo comparari, cujus apud Latinos elegantiam quum explanaret *J. Fr. Gronov.* Diatr. Stat. c. XXVII. mirum est eum, qui proxima *Luciani* loca in medium adferebat, praetervidisse τὸ ἀποπνίγεσθαι. Herodes, homo liberalis & splendidus, ἐκάλει τοὺς θησαυρούς, εἰς οὓς ἀποτίθεν τὰ χρήματα ἔνιοι, πλούτου διεξωστήρια, narrante *Philostrato* in Ejus Vita c. I. *Dion Chrysost.* Or. IV. p. 75. C. ἀνεξόδου καὶ ἀχρείου φυλάττοντα τὸν πλοῦτον τῷ ὄντι, κατάκλεισον ἔν τισι κρυπτοῖς καὶ ἀφεγγέσι βαράθροις. Sed omitto plura, quorum ex utriusque linguae scriptoribus larga seges est ad manum, constipare Lucianeis hisce sensu verbisque quam simillima. *T. H.*

31. Σωσισπακὼς τοὺς δακτύλους] Primum probo *J. Fr. Gronovii* συλλογισῶν neque improbabit quisquam, qui, quid orationis legitimae series postulet, attenderit. Tum σωσισπακὼς τ. δ. ita plerique Interpretes accipiunt, quasi dicat, ex consuetudine supputandi vix unquam intermissa digitos obriguisse, curvatosque vitium contraxisse, quemadmodum fere in Gall. §. 31. ὁρᾷς ἐπαγρυπνοῦντα καὶ τοῦτον ἐπὶ φροντίδων, ἀναλογιζόμενον τοὺς τόκους, καὶ τοὺς δακτύλους κατισκληκότα· perperam, me judice. Paulo rectius, ut quidem videtur, *Benedictus: contractis contortisque digitis, ut fieri solet in rationum collectionibus*: nam solebant mobili digitorum gestu flexibusque variis numeros & rationes ducere: hae sunt τῶ δακτύλων αἱ κάμψεις *Alciphronis* p. 108. ubi vide *Bergler.* & inprimis *Joh. Wouwer.* de Polym. c. VII. *Firmic.* Astron. I. p. 6. *Vides ut primos discentes computos digitos tarda agitatione deflectant*: dixit etiam in eadem re *digitos agitare Plin.* II. Ep. 20. Est ergo σωσισπακὼς τοὺς δακτύλους, qui digitis sedet constrictis, ut numerorum formas effingendo colligat rationes suas atque explicet. *Apollin. Sidon.* IX. Ep. 9. per gymnasia pingi refert *Chrysippum digitis propter numerorum indicia constrictis*, *Euclidem propter mensurarum spatia laxatis*: vide *Savaronem. Martian. Capell.* VII. p. 236. *Quae* (Arithmetica) *mox ingressa septingentos decem & septem numeros, complicatis in eos digitis, Jovem salutabunda subrexit*: habes ibi σωσισπασμένους δακτύλους· neque omittendum est, quod proxime praecedit: *Digiti vero Virginis recursantes, & quadam incomprehensae mobilitatis scaturigine vermiculati*: id est, si modo tumidam Afri Scriptoris locutionem recte capio, in modum operis vermiculati multifariam implexi. Addam *Zenonis Veronensis* locum Serm. I. de Avaritia. *Hinc* (Hic) *unus pecuniam suam tanquam hamum proponit, ut facultates ad se attrahat alienas: quam peregrinantem feralis supputatione nutrire* (mox *Lucian.* ἀνατιθέμενον) *non desinit, ut summam quaerat, non quam commodatio dedit, sed quam ei pepererint armati numero dies, menses & digiti.* Haec admodum esse corrupta, qualia in istius sive Zenonis, sive cujuslibet sermonibus, aut dicam potius laceris reliquiis sunt sane permulta, nemo diffitebitur: etiamsi quis posteriora sic refingat, *armati numero*, vel, *arctati in numeros dierum mensumque digiti*, ab auctoris ipsa manu abesse tamen procul credo: certius a vetustis Codicibus expectandum est auxilium. *T. H.*

32. Τῶν συλλογισμῶν] Adscripsit Pater, forte συλλογισῶν. Quod quidem manifestius, sed potest retineri

lerosis pædagogis educari, Fœnore & Ratiocinio.

14. Eos itaque plane ineptos esse dicebas, qui cum te misere amarent, possentque frui, non auderent tamen: neque amore suo secure uterentur, quibus id liberum esset; sed te pervigili custodia servarent, sigillum aut repagulum oculis haudquaquam demotis aspicientes; seque abunde potiri existimantes, non si fruerentur ipsi, sed omnibus fruendi facultatem si præreptum irent; quod plane canem in præsepio factitare videmus, qui nec ipse hordeum attingat, nec equum esurientem sinat attingere. Insuper, si satis memini, eos irridebas, qui perpetuo parcerent, & custodi-

πονήροις παιδαγωγοῖς ἀναλῳσόμενον τῷ Τόκῳ, ϗ τῷ Λογισμῷ.

Ἄτοπα γὰν ποιεῖν ἔφασκες αὐτὸς, ἐρῶντας μὲ εἰς ὑπερβολὴν, ἐξὸν δὲ ἀπολαύειν, ϗ τολμῶντας, ϗδὲ ἐπ' ἀδείας χρωμένους τῷ ἔρωτι, κυρίως γε ὄντας, ἀλλὰ φυλάττειν ἐγρηγορότας, ἐς τὸ σημεῖον ϗ τ' μοχλὸν ἀσκαρδαμυκτὶ βλέποντας, ἱκανὴν ἀπόλαυσιν οἰομένους, ϗ τὸ αὐτὸς ἀπολαύειν ἔχειν, ἀλλὰ τὸ μηδενὶ μεταδιδόναι τ ἀπολαύσεως, καθάπερ τ ἐν τῇ φάτνῃ κύνα, μήτε αὐτὴν ἐσθίουσαν τῆς κριθῶν, μήτε τῷ ἵππῳ πεινῶντι ἐπιτρέπουσαν. ϗ προσέτι γε ϗ καλεγέλας αὐτῆς φειδομένων, ϗ φυλατ-

τόν-

neri quoque alterum. *J. G.*

Ibid. Ἀποφάσεως] Sic recte Scholia. In omnibus Impr. ἀποφάσεως, minus apte. *M. du S.*

36. Δανάην παρθενεύσεως] Sic postea Δανάης παρθένευσις. Dial. Deor. & de Salt. ubi in quibusdam edition. Δαν. ἀπαρθένευσις *imminutio, infloratio.* *J. B.*

40. Ἐξὸν δὲ] *Cum autem liceret.* *J. Br.*

43. Ἐς τὸ σημεῖον] *Quo obsignata erant domi omnia.* *J. Br.*

44. Ἀσκαρδαμυκτὶ βλέποντας] Ἀσκαρδάμυκτος, μὴ μύσας τοὺς ὀφθαλμούς. σκαρδαμυκτεῖν τὸ σκαίρειν ϗ μύειν τοὺς ὀφθαλμούς, τὸ πυκνῶς βλεφαρίζειν, ἰλιγγιᾶν ἢ ἰλλωπίζειν. *Schol. Arist. ἱππ. Hesych. Suid. Poll.* aliam tamen etymologiam proferunt alii Grammatici, de qua postea. *J. B.*

45. Ἀπολαύειν ἔχειν] Mira dictio. sine Mss. auctoritate mutare nolui. *M. du S.*

Ἀπολαύειν ἔχειν] Sensus minus attento paullum intricatior, sic tamen, ut haud difficulter expediri possit. Avari ἐξὸν ἀπολαύειν ϗ τολμῶσι, ut modo *Lucianus*: magnos acervos oculis obire ipsis votorum finis est, congestosque nummos in arca contemplari, dum experiri non audent, quo valeat nummus, quem praebeat usum: itaque, quod ad eos attinet, videri poterat ἱκανὴ ἀπόλαυσις, copiam bonorum possidere satis largam, quibus, modo animum inducerent, possent frui: hoc est, τὸ αὐτοὺς ἀπολαύειν ἔχειν, reconditis thesauris defossisque non quidem frui, id enim sapientis esset, sed duntaxat posse frui. Interea cur non hoc ἀπολαύσεως genere, quam avaritiae credas sufficere, contenti, fructum divitiarum aliquem, quod ipsi reformidant, alios capere patiuntur? Verum hoc ut faciant tantum abest, ut contra illam demum ἱκανὴν ἀπόλαυσιν existiment, si ceteros omnes pariter ab usu rerum suarum omni prohibeant, in eos non minus atque in semetipsos iniqui, haud secus ac canis ad praesepe &c. In his nihil est, ut arbitror, quod quis jure mutatum velit, nili ipsos avarorum mores. *T. H.*

47. Τὴν ἐν τῇ φ. κ.] *Erasmus* in Paroem. *Canis in praesepi.* *J. Br.*

Ἐν τῇ φάτνῃ κύνα] Sic alibi Proverb. κύων ἐν φάτνῃ, sic sæpe vocat Philosophos & præcipue Cynicos, obvios insequentes. Repetit illud, adversus Indoctum. *J. B.*

Ἐν τῇ φ. κ.] Eadem libro ad Indoctum libros coëmentem. *Th. M.*

Κ. τὴν ἐν τῇ φ. κύνα] Alludit manifeste ad *Æsopi* fabulam, quæ in Æsopo hodierno non extat: eandem iterum tangit extremo ἀτακτ. *M. du S.*

49. Καὶ προσέτι γε ϗ κατ. &c.] Haec verba ita vulgo vertuntur: *Quinctiam ridebas istos qui parcerent, asservarentque, & (quod esset absurdissimum) se ipsos zelotypia prosequerentur: nec intelligerent fore, ut aut sceleratissimus famulus, vel oeconomus, aut puerorum praeceptor furtim subiret, ludibrio habiturus infelicem & inamabilem herum, quem postea sinat ad fuliginosam & oris angusti lucernulam, ac sticulosum scirpulum usuris invigilare.* Praeterquam quod illud *quem postea* de suo addidit, nihil minus hic fecit bonus Interpres, quam cepit mentem *Luciani*, sive Jovis. Agitur nempe, ut diximus, de sordidissimo avarorum genere, quorum animi tanta macerentur enecenturque avaritia, ut non modo ipsi non fruantur honeste bonis suis, sed ne aliis quidem quidquam impertiant; eoque vesaniae abripiantur, ut dum tenacissima cura opibus suis parcant, easque conditas servent, sibi ipsi quasi invideant, ac ferme diffidant; at qui ignorent, quemadmodum perditus aliquis servus, vel dispensator, vel pueris eruditendis praefectus, clam subrepens (in cellam videlicet, vel penum, ubi cibus potusque accumulata servantur: tale quid enim hic intelligi debere, ex fine paginae praecedentis liquidum est) intemperanter se ingurgitet, ac basilice agat, infelicem & morosum herum ad fuliginosam & oris angusti lucernulam usuris suis invigilare sinens. Hoc, & nihil aliud, vult *Lucianus*, Servos furtim quibusdam hero suo sublectis, hilariter ac temulente vivere, dum

τόντων, ᾗ τὸ καινότατον, αὐτοὺς ζηλοτυπούντων· ἀγνοούντων δὲ ὡς κατάρατος οἰκέτης, ἢ οἰκονόμος, ἢ παιδότριψ [a] ὑπεισιὼν λαθραίως ἐμπαροινήσει, τὸ κακοδαίμονα, ᾗ ἀνέρατον δεσπότῃ, πρὸς ἀμαυρόν τι ᾗ μικρόστομον λυχνίδιον, ᾗ δίψαλέον θρυαλλίδιον ἐπαγρυπνεῖν ἐάσας τοῖς τόκοις. [b] πῶς ἂν οὖν ἄδικον, πάλαι μέν

rent, & (quod prodigii inſtar ſit) in ſe ipſos zelotypi forent; ignorarent autem ſceleſtiſſimum aliquem ſervulum, aut pædotribam, clanculum ſubeuntem, hero inamabili & diis iratis nato ſubliturum os, dum ad lucernam obſcuram, & exiguum habentem ellychnium, paululoque inſtructam oleo, uſuris computandis invigilat. Qui autem, o Plute, abſurdum non ſit, hæc olim diviti-

a Ὑπεισιὼν] ἐπεισιὼν *F.* Marg. *AiW.* b Πῶς ἂν οὖν ἄ.] πῶς ἂν οὖν ἄδικα ταυ. . . . πάλαι μὲ ἐκεινᾶ αἰτιᾶ. . . . Ita notatur in Exc. ex P. In C. πῶς ἂν οὖν ἄδικα ταῦτα π. μ. ἐκεῖνα. *F.* habet πῶς ἂν οὖν ἄδικα ταῦτα σοὶ, πάλαι μὲ ἐκείνων αἰτιᾶσθαι.

53. Παιδότριψ] Παιδοτρίβης, ἀλείπτης, διδάσκαλος, γυμναστής. *V.*

miſerrimus herus, ut ad juſtam ſedeat lucernam, ab avariſſimo animo impetrare nequeat. Ἐμπαροινήσει (pro quo multo potius legerem ἐμπαροινήσῃ, ut ſignificetur, furacem ſervum id jam perpetraſſe, & in ſecreta aedium parte etiamnum temulentum laſcivire) non conjungendum cum κακοδαίμονα & iis quae ſequuntur, ſed commate dividendum. Neque vero quarti caſus illi, qui ſubjiciuntur, ab ἐμπαροινήσει pendent, ſed ab ultima voce ἐάσας· quod Interpreti fraudi fuit, eumque, ut ſupra monui, coëgit de ſuo duas voces allinere. Sed nec ἐμπαροινεῖν cum quarto, verum cum tertio caſu conſtrui, doceat nos ipſe *Lucianus* infra in Deor. Dialog. V. ubi Juno ad Jovem, Μέμνησο γοῦν οἷά μοι ἔδρα τὸν οἰνοχόον τοῦτον (Γανυμήδη) ἐμπαροινεῖς. & in Cataplo §. 26. Πάντα τρόπον τοῖς ὑπηκόοις ἐμπαροινᾶν. Scio aliter ibi ἐμπαροινεῖν ſumi, nempe pro ὑβρίζειν, ut vulgo ab omnibus gloſſographis exponitur; at hic loci τὸ ἐμπαροινεῖν ſimpliciter eſſe *intemperanter indulgere cibo ac potui, atque inde laſcivire*; ut & hunc locum non aliter, ac nos fecimus, ad mentem Auctoris exponendum eſſe, non putem, alicui attenta mente totam hanc *Luciani* periodon luſtranti, viſum iri dubium.

Caeterum quod avarus ille herus dicitur ſedere πρὸς ἀμαυρόν τι ᾗ μικρόστομον λυχνίδιον, ᾗ δίψαλέον θρυαλλίδιον, eodem ferme modo itidem de avaro ſermo fit in *Noſtri* Gallo §. 29. Ὁρῶ νὴ Δία πρὸς ἀμαυρόν γε ᾗ δίψῶσαν τὴν θρυαλλίδα. Quae de Strepſiade habet *Ariſtophanes*, notarunt alii. *F. F.*

53. Παιδότριψ] *Suid.* Παιδοτρίβας, ἀλείπτας, γυμναστάς· ᾗ παιδοτρίβης ἡ εὐεξία· ᾗ παιδότριψ ὁ δοῦλος Λουκιανῶν ἐν Τίμωνι ἢ Μισανθρώπῳ. Miſcet παιδοτρίβην & παιδότριβα, a quo errore nec *Stephanus* ſibi cavit in Theſ. T. III. p. 9. παιδοτρίβης eſt *magiſter exercitor*: παιδότριψ in familia ſervulus, qui curam habet puerorum, in eoque munere operam conterit. *H. Stephanus*, quando e *Platonis*, vel potius *AEſchinis* Axiocho profert, ᾗ γυμναστὰ, ᾗ παιδότριβες, lectorem fruſtratur: extat ibi c. 7. παιδοτρίβαι, etiam in Codice Mediceo. Pari forma οἰκότριψ. *T. H.*

55. Πρὸς ἀμαυρόν τι] Lege ἀμαυρόν τι. *F. Br.*

Ibid. Πρὸς ἀμαυρόν τι ᾗ μ. λυχνίδιον] Hunc locum imitatus eſt *Apul.* lib. 2. Mileſ. ubi de Milone hoſpite ſuo. *Lucian.* in Gall. §. 29. *F. B.*

56. Δίψαλέον] Cui prae avaritia oleum parce infunditur. *F. Br.*

Δίψαλέον θρυαλλίδιον] Vid. *F. Gronovium* ad *Harpocrat.* in Ἀδδηφάγους p. 11. *T. H.*

58. Ἄδικα . . . . .] Sic optime Ed. *F.* In omnibus impreſſis peſſime ἄδικον, π. μ. σευ ταῦτα ἀι. Unde doctorum conjecturae, quae plerumque corruptum quidem locum eſſe demonſtrant, raro absque codicum ope veram reſtituunt ſcripturam. Coll. & P. ἄδικα ταῦτα; πάλαι μὲ ἐκεῖνα. L. σοι. *M. du S.*

Πῶς ἂν οὖν ἄδικον] Nihil admodum juvat Ed. Juntinae lectio, quae ut ipſa poſſit conſiſtere, mutatione habet opus: πῶς ἂν οὖν ἄδικα ταῦτα, σε πάλαι μὲ ἐκείνων αἰτιᾶσθαι &c. Sed in eo, quod a *Fl.* Ed. proditum plurimae retinent, dummodo pro σᾶ reſcribas, ut in re facili plerique jam viderunt, σὶ, nihil eſt, quod quemquam morari poſſit aut offendere. Quae *F. Gronovius* hic argutatur, nullius ſunt pretii. Mox autem ὡς πρὸς ἐμέ eam ob cauſam interfertur, quia liberalitas illa Timonis erga alios effuſiſſima praeclarum erat εὐνοίας, quantum ad eos quidem adtinebat, ſpecimen: ſaltem iſtam in partem τῆς Τίμωνος τὸ πάνυ τοῦτο ἀνειμένον, quod Pluto tanto opere diſplicet, interpretaturi erant adulatores, ad quos fructus inde non contemnendus redundabat: ideo reſtringi debuit illud σὺν εὐνοίᾳ appoſito, ὡς πρὸς ἐμέ. Paulo poſt σὺν θύραις, quod certatim impugnant, rectiſſimum eſt: vim praepoſitionis σὺν in iſtiusmodi multis loquendi formulis alibi ſatis munitam praeſtabo. *T. H.*

Ibid. Π. μέν σου] Scribo σε. *F. Br.*

Πάλαι μεν σου ταῦτα αἰτιῶ] Non utique ſignificabit *te in his accuſare* vel *harum rerum*, ut rebatur Cl. *Faber*, & ideo ſcribit σε. Poteſt enim intelligi *hac tui* vel *hanc tuam rationem olim accuſaſſe*. ut in Hermotimo. ὁ γοῦν Μῶμος, ἀκήκοας εἶμαι ἅτινα ἠτιάσατο τῆς Ἥφαίστου. Ita hoc loco vides eosdem rei & perſonae caſus, in quo reticetur quartus caſus agens, quia ipſe is erat. Codici Academiae adſcriptum πάλαι μέν σου.

vitibus objeciſſe te, nunc vero plane contraria Timoni vitio vertere?

15. PLUT. Atqui ſi vera lubet inquirere, utrumque meritiſſimo videbor facere. Nam hujus quidem Timonis ſoluta licentia, mera negligentia, non benevolentia, ad me quod ſpectat, haberi debet: illos autem qui me clauſum tot oſtiis in tenebris deti-

σε ταῦτα αἰτιᾶσθαι, νῦν δὲ τῷ Τίμωνι τὰ ἐναντία ἐγκαλεῖν;

ΠΛΟΥ. Καὶ μὴν εἴγε τἀληθῆ ἐξετάζοις, ἄμφω σοι εὔλογα δόξω ποιεῖν. ὅ τε γὰρ Τίμωνος τὸ πάνυ τοῦτο ἀνειμένον, ἀμελὲς καὶ οὐκ εὐνοϊκὸν, ὡς πρὸς ἐμὲ, εἰκότως ἂν δοκοίη· τοὺς δὲ κατακλείσαντα ἐν θύραις καὶ σκότῳ φυλάτ-

που. Sed non neceſſarium. In duabus ſequentibus notulis apparet, eundem *Fabrum* ſibi feciſſe fraudem, imminutas & decurtatas contemplantem neſcio unde voces, quæ in ipſo contextu ſant integerrimæ & pleniſſimæ. *J.G.*

62. Τῶ τε γὰρ Τίμωνος &c.] Pulchre vidit & monuit Vir Clariſſimus, *Jac. Gronovius*, *Fabrum* in duabus ad haec verba [τῶτε γὰρ Τίμωνος τὸ πάνυ ἀνειμένον ἀμελὲς, καὶ οὐκ εὐνοϊκὸν ὡς πρὸς ἐμὲ ἂν δοκοίη] notulis, fraudem ſibi feciſſe, qui decurtata & imminuta ſpectarit verba. Priora certe nemini vel leviter his literis tincto, poſſunt non cenſeri elegantia. Quod ad ὡς πρὸς ἐμὲ (*Faber* has duas voculas citans, omittens πρὸς, corrigit εἰς ἐμὲ) attinet, non male id vulgatus Interpres *quod ad me attinet* reddidit: eſtque locutio alibi ab *Noſtro* amata. Ipſe Timon poſthac §. 42. Ὦ Μίδα, ὦ Κροῖσε, καὶ οὐ Δελφοῖς ἀναθήμαῖα, ὡς ὄδεν ἄρα ἦτε ὡς πρὸς τὸ Τίμωνος καὶ τὸ Τίμωνος πλοῦτον. *Nihil eratis ad Timonem* (ſic namque Latini etiam loquuntur) ſive, *cum Timone ejusque opibus non fuiſtis comparandi.* In Contemplant. §. 7. Τυφλὸς ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος ὡς πρὸς ἐμέ. *Prae me*, ſive, ut Interpres, *ſi mecum componatur, caecus eſt ille Lynceus.* In Hermotimo §. 4. Καὶ τοῦτο ὀλίγον ὡς πρὸς ἀρετῆς ἄσκησιν. *Et hoc, ſi ad virtutis exercitationem referas, exiguum.* Ibid. §. 13. Παίδας ὦ ἐδὴ ἀνὴρ ἄπαλλας ὡς πρὸς σε. *Perſuaſum habeas, te putaturum omnes, ſi tecum comparentur, eſſe infantes.* §. 81. Ἄγροικος ἄνθρωπος καὶ ἰδιώτης ὡς πρὸς τὰ ὑμέτερα. *Agreſtis homo & rudis, cum veſtris rebus collatus.* paulo poſt: Τοὺς δ' ἄλλους, ἀνδράποδα, καὶ καθάρμαῖα νομιζέτω ὡς πρὸς ἐμέ. *Alios vero mancipia & piacula prae me cenſere.* Apud eumdem Noſtrum in Imaginibus §. 13. Ἄμουσα γὰρ ἁπάντα ὡς πρὸς ἐκείνην ἅπαντα. *Prae illa enim omnia a Muſis abhorrentia.* In Philopſeude §. 16. Ἀμαυρόν τι φαίνεται, ὡς πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀμβλυώττοντας. *Res ſpectatu teniſſima, quantum ad nos obtuſa acie laborantes.* In Hippia §. 5. Ἐπ' ἐκείνου αὐτῶν οἰκοῦσι, πλείστου δεῖ ὡς πρὸς τὸ λουτρὸν, ἀναγκαίως δὲ ὡς πρὸς τὴν τῶν εὐδαιμονεστέρων ὑποδοχήν. *Deinde continua illis domus, longe quidem praeſtantior, quam ut balneo conveniat; ſed neceſſaria ad excipiendos opulentiores.* De non temere cred. Calumn. §. 27. Δικαίως γὰρ ὡς πρὸς τοὺς ἄλλους Ἀριστείδης. *Etenim juſtus quidem erat, ſi cum aliis compararetur, Ariſtides.* Xenophon quoque I. Κυροπαιδ. Ἴωμεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ὡς ἐγὼ σαφῶς ἐπίσταμαι αὐτοὺς ἰδὼν ἰδιώτας ὄντας ὡς πρὸς ὑμᾶς ἀγωνίζεσθαι. Non ſatis accurate Leuenclavius, *eamus in hoſtem, quem ego viſum a me antehac, certo ſcio pugnandi adverſum nos rudem eſſe*, vertit. Praeterquam quod ὑμᾶς non ἡμᾶς legitur, atque adeo τος, non *nos* in verſione dicendum fuerat, deſit quoque ita, *pugnandi rudem eſſe, ſi cobiſcum conparatur.*

Saepe omittitur ὡς, eadem ſignificationis vi manente. *Noſter* in Halcyone §. 3. Νεηνίας ὁ τὸν ἔτι χρόνον πρὸς τὰ πάντα ἄωρα. In Herm otimo §. 7. Οὐδὲν γὰρ ἐστι ταῦτα πρὸς τὸν τῆς ἀρετῆς βίον. In Zeuxide, Τί ἂν ἡμεῖς ἔφημεν πρὸς αὐτούς; In Pſeudomanti, Γαμεῖν ἂν εὖ οἶδα ὅτι πρὸς αὐτὸν εἶναι ἔδοξε. De Parallel. ταῦτα μὲν οὖν πολέμῳ πρὸς μάχαιραν ἢ φλογίδιον ἂν εἰκότως ἔχοι. In Rhetorum praeceptis, τί γὰρ Παλαμήδους ἐμοί; De Electro, ὡς τοὺς κύκνους, οὐ τοὺς κορακας σπουδὰς μὲν εἶναι πρὸς αὐτούς. In Pſeudologista, ὡς τὸν ἐκείνου πέπλον, τὴν Διὸς αὐλὴν εἶναι πρὸς αὐτόν. In Saturnalibus ſeu Votis, οἱ δὲ νῦν πλούσιοι, πρὸς ἐμὲ εἰπεῖν. Ex tot, eque in uno *Luciano* exemplis patet ratio doctiſſimi caeteroquin *Fabri* officium; neque enim eum nunquam ad hanc locutionem, ita frequentem, advertiſſe, credibile eſt. Haec autem, qua de agimus, loquendi ratio eſt elliptica: ut, cum dicitur, ὄδεν ἄρα ἦτε ὡς πρὸς Τίμωνα, ſubaudiendum ſit ἐξετάζοντι. Ita enim plene hanc phraſin effert *Noſter* in Saturnalibus §. 4. Οὐ μικρὰ οἶμαι, δὲ παντάπασιν εὐκαταφρόνητα, εἰ πρὸς τὴν δύναμιν ἐξετάζεσθαι τὴν συμπάσης ἀρχῆς. *Non omnino exigua, neque prorſus facile abjicienda, ſi ad vim univerſi imperii exigantur.* Inſolubi poteſt & ὠδεδιάλεσθαι, id quod addit *J. Scaliger* contra Apionem p. 1070. D. Ed. Genev. Λυκοῦργος ὁ Σπαρτιάτης ὡς ἐχθὲς δὲ ἢ πρώην, ὡς πρὸς Μωσέα ὠδεδιάλεκται, Φιλόσοφος γεγονώς. *J. F.*

64. Ὡς πρὸς ἐμὲ] Aut non vidit *Tr. Faber* illud πρὸς, aut non ſatis attendit cum videret, ὡς ἐμὲ aliud longe eſſe quam ὡς πρὸς ἐμέ. Vide notam noſtram ad c. 6. πρὸς ἡμᾶς δ' Θεὸν εἶπε. Adde Ἰπ. εἰκ. c. 8. τὰ πρὸς τοὺς Θεούς. Ego nihil muto. *M. du S.*

65. Ἐν ὕβρεως] Reſtitue οὐ δικαίως nec ὕβρεως (ὑβρεσι) placet. *J. Br.*

Ἐν ὑφαις] Patet jam olim fuiſſe variam hic lectionem. *Brodaeus* enim IX. Miſcell. c. 7. videtur legiſſe δίκαις & ὑφαις: at rejiciens utrumque, reponit δικαιως. Cl. quoque *Faber* ita emendat; qui non raro cum *Brodaeo* convenit. Sic in verbis apud *Noſtrum* praecedentibus [πάλαι μὲν σου ταῦτα κατέγνωκα] *Brodaeus* pariter ac *Faber* legunt σε pro σου. (Ad iſtum locum aliter exponit Cl. *Gronovius*. Ita infra §. 26. in verbis [δ' ἦν δεῖ τὸ τότε ἀγνοεῖν εἰκὸς αὐτούς.] *Brodaeus* pro δεῖ legit δὴ, item *Faber*. *J. F.*

Ἐν ὑφαις] *Brodaeus* ὑφαις. alii πίσεις, quod probo V. *Athen.* 129. E. & *Caſaub.* *M. du S.*

λάτιονλας, ὅπως αὐτοῖς παχύτερος γενοίμην, καὶ πιμελὴς, καὶ ὑπέρογκος, ἁπιμελεμένους, οὔτε προσαπολομένους αὐτούς, οὔτε εἰς τὸ φῶς προάγονλας, ὡς μηδὲ ὀφθείην πρός τινος, ἀνοήτως ἐνόμιζον εἶναι, καὶ ὑβριστάς, εἰδέναι ἀδικουντά με ὑπὸ τοσούτοις δεσμοῖς καλασήπονλας· Οὐκ[a] εἰδότας ὡς μικρὸν ἀπίασιν ἄλλῳ τινὶ τῶν εὐδαιμόνων με καλαλιπόντες.

Οὔτ' ἂν ἐκείνους, οὔτε τοὺς πάνυ προχείρους εἰς ἐμὲ τούτους ἐπαινῶ, ἀλλὰ τοὺς, ὅσῳ ἄριστόν ἐστι, μέτρον ἐπιθήσονλας τῷ πράγματι, καὶ μήτε ἀφεξομένους τοπαράπαν, μήτε προησομένους τὸ ὅλον. σκόπει γὰ, ὦ Ζεῦ, πρὸς σοῦ Διός, εἴ τις νόμῳ γήμας γυναῖκα νέαν, καὶ καλὴν, ἔπειλα μή-

nerent, dantes operam, ut me craſſiorem redderent & pinguiorem, atque corpulentiorem æquo, neque ipſi me attingentes, neque in lucem producentes, ut ne a quoquam viderer, prorſus deſipere, & in me contumelioſos eſſe rebar, qui nil peccantem computreſcere juberent tot vinculis impeditum, neſcientes interim poſt paulo ſe e vita deceſſuros, meque fortunatorum cuipiam relicturos.

16. Itaque adeo neque illos reſtrictos laudem, neque eos rurſus, qui me libentius contrectant & inſumunt, ſed potius eos, qui, quod adprime in vita utile eſt, moderationem adhibeant; qui neque prorſus abſtineant, neque omnino projiciant, & cuilibet obtrudant. Illud enim per Jovem vide, quæſo, Jupiter; ſi quis legitimis nuptiis formoſulam aliquam uxorem in ipſo ætatis flore duxerit, deinde neque domi cu-

[a] Εἰδότας] εἰδότες F.

78. Σκόπει γὰ ὦ Ζεῦ] Παίζει πρὸς τοὺς ῥήτορας ἔτω * συνεχῶς κεχρημένους· ἢ ἐ ἠθικὸν τοῦτο ποιεῖ καὶ ἀπλοϊκόν. V.

* Συνεχῶς] Nimirum vult rhetoras a Luciano irrideri, quibus nihil inter declamandum in ore ſit crebrius, quam ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ & πρὸς τοῦ Διός. Sed illa demum ratio, quae ſequitur, vera eſt, & commode mentem Luciani exponit. T. H.

66. Παχύτερος] Unde Horatius feſtive dixit *nummos alienos paſcere.* Anonym.

68. Οὔτε εἰς τὸ φῶς προάγονλας] Hoc omne Pluti mutuatum ab *Ariſtophanis* Pluto. tu conſule. Tangit idem in Catapl. in Somnio & alibi. J. B.

72. Ἀπίασιν] *E vita migraturi ſunt.* J. Br.

78. Τὸ ὅλον] *Prorſus, penitus.* J. Br.

84. Ἀπάγοι] *Tanaq. Faber* concoquere ait ſe non poſſe illud ἀπάγοι, quum in ſequentibus non legatur educta foras ab marito uxor, ſed domi cujuslibet libidini vulgata: quare legit προάγοι. Mitis ſcilicet haec & plauſu digna critis. Sed & parum differentiae, hoc quidem in loco, ἀπάγειν inter & προάγειν, mihi liquet. At nihil profecto mutandum. Quamquam non revera foras educta hic intelligenda eſt femina, ſatis tamen commode *Lucianus* utitur verbo in perductionibus ad ſtuprum uſitato. Ita enim ipſe illud iterum de hac re uſurpat in De Gymnaſiis: τὰς ἀρετὰς, καὶ τὰς εὐεξίας, καὶ τὰ κάλλη, καὶ τόλμαν, ὁρῶ ἑδένος μεγάλου ἕνεκα ὑπεραπολλυμένας ὑμῶν, οὔτε πατρίδος κινδυνευούσης, οὔτε χώρας πορθουμένης, οὔτε φίλων, ἢ οἰκείων πρὸς ὕβριν ἀπαγομένων. *Virtutes, corporum bonas habitudines, pulchritudines, & audaciam, nullius magnae rei gratia vobis perire video, cum neque periclitetur patria, neque devaſtetur regio, aut amici, vel domeſtici ad ſtuprum rapiantur.* Ita quoque in Cataplo: οἱ δὲ, υἱέων πρὸς ὕβριν ἀπαγομένων ἀγανακτήσαντες. *Illi vero liberos ad ſtuprum raptos indignati.* In Fugitivis §. 18. Ἔνιοι δὲ, καὶ ξένων τὰ σφετέρων γυναῖκας ἀπάγουσι μοιχεύσοντες. *Alii vero hoſpitum ſuarum uxores rapiunt, eas ſtupraturi.* & §. 30. Οὗ τὴν γυναῖκα ἤχθη ἀπάγων. *Cujus uxorem rapiebat. Antoninus Liberalis* c. 13. de Melitaeo quodam Tyranno, cui nomen Tartaro; Οὗτος εἴ τις Λακαινὶς παρθένος ἐπὶ κάλλει τῶν ἐγχωρίων, ἀπῆγεν αὐτὴν ἐ ἐμνήστο πρὸ γάμου κατὰ βίαν. *Hic ſiqua virgo inter populares formae praeſtantia ferretur, abducebat eam, & ante nuptias violabat.* Iterum ibid. τότε δ' ἔν εἴρητο (ὁ Τάρταρος) πρὸς τοὺς θεράπας ἀπάγειν Ἀσπαλίδα, &c. *Tunc vero dicebatur ad miniſtros Aſpalidem perducere.* & iterum, ἡ ὑ πως, ὡς ἔκπυστος ὁ λόγος ἐγένετο, πρὶν ἀφικέσθαι τοὺς ἀπάξοντας, ἀνήρτησεν ἑαυτήν. *Puella vero ſimul rumor differebatur, antequam abducturi ipſam venirent, ſuſpendit ſe.* Aelianus in elegantiſſima illa Aſpaſiae hiſtoria lib. XII. Ποικιλ. cap. 1. Ἡ ὑ Φωκαὶς τοῦ προσάγματος ἐδὲ προσέσχεν, ἕως αὐτὴν ὁ ἀπάγων Σατράπης πρὸς βίαν ἐκάθιστεν. *Phocais vero non juſſui paruit, donec eam Satrapa, qui perducebat eam, conſidere cogeret.* Et hic certe ὁ ἀπάγων Σατράπης Aſpaſiam non foras eduxit, quippe quae jam erat in aula Cyri; quare eo magis fruſtra *Lucianum* hic refingere tentat *Faber.* Ita & γυναικῶν ἀπαγωγαὶ leguntur in *Noſtri* Phalaride. In eodem hoc ſenſu, quo ἀπάγειν, invenio & ἀνάγειν ſumptum ab *Noſtro* in Tyrannicida c. 5. Ὁ τοὺς ἐφήβους ἀναστῶν, ὁ ἐμβρίζων τοῖς γάμοις, ἐκείνῳ αἱ παρθένοι ἀνήγοντο. *Ad eum, qui ephebos ad ſe trahebat, qui nuptis vim inferebat,* vir-

cuſtodiat, neque ullo zelotypiæ ſenſu moveatur, noctu & interdiu qua viſum eſt vagari permittens, & cum obviis quibusque ætatulam ſuam oblectare; aut potius aliquo corrumpendam ab adulteris ducat, fores aperiens, proſtituens, & omnes ad eam convocans; quid, quæſo, talis vir uxorem amare videatur? Haud iſtud tu quidem dixeris, Jupiter, qui quid ſit amor, re ſæpenumero expertus es.

17. Si quis contra uxorem lege domum duxerit, *Arvo ut venereo lætus liberos ſerat*, florentem autem puellam nec attingat ipſe, neque alium quemquam ad illam oculos adjicere ſinat; domi autem concluſam cuſtodiat, nullam ex ea prolem ſuſcipiens, ejus tamen amore flagrare ſe dictitans,

τε φυλάτλοι, μήτε ζηλοῦπτοῖ τοπαράπαν, ἀφιεὶς ϗ βαδίζειν ἔνθα ἂν ἐθέλοι νύκτωρ, ϗ μεθ' ἡμέραν, ϗ ξυνεῖναι τοῖς βυλομένοις, μᾶλλον δὲ [b] αὐτὸς ἀπάγοι μοιχθυηϲομέ-
85 νιλω, ἀνοίγων τὰς θύρας, ϗ μαϲτροπεύων, ϗ πάνλας ἐπ' αὐτὴν καλῶν, ἆρα ὁ τοιοῦτ@ ἐρᾷν δόξειεν ἄν; ϑ σύ γε, ὦ Ζεῦ, τοῦτο φαίης ἂν, ἐραϑεὶς πωλλάκις.

Εἰ δέ τις ἔμπαλιν ἐλευθέραν γυναῖκα εἰς οἰκίαν νόμῳ πϱλαβὼν ἐπ' ἀρότῳ παί-
90 δων γνησίων, ὁ δὲ μήτε αὐτὸς πϱοσάπτηϲθο ἀκμαίας ϗ καλῆς πϱαρθένυ, μήτε ἄλλῳ πϱοσβλέπειν ὑπϱέποι, ἄγονον δὲ ϗ τεῖραν καλακλείσας πϱαῤῥενεύοι, ϗ ταῦτα ἐρᾷν φάσκων, ϗ

b Αὐτὸς] αὐτοὺς *F.*

90. Ἐπ' ἀρότῳ] Ἐπὶ σπορᾷ. *C.G.*

virgines perducebantur. Per me tamen licuerit, ſi quis & hic maluerit ἀπάγεσθο. Dixerunt id Latini *perducere. Suetonius* in Tiberio cap. XLV. *Feminarum quoque, & quidem illuſtrium, capitibus quantopere ſolitus ſit illudere, evidentiſſime apparuit Malloniae cujusdam exitu, quam perductam, nec quidquam amplius pati conſtantiſſime recuſantem, delatoribus objecit.* Sic Lollia Paullina *perducta* Caligulae memoratur ab eodem in Calig. c. XXV. Sic *perductus*, haud dubie ad ſtuprum, dicitur Pauſanias, interfector Philippi Macedonis, ab *Juſtino* IX. c. 6. ubi vide *Bernecceerum.* Apud Ciceron. lib. I. in Verr. 12. *lenonum, aleatorum, perductorum nulla mentio fiat*: & V. in Verr. 12. dicitur Tertia quaedam per dolum ad Verrem perducta. *J. J.*

90. Ἐπ' ἀρότῳ] *Ad liberos procreandos.* *J. Br.*

Ἐπ' ἀρότῳ] εἰς τὸ σπερμαίνειν γενεάν, ut ait *Heſiod.* εἰς σπόρον ϑ γονῆς. *J. B.*

Ἐπ' ἀρότῳ] Conſule Not. ad *Jamblich.* n. 210. *M. du S.*

Ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων] Legitima quaedam apud Athenienſes haec erat formula: *Iſidor. Peluſ.* III, 243. πϱὸ Ἀθηναίοις ἡ σωφϱοσύνη κατὰ νόμον ἐπ' ἀρότῳ παίδων ἐλέγετο γίνεσθαι quanquam in *Artemidoro* II. c. 24. ἄροτρον dicatur eſſe ἀγαθὸν πϱὸς γάμον ϗ παίδων γονήν, ſi hoc viſum ſomnianti obveniat, hic tamen ſatis eſt certum debere legi ἐπ' ἀρότῳ. Vitium frequens fefellit *Sam. Petitum* ad LL. Att. p. 436. & *Lindebrog.* ad *Donat.* p. 643. animadverterunt *Gataker.* de N. T. Styl. c. XI. ubi verecundas honeſtioresque de re venerea locutiones pluribus illuſtrat, & *L. Kuſter* ad *Jamblich.* de V. P. §. 210. cui γενήσεις memorantur αἱ ἐπὶ τεκνοποιίᾳ σώφϱονί τε ϗ νομίμῳ γενομέναι. *Ariſtaen.* I. Ep. 19. ϗ ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων ἐρωμένην ἠγάγετο γαμετήν. mireris ſane Elegantiſſimi *Joſiae Merceri* perſpicaciam non minus hic ceſſaſſe, quam *Lambecii* in Prodr. Gell. ad IV, 3. Quin *Deſid. Heraldus*, tametſi ad *Arnob.* VII. p. 263. hunc ipſum protuliſſet *Luciani* locum, p. 119. ſcripſit *contrahitur matrimonium* ἐπ' ἀρότῳ παίδων. Multo gravius corruptum in *Alciphr.* I. Ep. 6. peritiſſimo linguae Graecae *Berglero* non obſtitit, quominus certam emendationem pervideret: parentes, inquit, οἵ με ἐγγυητὴν ἐπώλαρον ἐπὶ παίδων ἀρμάτων γνησίων σωθῆναι σοι γάμων non aliter extabat in duobus Bibliothecae Heidelbergenſis Codicibus, quorum a *Neveleto* inſtituta collatio penes me eſt. Audi *Platonem* in Crat. p. 279. C. ubi inter alias τῆς Ἀρτέμιδ@ origines hanc etiam, neſcio an nimis ridiculam, adjungit: τάχα δ' ἂν ϗ ὡς τ ἄροτον μισησάσης τ ἀνδϱὸς ἐν γυναικί. Ad Amorem ſic *Oppian.* Halieut. IV, 26. Πϱῶτ@ δ' εὐναίοις ἀρότοις ἐπεδήκατο τέκνων. (paulo ante ſimili ratione *Lucian.* μητϱὸν ἐπιδησόμενος) ubi *Kittershuſius*, ut ſolet, plena manu. Imo liberos ipſos *Euripid.* Med. v. 1281. vocat, τέκνων, ὧν ἔτεκες, ἄροτον *Heſych.* Ἄρουϱα, γέννημα: inde ἄροτηϱ, *pater legitimus.* Ceterum utriusque vocis ἄροτ@ & ἄροτρον invicem commutatae, ſi quis quaerat, exempla reperire licet in *Theophr.* H. Pl. VI, 5. & *Dimyſ. Halic.* A. R. I. p. 9. v. 44. *Plutarch.* T. II. p. 495. E. *Suid.* in Προμοσίαν. *T. H.*

93. Καλακλείσας πϱαῤῥενεύοι] Vid. *Budaei* C. L. G. p. 691. ubi ex hoc loco docet πϱαῤῥενεύειν eſſe *virginem cuſtodire.* Eodem pertinet καλακλείσας nam aſtae virgines, & honeſtiores matronae, quae publicum virorumque conſpectum fugientes thalamum ſervabant, κατάκλειστοι & θαλαμοῦχοι *Salmaſ.* ad *Tertul-*

καὶ δηλῶν ὧν ἀπὸ τ χρόας, καὶ τ σαρκὸς ἐκλειπούσης, καὶ τ ὀφθαλμῶν ὑποδεδυκότων, ἐφ' ὅπως ὁ τοιοῦτος ἐπ παιδείαν δόξειεν ἂν, δέον παιδοποιείας, καὶ ἀπολαύειν τ γάμων, καλλιμαραίνων εὐπρόσωπον ἔτω καὶ ἐπέραστον κόρην, καθάπ ἱέρειαν τῆ Θεσμοφόρῳ τρέφων ἐφ' παντὸς τ βίου; ταῦτα καὶ αὐτὸς ἀγαναχτῶ, πρὸς ἐνίων μὲ ἀτίμως λακτιζόμενος καὶ λαφυστόμενος, καὶ ἐξαντλούμενος· ὑπ' ἐνίων δὲ, ὥσπ στιγματίας δραπέτης πεπεδημένος.

idque indicans vultus colore, macrescente in dies & horas corpore, concavis & introrsum recedentibus oculis; annon ejusmodi vir pro cerrito circumferri debeat, qui quasi Cereri sacerdotem per totam vitam nutriens, tam venustam, tamque amabilem puellam defloresceret absque omni Veneris usu sineret, cum contra liberos ex ea tollere & conjugio frui deberet? Ad hunc plane modum quidam me calcibus ignominiose quatiunt, luxuriaque sua effundunt atque exhauriunt: a nonnullis autem velut fugitivus aliquis notis compunctus vincior.

ΖΕΥΣ. Τί ἐν ἀγαναχτεῖς κατ' αὐτῶν; διδάσι γὰ ἄμφω καλὴν τ δίκην· οἱ μὲ, ὥσπ ὁ Τάνταλος, ἄπωροι καὶ ἄγλυκοι, καὶ ξηροὶ τὸ στόμα, ὑπεκχυνότες μόνον τ χρυσίου· οἱ δὲ, καθάπ ὁ Φινεὺς, ἀπὸ τ φάρυγγος τ τροφὴν ὑπὸ τ ἁρπυιῶν ἀφαιρούμενοι. ἀλλ' ἄπιθι ἤδη σωφρονεστέρῳ πολὺ τῷ Τίμωνι ἐνθυξόμενος. ΠΛ. Ἐπεὶν γὰ ποτε παύσει ὥσπ ἡ κοσίνω τέρυπη-

18. JUP. Quid, quæso, illis succenses? utrique enim graves pœnas dant: alii enim veluti Tantalus aliquis, ore sicco ac jejuno perstant, ad auri aspectum rictu diducto hiantes: alii autem sibi, itidem ut Phineus, cibum ex penitissimis faucibus ab Harpyis eripi vident. Sed jam abi: nam Timonem multo impensius quam antea sapere deprehendes. PLUT. Quid autem! an is aliquando desinet consulto, veluti ex perforato

1. Θεσμοφόρῳ] Τῆ ἱερείᾳ· ἐπαρθενεύοντο γὰ αἱ ἱέρειαι αὐτῆς παντὸς χρόνου. *V.*

4. Καὶ λαφυστόμενος] Ἀντὶ τοῦ λαφύσσειν καὶ ἐξαντλεῖσθαι παθήματος. *V.*

tullian. Pall. p. 177. utrumque junxit *Philo* in Flacc. p. 977. E. γυναῖκα κατάκλειστα μηδὲ τ αὐλείου προϊεμένην ἢ ὀλιγιστάκις ἅπαξ τοῦ ἔτους. *Plutarch.* περὶ Πολυτρ. p. 519. E. τὸ γὰ γυναικὸς σπάνιον τε καλοῦ καὶ δεδιττομένης ἀνάγκας ἐπὶ τὸν κατάκλειστον ἀδεῶς ἐλθεῖν καὶ πολυτελῆ &c. hoc sane vel *Horatio* judice vincet. *Plutarchus. Clem.* Paedag. III. p. 232. C. ἔξεστ τοῖς βουλομένοις ἢ ἄλλων οἴκοι τὰς παλλακὰς, γυναῖκας ἐν τοῖς βαλανείοις θεάσασθαι. Vid. *Hieronym.* ad *Jes.* c. VII. *T.H.*

96. Ὀφθ. ὑποδ.] Ὑποβεβηκότων, quæ omnia amoris ac tristitiæ signa sunt. *J.Br.*

97. Παραπ.] *Non de, pore videretur.* Recte vim verbi explicavit *Barbarus.* Addam tantummodo *Lucianum* hoc verbum ab *Aristophane* desumsisse, qui conjungit λαρεῖν & παραπλαγχθῆναι in *Plut.* v. 508. Δυο πρεσβύτα ξυμπεσόντα τὸ λαρῶν & παραπλαγχθῆναι. *Vos duo veteli, nugarum & aberrantes socii.* *H.V.*

1. Τ τῆ Θεσμ.] *Cereri.* *J.Br.*

Ἱέρειαν τῆ Θεσμοφόρῳ] *Æschines, Demosthen. Aeschyl.* quales Vestales. *J.B.*

Ἱέρειαν τῆ Θεσμ.] De continentia matronarum in hoc fest. an hic locus sit intelligendus nescio; de *virginibus* enim loqui videtur *Lucianus*, quæ quasi Cereris *Vestales* essent. *Fourdelatius* nos, pro more suo, ad auctores, non citatis locis, amandat. *Lucianus* alibi etiam meminit; *Dial. matris & Musarii*: καθάπερ ἐκ ἑτέρα, τ ὃ Θεσμοφόρου ἱερειά τις ἦσα. At nullibi, inquies, legimus apud Auctores de ejusmodi *Sacerdotibus.* Fateor. Sed *scholiastes Theocriti* ad Id. IV. p. m. 328. C. *Virginum* meminit, quæ eædem videntur cum ea, quam hic *Lucianus ἱέρειαν* vocat. Adi etiam *Hesych.* (v. πρυτανεῖον) ubi tales publice ali solitas docet. V. Potc. 369. Ceres *legifera. Virgil.* IX, 58. *Ovid.* Met. V, 343. V. *Plutarch.* V. 156, 2. *M. du S.*

Ἱέρειαν τῆ Θεσμοφόρῳ] *J. Meurs.* Græc. Fer. in Θεσμοφόρια. *T.H.*

5. Στιγματίας] Frontem litteratus hoc charactere ΦΦ. ἀπὸ pro fervo, ut Catapl. *J.B.*

Στιγματίας δραπέτης] His usus est *Des. Heraldus* ad *Martial.* III. Ep. 21. *Clem. Alex.* Paed. III. p. 220. A. ὡς γὰ τ φυτευτὰ τὰ στίγματα, ἵνα τὴν μοιχαλίδα ἐλέγχωσι τὰ ἀνήμερα. *T.H.*

8. Ἄμφω] Sic *Il.* B. 124. pro ἀμφότεροι. *M. du S.*

9. Ταντάλ] *Horat.*

Tantalus a labris sitiens fugientia captat
Flumina . . . . . Quid rides? mutato nomine, de te
Fabula narratur. Congestis undique saccis
Indormis inhians, & tanquam parcere sacris
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tapetis. M. du S.

19. Ἐς τ τ Δ. πίθ. ὑφ.] *Plato* scribit Danaidas apud inferos has pœnas dare, ut urnis perstillantibus aquas assidue hauriant, atque in perforata dolia inferant, gravi

rato cophino exhaurire me, priusquam totus influxero, (veluti prævenire ſtudens nimiarum opum influxum,) ne copioſior incidens ipſum inundem? Quare videor mihi aquam in Danaïdum dolium congeſturus, & fruſtra infuſurus, cum vas perfluat, & id quod ingeſtum fuerit, jam jamque ſit effluxurum, priusquam influxerit; adeo latus eſt ad effluxum liquoris hiatus dolii ac facilis exitus.

μένῳ, πρὶν ὅλως εἰσρυῆναί με, χὴ σπυδὴν ἐξαυλῶν, φθάσαι βυλόμενος τὸ ἐπιῤῥοὸν, μὴ ὑπεραυλῶν εἰσπεσὼν ἐπικλύσω αὐτόν; ὥστε ἐς τὸ τῶν Δαναΐδων πίθον ὑδροφορήσειν μοι δοκῶ, χὴ μάτην ἐπαυλήσειν, ἢν κύτος μὴ γένηται· ἀλλὰ πρὶν εἰσρυῆναι, σχεδὸν ἐκχυθησομένῳ ἢν ἐπιῤῥέοντος· ὅτως εὐρύτερον τὸ πρὸς τὴν ἔκχυσιν κεχηνὸς ἢν πίθος, χὴ ἀκώλυτος ἡ ἔξοδος.

19. JUP. Proinde rimam iſtam & hiatum niſi ſemel & diligenter obſtruxerit, in fæce dolii rhenonem una cum ligone reperiet, poſtquam tu cito effuſus fueris. Sed jam aliquando abite, atque hominem ditate. At heus tu, Mercuri, curato adductos tecum ex Ætna Cyclopas, qui mihi fulmen exacuant ac reficiant; eo enim perquam acuto nobis opus erit.

ΖΕΥΣ. Οὐκοῦν εἰ μὴ ἐμφράξῃ τὸ κεχηνὸς τοῦτο, χὴ εἰς τὸ ἄπαξ ἀναπεπλαμένον, ἐκχυθέντος σὺ βραχεῖ σου, ῥᾳδίως εὑρήσει τὴν διφθέραν αὖθις, χὴ τὴν δίκελλαν ἐν τῇ τρυγὶ τοῦ πίθου. ἀλλ' ἄπιτε ἤδη, χὴ πλυτίζετε αὐτόν· σοὺ δὲ μέμνησο, ὦ Ἑρμῆ, ἐπανιὼν, πρὸς ἡμᾶς ἄγειν τοὺς Κύκλωπας ἐκ τῆς Αἴτνης, ὅπως τὴν κεραυνὸν ἀκονήσαντες ἐπισκλάσωσιν, ὡς ἤδη γε τεθηγμένῳ αὐτοῦ δεησόμεθα.

20. MER. Pergamus, Plute. Quid hoc autem?

ΕΡ. Προΐωμεν, ὦ Πλοῦτε. τί τοῦτο; ὑπο-

12. Ἀφαιρούμενοι] Παθητικῶς ἀκουστέον, ἀντὶ τοῦ στερούμενοι. *V.*

22. Τοῦ ἐπιῤῥέοντος] Τῆς ἐπιῤῥοῆς. *V.*

26. Εἰς τὸ ἄπαξ] Ἀντὶ τοῦ διόλου. *V.*

gravi nimirum & inutili labore. *Ovid.* IV. Metam. *Molirique ſuis lethum patruelibus auſae Aſſidue repetunt, quas perdunt, Belides undas.* Idem in Ibin: *Quaeque gerunt humeris perituras Belides undas.* Hujus fabulae mentionem facit rurſus *Lucian.* in Hermot. item de Dipſad. & in Dial. Crat. ac Diog. *Alciphron* in Ep. Galeni ad Cyrtonem ad hanc alluſit: καὶ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο εἰς Δαναΐδων τοὺς ἀμφορέας ἐκχέομεν πίθους. *Plautus* in Pſeud. *In pertuſum ingerimus dicta dolium: operam ludimus. Catullus: Dolia virgineis idem ille repleverit urnis.* G.C.

Ἐς τὸν τῶν Δαναϊδῶν] Accentuum etiam ad nos cura pertinet, ſi quid inde redundet ad *Lucianum* detrimenti. Δαναϊδῶν Edd. quotquot inſpexi, omnes: ſcribi tamen debebat ſine controverſia Δαναΐδων, ut recte monuit *Berglerus* ad *Alciphr.* p. 10. Quod paulo ante praeceſſit, ὥσπερ ἐκ κοφίνου τέρυπημένου, quem uſum in hac oratione praeſtet, aut quomodo cum ceteris apte cohaereat, vix ac ne vix quidem intelligo: ſi ab ipſo *Luciano*, quod inficias ire non auſim, fuerit profectum, ego quidem veteres illos, accuratiſſimos ſtyli exactores, ſic ſcripſiſſe exiſtimo, ut quaedam tamen emendatius, ſi diligentiorem adhibuiſſent limam, potuerint ſcribi: lubens in *Horatii*, judicis acerrimi, ſententiam concedo: ubi plura nitent, non ego paucis offendar maculis, quas aut incuria fudit, aut humana parum cavit natura. T.H.

20. Τῷ κ. μὴ σ.] *Fundo vaſis liquorem non continente.* J. Br.

21. Σχεδὸν ἐκχυθησομένου τοῦ ἐπιῤῥέοντος· ὅτως εὐρύτερον] Sic diſtingue has voces, ut recte Latina praeiverunt, & nuper fecit quoque *Faber*. Mox διφθέραν inepte verterunt Salmurii *ſagum*, & ineptius nunc impreſſum *fagum*. Faber *rhenonem* transtulit. J.G.

25. Εἰ μὴ ἐμφράξηται &c.] Verto: *niſi hiatum iſtum, & perpetuo apertam fiſſuram obturaverit:* quod hic eſt τὸ ἀναπεπταμένον, id in Dial. Mort. IV. τὸ ἀνεῳγὸς dicitur. Paſſim apud *Lucianum* τὸ ἀναπεπταμένον ſumitur pro *apertura*, ſive pro *eo quod apertum eſt*. Ita de Domo §. 3. 6. Merc. Cond. §. 3. Abdic. §. 27. H.V.

26. Εἰς τὸ ἄπαξ ἀν.] *Tan. Faber* aliter haec conjicit tranſponenda. Sed profecto εἰς τὸ ἄπαξ ἀναπεπλαμένον ſenſu commodiſſimo, & huic loco ſatis conveniente, dicitur; quem non abſurde expreſſit Interpres, *perpetuam perſtillationem*. Adde quod *Th. Magiſter*, voce ΚΑΘΑΠΑΞ, haec verba, eo, quo hodie in Luciano legimus, ordine diſpoſita, in dictionibus Atticis allegat. J.J.

Εἰς τὸ ἄπαξ] Dem. (77. C.) *Tan. Faber* εἰ μὴ——ἐμφράξ — &c. *Th. Mag.* cum Codd. noſtris facit in Καθάπαξ. M.du S.

31. Ἐκ τῆς Αἴτνης] Illic enim fabrili arti dare operam feruntur. J. Br.

34. Τὶ τοῦτο ὑποσκάζεις] Diſtingue: τὶ τοῦτο; ὑποσκάζεις; Τὶ ἦν; τὶ τοῦτο; ſic ſolent uſurpari. T.H.

ὑποσκάζεις; ἐλελήθεις με, ὦ γεννάδα, ὑ τυφλὸς μόνον, ἀλλὰ ϗ χωλὸς ὤν. ΠΛ. Οὐκ ἀεὶ τοῦτο, ὦ Ἑρμῆ, ἀλλ' ὁπόταν μὲ ἀπίω πρός τινα πεμφθεὶς ὑπὸ τοῦ Διός, οὐκ οἶδ' ὅπως βραδύς εἰμι ϗ χωλὸς ἀμφοτέροις, ὡς μόλις [a] τελεῖν ὅπῃ τὸ τέρμα προγηράσαντά ἐνίοτε τοῦ ξειμώνος. ὁπόταν δὲ ἀπαλλάττεσθαι δέῃ, πλεῖον ὄψει, πολὺ τῶν [b] ὀρνέων ὠκύτερον. ἅμα γὰρ ἔπεσεν ἡ ὕσπληξ, κἀγὼ ἤδη ἀνακηρύττομαι νενικηκὼς, ὑπερπηδήσας τὸ στάδιον, ὑδὲ ἰδόντων ἐνίοτε τῶν θεατῶν. ΕΡ. Οὐκ ἀληθῆ ταῦτα φῄς. ἐγὼ δὲ [c] ϗ πολλοὺς ἂν εἰπεῖν ἔχοιμί σοι, χθὲς μὲν ὑδὲ ὀβολὸν, ὥστε

claudicas? Ignorabam, o bone, esse te non modo cæcum, sed claudum etiam. PLUT. Id mihi non semper usu evenit: sed cum ab Jove ad quempiam mittor, repente tardior paulo fio, & utroque crure claudus, ita ut vix atque ægre itineris finem attingam, cum is jam, ad quem missus fueram, longo senio confectus plerumque jacet. At si quando discedendum sit, tum vero me alatum dicas, ipsis avibus celeriorem. Itaque ubi primum excidit circi repagulum, jam me victorem proclamat præco, qui stadium tanta pernicitate percurrerim, ut quandoque ne spectatores ipsi oculis me currentem sequi potuerint. MER. Minus vere isthæc, Plute; nam multos ego memorare possum, qui, cum heri ne obolum quidem haberent, quî sibi

a Τελεῖν] ἐλθεῖν R. P. L. *f.* Marg. *A1W.* b Ὀρνέων] ὀνείρων R. P. *f.* Marg. *A1W.* c Καὶ] τοι R.

43. Ἔπεσεν ἡ ὕσπληξ] * Τὸν συνέχοντα τὰς κιγκλίδας μοχλὸν, ἣν ἀρτίως ** λάμναν φασὶ, ὕσπληγα καλεῖ. *V.*

* Τὸν συνέχοντα] C. ὅτι κατὰ τ. σ. τῶ κιγκλίδ. L. τῆς. *M. du S.*

Scribi debet, ὅτι καὶ τὸν συνέχοντα τῆς κ. &c. Editum fuit in Schol. Καὶ τὸν συνέχ. τ. κ. μοχλὸν, *καὶ* delevit *M. du Soul*, auctoritatem, ut puto, scripti libri secutus: alioquin nihil est, cur ejiciendum videatur. *T.H.*

** Λάμναν] Id est, *laminam*: sic σίτλαν *fitulam* apud *Tralianum*. Ita recte *M. Sladus*. Retinui ὕσπληξ & ὕσπληγα formam scribendi consuetam in vetustis Codd. & Edd. Non aliter apud *Phrynich.* p. 12. & *Th. Magistrum* in V. *T.H.*

35. Οὐ τυφλὸς μ.] Caecus a Graecis divitiarum deus fingitur: *Posidonius* in subterraneis Hispaniae locis hujus domicilium constituit, eo quod regio ea metallorum foecunditate reliquis antecellat. Battus apud *Theocrit.* in Messor. non solum caecum esse Plutum, sed & Cupidinem dicit. *G.C.*

36. Καὶ χ. ὤν] Lege ἄν. *J.Br.*

39. Χωλὸς ἀμφ.] *Lucianus* hic imitatus est *Aristophanem* in Pluto, qui consimilia quaedam de Pluto divitiarum Deo narrat, qui caecus quidem semper est, at tum demum claudicans, quoties ad bonos viros mittitur, alias pedibus perniciissimis. *G.C.*

Χωλὸς ἀμφοτέροις] Ἀμφιγυήεις. Ut Vulcan. Homericus. *Aristoph.* in Plut. *J.B.*

Ibid. Ἀμφοτέροις] Ποσὶν addi non solet. *J.Br.*

40. Ἑλθεῖν] P. L. & Ed. *f.* pro τελεῖν. *M. du S.*

Τελεῖν ἐπὶ τὸ τ.] Retinendum omnino videbatur cum *Fabro*: talia sunt τελεῖν ἐπὶ vel εἰς τὸ σκόπον, τὸ προκείμενον, τὴν ἐλπίδα. *T.H.*

Ibid. Τὸ τέρμα] Metaphora a cursoribus. *J.Br.*

43. Ὀνείρων] Alii Codices ὀρνέων. *J.Br.*

Ὀρνέων] P. & Ed. *f.* ὀνείρων, quod etiam in Mſ. R. G. reperiri testatur *Faber*, quodque ego verum puto. Vid. *Od. Λ.* 221. *M. du S.*

Τῶν ὀρνέων] *Euripides* quidem in Meleagro πλούτου ἀκτῖναν esse πτέρυγα dixit apud *Stob.* p. 448. sed valde tamen languet vulgata lectio, si comparetur ad ὀνείρων, quod perquam venusta figura significat divitias, quando negligentissima profusione diffluxerunt, quasi somnium aliquod opulentae felicitatis praetervolasse. Ὀνείρους quoque veteres alis instruxerunt: ταυσίπτερος ἅλις ὄνειρος *Orpheus* H. 85. πτῶν ὀνείρων *Basil. Seleuc.* in V. Th. p. 78. ὀνείρου φύσις &c. ἀπαντῆναι πάλιν ἀφανῶς. Ad ὀνείρους conferri solent, quae ita dispereunt, ut nullum pristinae possessionis ne vestigium quidem relinquant: *Apollon. Rhod.* IV, 385. — δίκην δὲ τοι ἴσον ὀνείροις Οἴχοιτ' εἰς ἔρεβος μεταμώνιον —. *T.H.*

44. Ὕσπληγξ] Allegorice haec dicta a celeritate equorum in stadio Olympico, aut aliis stadiis, vel eorum, qui pedum pernicitate certabant. *Anonym.*

49. Πρίασθαι βρόχον] Sic fine hujus dialogi. *J.B.*

50. Ἐπὶ λεύκοῦ ζεύγους] Sic de Merced. cond. dixi ad *Heliod.* fine operis. *J.B.*

Λευκοῦ ζεύγους] *Horat.* Sisennas, Barros ut equis praecurreret albis. *Anonym.*

Ἐπὶ λεύκοῦ ζεύγους] Hoc inter praecipuas pretiosasque splendidorum hominum delicias adnumerat inprimis *Lucianus*, non mediocriter, ut videtur, ista descriptione delectatus: nihil in eo frequentius quam οἱ ἐξελαύνοντες ἐπὶ λεύκοῦ ζεύγους, οἱ ἐξυπτιάζοντες ἐπὶ λ. ζ. *Chrysostom.* περὶ Τελείας ἀγάπης· ζεῦγος λευκῶν ἡμιόνων χρυσῷ καλλωπιζόμενον· ex eo longum foret similia congerere. Vid. *Bocharti* Hieroz. II. c. 7. §. 2. *T.H.*

52. Χρυσόχειρες] *Annulos aureos manibus gestantes.* *J.Br.*

Χρυ-

ſibi pararent laqueum, hodie repente divites exiſtunt, ſumptus ingentes faciunt, & bigis albis vehuntur, quibus ne aſellus quidem unquam domi fuit; & tamen purpura aureisque annulis fulgentes incedunt, qui, ut opinor, nondum ſatis ſibi perſuadere poſſunt, ſuas illas opes ſomnium non eſſe.

21. PLUT. Iſtuc quod dicis, Mercuri, longe diverſum eſt; nec tunc meis me pedibus porto, neque me tunc Jupiter, ſed Pluto ad eos mittit, ut pote qui πλουτοδότης & ipſe ſit (opum largitor) & ſplendidorum munerum dator, quod & ſuo ipſius nomine ſatis indicat. Itaque cum mihi ab alio ad alium migrandum eſt, me in tabulas teſtamentarias conjiciunt; ac diligenter obſignantes

πρίασθαι βρόχον, ἐχηκότας, ἄφνω δὲ τὴν μερον πλησίους, καὶ πολυτελεῖς, ὅτι λευκῶν ζεύγων ἐξελαύνοντας, οἷς οὐδὲ καὶν ὄνος ὑπῆρξε πώποτε. καὶ ὅμως πορφυροὶ καὶ χρυσόχειρες περιέρχονται, οὐδ' αὐτοὶ πιστεύοντες οἶμαι ὅτι μὴ ὄναρ πλουτοῦσιν.

ΠΛ. Ἕτερόν τοῦτ' ἐστὶν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ οὐχὶ τοῖς ἐμαυτοῦ ποσὶ βαδίζω τότε. οὐδὲ ὁ Ζεὺς, ἀλλ' ὁ Πλούτων ἀποστέλλει με παρ' αὐτούς, ἅτε πλουτοδότης, καὶ μεγαλόδωρος καὶ αὐτὸς ὤν. δηλοῖ γοῦν καὶ τῷ ὀνόματι. ἐπειδὰν τοίνυν μεταοικίζηταί δέῃ με παρ' ἑτέρου πρὸς ἕτερον, ἐς δέλτον ἐμβαλόντες με, καὶ καλασημηνάμενοι ὀπιμελῶς, φορη-

49. Πρίασθαι βρόχον] Βρόχον εἰς τὸ δι' ἀπορίας βίου ἀνάψαντας ἑαυτοὺς ἀπολῦσαι τῆς ζωῆς. *V.*

52. Χρυσόχειρες] Χρυσόχειρες ἤτοι τοῖς δακτυλίοις περικεκαλλωπισμένοι, ἢ διὰ εὐπορίαν ὑπερβάλλουσαν χειροπληθῶς τὸ χρυσὸν † διασπείροντες. *V.*

57. Ἀλλ' ὁ Πλούτων] Αἰνίττεται εἰς τοὺς ἀπὸ τῶν τελωνίων πλουσίους ἀφθονομένους τὸ κλῆρον. ‡ ταύτῃ τοι καὶ ἐπὶ τοῦ Πλούτωνος φησὶν ὁ αὐτὸς τὴν ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττονα μεταβολήν. *V.*

61. Δέλτον] Δέλτον καλεῖ καὶ ¶ τὸ ἐν εἰλήσει βιβλίον. *C.G.*

† Διασπείροντες] Sic legendum, non, ut editum, *διασπείροντας*. Χρυσόχειρες, *ſive aureis annulis undique ſplendeſcentes, vel ob aſſimentiſſimam copiam, plena manu aurum profundentes.* *J.J.*

‡ Ταύτῃ] L. ταυτῇ pro ταύτῃ, φησὶν pro φασὶν, κρείττονα pro κρείττωνα. *M. du S.*

§ Αὐτοῖς] Αὐτὸς *V.* *M. du S.*

¶ Τὸν ἐν εἰλήσει β.] Τὸ ἐνειλημένον βιβλίον. *T.H.*

Χρυσόχειρες] Quibus manus auro ſunt annulisque oneratae: ἀνὴρ χρυσοδακτύλιος ὢν λαμπρᾷ ἐσθῆτι Epiſt. *Jacob.* II, 1. ubi notavit *Luciani* locum *L. Bos.* Πορφυροῖ, purpureis induti: ſimiliter ἀλουργοί res in pleriſque facilis & nota; in paucis tamen, quae paulo reconditiorem habent rationem, quosdam fefellit. *Simmias* in Securi: Δαρδανιδῶν χρυσοδαφεῖς τ' ἐυφελίξ ὠμοιβίων ἄναξ· hoc video tentari in nuperrimis ad *Philen* Animadv. p. 181. ſcilicet vix dubitatur, quin legendum ſit, χρυσοδαρεῖς, *opulentos & longe diſſimos.* Non bene, ſi quid video: neque tamen opus erit propterea, ut reges ipſos in cortinam tinctoriam demittamus: χρυσοδαφεῖς, quia veſtibus χρυσοδαφέσι auro variegatis induuntur. Vox autem ipſa ne ſcrupulum injiciat, ἐμβάδας χρυσοδαφεῖς dabit *Callixen.* apud *Athen.* p. 200. D. Quam *Caſaubonus* ex Epitoma protulit non contemnendam, ut ait, lectionem χρυσογράμμους, illud interpretamentum eſt lectionis priſcae. *Heſych.* Χρυσοφράγεις, χρυσοδαφεῖς· prius vocabulum unde ſit ductum, diſcere licet ex ipſo *Heſychio*, in Ῥήγια, *Etymol.* in Ῥῆγος, *Schol. Homer.* ad Il. I, 657. *T.H.*

54. Ὄναρ] *Per ſomnium.* *J.Br.*

58. Πλουτοδότης] Conſtantinus πλουτοδότηρ exhibet ex *Heſiodo*, apud quem non reperio. Hinc DIS, & DIS PATER, Romanis. *M. du S.*

Πλουτοδότης] Extat illa vox in *Heſiodi* E. καὶ H. δαίμονες Πλουτοδόται, in quos poſt mortem abierunt aurei generis homines. *Orpheus* δαίμονα ſive Genium Πλουτοδότειρα vocat H. 72. Cererem Eleuſiniam Πλουτοδότειραν θεὰν H. 39. De Plutone H. 17. Πλουτοδοτῶν γενεὴν βροτέην καρποῖς ἐνιαυτῶν, quod a vetuſta τοῦ πλοῦτος, quam bene *D. Heinſius* ad *Heſiodum* expoſuit, poteſtate pendet. Tradit *Schol. Ariſtoph.* ad Ran. v. 482. quum Daduchus in Lenaeorum feſto praelata face diceret, Καλεῖτε θεὸν, reſpondiſſe magno clamore, qui ſacris intererant, Σεμελῆι Ἰάκχῳ Πλουτοδότᾳ. Jacchus Diis χθονίοις adcenſetur: *Artemid.* II, 44. Serapis etiam πλουτοδότης· in quibus omnibus appellationis ratio non eſt obſcura. *Lucian.* D. Meretr. VII. δεῆσει σεφανῶσαι καὶ τὴν Πλουτοδότειραν. *T.H.*

61. Ἐς δέλτον ἐμβαλόντες] Tabulae teſtamenti ſive ligneae cerataeque, ſive cujuscumque generis apud veteres quidem Atticos, niſi fallit memoria, nunquam; apud recentiores aliquando δέλτος vel δέλτος. In *Hieroclis* Ἀγείοις §. 22. πινακίδες· Scholaſticus in naufragii periculo πινακίδας ᾔτει, ἵνα ἀφθόνως γράφῃ. Merito autem *Lucianus* καλασημηνάμενοι ἐπιμελῶς· quanta enim in obſignando cura debuerit adhiberi, ex Jure notum. Hac tota de re teſtamentaria quum multi diligentiſſime tractaverint, hujus loci, digni profecto cujus haberetur ratio, mentionem a quoquam eſſe factam, non ſuccurrit. *T.H.*

φορηδὸν ἑρέμενοι, μελαχομίζεσι. ἡ ὁ μὲν νεκρὸς ἐν σκοτεινῷ πῃ τῆς οἰκίας πρόκειται, ὑπὲρ τὰ γόνατα παλαιᾷ τῇ ὀθόνῃ σκεπόμενος, περιμάχητος ταῖς γαλαῖς. ἐμὲ δὲ οἱ ἐπελπίσαντες ἐν τῇ ἀγορᾷ περιμένουσι κεχηνότες, ὥσπερ τὴν χελιδόνα προσπελομένην τετριγότες οἱ νεοττοί.

domo me bajulorum opera efferunt; interea mortuus in obscuro aliquo ædium loco jacet, detrito linteo obtectis genibus, dum circa ipsum decertant feles, ejus cadaver attingere gestientes; me autem ii, qui tamdiu speraverant, ad forum itidem ut hirundinem advolantem pulli expectant.

Ἐπειδὰν δὲ τὸ σημεῖον [a] ἀφαιρεθῇ, καὶ τὸ λῖνον ἐνιμηθῇ, καὶ ἡ δέλτος ἀνοιχθῇ, καὶ

22. Ubi autem sublatum est sigillum, & lineum testamenti vinculum incisum est, tabulæque apertæ, ac novus

a Ἀφαιρεθῇ] ἀφηρηθῇ & mox ἀνῳχθῇ A.

70. Ἀφαιρεθῇ] Τὸ ἀφαιρεθῇ ἐς τὰ ἐξῆς χῆμα ἐσὶν ἰσοκατάληκτον ᾧδῇ τοῖς ῥήτορσι λεγόμενον, * ἢ ἐς πάρισον. V.

* Ἢ καὶ πάρισον] ἃ καὶ παρ' ἴσον. C. G. M. du S.

64. Πρόκειται] Ad mortui πρόθεσιν vel conlocationem proprie pertinet: *Noster* de Luct. §. 12. 13. *Proclus* ad *Platonis* X. de Rep. ὁρᾶσθαι πᾶσι νεκρὸν ἐν τῇ πατρῴᾳ προκειμένην οἰκίᾳ· alibi, si quid diligentiam hominum Eruditissimorum effugit, sedulo colligemus. Quandoquidem vero conlocatio in celeberrimis aedium locis ipsoque adeo atrio fiebat, ut cadaver ab omnibus inspici posset, quid est rei, cur *Lucianus* addiderit, ἐν σκοτεινῷ που τῆς οἰκίας; potuit intelligere priorem illum mox post animam efflatam corporis in humum deponendi morem, quod Graecis est χαμαὶ καλλατιθέναι, χαμαὶ κεῖσθαι· malo tamen existimare, haec ad veram πρόθεσιν esse referenda, sed invidiosius a *Luciano* describi, ut amicorum familiariumque contemtum & in curando divitis jam emortui corpore gravem incuriam perstringat: eodem spectant παλαιᾷ τῇ ὀθόνῃ & περιμάχητος ταῖς γαλαῖς. *T.H.*

66. Ἐμὲ δ' οἱ ἐπελπίσαντες] Cum alibi active fere hanc vocem usurpari apud alios, & hunc nostrum constet, videtur requiri ἐπελπισθέντες· sed praeterquam quod *Basilium* sic etiam usurpasse video (in *Constantini* lexico) contra fidem Codd. non placet temere conjecturas pro Lucianeis obtrudere. *M. du S.*

Ἐμὲ δ' οἱ ἐπελπίσαντες] Ἐμὲ conjungi non debet cum ἐπελπίσαντες, sed cum περιμένουσι· tantilla res implicuit eruditos: ceterum vide, quae dicemus ad D. M. V. *T.H.*

69. Τετριγότες οἱ νεοττοί] Ex Iliad. B. In vaticinatione Calchantis. *J.B.*

70. Ἀφαιρεθῇ] Anglic. ἀφηρηθῇ & ἀνῳχθῇ. Tangit autem veterem testamentorum formam & literarum, de qua alibi. *J.B.*

Ibid. Τὸ λῖνον] *Quo tabulae testamenti ligantur J.Br.*

Τὸ λῖνον ἐνιμηθῇ] *Tabulae, quae publici vel privati contractus scripturam continent, adhibitis testibus ita signantur, ut in summa marginis ad mediam partem perforatae triplici lino constringantur, atque impositae supra linum cerae signa imprimantur:* haec *Paulus* V. Sent. Rec. T. XXV. §. 6. proinde recte *Lucianus*, primo loco posuit τὸ σημεῖον ἀφαιρεθῆναι, quae locutio apud *Demosth.* est in Phaen. p. 1023. E. altero τὸ λῖνον ἐντιμηθῆναι, tertio τὴν δέλτον ἀνοιχθῆναι. Vid. *Kirchmann.* de Ann. c. VII. qui Nostri verba produxit. Haec autem scena quamquam in agro Attico agatur, eaque aetate, a qua procul abest *Lucianus*, multa nihilominus intermiscet, quae in pravos sui temporis mores praecipue conveniant. *T.H.*

72. Ὁ κοινὸς] Placet καινός. *J.Br.*

74. Ἐκ παιδικῶν τίμιος] Id. Dial. Mort. interpretes *Martial.* & *Petronii.* *J.B.*

Ibid. Ὑπεξυρημένος] An ut pubertatem vixdum ingressus videatur? An vero notatur hoc ut Barbarum? Vide Δ. N. IX. & Σκυ. c. 3. *M. du S.*

76. Ἔξωρος] Vide *Dial. Simyli & Pol.* ubi aetas diserte additur, & si clarius velis, finem Galli; & Ἰφ. β'. c. 28. Eadem vox occurrit & Θυσ. c. 7. & Ἀλεξ. c. 6. *M. du S.*

80. Πυῤῥίου] Dixerunt ad Persium viri clarissimi: de his nominibus copiose *Aristoph.* *J.B.*

Π. Δ. ἢ Τιβίου] Nomina Servorum, quorum ultimum a regione ductum est; est enim in Phrygia mons *Tibius*. Emenda obiter apud *Theophr. Eth. Char.* π. ἀναιδ. — p. 30. B. Τίβιος. Vid. *Steph.* Byz. & *Salm.* Plin. Ex. 34. G. & Μωθ. c. 25. Ἀλ. c. 29. A primo fit *Byrrhia* — Terentii; cujus ut & *Dromonis* etymologia in propatulo est. V. *Grav.* ad περὶ Ὀρχ. §. 29. *M. du S.*

Πυῤῥίου ἢ Δρ. ἢ Τιβίου] Servorum apud veteres nomina variis ex causis ducta, ut exponunt *Donatus* ad *Terent.* Andr. A. I. Sc. 3. ubi vide *Lindenbrog.* p. 635. *Hellad.* apud *Phot.* p. 870. v. 20. *Strabo* VII. p. 467. A. a qualitate corporis & specie formae, ut *Pyrrhias*, *Thylacus:* a moribus, ingenio, itidemque, quod ominis ergo fieri solebat, serviendi diligentia, *Dromo*, *Synetus*, *Onesimus*, *Molo*, *Parmeno:* creberrime tamen aut ex iis gentibus, unde mangones advehebant, ut, *Thrax*, *Syrus*, *Davus*, *Carion*, *Geta*, *Phryx*, *Lydus*; Λυδὸς ὁ Φερεκλέους, Lydus Phereclis servus apud *An-*

novus opum dominus declaratus eſt cognatus aliquis, aut aſſentator, aut ſervulus denique, qui ad obſequium venereum præſto erat, & ea gratia ceteris prælatus omnibus, raſa etiamnum barba; magnum pretium ferens tot voluptatum, quas hero attulit, dum ſe, jam exoletus, ei perdepſendum obſequioſe permittit. Is igitur, quisquis tandem ſit, me cum teſtamenti tabulis arripiens, curriculo domum contendit, mutato repente nomine, ut qui antea Byrria, vel Dro-

ἀνακηρυχθῇ μοι ὁ καινὸς δεσπότης, ἤτοι συγγενής τις, ἢ κόλαξ, ἢ καλαπύγων οἰκέτης, ἐκ παιδικῶν τίμιος, ὑπεξυρημένος ἔτι τὸ γνάθον, ἀντὶ ποικίλων καὶ παντοδαπῶν ἡδονῶν, ἃς ἤδη ἔξωρος ὢν ὑπηρέτησεν αὐτῷ, μέγα τὸ μίσθωμα ὁ γεναῖος Παφλαβών, ἐκεῖνος μὲν, ὅστις ἂν ἦ ποτε, ἁρπασάμενός με αὐτῇ δέλτῳ, θέει φέρων, ἀντὶ δὲ τέως Πυρρίου, ἢ Δρόμωνος,

80. Ἀντὶ τε τέως Πυρρίου] Οἰκετικὰ ταῦτα καὶ τοῖς παλαίοις ὀνόματα. V.

Andocid. de Myſter. p. 3. v. 23. aut talia certe indebantur, quae penes eas gentes pro nominibus propriis plurimum eſſent uſitata; *Manes*, *Midas*. Ad horum alterutrum Tibius quoque referri debet; nonnihil enim hac in parte diſcedunt. Aliis tantundem eſt, ac Phryx: nam tota Phrygia, ſi *Suidae* fides conſtat, dicta quondam Tibia: ſumſit a Proverbiorum auctore in App. Vatic. C. II. n. 71. locus paululum intricatior, quem ſic lego: Μάνης (hoc recte viderat *Canterus*) καὶ Τίβιος· ταῦτα ὀνόματα ἐστι Φρυγιακά· διὸ καὶ ἐπιφωνεῖται, εἷς Μάνης οὐ Φρυγίας· (quaſi nullum fere hominis aliud ibi nomen reperiatur) τὸν δὲ Τίβιον ὁ Μένανδρος σωιεχῶς (an σωήθως; quanquam non valde neceſſarium: *Th. Reineſius* V. L. III. c. 6. p. 467. *Glaſeri* praeceptoris ſui interpretationem merito repudiavit) Τίβιον ὀνομάζει (ego in *Menandri* reliquiis ſaltem extare vocabulum illud non recordor) καὶ ὅλη ἡ Φρυγία Τίβια καλεῖται· neque tamen in his nihil adhuc ſupereſſe, quod me moretur, lubens fateor. Tibium ex *Stephano* multi notarunt, Phrygiae montem, a Tibio quodam, ut ait, appellatione deducta: ἐκ τούτου καὶ Τιβίους τοὺς δούλους καλοῦσι. At *Strabo* diſertis verbis ſignificat, in Paphlagonia tritiſſimum Tibii fuiſſe nomen, atque ideo ſervis indidem adportatis tributum. Haec *Caſaubono* ratio conſtitit, cur XII. p. 830. B. ubi nomina *Strabo* non pauca recenſet Paphlagonica, quorum uſus itidem frequens fuerit per Cappadociam finitimasque regiones, pro Τίβηρος reponi voluerit Τίβιος· neque multum refragor; niſi parum intereſſe putes, utrum legatur, quia videri poſſunt eadem origine profecta Τίβος, Τίβης, Τίβιος, Τίβηρος. Minimum tamen abeſt, quin lib. IV. p. 298. A. ἐνθένδε οἱ Ὀσίσμιοί εἰσιν, οὓς Τιμίους ὀνομάζει Πυθέας corrigendum cenſeam Τιβίους· poſtquam commemoraverat Belgarum παροικεανιτῶν, qui Oceanum attingunt, partem Venetos, monet, eos ſibi videri οἰκίσας εἶναι τὰ κατὰ τὴν Ἀδρίαν, quorum alii aborigines eſſe Paphlagonas opinentur: ἀφ᾽ ὧν δὲ τὴν ὁμωνυμίαν Παφλάγονας φασὶν αὐτούς· inde ſequuntur in productiore promontorio Oſiſmii, quos ſi Timios appellavit Pytheas, id nullam non tantum auctoritatem habet, ſed nec rationem: ſi Tibios, fateor equidem neminem a me poſſe proferri alium, qui nomen hoc uſurparit: verum tam propinqua Paphlagonum mentio conjecturam ſuggerit haud abſurdam, Pytheam exiſtimaſſe, derivatos ſimul & dictos ut Venetos a Paphlagonibus Venetis, ſic Oſiſmios ſeu Tibios a Tibiis. Hoc utcumque ſit, nam aliorum induſtriam provocare potius volui, non certi quicquam conſtituere, peraeque vitiata fuit haec vox in *Theophraſti* Char. Eth. c. IX. p. 44. εὐωχοῦ Τίμιε, judice *Salmaſio* P. E. p. 34. cui praeter *Menagium* acceſſit *Needhamus*: tametſi hoc quidem in loco patrocinium *Caſaubono* parari, & ſatis commode vindicari poſſe lectionem vulgatam arbitror. Hic autem qualiscumque de Tibio diſſenſus ad concordiam redigi poteſt, ſi ſumas plura fuiſſe, quod ſane verum eſt, nomina virorum propria, quae & gentium ſint, olimve fuerint: ſic Σικυών, Ἕλλην, Λάκων, Ἀττικός, Ἀθηναῖος, ejusque generis non pauca. Pari modo Τίβιος & antiquum populi nomen, quod pedetentim exolevit, & multorum in ea gente proprium: quocirca ſervis, qui ex Phrygia, Paphlagonia proximisque terris petebantur, imponi conſuevit. Hoc & plura reperies Epigr. XVII. eorum, quae *Bachetus* edidit ad *Diophant.* V. Quaeſt. 33. *Syneſ.* Ep. III. τούτου (Harmonii) τὴν θυγατριδῆν ὁ δεῖνος Ἡρώδης ἐξ ἀγορᾶς εἰς Σωσίας τε καὶ Τιβίους ἀπέδετο, id eſt, ut ego quidem intelligo, *viliſſimo mancipio deſponſam velut vendidit, atque in manus tradidit*: mitto, quae aliis jamdudum obſervata: ſaepe *Noſter*, ut Index oſtendet: hujus autem loci plerique, quos ſupra memoravi, meminerunt. Quae vero in uſu quotidiano frequentiſſima fuerunt ſervorum nomina, ad ſcenam eadem ſunt traducta: hinc Davi, Syri, Phryges, Getae, Sacae. *Schol. Ariſtoph.* ad Acharn. v. 242. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ οἰκέται, Ξανθίας, Τίβιος, Σωσίας, Δᾶος, Γέται. Porro nominibus olim liberi ſervique diſtinguebantur: poſtea diſcrimen illud ſic confuſum eſt, ut iſta nota non amplius poſſent dignoſci. Inſignis eſt *Olympiodori* locus ad Alcib. I. *Platonis* a *Caſaubono* productus ad *Perſ.* V, 116. πάλαι γὰρ ἐπὶ τοῖς ὀνόμασι διεκρίνοντο οἱ ἐλεύθεροι τὰ δούλων καὶ ταῖς θριξί. Γέται γὰρ καὶ Δάοι καὶ Φρύγες ὠνομάζοντο· τὸν δ᾽ καὶ ταῦτα συνεχύθησαν. Hinc jam patet, ob quam cauſam *Lucianus* mancipium infame, poſtquam obſequio flagitioſo luculentam haereditatem crevit, repente mutato nomine ſcribat in publicum prodire, & pro Pyrrhia, Dromone vel Tibio ſalutari Megaclem, Megabyzum aut

μων, ἢ Τιβίε, Μεγακλῆς, ἢ Μεγάβυζος, ἢ Πρώταρχος μετονομασθείς

mo, aut, si mavis, Tibius vocabatur, deinceps Megacles, Protarchus, aut Megabyzus dicatur: il-

Protarchum, haud secus ac Simon ille coriarius in Gallo divitiis auctus Simonidem se dici postulavit. Diversas mutandi nominis rationes ex vitae conditione mutata politissimus exponit idemque doctissimus *Jos. Mercerus* ad *Aristaen.* I. Ep. 14. Ad *Lucianum* optime conveniunt, quae ponit *Theophrastus* in Maledici descriptione p. 110. *Illius*, sic iste nequam, in cujuscumque mentionem inciderit, *patri nomen primitus erat Sosias: deinde in castris militavit Sosistratus: ἡ μέντοι μήτηρ εὐγενης Θρᾴττά ἐστι τὰς ὃ τοιαύτας ἐν τῇ πατρίδι εὐγενεῖς εἶναι φασίν* haec ego saniissima judico, neque digna, quae, cum Eruditiss. *Needhamo*, ullam in partem sollicitentur: perquam maligne & ἠθικῶς loquitur maledicentissimus veterator: id servuli servaeque conditionis humilitatem solantes dictitabant, inter suos nobili se loco natos esse; fortunae scilicet invidia factum, ut malam servitutem serviant: Thraces inprimis: unde notum illud *Menandri* apud *Zenob.* C. II. n. 12. Θρᾷξ εὐγενὴς εἰ πρὸς ἄλλας ἠγορασμένος, vel, ut *Apostol.* habet C. II. n. 59. ἠνηρμένος· sed ex eodem Comico quae leguntur apud *Strabon.* p. 455. C. omnem dubitandi ansam amovent: Πάντες μὲν Θρᾷκες, μάλιστα δ' οἱ Γέται Ἡμεῖς ἁπάντων (καὶ γὰρ αὐτὸς εὔχομαι Ἐκεῖθεν εἶναι τὸ γένος) &c. quae tu Getam aliquem de Comoedia vernilis ingenii crede pronunciasse. Hoc illud est, quod AEschini Demosthenes objecit pro Cor. p. 494. F. quum turpissimis ortus parentibus in civium adscriptus numerum fortuna paulo meliore uteretur, patrem, qui Tromes dictus fuerit, Atrometum vocasse; matrem Empusam, eo saltem cognomine notissimam, satis magnifice Glaucotheam. Inter Christianos idem quoque nec unam ob causam factitatum: de haereticis, quando scholae suae praeficiebantur, colligere licet e *Photio* I. contra Manich. §. 3. 4. De iis, qui martyrium subituri nomen vel prophetae, vel sanctissimi cujusdam viri adscisebant, *Euseb.* de Martyr. Palaest. p. 429. quae totidem pene verbis ab eo repetuntur ad *Jesaiae* c. XLIV. p. 527. B. *T. H.*

81. Μεγακλῆς] Studio *Lucianus* ea delegit nomina, quae grande quiddam & superbum sonarent. Megacles non unus in Alcmaeonidarum gente Athenis nobilissima: Comici hominem primarium, qui multum splendori generis arroget, aliosque prae se fastidiat, ira vocant, quemadmodum Κοισυρα seminam potentem: *Aristoph.* Nub. v. 46. ubi ἐγκεκοισυρωμένην intelligo longa Coesyrarum serie superbam: *Hesychius* e vetustis Grammaticis opportune, sed hoc pacto constituendus: Ἐγκεκοισυραμένη, Δηλ. Κοισυραν την Μεγακλέους μητέρα τῶ Ἀλκμαιωνίδου· ἐγὶ δὲ, σεμνυνομένη τῷ γένει. Ἐγκεκορδυλημένη, ἐνειλημένη & ἐγκεκαλυμμένη plura sine dubio plenius adnotarat, quae nefaria manus, ut alia in eo infinita, truncavit. Protarchus, praeter alios, ex *Platonis* Philebo notus. De Megabyzo Vir Magnus ad *Diogen.* L. II, 51. *Sic vocabantur Ephesiae Dianae sacerdotes, ut observavit Doctiss.* Turnebus. *Sed & alios ita solitos appellari, conjicio ex hoc* Luciani *loco in Timone*, Ἐκεῖνός μ', ὅστις ἂν ἡ ποτε (*loquitur de servo, quem herus instituit haeredem*) ἁρπασάμενός μου &c. Graecorumne ullus isto nomine unquam fuerit appellatus, haud equidem scio: sed tum Persarum multos, eosque nobilissimos & historiae Graecae cognitissimos, tum antistites Ephesiae Dianae ita fuisse dictos, satis est exploratum. Inter Persas qui orti memorantur ex illustri familia & regibus conjuncta nunc Megabazi, alias Megabyzi parvula variatione solent scribi: utramque formam habet *Herodotus*; secundam semper *Ctesias*, in *Photii* saltem Excerptis: nam Megabazum ex eo producit *Stephan.* in Κυρταῖα, quod ne nimis calide mutaret in Megabyzum, retinere debuerat *Berkelium* non ignota scripturae discordia: vide exactissimae Virum doctrinae *C. A. Dukerum* ad *Thucydid.* I, 109. Corruptum arbitror literis trajectis in *Xenoph.* K. Π. VIII. p. 136. v. 25. ubi Cyrus in Arabiam milit Μεγάζυσον. *Liban.* T. II. p. 490. C. οἱ τοὺς περὶ Μεγάβαζον ἀνῃρτικότας ἐν Μακεδονίᾳ μὴ τὸ θεῖον ἐκφεροντες εἰς ἀφροδίτιον ἔδικον ὑπὸ τῆς μοίρης· Interpres: *qui Megabasum interfecerant:* nec cetera nimis recte: si sic reliquit, vix *Libanius* effugere potest, quin historiae violatae sit reus; non enim ipse Megabazus eo venerat, tantum abest, ut fuerit interfectus, sed legatos miserat ad Amyntam Macedonem, teste *Herodoto* V, 17. cum quo ut illi conveniat, malim sane lenissima manu mederi, *οἱ παρὰ Μεγαβάζου, missi a Megabazo.* Idem homo *Ctesiae* Megabyzus, sed *Dinoni*, quod aliquanto longius distat, Bagazus apud *Athen.* XIII. p. 609. A. ἡ Βαγάζου γυνὴ, ἥτις ἦν ὁμοπάτριος Εἰρήνη ἀδελφὴ ὄνομα Ἀντυτις καλουσῃ ἣν ὁ ἐν Ἀσίᾳ γυναικῶν ἐκόλαστος· scio Casaubonum haec eum in modum reformare, ut cum Ctesia consentiant: verum cur Viro Maximo non plane subscribam, rationes habeo, quas nunc quidem explicare commodum non est: ex eo autem mihi probabile fit, Persicae vocis asperitatem, ut solebant saepius, emolliisse Graecos, ad suaeque linguae similitudinem ac mitiorem sonum accommodasse: quare eos, qui nominis istius, tanquam si de genuina pronunciatione liquido constaret, originem ex hodierno Persarum sermone repetere satagunt, si quis in tenebris micare existimet, ab opinione mea non multum dissidebit. Porro ad Persarum Megabyzos quam prope accedant, quidve habuerint commune Dianae Ephesiae sacerdotes, non facile dixero: eos certe, seu ἱερεῖς sive νεωκόρους, appellatos fuisse Μεγαβύζους tam luculentis veterum testimoniis est firmatum, ut nullus dubitationi relictus sit locus: diserte *Strabo* XIV. p. 950. A. Ἱερέας δ' εὐσύχους εἶχον, ὃς ἐκάλουν Μεγαλοβύζους, καὶ ἀκμαχόθεν μετιόντας ἀεί τινας ἀξίους τοιαύτης προσασίας, καὶ ἦγον ἐν τιμῇ μεγάλῃ· σωφρονοῦσι δὲ τούτοις ἐχρῶν παρθένοις. *Strabonem* in hac causa testem quis prudens aspernetur? qui & ipse, quando Ephesi versabatur, curiosissimus rerum antiquarum indagator potuit scisciari, & *Appianum* habet suffragatorem de B. C. V. p. 676. B. καὶ τὸν ἐν Ἐφέσῳ δὲ τῆς Ἀρ-

illos incaſſum hiantes, & inter ſe aſpicientes relinquens, dolore non ficto lugentes,

τὺς μάτην κεχηνότας ἐκείνους εἰς ἀλλήλους ἀποβλέπουσας καὶ ἀληθῆ ἄγουσας τὸ πένθος,

Τραγῳδοῖς καινοῖς] Formula non ignota: majoris operae videtur rationem ejus certam reddere. P. *Victorius* V. L. IX, 20. novas fabulas a *Terentio* dici observat, ut a Graecis καιναὶ δράμαλα· Graecos autem non fabulas solum novas appellasse, sed histriones etiam novos; unde καινοῖς τραγῳδοῖς apud *Plutarchum*. Per ista non multum profici satis patet. *Kuhnius* in *AElian.* Ind. V. Καινὸς, apertius exponit, *tempore, quo novi Tragoedi spectantur; novis Tragoedis certantibus:* quamquam ea veterum, quae profert, loca minus accurate cum hac locutione comparet. J. *Perizonius* ad *AElian.* V. H. II, 13. ita versatur in hac re, ut incertus fluctuet, nec satis expeditum habeat, quid constitui velit, aut qua in parte a *Kuhnio* sibi discedendum putet. Scripserat *Eusebius* in Chron. p. 205. Νέρων κιθαρῳδίαις, τραγῳδίαις κατὰ Ῥώμην &c. ἐστεφανοῦτο κήρυξιν (addendum foret ex usitato Graecorum loquendi more ὑπὸ κήρυξιν, si recte *Scaliger* interpretatur, *sub praeconibus* vel *praeconio:* sed κήρυκες est *praeconum certamen*, ut in *Philostrati* V. A. T. IV. c. 24. de Nerone: αἱ δὲ νίκαι ἦσαν κιθαρῳδίαι ἢ κήρυκες· ipse *Euseb.* p. 44. Νέρων δὲ κηρύκων ἀγῶνα ἐστεφανοῦτο, τραγῳδοὺς, κιθαρῳδοὺς, ἅρμα πωλικὸν, καὶ τὸ τέλειον καὶ τὸ δικέπωλον.) Istorum pravam *Hieronymi* versionem postquam castigavit Vir Maximus Anim. in *Euseb.* p. 196. haec mox subjungit: *Malim vero*, ludis tragicis & citharoedicis coronabatur sub praeconio. *Nam hoc frequentissimum fuit, ut coronae bene meritis darentur celeberrima die, puta,* τραγῳδοῖς, Διονυσίοις, *hoc est*, spectaculis tragicis *aut* Liberalibus, *ut est apud Demosthenem in Oratione pro Corona, in* ψηφίσμασι, *quae ibi producuntur, & in Decreto Athenienſium in gratiam Hyrcani Judaeorum Ethnarchae apud Josephum.* In quibus nihil est, quod reprehendam, nisi quod disjungere videatur Scaliger, *spectaculis tragicis aut Liberalibus*, quae fuerant copulanda: quoniam vero ad certum aliquod tempus designandum aeque ac Διονυσίοις, cui pari structurae forma conjungitur, hic loquendi modus adhibetur, facile concedendum est *Scaligero* per τραγῳδοὺς ipsam significari temporis conditionem, atque adeo ludos scenicos, quibus fabulas agebant novi actores; cujus generis similia multa paulo peritiores praeterire non possunt: quamvis alioquin propria loquendi ratio alia non est, ac si Latine dicas, fabulam esse commissam, aut rem quamlibet eveniſſe Ludis Megalensibus, histrionibus vel actoribus novis, recteque propterea dederit *Faber*, *tragoedis novis:* nam quod priores Interpretes expressêrant, *per tragoedos novos*, abhorret ab antiqui moris veritate: non enim tragoedi, sed praecones in theatro solebant ἀνιπτεῖν, ἀνακηρύττειν, ἀναγορεύειν στέφανους, nisi quis forte tragicus actor idem esset & praeco. Nunc videndum est, ut cuncta simul sub lectoris conspectum adducantur, in hac formula quomodo veteres varient. *AEschin.* in Ctesiph. p. 433. C. commemorat νόμον τὸν διδόντα ἐξουσίαν ποιεῖσθαι τὴν ἀναῤῥῆσιν τοῦ στεφάνου τραγῳδοῖς ἐν τῷ θεάτρῳ. & p. 434. E. μὴ κηρύττειν τοῖς τραγῳδοῖς. Diversa sunt apud *Demosth.* περὶ Στεφ. populi decreta, ubi plenius occurrat, ἀναγορεῦσαι τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις, τραγῳδοῖς καινοῖς p. 486. C. p. 492. στέφα ὦσαι Χαρίδημον ἢ Διότιμον χρυσῷ στεφάνῳ, καὶ ἀναγορεῦσαι Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ἐν τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι, καὶ Διονυσίοις, τραγῳδοῖς καινοῖς· & 493. A. in eo psephismate, quod Ctesiphon in gratiam Demosthenis suaserat: mox in Lege posterius omittitur ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις ἀναγορεύειν, prius ab *AEliano* V. H. II. c. 13. sed in ipso accusationis libello, quem AEschines adversus Ctesiphontem detulit p. 481. D. auctius, ἀναγορεῦσαι ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις τοῖς μεγάλοις, τραγῳδοῖς καινοῖς. Aliquantulum hinc divertit *Plutarch.* T. II. p. 603. C. Academia domicilium erat perpetuum Platonis, Xenocratis & Polemonis, πλὴν μίαν ἡμέραν, ἐν ᾗ Ξενοκράτης καθ' ἕκαστον ἔτος εἰς ἄστυ κατῄει Διονυσίων καινοῖς τραγῳδοῖς, ἐπικοσμῶν, ὡς ἔφασαν, τὴν ἑορτήν· ita distingui debent, ne quis errore Interpretis implicetur. Contra Scriptor Arg. ad *AEschinis* Orat. conditum a Ctesiphonte decretum jussisse refert ἀναγορεῦσαι τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις τραγῳδῶν καινῶν· mutat iterum hanc formam, modo scriptura vitio careat, *Anonym.* in Hypoth. Orat. pro Cor. ἐν τῷ θεάτρῳ τραγῳδῶν ἀγομένων καινῶν, ἴσως ὅτι πλήθη σωτρέχει ἐτιθυμοῦντα καινὰ δράματα βλέπειν· optimum *Victorium* memoria fefellit, quando notat: *In plebiscito etiam quodam, incluso nunc in oratione Demosthenis pro Ctesiphonte, scriptum est,* τραγῳδῶν ἀγομένων καινῶν· extra Hypothesin illam, cujus auctor se non doctissimum satis prodit, nusquam invenias. Cum his jam tempus est ut componamus, quae in AEschinis ὑποθέσεων γραφῇ reperiuntur apud *Demosth.* p. 481. D. ἔτι δὲ μὴ ἀναγορεύειν τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις διὰ τραγῳδῶν τῇ καινῇ offendit lectio tam inusitata: *Wolfius* adscisit εἰσόδῳ, haud inepte: *Perizonius*, si verum dicere licet, absurde ἡμέρᾳ· quis enim auribus exercitatis inauditum loquendi ge-

ejusque discipulus; etenim optimus rhetor est Timon, & quicquid ei libuerit.

καὶ μαθητὴς [a] αὐτοῦ ὤν· καὶ γὰρ ῥήτωρ ἄριστος ὁ Τίμων, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὁπόσα ἂν ἐθέλοι. Τοῦτο

a Αὐτοῦ] Deeſt in *F.*

genus ferat, τραγῳδῶν τὴν καινὴν ἡμέραν; Ego, quum praeſtantiſſimus Cod. Aug. ſuppeditet καινῶν vel τῶ καινῶν, non video, quid obſtare poſſit, quominus auctoritati ejus obtemperemus tot exemplis firmatae. Porro ſolent integra locutione καινῶν ἀγωνιζομένων τραγῳδῶν *Plutarch.* Symp. p. 710. F. *Æſchin.* in Cteſiph. p. 433. B. οὐδὲ ἐκκλησιαζόντων Ἀθηναίων, ἀλλὰ τραγῳδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν, οὐδ' ἐναντίον τῷ δήμου, ἀλλ' ἐναντίον τῶν Ἑλλήνων. Idem p. 434. B. rariore forma ſcripſit, quam alibi extare non ſane memini: γιγνομένων γὰρ τῶν ἐν ἄστει τραγῳδῶν ἀνεκήρυττον τινάς &c. quod ſi ſanum quî poteſt aliter explicari, quam, *factis enim, qui celebrari ſolent in aſty, ludis tragicis?* Ἐν ἄστει vero, quia Liberalibus urbanis, Διονυσίοις ἀστικοῖς, τοῖς κατ' ἄστυ, ſive μεγάλοις iſta fieri ſolebat fabularum commiſſio: ſic & p. 435. A. τὸ χρυσοῦν στέφανον, ὃς ἂν ἐν τῷ θεάτρῳ ἐν ἄστει ἀνηρρήθη. Tandem in illo populi decreto, cujus *Scaliger* meminit, ad Hyrcanum miſſo apud *Joſeph.* A. J. XIV, 8. p. 699. ἀνειπεῖν δὲ τὸ στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις τραγῳδῶν τῶν καινῶν ἀγομένων, καὶ Παναθηναίοις, καὶ Ἑλλησπωνίοις ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι· eum in modum poſtrema conſtituo. Verum ex hoc loco facile cuivis in mentem veniat, pro τραγῳδῶν in Anonymo Hypotheſeos auctore revocandum eſſe τραγῳδῶν· eo magis, quod inſolens quiddam & vix uſitatum ſonet, τραγῳδῶν ἀγομένων. Immo non diffiteor, multo mihi phraſin expeditiorem videri, ſi corrigere concedatur utrobique τραγῳδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν, &, τραγῳδῶν τῶν καινῶν ἀγωνιζομένων· nam licet τραγῳδοὺς in hac formula capias pro ludis ipſis ſcenicis, quibus actores novas tragoedias agebant, quod ſecundum Scaligeri mentem prolata a nobis exempla ſatis adſtruunt, tamen vix crediderim, quemadmodum uſurpantur ἀγομένης τῆ ἑορτῆς, ἀγομένων τῶν Διονυσίων, Παναθηναίων, Ὀλυμπίων, ſic perinde dici poſſe τραγῳδῶν ἀγομένων· eſt enim in his rebus perceptu quidem difficilis, attamen aliquis modus, & certi fines, ultra quos uſus, quantacumque libertate gaudeat, non procedit: neque a meo judicio multum diſcrepabit, ſi quis in ipſo *Æſchine* τῷ γιγνομένων anteponat ἀγωνιζομένων. Ceterum cur τραγῳδοῖς καινοῖς dici conſueverit, ratio eſt, quod Liberalibus urbanis non tantum poëtae recentes fabulas in ſcenam darent, ut diſertis verbis docet *Schol. Ariſtoph.* ad Nub. v. 311. praeſertim Tragici tetralogias ſuas, quam in rem egregius eſt, at parum hactenus, ni fallor, intellectus *Diogenis L.* locus III, 56. ſed etiam actores ſcenici ſorte ducti ſuis quisque poëtis attribuerentur. Atque haec eſt illa νέμησις ὑποκριτῶν, de qua *Heſychii* verba nonnihil, quam vulgantur, emendatiora proponere juvat: Νέμησις ὑποκριτῶν· οἱ ποιηταὶ ἐλάμβανον τρεῖς ὑποκριτὰς κλήρῳ νεμηθέντας, ὑπομνησαμένους τὰ δράματα. ὧν ὁ νικήσας εἰς τέτταρα ἀκρίτως παρελάμβανεν ἕτερα ἂν ὡς ἂν (vel οἷον) διαίρεσις eadem fere in *Suida*: quod initio dicitur, neminem morari poteſt: deinceps ſequentia ſic interpretor: *quorum poëtarum qui ſuperior diceſſit, in poſterum ſine ſortis discrimine ſuos ſibi actores legebat:* nam in Notas *Mauſſaci* ad *Harpocr.* p. 294. ſummi *Valeſii* ſubitanea quaedam eſt, & non meditata conjectura refingentis εἰς τὸ πιεῖν ἄκρατον παρ. quam attentiore cura repetitam ipſe ſine dubio primus abjeciſſet: ἀκρίτως χωρὶς κλήρου pari modo ſumitur a *Schol. Ariſtoph.* ad Plut. v. 277. Ex his, ut mihi quidem eſt perſuaſum, expediri debet proverbium aliquod ab *Harpocratione* & *Suida* commemoratum, quod poſtquam *Eraſmus* perperam accepit, haud ſcio, an quisquam alius feliciore cura fuerit aggreſſus. Primum *Harpocrationem* ita reſtitue: Τοὺς ἑτέρους τραγῳδοὺς ἀγωνιεῖται. Λυκοῦργος ἐν τῷ πρὸς Δημάδην. Δίδυμος φησὶν (ita Mediceus Codex: hoc autem probes, an *Suidae*, ὡς Δίδυμος φησὶ, nihil intereſt) ὅτι παροιμία ἐστὶν ἐπὶ τῶν ἁρμοζομένων πρὸς τὰ ἐπιόντα, καὶ σεμνοποιούντων ἑαυτούς. Talem, ſi cui forte difficilior videatur, habent ſenſum: *Aliis* (pone, in ſequentem annum) *tragoedis* vel *ludis tragicis decertabit. Lycurgus Orat. contra Demadem. Proverbium ad eos ſpectat, qui ſeſe comparant ad res venturas ſuſcipiendas, & largis promiſſis magnificos ſe faciunt.* Sic nimirum exiſtima Demadem, ut judicium effugeret, operam ſuam in poſterum luculentiſſimam Athenienſibus venditaſſe; perfecturum ſe multis & egregiis meritis, ne eos ſui accuſatorum e manibus erepti unquam poeniteat: immo vero, *Lycurgum* reſpondere, hunc hominem tot criminum convictum, quem nunc tenetis, dimittite, & vanis pollicitationibus ductari vos ſinite; ſcilicet τοὺς ἑτέρους τραγῳδοὺς ἀγωνιεῖται. Conjecturae fidem facit uſus τῶ ἁρμόξεσθαι πρός τι certiſſimus hac ſtructura: contra σεμνοποιεῖν ἑαυτὸν πρὸς τὰ ἐναντία, aut ſimili modo qui dixerit, nemo, ut opinor, dabitur. Jam *Eraſmum* lege in, *Alios tragoedos provocat:* nam de *Schotto*, homine literarum ſtudioſiſſimo, ad *Suidae* Prov. C. XIII. n. 86. non magnopere miror, ſi nihil extricet. Nunc teneri non poſſum, quin *Mich. Apoſtolii* locum proferam ex C. XIX. n. 41. Τορώνη] Δίδυμος φησὶν, ὅτι παροιμία ἐστὶν ἐπὶ τῶν ἁρμοζομένων καὶ σεμνοποιούντων ἑαυτοὺς πρὸς τὰ ἐναντία. Ἰσοκράτης δὲ φησὶν πόλιν εἶναι ἐν Θράκῃ. Ex iis, quae dixi, dubium eſſe nemini poteſt, quin iſta Δίδυμος . . . . τὰ ἐναντία ad paroemiam illam commemoratam ejusque declarationem pertineant: tum animadvertendum in *Harpocratione* praecedere: Τορώνη· Ἰσοκράτης Παναθηναικῷ, πόλις ἐν Θράκῃ &c. His perpenſis quid planius eſt, quam ut colligas, duos articulos diſparatos vel ipſius *Apoſtolii* culpa, vel Codicis, unde ſua deſcripſit, perverſe in unum coaluiſſe? Porro ſi ſuſpiceris, de Torone quae dicuntur, ad proverbium aliquod explicandum debuiſſe ſcribi, quandoquidem tale eſt *Michaelis* inſtitutum, id quoque non eſt, ut longe quaeras: ſponte enim offert ſe, literarumque ordini commode reſpondet Τορωναίου λιμένος κωφότερος, cujus meminit *Zenob.* C. IV. n. 68. hunc in modum reſtituendus: Κωφότερος τῆ Τορωναίου (vel Τορωναίων) λιμένος] Λιμὴν ἐστὶν ἐπὶ Τορώνῃ ἐν Θράκῃς· ταινίας δὲ ἔχει δύο μακρὰς τὰς ἀπὸ τῆ πι-

Τυτὶ μὲν ἔν σοι τὸ ψήφισμα· ἐγὼ δέ σοι καὶ τὸν υἱὸν ἐβουλόμην ἀγαγεῖν ὡδὶ σέ, ὃν ὀπὶ τᾷ σῷ ὀνόματι Τίμωνα ὠνόμακα. ΤΙ. πῶς, ὦ Δημέα, ὃς οὐδὲ γεγάμηκας, ὅσαγε καὶ ἡμᾶς εἰδέναι; ΔΗ. ἀλλὰ γαμῶ, ἢν διδῷ θεὸς, ἐς νέωλα, καὶ παιδοποιήσομαι, καὶ τὸ γεννηθησόμενον (ἄρρεν γὰρ ἔσαι) Τίμωνα ἤδη καλῶ. ΤΙ. οὐκ οἶδα εἰ γαμήσεις ἔτι, ὦ ὗτος, τηλικαύτῃ πὰρ' ἐμοῦ πληγὴν λαμβάνων. ΔΗ. οἴμοι· τί τοῦτο; τυραννίδι Τίμων ἐπιχειρεῖς, καὶ τύπλεις τοὺς ἐλευθέρους, οὐ καθαρῶς ἐλεύθερος, οὐδ' ἀφ' οὗ ὤν; ἀλλὰ δώσεις ὀλίγου τὴν δίκην τά-τε ἄλλα, καὶ ὅτι τὴν ἀκρόπολιν ἐνέπρησας.

52. Ad hunc igitur modum ſe tibi habet decretum; ego autem de adducendo ad te filio cogitabam, quem de tuo nomine Timonem vocavi. TIM. Quo pacto, Demea, qui, quod ſciam, nunquam uxorem duxiſti? DEM. At, deo juvante, ducam anno proximo, & liberis creandis operam dabo; &, quod naſcetur, Timonem ei jam dico nomen; nam haud dubie mas erit. TIM. Haud equidem ſcio, utrum tam gravi ictu accepto uxorem unquam ducturus ſis. DEM. Hei, hei. Quid hoc? tyrannidem invadere cogitas, Timon, liberos homines percutiens, tu, inquam, de cujus libertate & civitate non plane conſtat? ſed cito pœnas dabis, tum ob alia multa, tum quod ignem arci ſubjeceris.

ΤΙ. Ἀλλ' οὐκ ἐμπέπρηται, ὦ μιαρὲ,

53. TIM. At enim, o ſcelus, incenſa arx

πελάγους καθαίρουσας (vel καθήκουσας, vel potius καθατεινούσας) ὡς μὴ ἀκούειν τοῖς οὐ αὐτῷ τὰ τῆ θαλάττης ἤχον. cui emendationi tanto minus diffido, quod *Petri noſtri Weſſelingii* calculum tulerit: haec in Prov. Alexandr. truncata n. 91. pariter autem quum in *Heſychio* V. Λημνίσκους prave legeretur σενὰς, eruditus homo ad marginem refinxit, ταινίας. Vide jam, quomodo mirifica moliatur in *Apoſtolio* Vir primarius *Th. Reineſius* V. L. I. c. 24. & proverbium excudat Τορωναῖοι, vel, Τορώνης στόγγοι, quale nulla Graecorum memoria putem extitiſſe: ſubſcripſit tamen ejus ſententiae *Reineſio* non inferior *L. Holſtenius* ad *Stephan.* in Τορώνη praeterea, ut error ſaepe errorem trahit, pro Iſocrate Socratem, quippe Θρασυκῶν auctorem, ſubſtituendum arbitratus eſt; de quo, ſi ad manum habuiſſet *Harpocrationis* locum, nunquam cogitaſſet. Ceterum ut τραγῳδοὺς ἀγωνίζεσθαι, ſic & τραγῳδοῖς νικᾶν *Andocid.* in Alcibiad. p. 34. *Iſaeus* p. 54. ὅτος τῇ μὲ φυλῇ εἰς Διονύσια χορηγήσας τέταρτος ἐγένετο, τραγῳδοῖς δὲ ὦ πυρρίχισαῖς (ineptum eſt πυρρίσταις, quod vulgatur) ὕστατος. *T. H.*

53. Τουτὶ μὲν ἔν σοι τὸ ψήφισμα] Cl. *Faber* in his verbis manifeſtum errorem agnoſcit, quia σοὶ, non τοὶ vulgatum ſit. Sed ne parum Faber & hic audiendus ſit, vereor. Etenim neutiquam debuit, ut ſaepe alias ſolet, ſeparatim ſpectare Faber haec σοὶ ὧδε σε· at σοὶ eo, quo locatum eſt, ordine ſpectatum, elegantiam & conſuetudinem loquendi Noſtro frequentiſſimam exhibet. Παρέλκει nimirum σοὶ, ut in Nigrino §. 5. Οὕτω σοὶ καὶ αὐτὸς ἔνθους ὦ μεθύων ὑπὸ τῶ λόγων ἀπέρχομαι. *Ita tibi & ipſe, plenus numine atque ebrius ſermonibus circumeo.* In Deor. Marinor. Dialog. II. §. 2. Τυφλός εἰμί σοι, ὦ Πόσειδον & III. Ἡ δὲ, πῶ σοι γῆς αὕτη ῥέει; In Necyomantia §. 21. ſimiliter poſt ψήφισμα apud Inferos κυριωθὲν legimus, Ταῦτα μὲν δή σοι τὰ οὐ σκληρία. In Contemplantib. §. 1. Οὕτω δὴ κἀγώ σοι πάλιν ἀμβλυώτλω. & §. 5. Σὺ δέ μοι ἤδη ἐν κύκλῳ περιόλεπων, ἐπισκόπει ἄπαντα. & paſſim alibi, etiam apud alios. Miror profecto doctiſſimum *Fabrum*, quod uſus hujus voculae σοὶ, ita receptus, eum fugit: nec tantum id hic ad Timonem oſtendit, ſed & ad Mortem Peregrini §. 31. ubi cum rectiſſime legatur, Ταῦτα μέν σοι τὰ ἐν Ἡλιδὶ, Faber continuo *Leg.* ait, Ταῦτα μέν τοι.

Sicut σοὶ, ita & μοὶ ſaepe παρέλκει. Timon Noſter §. 41. Ἄγε δή, ὦ δίκελλα, νῦν μοι ἐπίρρωσον σεαυτήν. Similem in modum ἡμῖν eleganter abundat in Necyomantia. Καὶ πόθεν ἡμῖν ἀφῖξαι. In Contemplantib. Κᾆτα οἰμώξεται ἡμῖν δηλαδή. In de Sacrificiis: Ἐτιθήκει ἂν ἡμῖν ὁ Ἥφαιστος. In Hermotimo: Ἔξω ἡμῖν φιλοσοφίας μενέτωσαν οἱ τυφλοί. Non ſatis ad hunc pleonaſmum etiam τῷ ἡμῖν videtur attendiſſe, omnis elegantiae & politae eruditionis quondam decus, *Aeg. Menagius*, dum in verbis *Luciani* adverſus Indoctum §. 3. [ὧδὶ Δημητριδας τοιαύτας ἡμῖν οὐ παισὶν ἐποιεῖ] non locum habere τὸ ἡμῖν ſibi videri ait, legendumque cenſet ὦ μήν. Plane autem nihil ibi mutandum; nam vel ex hoc, quem oſtendimus ſatis eſſe frequentem, pleonaſmi uſu poteſt & illic locutus eſſe *Lucianus*; vel intellexiſſe ἡμῖν tamquam σὺν ἡμῖν, *nobiscum*. Dialogum enim iſtum videtur *Lucianus* ſcripſiſſe contra popularem quemdam & aequalem ſuum. Paullo quoque ante dixerat: Τί δὲ φῄς, καὶ ταῦτα μὴ μαθὼν ἡμῖν εἰδέναι; ubi ἡμῖν itidem, ut videtur conſideraſſe interpres, poteſt eſſe παρέλκον.

Invenio quoque τὸ αὐτῷ apud *Lucianum* redundare in Contemplantib. Εἰ μάθοι, ὅτι ἡ μὲ, ἕξει τέλος αὐτῷ. Apud eumdem in De luctu: Λοιπὸν ἓν ἐστιν αὐτὸν τῶ παρόντων ἕνεκα ταῦτα λεγεῖν, ὅθ' ὅ, τι (ſic enim diviſim, non junctim ὅτι, ut vulgo, legendum) πέπονθεν αὐτῷ ὁ παῖς εἰδότα. *Reliquum igitur eſt, eum talia nugari ob eos, qui adſunt, plane ignarum quid filio ſuo acciderit.* Apud Latinos quoque *mihi, tibi, vobis*, aliquando παρέλκειν, quis ignorat? *J. J.*

57. Ὅσαγε] Ἀντὶ τοῦ, ὅσονγε. *J. Br.*

Ibid.

arx non eſt: quare cuivis apparet eſſe te ſycophantam. DEM. At perfodiſti ærarium, & inde natæ tibi opes ſunt. TIM. Sed perfoſſum non eſt; quare ne iſthæc quidem credibilia ſunt, quæ dicis. DEM. Perfodietur quidem poſtea; ſed jam illa omnia penes te habes, quæ in eo antehac fuere. TIM. Itaque hunc tibi ictum habeto denuo. DEM. Hei, hei tergo meo. TIM. Mitte clamorem; ſin minus tertium tibi ictum inflixero: alioqui hoc plane ridiculum mihi acciderit, ſi unicum modo homuncionem, eumque impuriſſimum perdere nequeam, qui Lacedæmonios mille inermis ipſe internecione deleverim. Nam fruſtra quoque vicerim Olympia, & pugilatu, & lucta.

ἡ ἀκρόπολις, ὥστε δῆλός εἰ συκοφαντῶν. ΔΗ. ἀλλὰ γὰρ πλουτεῖς, τὸν ὀπισθόδομον διορύξας. ΤΙ. ὁ διώρυχται οὐδὲ ὅτῳ· ὥστε ἀπίθανά σοι γὰρ ταῦτα. ΔΗΜ. [b] διορυχθήσεται μὲν ὕστερον· ἤδη δὲ σὺ πάντα τὰ σὰ αὐτῷ ἔχεις. ΤΙ. ἀκουε γοῦν ἄλλο λάμβανε. ΔΗΜ. οἴμοι τὸ μετάφρενον. ΤΙ. μὴ κέκραχθι· κατοίσω γάρ σοι καὶ τρίτον. ἐπεὶ γὰρ γελοῖα πάμπαν πάθοιμι, δύο μὲν Λακεδαιμονίων μοίρας καλακόψας ἄνοπλος, ἓν δὲ [c] μιαρὸν ἀνθρώπιον μὴ ἐκπτρίψας. μάτην γ' ἂν εἴην γενικηκὼς Ὀλύμπια πὺξ, καὶ πάλην.

54. Quid hoc autem? ecquid hic eſt Thraſycles philoſophus? & certe is eſt. Sane ex-

Ἀλλὰ τί τοῦτο; ὁ Θρασυκλῆς ὁ φιλόσοφος οὗτός ἐστιν; ὁ μὲν οὖν ἄλλος· ἐκπετάσας

[a] Διορύξας] ὀρύξας Schol. διωρύξας priores Edd. ἀλφρύξας *J.* Marg. *AIW.* [b] Διορυχθήσεται] διωρυχ. Edd. priores. [c] Μιαρὸν] μικρὸν *J.* Marg. *AIW.*

69. Τὸν ὀπισθόδομον * ὀρύξας] Ὡς ἱεροσυλον ἀλαζόνων ταῦτα φησὶν· ὁ γὰρ ὀπισθόδομος ἱερὸν τὸ ὀπισθεν ὂν τοῦ ἄστεως ἐλέγετο. *V.*

* Ὀρύξας] L. ut in textu eſt διορύξας. *M. du S.*

Ibid. Ἀλλὰ γαμῶ] Ego, quanquam ceteroquin ſingularis hujus libelli venuſtas & comicus lepor mirifice me capiat, offendi me tamen profiteor hac nimis affectata deterrimi aſſentatoris atque incredibili blanditia, quæ quum nihil habeat ingenioſe ridiculum, nullam probabilem ingenii adulatorii notam, tuto potuerat a *Luciano* ac ſine ullo elegantiæ diſpendio praetermitti. *T.H.*

62. Πληγὴν λαμβάνων] Vid. *Deſ. Herald.* Anim. in *Salmaſ.* Obſ. ad J. A. & R. II. c. 9. §. 11. *T.H.*

63. Τυραννίδι] *Cives tuos ultro pulſans.* *J. Br.*

Τυραννίδι] Invidioſe & odioſe ſupra modum Athenis præſertim. *Terent.* in *Phorm.* & paſſim alibi. *Anonym.*

Ibid. Τύπτεις τοὺς ἐλευθέρους] *Deſ. Herald.* Obſ. & Emend. c. XLVIII. Tyrannidem Athenis vulgo potentioribus & ad inferendas injurias promtis objiciebant, nullumque erat in civitate liberrima crimen invidioſius: Comicis frequens: *Ariſtoph.* Veſp. v. 415. Ταῦτα δῆτ' ἐ δεινὰ, κὴ τυραννίς ἐστιν ἐμφανής. v. 462. *T.H.*

66. Τὴν ἀκρόπολιν ἐνέπρησας] Commode notavit *Steph. Bergler.* ad *Alciphr.* I. Ep. 32. αἴτησόν τι παρ' αὐτῆς (τῆς σῆς ἐρασθῆ) κὴ ὄψει σεαυτὴν ἢ τὰ νεώρια ἐμπεπρηκυῖαν ἢ τοὺς νόμους καλαλύουσαν. *Poll.* IX, 156. ex Hyperidis oratione pro Lycophrone: ἢ νεωρίων προδοσίαν, ἢ ἀρχείων ἐμπυρισμὸν (ἐμπρησμὸν in quibusdam libris olim fuiſſe lectum, e *Polluce* colligi poteſt) ἢ κατάληψιν ἄκρας. Haec erant talia, ut crimen apud Athenienſes nulli gravius potuerit impingi. *T.H.*

69. Τὸν ὀπισθόδομον] *Opiſthodomus*, locus eſt Athenis in arce, ubi aerarium. *J. Br.*

Τὸν ὀπισθόδομον διωρύξας] Ἁπλῶς Interpres *effoſſo aerario.* Sed aliud voluit hic Demeas. cum enim dixiſſet τὴν ἀκρόπολιν ἐνέπρησας, ſubjungit τὸν ὀπισθόδομον διωρύξας. Nam ὀπισθόδομος locus erat ὀπίσω τοῦ νεὼ τῆς καλουμένης Πολιάδος ἔχων θύρας, ὅπου ἦν θησαυροφυλάκιον. *Interpres Ariſtoph.* ad Plut. *Lucian. Herod.* *J.B.*

70. Διορύξας] Haud dubie διωρύξας pro participio ponitur: ſcribe ergo διορύξας. *Immo vero dives es, effoſſo aerario*, ſive, *ut qui aerarium effoderis.* Scholiaſtes legit ὀρύξας, minus recte. *J.J.*

Διορύξας] Secuti ſumus Cl. *Jenſii* emendationem omnino neceſſariam. In omnibus διωρύξας prave legitur præter *J.* quæ habet ἀλφρύξας. Vide initium Ιε. β'. *M. du S.*

78. Μικρὸν] Ex Ed. *J.* arripui: reliquæ μιαρὸν, quod minus arridet, quamvis alibi a noſtro uſurpatum videam, Καλαπλ. c. 12. quia hic *robur*, non *juſtitia*, Timonis requiritur. *M. du S.*

Μιαρὸν] Μιαρὸς & μικρὸς ſaepe confunduntur: illud hujus vice reſtituit egregie ſummus *Bentleius* in Callim. Ep. VII. Hic omnino repudiandam cenſeo ſcripturam editionis Juntinae. Convicium gravius, quale merebatur Demeas, atque Attici perquam familiare. *T.H.*

82. Ἐκπετάσας τὸν πώγωνα] Character philoſophi, quem paſſim proponit, ut βίων πρ. in Piſcat. in Catapl. *J.B.*

σας γῆν τ' ὠώγωνα, καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνατείνας, καὶ βρενθυόμενός τι πρὸς αὐτὸν, ἔρχεται, τιτανώδες βλέπων, ἀνασεσοβημένος τ' ὀπίσω τῶν μετώπων κόμην, Αὐτοβορέας [a] τις, ἢ Τρίτων, οἷος ὁ Ζεῦξις ἔγραφεν. οὗτος ὁ τὸ σχῆμα εὐσταλὴς, καὶ κόσμιος τὸ βάδισμα, καὶ [b] σωφρονικὸς τὴν ἀναβολὴν, ἔνθεν μυρία ὅσα περὶ ἀρετῆς διεξιὼν, καὶ τὴν ἡδονὴν χαιρόντων καλήνορῶν, καὶ τὸ ὀλιγαρκὲς ἐπαινῶν, ἐπειδὴ λουσάμενος ἀφίκοιτο ὀπὶ τὸ δεῖπνον, καὶ ὁ παῖς μεγάλην τὴν κύλικα ὀρέξειεν αὐτῷ (τῷ ζωροτέρῳ δὲ χαίρει μάλιστα) καθάπερ τὸ Λήθης ὕδωρ ἐκπιὼν, ἐναντιώταλα ὀπιδείκνυ τοῖς ἑωθινοῖς ἐκείνοις λόγοις, προαρπάζων ὥσπερ

porrecta barba, extensis superciliis, graviter secum ac superbe murmurans venit, Titanicis oculis aspiciens, capillis anterioribus retrorsum rejectis, plane illum ipsum Boream aut Tritonem referens, quos pinxit Zeuxis. Hic ille est, qui habitu simplicitatem, incessu modestiam, pallio sapientiam, ac moderationem præ se fert; qui romane de virtute differit, & eos, qui voluptate gaudent, graviter accusat, frugalitatem laudans; talis vir, ubi lautus a balneo ad cœnam venit, & ei capaciorem calicem servulus porrexit, (meracius autem libenter bibit,) quasi letheum poculum hauserit, ea omnia facit, quæ plane cum illis matutinis sermonibus pugnant, convivis cibaria veluti mil-

a Τις] Deest in *J.* b Σωφρονικὸς] Schol. *V.* & *F.* Σωφρονίσκος.

84. Βρενθύεσθαι] * Διὰ θυμὸν μεγαλωρίζεσθαι, ἢ προσποιεῖσθαι, ὀργίζεσθαι· καὶ βρενθύεται, ἐπαίρεται. Βρένθος ὁ εἶδος μύρου, ᾧ χριόμεναι αἱ γυναῖκες μᾶλλα φρονοῦσι. *V.*

* Διὰ θυμὸν μεγαλωρίζεσθαι] Haec *Suidae* debentur in Βρενθύεσθαι. Ante ὀργίζεσθαι comma fuit in *E. A.* secus atque oportebat: est enim, *irasci, speciem irati prae se ferre.* *T. H.*

† Οἷον τοῦτο κ.τ.λ.] Prava lectio Scholio huic ansam dedit. Sophroniscum autem intelligit Sophronisci filium. *M. du S.*

Distingue Οἷον· τοῦτο κ.τ.λ. Intelligi voluit Scholiastes οἷον Σωφρονίσκος, tanquam Sophronisci aliquis. *T. H.*

84. Τιτανῶδες βλ.] *Erasm.* in Adagio, *Titanicus adspectus.* *J. Br.*

86. Αὐτοβορέας] *Ipsemet Boreas, aut Triton:* Deus marinus ac buccinator. *J. Br.*

Αὐτοβ.] Sic Αὐτοθαλάσσιος in Ῥητ. c. 12. *M. du S.*

Αὐτοβορέας] Praeterquam ex hoc loco aliunde notae non sunt hae Zeuxidis tabulae, neque *Junius* in Catal. Artif. quemquam alium extra Lucianum adduxit testem. Αὐτοβορέας autem verus & ipsissimus Boreas: αὐτοανθρώπῳ ὁμοῖος quale sit, videbimus ad Philops. §. 18. *Alciphr.* III. p. 446. στίλας ἐμαυτὸν ἀγρικῶς &c. αὐτοσκαπανεῖς ἐδόκουν. Ὅ, τι βασιλεὺς ἢ τρόπον ἦν αὐτοαπλότης apud *Suid.* in V. Vid. *Simpl. Verin.* sive *Salmas.* de Transsubst. p. 534. Ejus generis apud Philosophos frequentantur, αὐταρχὴ, αὐτοσοφία, quibus appellationibus Deum adficiunt. *T. H.*

87. Ζεῦξις] Zeuxidis hanc tabulam, quænam fuerit, haud facile est ex hoc loco conjicere. In Poecile positam fuisse suspicor. *M. du S.*

Ibid. Ὁ τὸ σχῆμα εὐσταλὴς] Tangit hunc locum *Off. Ferrar.* de Re Vest. P. II. lib. IV. c. 6. *T. H.*

88. Κόσμιος τὸ βάδισμα] Sic in Harmon. βαίνειν ἐν ῥυθμῷ. Dixi ad illud *Petron. Incessus tute compositus.* Sic in tractatu de Saltat. & in Demonact. vita, & antea. *J. B.*

89. Σωφρονικὸς] Scholiastes hic aliter legit; nempe Σωφρονίσκος in quo nullam prae vulgata lectione perspicio elegantiam. *J. J.*

91. Τὸ ὀλιγαρκὲς ἐπαινῶν] Φιλοχρήματοι isti philosophi καὶ ῥυπαροὶ τὴν καρδίαν, nihil aliud in his dialogis laudant quam τὸ ὀλιγαρκές. Sic pag. seq. & passim, quibus tamen nihil usquam satis. *J. B.*

93. Μεγάλην τὴν κύλικα] Sic Lapith. τῷ ζωροτέρῳ, *amariore:* amabant calices amariores: μεγάλην autem videtur esse κύλικος ὄγκωμα, ut apud *Virg.* I. Æn. *Achil. Tat.* lib. 2. *J. B.*

96. Ὥσπερ ἰκτῖνος] Vid. P. *Burmann.* ad *Petron.* p. 193. *Plato* de Rep. I. p. 589. E. ἀλλ' ὥσπερ οἱ λίχνοι τῷ ἀεὶ ὠφελιμωτέρου ἐπιγεύονται ἁρπάζοντες &c. Testimonium est coqui non nimis honorificum de philosophis apud *Athen.* IX. p. 404. D. Τῷ φιλοσόφῳ παρέθηκα κωλίαν, πόθεν· Ἀδηφάγου τὸ ζῆν εἰς ὑπερβολήν Ἐστίν —. *T. H.*

98. Τὸ γένειον ἀνάπλεως] Ut in Lapith. & Merc. Cond. quod in Nigr. §. 25. dixit ἐμφορεῖται. *J. B.*

2. Τὰ τρύβλια] Generaliter pro catinis apud *Aristoph.* ubi tamen interpretantur τὸ τρύβλιον εἶδος ἐξυβάφου, ad Pac. ad Concion. aliter etiam Hesych. *J. B.*

Ibid. Τῷ λιχανῷ] De indice digito, sive λιχανῷ, *Casaub.* ad *Athen.* c. 13. lib. I. *J. B.*

4. Μεμψίμοιρος &c. ὄφελος] Ita vertenda haec verba: *Semper querulus, ut totam placentam, vel suem totum inter alios accipiat, quod edacitatis & insatiabilitatis culmen est.* Testatur *H. Stephanus* vocem ὄφελος verti *culmen*, *fastigium* in vulgatis Lexicis, sed fine exemplo. Hoc accipiat, neque enim aliter hic locus verti potest. Quo sensu sumtum ὄφελος deducendum ab ὀφέλλω, quatenus significat, *augeo*, *accumulo.* Hinc ὄφελος inter alia ab *Hesychio* dicitur significare αὔξησιν, *augmentum.* *J. C.*

Ibid. Πλακοῦντα...] Ea enim domum auferre apud veteres moris erat. Vid. Νυγρ. c. 25. *M. du S.*

5. Ὁ,

milvus præripiens, & ſibi accumbentem cubito propellens, mentum caryca illitum habens, canum more incurvus ſe ſe cibis implens, quaſi in patinis virtutem inventurum ſe ſperans, lances digito indice ſedulo detergens, ut nihil ex alliato quidquam relinquat.

55. Iniquius partita obſonia ſemper querens, ut ſolus placentam aut aprum integrum ſibi habeat; tum porro, (qui gulæ & inſatiabilis voracitatis fructus eſt,) ebrius ac temulentus, non ad cantum usque & ſaltationem, ſed ad convicia & iracundiam provehitur. Ibi ſumpto in manum calice, multos ſermones funditat. Tum enimvero de ſobrietate & modeſtia agit, idque jam vi-

ἰκτῖνος τὰ ὄψα, καὶ τὸ πλησίον ὠλεγχωνιζόμενος, καρύκης τὸ γένειον ἀνάπλεως, κυνηδὸν ἐμφορούμενος, ὑπτιοκεχυφὼς, καθάπερ ἐν ταῖς λοπάσι τὴν ἀρετὴν εὑρήσειν προσδοκῶν, ἀκριβῶς τὰ τρύβλια τῷ λιχανῷ ἀποσμήχων, ὡς μηδὲ ὀλίγον ὑπὸ μυτιλωτοῦ καλαλίποι.

Μεμψίμοιρος ἀεὶ [c] ὡς τὸ πλακοῦντα ὅλον, ἢ τὸ σῦν μόνος τοῖς ἄλλων λάθοι, ὅ, τι περ λιχνείας καὶ ἀπληστίας ὄφελος, μέθυσος, καὶ πάροινος, οὐκ ἄχρις ᾠδῆς καὶ ὀρχηστύος μόνον, ἀλλὰ καὶ λοιδορίας, καὶ ὀργῆς προσέτι. καὶ λόγοι πολλοὶ ὑπὲ τῇ κύλικι, ὁτότε δὴ καὶ μάλιστα, περὶ σωφροσύνης καὶ κοσμιότητος· καὶ ταῦτα φησὶν ἤδη ὑπὸ ἀκράτου

c Ὡς] καὶ Marg. *AIW.*

98. Καρύκης] ‡ Βρῶμα Λύδιον ἐξ αἵματος ἡ καρύκη. *V.*

3. Τῷ μυτιλωτοῦ] Μυτιλωτὸς τρίμμα ἐξ ἀρτυμάτων πολλῶν συντεθειμένον· ἐπάλουν δὲ § καί τι ὑπότριμμα ἀφὲ

‡ Βρῶμα Λύδιον] Ex *Suida* in Καρύκη, & *Heſychio*, in quibus tamen multo plura. *T. H.*

§ Καί τι] Interpoſuit *Moſes du Soul*, & mox τῶν. *Ariſtophanis* locus in Pac. v. 272. *T. H.*

σκορόδων, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Εἰρήνῃ. Ἔοικε δὲ νῦν μυτιλωτὸν τὸ ἀπὸ τῶν κρεῶν ἐν τῷ ζωμῷ γλοῖον καλεῖν, ὃς τῷ ζωμῷ συκλειοιπότος τῷ ¶ τρυβλίῳ περικάθηται. *V.*

¶ Τριβλίῳ] Emenda τμυβλίῳ. *J. J.*

Si tanti eſt monere, idem viſum fuit *M. Slado* & *M. du Soul*, qui praeterea pro περικάθηται ex *V.* & *C.* notavit παρακάθηται. *T. H.*

5. Ὅ, τι περ λ. καὶ ἀ. ὄφελος] Ad ſequentia referunt *Eraſmus*, *Benedictus*, &, quod miror, *Tan. Faber* contra primas Edd. in quibus major eſt diſtinctio poſt ὄφελος poſita. *Clerico* li locutionis indoles, quam & priores ignorarunt, fuiſſet perſpecta, res melius ſucceſſiſſet. De eo, quod in quoque genere praeſtantiſſimum eſt atque excellit, iſtam loquendi formulam uſurpant Graeci: *Xenoph.* Hell. V. p. 328. v. 32. παμπληθεῖς ἀπέκτειναν ἀνθρώπους, καὶ ὅ, τι περ ὄφελος ἦν τῷ τοιούτου (male τούτου τῷ) στρατεύματος. *Arrian.* A. A. V. c. 15. p. 214. τὸ πεζὸν ὅ, τι περ ὄφελος ἐς τρισμυρίους, peditum ſtrenuiſſimos ad triginta millia. *Ariſtid.* T. I. p. 5. A. Muſas alloquitur, invitans, ut ſibi Jovis hymnum peracturo propitiae ſubveniant: εἴτε σὺ Ἑλικῶνι τῷ Βοιωτίῳ χορεύεις, τὸ Διὸς ἔργων τε καὶ δωρεῶν ὅ, τιπερ ὄφελος, *Vos, o Muſae, operum Jovis & donorum decus atque ornamentum: Canterus* in his vertendis prorſus aberravit. *Arrian.* de Venat. c. XX. καὶ τὸ θεάματος ὅ, τιπερ ὄφελος ἀπολαύοιτο, & *ſpectaculi quod jucundiſſimum eſt*, vel, & *jucundiſſima ſpectaculi pars intereat: Holſtenius* non accuratiſſime: & *ſpectaculum, maximum operae pretium perit.* Similis uſus in ὅ, τιπερ ἄνθος ἦν. *Thucydid.* IV. c. 133. ὅ, τι ἦν αὐτῶν ἄνθος ἀπολώλει imitatur *Dion Caſſ.* XLVI. p. 313. B. πᾶν ὅ, τι πεῖον (non muto: quanquam videri poſſit, ὅ, τι περ ἦν) ἄνθος αὐτῶν ἔχω τὸ δράστων (lego τὸ ἀφδράστων) σφᾶς, ἔφθειρεν. L. p. 428. C. καὶ γὰρ πᾶσθος πολὺ ὑμῶν ἐστι πᾶν ὅ, τιπερ ἄνθος τοῦ τὸ ὑπηκόων τε παρὰ τὸ συμμάχων ἐξειλεγμένον. Igitur in *Luciano*, ſi lectionem receptam probas, tota placenta, vel porcus earum rerum, quae gulae heluationique inſerviunt, delicatiſſimum, vel caput coenae intelligetur: ſed vereor equidem, ne ante ὅ, τι περ excideriť ἦ, quod reprehendi malim, tali ſententia: *Querulus ſemper, & portione ſua non contentus, ut placentam totam, aut porcum ſolus prae aliis accipiat, aut quodcumque aliud gulae ſupra cetera gratiſſimum fuerit appoſitum.* *T. H.*

9. Ἐπὶ τῇ κύλικι] Solent ἐπὶ τὸ κυλικος. *Diogen. L.* II, 82. ἕως ἄν τις ἡμᾶς ἐπὶ τὸ κύλικος φλυαρῶν ἀφαμάξῃ ſed multo frequentius ἐπὶ τῇ κύλικι. *Arrian.* A. A. VII. c. 27. ὀδύνῳ τε αὐτῷ ἐπὶ τῇ κύλικι γενέσθαι ὀξείαν. *Ariſtaen.* I. Ep. 3. p. 18. ἃς (Διόνυσόν τε & Ἀφροδίτην) ἐπὶ τῇ κύλικι σωαγωγίες ἐθελγόμεθα· minus opportune *Mercerus: quos in pateram coactos delibavimus*: debuerat, *quos inter pocula conſociantes delectabamur.* Aliter *Appian.* de B. Mithr. p. 363. Χρυσίον ἐπί τε τῇ κύλικι & τῇ τροφῇ &c. περιθεῖναι, *aurum illi, qui calicibus eductis & cibi ingerendi multitudine ſuperior eſt, praemium ponere.* Hinc λόγοι ἐπὶ τῇ κύλικι, *ſermones ad vinum*, ut *Cicero* dixit *ad vinum diſertos* pro Coel. §. 67. vel, *qui ad menſam ſolent ſuboriri*, ut *Atta* in Megal. apud *Serv.* ad *Virgil.* Ecl. VII, 33. Iidem λόγοι ἐπικυλίκειοι *Athenaeo* initio libri I., ubi vide *Caſaub.* ἐπικυλίκειοι ἐξηγήσεις *Diogen. L.* IV, 42. Vox corrupta in *Plutarcho* de Muſ. p. 1148. D. Ἔχεις τοὺς ἐπικυκλίους περὶ μουσικῆς λόγους· Interpr. *circularem de muſica diſputationem: Luiſin.* Par. III. c. 11. melius ad ſenſum, *ſermones de muſica ad menſam habitos*: ſed quod *Aldus* im-

τῦ πονήρως ἔχων, καὶ ὑποθραυλίζων [a] γελοίως· εἶτα ἔμετος ὅλη τούτοις. καὶ τὸ τελευταῖον, ξεάμβυοί τινες ἐκφέρουσιν αὐτὸν ἐκ τῦ συμποσίυ τὴν αὐληρίδα ἀμφοτέραις ἐπειλημμένον· πλὴν ἀλλὰ καὶ νήφων οὐδενὶ [b] τῶν πρωτείων ἂν ἐχώρησεν ἂν ψεύσματος ἕνεκα, ἢ θρασύτητος, ἢ φιλαργυρίας. ἀλλὰ καὶ κολάκων ἐστὶ τὰ πρῶτα, καὶ ἀπορεῖ προχειρότατα, καὶ ἡ γοητεία προηγεῖται, καὶ ἡ ἀναισχυντία παρομαρεῖ· καὶ ὅλως πάνσοφον τὸ χρῆμα, καὶ παλαχόθεν ἀκριβὲς, καὶ ποικίλως ἐντελὲς· οἰμώξεται τοιγαροῦν οὐκ εἰς μακρὰν χρηστὸς ὤν. Τί τοῦτο; πάπαι, χρόνιος ἡμῖν Θρασυκλῆς.

no fere depositus, & ridicule balbutiens: post hæc vomit. Ad postremum e triclinio a nonnullis effertur, tibicinam ambabus retinens manibus. Ceterum cum siccus est, nemini homini palmam vel mendacii, vel audaciæ, vel avaritiæ concesserit; sed assentatorum longe princeps est, & pejerare non cunctatur: illum in quovis negotio anteit fallacia, juxta autem sequitur impudentia; denique homo plane sapiens, & undiquaque consummatus est, & varia quadam perfectione præstans. Quare dabo operam, ut tam bonus vir jam jam auferat hinc grande infortunium. Quid hoc? papæ! tamdiu est cum venire distulit Thrasycles?

ΘΡΑ. Οὐ χτὶ ταὐτὰ, ὦ Τίμων, τοῖς πολλοῖς τούτοις ἀφῖγμαι, ὥσπερ οἱ [c] σὺν τεθηπότες, ξεγυρίῳ, καὶ χρυσίῳ,

56. THRAS. Alia me causa ad te ut venirem compulit, quam quæ hos omnes; qui divitiarum tuarum amore perculsi huc concurrerunt, auri atque argenti, &

a Γελοίως] Γελοῖος priores Edd. b Τῶν πρωτείων] Ita *V2. B2. S.* ceteræ pleraeque πρωτείων. c Σὺν] Ita rectè *P. S. A.* Priores σοι.

20. Καὶ ἡ γοητεία προηγεῖται] Οὐδὲ Ζεῦξις, * ἢ ὁ Παρράσιος ἔτως ἡμῖν † ἀφ' φαρμάκων φιλοσόφων γοήτειαν καὶ τιράτειαν γράψας διετυπώσατο, ὡς ‡ ἔτος ἀπαραλλάκτως

* Ἢ καὶ] Notaverat *M. du Soul* ὃδὶ, neque tamen addiderat, unde sumtum sit. Mihi satis facit ἢ καί. *T. H.*

† Δ. φ. φιλόσοφον γοητείας καὶ τιρατείας;] Id vult Graeculus Commentator, Philosophorum veneficia & præstigias exemplo Thrasyclis bellius effingi, quam coloribus fieri posset a Zeuxide vel Parrhasio: sed lege & tria tolle menda, δ. φ. φιλοσόφων γοητείας καὶ τιρατείας γρ. *J. J.*

L. φιλοσόφων γοητείας καὶ τιρατείας. C. φιλοσόφων γοητείας καὶ τιρατείαν. *M. du S.*

Hoc sequendum duxi. *T. H.*

‡ Οὕτως] Ita pro ἔτως emendavit *M. du Soul*, Ἀπαραλλάκτως intellige, *quam simillime*, vel, quemadmodum apud recentiores nonnunquam usurpari solet, *eum in modum, ut superari non possit.* *T. H.*

impressérat ἐπικυλικίους adjecta litera juvandum fuit. Hinc κυλικηγορεῖν *Athen.* XI. p. 461. E. p. 480. C. καὶ τὸ κυλικηγορεῖν, ὅταν ἐπὶ τῇ κύλικι τὰς ἀγορὰς ᾖ. *Poll.* VI, 29. λάλος, λῆρος, φλύαρος, κυλικηγορῶν, φορτικός. Commoda distinctione sententiam *Luciani* dilucidiorem dedi. Τότε δὴ saepe apud *Nostrum*: *Duker.* ad *Thucydid.* V. p. 327. n. 64. *T. H.*

12. Ὑποτραυλίζων] Ψελλίζων ἢ μηδὲν ἅπαρθρον λαλῶν. *Interp. Aristoph.* ad Nub. *J. B.*

Ibid. Γελοίως] In omnibus *Luciani* operum editionibus γελοῖος; mendose, haud dubie. Cl. *Hemsterhusius* recte in sua emendavit. *M. du S.*

13. Εἶτα ἔμετος] Idem Lapith. de his vomitibus copiose alibi. *J. B.*

15. Τῆς αὐληρίδος &c.] *Utraque manu tibicinae adhaerentem.* *J. Br.*

16. Τῶν πρωτείων] *Nulli primas concesserit.* *J. Br.*

19. Τὰ πρῶτα] *Primum locum tenens.* *J. Br.*

20. Γοητεία] Hanc passim nugonibus istis exprobrat ut in Piscat. in Catapl. *J. B.*

21. Πάνσοφον τὸ χρῆμα] Cl. *Faber* legendum monet πάνσοφόν τι χρῆμα. Verum quidem est, in hac loquendi formula, saepe τι poni, ut alibi apud Nostrum, πανδοκεῖον πάγκαλόν τι χρῆμα, & similiter saepe apud *Aelianum*, *Aristophanem* & alios. Sed mihi hoc in loco vulgata scriptura praeponitur; intelligendum enim est, quasi diceret, *Denique ut summatim dicam*, τοῦτο τὸ χρῆμά (Thrasycles nempe) ἐστι πάνσοφον, καὶ παλαχόθεν ἀκριβὲς, &c. Id enim hic Articulum τὸ valere, ex toto contextu perspicuum est. Et sic quoque in Βίων πράσει. Ἄγε δὴ πρόσεχε πῶς πολυτελὲς τὸ χρῆμα, καὶ πλουσίων δεόμενον. *Age vero, advertat quilibet animum: id, quod videtis, est lautum aliquid, & divites* (emptores) *postulans.* Sane non ita temere immittenda falx critica, ubi quid primo adspectu videtur recedere a vulgari loquendi consuetudine; quum omnes voces non omni loco adhiberi queant eodem modo. *J. J.*

Πάνσοφον τὸ χρ.] *Aristoph.* Pac. v. 38. Μιαρὸν τὸ χρῆμα, καὶ κάκοσμον, καὶ βορόν. *T. H.*

23. Οὐκ εἰς μακρὰν] *Brevi.* *J. B.*

Ibid. Χρηστὸς ὤν] Ironia. *J. Br.*

Χρηστὸς ὤν] Ironiam *Brodaeus* interpretatur, quae hoc quidem in loco omni aculeo destituta est: utcunque tamen exprimere conatus est *Faber*. Mihi, quanquam remedium nullum succurrat, displicet illud

χρη-

& ſumptuoſarum cœnarum ſpe, experiundi gratia quid in te aſſentationibus ſuis poſſint, virum ſimplicem, & qui facultates tuas libenter aliis elargiris. Noſti enim, opinor, mazam ſatis mihi eſſe ut recte cœnem, cæpe autem & naſturtium jucundiſſimum mihi eſſe opſonium, aut, ſi quando mihi melius eſſe volo, ſalis paululum: potus mihi ex Enneacruno [ex Callirroë fonte] pallium autem hoc qualibet purpura carius eſt. Nam aurum mihi quidem haud pretioſius videtur iis lapillis, quibus plena ſunt litora. Sed huc tui unius gratia me contuli, ne te divitiæ, perniciosiſſima atque inſidioſiſſima poſſeſſio, corrumpant, quæ multis ſæpe graviſſimas calamitates importarunt. Nam ſi mihi auſcultabis maxime, illas in mare conjicies,

καὶ δείπνων πολυτελῶν ἐλπίδι σωδεδραμήκασι, πολλὴν τὴ κολακείαν ὀπιδειξόμενοι πρὸς ἄνδρα, οἷόν σε, ἁπλοϊκὸν, καὶ τῶ ὄντων κοινωνικόν. οἶδα γὰ ὡς μάζα μὲ ἐμοὶ δεῖπνον ἱκανὸν, ὄψον δὲ ἥδιστον θύμον, ἢ κάρδαμον, ἢ εἴποτε τρυφῶην, ὀλίγον τὰ ἁλῶν· ποτὸν δὲ ἡ ἐννεάκρουν. ὁ δὲ τρίβων ὅτ᾽ ἂν βύλει πορφυρίδ᾽ ἀμείνων. τὸ χρυσίον μὲ γὰ οὐδὲν τιμιώτερον τὰ ὀ τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων μοι δοκεῖ. σῦ δὲ αὐτῦ χάριν ἐλήλυθα, ἵνα μὴ διαφθείρη σε τὸ κάκιστον τῦτο καὶ ὀπιβουλότατον κτῆμα ὁ πλῦτ᾽, ὁ πολλοῖς πολλάκις αἴτι᾽ ἀνηκέστων συμφορῶν γεγενημέν᾽· εἰ γάρ μοι πείθοιο, μάλιστα ὅλον εἰς τὴ θάλατταν ἐμβαλεῖς αὐτὸν, ὡδὲ

34. Ἐννεάκρουνος] Κρήνη τις Ἀθήνησι Καλλιρόη καλουμένη πρότερον. *V.*

χρηστὸς ἂν debebat ſequi ἄξι᾽ ὢν, aut aliud quiddam argutius. Non me fugiunt ταυτησὶ τὰ χρηστῆς Δ. Et. XII. & hujus generis alia non pauca: neque tamen propterea ſententiam de hoc loco muto. *T.H.*

26. Ὥσπερ οἱ &c.] *Faber* deleri hic vult ὥσπερ. Utique ſi quid mutationis hic opus, legerim pro ὥσπερ οἱ, οἷσπερ, ſenſu convenientiſſimo, *qui nimirum divitiarum tuarum admiratione capti*, &c. At maximam quidquam hic ſollicitandi neceſſitatem non video. *J.J.*

Ὥσπερ οἱ &c.] Si interponas, οὐδ᾽ ὥσπερ οἱ &c. omnis orationis intricationis difficultas fuerit ſublata: ſed cum Clariſſ. *Jenſio*, non maximam eſſe quicquam hic ſollicitandi neceſſitatem ſentio. *T.H.*

30. Ἁπλοϊκὸν] Recte *ſimplicitas* cum liberalitate conjungitur, quod ſimpliciores ſoleant eſſe liberaliores. Hinc ἁπλότης ſumitur pro *liberalitate* in N. T. Vide quae notavimus in Addit. ad *Hammond.* ad Rom. XII, 8. *J.C.*

31. Μάζα] Pro quovis genere panis, tenuiorum cibus, unde mirum, *Carionem* μάζαν accepiſſe pro delicatiori cibo. Fuere quidem μάζαι in deliciis ſed compoſitæ. *Ariſtoph. Heſiod. Athen. Heſych. Suid. J.B.*

Μάζα] Idem plane Thraſyclis temperantiam ſimulantis victus, qui Perſarum, de quo vide *Briſſon.* de R. P. II. p. 213. 214. Salem pauperioris fortunae hominibus obſonium fuiſſe, res nota: *ſalem delingere*, ἅλας λείχειν Athenis malebat Diogenes Cynicus, quam Κραΐσπεδον τὸ πολυτελοῦς τραπέζης ἀπολαύειν *Diogen. L.* VI, 57. Egregia quaedam eſt *Apollonii* Tyanenſis figura, & ad exemplar Pythagoreorum praeceptorum expreſſa Ep. VII. Πάντα φασὶ δεῖν τὸ ἐμπόρον κάλων στέλλειν· ἐμοὶ ὃ εἴη τὴν ἀλίαν τρυπᾶν τὸ θέμιδ᾽ οἷον *Mercatorem* (Euphratem ſugillat ex ſapientiae ſtudio lucrum turpiſſime captantem, quales philoſophos Socrates καπήλους appellabat) *oportet omnem, ut ajunt, rudentem commovere: mihi contra ſit in honeſta pauperie nullas opes venantem juſte temperanterque vivere.* Haec recte jampridem intellexit *Caſaubonus* ad illud *Perſii* Sat. V. — *reguſtatum digito terebrare ſalinum*; itidemque *Gataker* A. M. P. c. 43. p. 879. ne de me dicam ad *Poll.* X, 169. quo magis mirificus eſt in his explicandis *Olearii* error, qui indicari tantum debet, non refutari. Τὸ θύμον apud *Lucianum*, & ἡ ἐννεάκρουν᾽ ad Atticorum tenuiorem vivendi rationem pertinet: *Ariſtoph.* Pl. v. 253. Ὦ πολλὰ δὴ τῶ δισσῶν ταὐτὸν θύμου φαγόντες· optime *Schol.* τ αὐτῆς πενίας μεταχόντες. *T.H.*

32. Θύμου] Male θυμὸν antea, qua loquendi formula paſſim utitur. *J.B.*

Ibid. Ἡ κάρδαμον] Dixi ad illud *Petronii Naſturcii ſuccum.* *J.B.*

34. Ἐννεάκρουν᾽] Fons Athenis qui ab aliis dicitur Καλλιρόη de quo *Interpr. Ariſtoph.* male apud *Heſych.* ἐννεάκρουν᾽ dicitur. hac de re legendus *Thucydides*, qui rem totam indicat, & *Portus* interp. *J.B.*

Ἐννεάκρουν᾽] Κρήνη Ἀθήνησιν, novem venis ſaliens; unde & hoc nomen iſti impoſitum. Vide *Heſych.* & *Etymol.* M. *A.V.*

Ἡ ἐννεάκρουν᾽] Appoſitus eſt *Alciphronis* locus III. p. 386. *Si nemo me beatorum vocet*, inquit paraſitus, ἀνάγκη μὲ σκάνδικας ἐδίειν καὶ τήθεα, ἢ πόας ἀναλίγειν, καὶ τ᾽ Ἐννεακρούνου πίνοντα πλησπλασὶ τὴν γαστέρα· ibi *Berglerum* haec Lucianea non praeterierunt: p. 392. ἐρᾶν τ᾽ Καλλιρρόης. Ariſtippus ad Antiſthenem in Epp. Socraticorum p. 25. καὶ τὰς Ἐννεακρούνου λούου τε & πίνε, καὶ τὸν τρίβωνα θέρους τε καὶ χειμῶνος ἔχε ῥυπόωντα, ὡς πρέπει ἐλευθέρῳ & ζῶντα εὐ Ἀθήναις δαμοκρατικῶς. De Enneacruno vel Callirrhoë Athenarum fonte multa Commentatores Eruditiſſimi ad *Thucyd.* II, 15. *T.H.*

42. Εἰς τὴν θάλ. ἐμβαλεῖς] Hoc Diogenis eſt monitum in Βίων Πρ. §. 9. cujus ſuaſu Crates id ipſum feciſſe dicitur. *Diogen. L.* VI, 87. & *Menagius*: eam hiſtoriam ob oculos habuit *Hieronym.* Conſol. ad *Julianum*; *Contemnis aurum: contemſerunt & multi philo-*

ὐδὲν ἀναγκαῖον ἀνδρὶ ἀγαθῷ [a] ὄντα, καὶ τ φιλοσοφίας πλῆτον ὁρᾶν δυναμένῳ. μὴ μέντοι ἐς βάθος, ὦ γαθὲ, ἀλλ' ὅσον ἐς βυβῶνας [b] ἐπεμβὰς ὀλίγον πρὸ τ κυματωγῆς, ἐμῦ ὁρῶντος μόνου.

quippe quas non desideret vir bonus, & qui philosophiæ opes possit contemplari. Ne tamen, o Timon, eas in altum mittas, sed inguinum tenus aquam ingressus, paulo infra litoris crepidinem projicito, me uno vidente.

Εἰ δὲ μὴ τῦτο βέλει, σὺ δὲ ἄλλον τρόπον ἀμείνω τ τάχος ἐκφόρησον αὐτὸν ἐκ τ οἰκίας, κ μηδ' ὁβολὸν αὐτῷ [c] ἀνῇς, διαδιδὺς ἅπασι τοῖς δεομένοις, ᾧ μέν, πέντε δραχμὰς, ᾧ δὲ, μνᾶν, ᾧ δὲ, [d] ἡμιτάλαντον. εἰ δέ τις φιλόσοφος εἴη, διμοιρίαν, ἢ τριμοιρίαν φέρεσθαι δίκαιος· ἐμοὶ δὲ, καίτοι οὐκ ἐμαυτῦ χάριν αἰτῶ, ἀλλ' ὅπως μεταδῶ τ ἑταίρων τοῖς δεομένοις, ἱκανὸν εἰ ταύτλιν τ πήραν ἐμπλήσας πεδάχοις, ὐδὲ ὅλυς δύο μεδίμνυς χωρῆσαν Αἰγινητικάς. ὀλιγαρκῆ δὲ κ μέτριον χρὴ εἶναι τ [e] φιλοσοφοῦντα, κ μηδὲν ὑπὲρ τ πήραν φρονεῖν. ΤΙ. ἐπαινῶ ταῦ-

57. Id vero si minus placet, eas ex ædibus alia quavis ratione, quantum potest, ejicito, neque tibi vel obolum relinquas, sed omnia egentibus distribuas, huic minam, huic semitalentum. Si quis vero ex iis philosophus erit, duplam is aut triplam partem auferre debet: mihi autem, (quanquam non mea causa peto, sed ut amicis, si qui forte egebunt, largiar) abunde erit, si hanc peram aureis offertam mihi reddas, quæ duos Ægineticos modios non prorsus capit: paucis enim esse contentum, & mediocritatem sequi, hominem philosophantem decet, neque supra peram suam sapere. ΤΙΜ. Isthuc recte

a Ὄντα] ὄντι *J.* In Marg. *A1W.* ἔτι notatum erat pro μέντοι, quod accidisse credo describentis culpa, qui variationem Ed. *J.* nec fideliter expressit, & ad alienam vocalem retulit. b Ἐπεμβὰς] ἐπιβὰς *J.* Marg. *A1W.* c Ἀνῇς] ἀνεὶς *J.* Marg. *A1W.* Locus suspectus. d Ἡμιτάλαντον] Priores Edd. τάλαντον praeter *J.* cum qua consentiunt R. Schol. & Th. Magist. Habet etiam Margo *A1W.* e Φιλοσοφοῦντα] φιλόσοφον *J. M. A1W.*

losophi; e quibus unus, ut ceteros fileam, multarum possessionum pretium projecit in pelagus, Abite, dicens, in profundum, malae cupiditates: ego vos mergam, ne ipse mergar a vobis: philosophus gloriae animal, & popularis auraе vile mancipium totam simul sarcinam deposuit. Improbat, & merito quidem, *Plutarch.* de Nobil. p. 218. §. 11. ἐχ ἧττον δ' ὡς ἄχρησα τὰ χρήματα εἰς θάλατταν καθαποντιωθήσεσθαί τις κελεύῃ. Paulo aliter *Isocr.* in Archid. p. 130. A. οἱ μὲ κεκληρωμένοι τὰς οὐσίας ᾤδιον ἂν εἰς τὴν θάλατταν τὰ σφέτερ' αὐτῶν βάλοιεν, ἢ τοῖς δεομένοις ἐπαρκέσειαν. *Phoenicidis* apud *Stob.* p. 80. & *Gellii* N. A. IX, 2, loca non dissimilia inter se comparavit *Bern. Martin.* V. L. l. c. 8. recte explanans illud Musonii, ἄξιος ἐν ἐστὶν ἀργυρίου, quod Interpretum nemo fuit adsecutus. Talia vero Lucianus adscripsit Thrasycli, quae recentioribus philosophis prius conveniant, quam iis, qui Timonis aetate vixerunt. *T. H.*

46. Ἐπεμβάς] *J.* Ed. hic corrupte ἐπιβάς. Vulgatam firmant hæc verba *Dial. Enip. & Nept.* ἡ δὲ παρὰ τὰς ὄχθας ἐλύουσα, κ ἐπεμβαίνουσα, κ λουομένη. *M. du S.*

Ibid. Τῆς κυματώδους γῆς] Audio Mss. & *Tanaq. Fabrum.* Sed quid *Lucianus* amaverit, colligere etiam possumus ex fine Hermotimi, ubi sic scribit. Ἄνθρωπόν τινα ἐπὶ τῇ ἠϊόνι καθεζόμενον ἐπὶ τὴν κυματώδη, ἀριθμεῖν τὰς κύμαλα. *J. G.*

Κυματώγης] Vide etiam nostram & *Gravii* notam ad *Hermot.* c. 84. ubi eadem vox occurrit, quæ & illic in impressis in κυματώδη mutata est. *M. du S.*

Τῆς κυματώδους γῆς] Codice Regio sponsore κυματωγῆς restitui: frustra *Gronovius* obducit locum ex Hermotimo: addidisse poterat *Long.* Past. III. p. 95. κ ἐπὶ τ ψάμμου πλησίον τ κυματώδους γῆς ἐδάδιζε ζητῶν τὰς τρισχιλίας. Quanquam e Codicibus nihil a *Jungermanno* sit notatum, *Mollius* tamen hic etiam κυμαλωγῆς debere legi suspicatus est. Rem pluribus alias exponemus. *T. H.*

50. Αὐτῷ] Καὶ μηδ' ὁβολὸν αὐτῦ ἀνῇς αὐτῦ, αὐτόθι, nempe ἐν τῇ οἰκίᾳ, sive οἴκοι. *Th. M.*

Αὐτῷ] Perspicue legendum σεαυτῷ, vel σαυτῷ, vel ἑαυτῷ, quum hoc de omnibus personis dicatur. Id enim vult Thrasycles, ut Timon ne obolum quidem sibi retineat, Idque jam consideravit Interpres, vertens: *Tu eas alio potiore modo, confestim ex aedibus ejicito* (potius, *confestim eum foras effer*) *ac ne obolum quidem tibi reliquum facias, largiens quibuscumque opus est.* Marcilius legit αὐτῦ, *illic.* *J. J.*

Ibid. Ἀνῇς] Proba scriptura, vide Ἀνεῖ. c. 1. Ed. *J.* ἀνεὶς. *M. du S.*

52. Ὦ δὲ μωῶν, ᾧ δ' ἡμιτ.] Variant hic libri. τάλαντον vulgatarum non agnoscit *J.* Ed. nec reperitur apud *Thomam Magistrum*, qui hunc locum adducit v. Ἅ μὲ, ἃ δ' neque in Scholio, quod vide in Ῥητ. Διάφ. Sed pro eo hi omnes habent ἡμιτάλαντον, quod adeo admisimus; quia ea ratione talentum sibi integrum, ut Philosopho, quem duplo donari auctor est, conficit. Reliquarum ergo Edd. *talentum* rejecimus. Sed in eo secuti auctoritatem Ed. *J.* potissimum, in alio respuimus, quod μωῶν non agnoscit, quod probum

&

cte, o Thrasycles; sed ante tibi caput implebo pugnis, auctarium hoc ligone addens, priusquam tibi peram impleo. THRAS. O democratia, & leges, in libera civitate ab homine sceleratissimo percutimur. TIM. Quid conquereris, bone Thrasycles? an quod te inter admetiendum circumveni? atqui auctarii etiam loco adjiciam chœnices quatuor.

58. Sed quid hoc? multi concurrunt simul; Blepsias videlicet, & Laches, & Gniphon, ac denique hominum legio, quos ego miris modis mulcabo. Quid itaque causæ, quin petram hanc conscendam, & aliqua requie ligonem meum reficiam, quem jam tantopere exercui? ipse autem magna vi lapidum in unum collata, eos grandinis in morem feriam? BLEPS. Parce quæso mittere, Timon: abimus enim. TIM. At ego certe sine cruore & vulneribus ne abeatis faxo.

τά σε, ὦ Θρασύκλεις· πρὸ γῆν ἡ πήρα, εἰ δοκεῖ, φέρε σοι τὴ κεφαλὴν ἐμπλήσω κονδύλων, ἐπιμετρήσας τῇ δικέλλῃ. ΘΡ. ὦ δημοκρατία, ὦ νόμοι, πασιόμεθα ὑπὸ τῶ κάλαστε ἐν ἐλευθέρᾳ τῇ πόλει; ΤΙ. τί ἀγανακτεῖς, ὦ γαθὲ Θρασύκλεις; μῶν πεφακέκρυσμαί σε; ὦ μὴν ἐπεμβαλῶ χοίνικας ὑπὲρ τὸ μέτρον τέτταρας.

Ἀλλὰ τί τοῦτο; πολλοὶ ξυνέρχονται· Βλεψίας ἐκεῖνος, ὦ Λάχης, ὦ Γνίφων, ὦ ὅλως τὸ σύνταγμα τῶν οἰμωξομένων. ὥστε τί οὐκ ἐπὶ τὴν πέτραν ταύτην ἀνελθὼν, τὴν μὲν δίκελλαν ὀλίγον ἀναπαύω πάλαι πεπονηκυῖαν, αὐτὸς δὲ ὅτι πλείστους λίθους ξυμφορήσας, ἐπιχαλαζῶ πόρρωθεν αὐτούς; ΒΛ. μὴ βάλλε, ὦ Τίμων· ἄπιμεν γάρ. ΤΙ. ἀλλ' οὐκ ἀναιμωτίγε ὑμεῖς, οὐδὲ ἄνευ τραυμάτων.

f Μῶν] Τίμων R. vocem dividit *T. Faber* τί; μῶν π.

66. *Παρακέκρουσμαί σε*] * Ἠπάτων σε ἐν οἷς ὀλίγον περὶ τοῦ πλούτου. *V.*

* Ἠπάτων] Quid sit ἴπαλτων, ignoro. Lege ἠπάτων, *decipiebam.* *J. J.*

Lege ἐπάτων sed reliqua hujus scholii absurda sunt; agitur enim de pugnis. *M. du S.*

& in omnibus legitur. Sic enim gradatim melius ad summam, quam captat, ascenditur. *M. du S.*

57. Δύο μεδ. χωρ. Αἰγ.] Medimnus Atticus circiter octoginta libras tritici continebat, AEgineticus plures. Auri vero plus quam, ut opinor, quinquagesies tritico gravioris tantum pondus complexa esset ejusmodi pera, ut viginti camelis opus fuisset ad eam bajulandam. Insaniam Pseudophilosophi graphice describit *Lucianus.* *J. C.*

Μεδ . . . Αἰγ.] V. *Leon Porcius* AG. IX, 1483. Drachma etiam Æginetica dupla fere Atticæ drachmæ fuisse traditur. Attica VII. Solidorum sive denariorum Anglicorum, Æginetica XII. seu unius *Shilling.* *M. du S.*

Μεδίμνους Αἰγινητικούς] *Modios* etiam *Faber: medimnos* transferre debuerat: vid. *Perizon.* ad *AElian.* V. H. VI. c. 12. Eodem nomine *Strabonis* Interpretem reprehendit *Hostius* de Mens. Gr. c. VI. Multis error communis: neque tamen non verum est, Graecos recentiores μόδιον & μεδίμνου nonnunquam confundere. Medimni, aliusve aridorum mensurae AEgineticae nusquam reperi mentionem factam: propterea negare nolim, ut ponderibus & pecuniae pretio Atticos AEginetae praecesserunt, sic & mensurarum magnitudine. Sed fieri potest, ut, quod de ponderibus & nummis erat certum, ridicule *Lucianus* ad mensuram traduxerit. Mox φιλοσοφοῦντα contra Ed. *J.* auctoritatem servavi. *Noster* in Peregr. §. 30. Χρυσῷ σαξάμενος πήρην. *T. H.*

59. Φιλόσοφον] Ex Ed. *J.* Reliquæ φιλοσοφοῦντα. *M. du S.*

63. Ἐπιμετρήσας τῇ δικέλλῃ] Recte quidem Interpretes: sed malim ἐπιμ. τὴν δικέλλαν, *caput tuum pugnis implebo, atque insuper ligonem admetiar.* Olim in mentem venerat: τὴν κεφ. ἐμπ. κονδυλῶν vel κονδυλῶν, ἐπιμετρήσας τῇ δικέλλῃ, *caput tuum implebo tumoribus ligone admensus:* sunt certe κονδύλαι vel κονδυλαὶ, ἀνοιδήσεις in *Hesychio, tubercula, tumores*, etiam tales, qui ex ictibus impactis oriuntur: *Schol. Aristoph.* ad Acharn. v. 1180. ἀπὸ τῆς πληγῆς κονδύλῳ ἐποίησεν αὐτὸς ὁ Λάμαχος. Verum insolentius videtur vocabulum, quam ut *Lucianum* deceat. *T. H.*

Ibid. Ὦ δημοκρατία] Vid. *Herald.* Obs. & Emend. c. 48. *T. H.*

75. Ἐπιχαλαζῶ] *Noster* in Gall. §. 22. καὶ ἐχαλάζησας αὐτῶν ἀφθόνους τοὺς λίθους. *Saxa grandine plura: Ovid.* Ib. v. 470. De telorum, lapidum &c. *nimbis, imbribus*, quae valde sunt Latinis usitata, *Franc. Juret.* ad *Paulin.* de Vit. Martin. III. v. 453. *T. H.*

76. ΑΝΔΡΕΣ] Sic ex conjectura scribere lubuit. In quibusdam enim nihil erat; in Fr. vero P. S. & A. ΒΛ. quasi unus hoc clamaret Blepsias; cum una omnes exclamare territos & trepidantes, magis comicum sit, & simul verbis ἄπιμεν consonum. *M. du S.*

Ἀλ-

* Ἀλκυὼν, ἢ περὶ Μεταμορφώσεως.

Halcyon, ſeu de Transformatione.

ΧΑΙΡΕΦΩΝ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

CHAEREPHON, SOCRATES.

ΧΑΙΡ.

CHAER.

ΤΙΣ ἡ φωνὴ προσέβαλεν ἡμῖν, ὦ Σώκρατες, πόρρωθεν ἀπὸ τῆς αἰγιαλῶν καὶ ἀκρας ἐκείνης; ὡς ἡδεῖα ταῖς ἀκοαῖς. τί ποτ' ἄρ' ἐστὶ τὸ φθεγγόμενον ζῷον; ἄφωνα

II. QUae iſta vox nos pepulit, o Socrates, eminus a littoribus, illoque promontorio? quam ſuavis auribus? quodnam eſt tandem animal illud vocem edens? etenim muta

Ἀλκυὼν ὄρνις μέγεθος μὲν ἴση μικρῇ τρυθῇ, χροιὰν δὲ * ποικίλῃ· ἔστι γὰρ ἀναμὶξ χλωρὰ, κυανῆ, ὑποπόρφυρος. βάμμος ἔχουσα λεπτὸν, ἐτιμηκὲς, χλωρόν. Διαιτᾶται δὲ παρὰ τὰς τῆ Σικελικῆ πελάγους αἰγιαλοὺς, πέντε μόνας νυίσκουσα ὡά. οὐ βλάπτει τε τῆ ἰχθύος † πηγύσα τὴν καλιὰν παρὰ μόνων ἀνθρώπων φθείρεσθαι δυναμένην, ὑπ' ἄλλου δέ τινος τὸ παράπαν ἑ. Ἔστι δὲ σικύᾳ τὸ σῆμα ὁμοία ἰατρικῇ, ὡς εἶναι τὸ κύτος κοιλότερον αὐτῆς, τὸ στόμιον δὲ στενόν τε ἔτω κρύφιον, ὡς μόνῃ ταύτῃ εἶναι καὶ εἰσιτητὸν καὶ ὑγρίμιον· οὐ πάντι μὲ τῷ οἰκείῳ ἄρρενι μιγνυμένη καιρῷ, ‡ οὐ χειμῶνι δὲ νεοττεύουσα μίσῳ, ὡς ἑπτὰ ἡμέραις ἐργάζεσθαι τὴν κα-

λιὰν, ἔπτα δὲ τίκτειν καὶ τρέφειν τοὺς νεοττούς. Τὰς δὲ ἡμέρας τῦ τοκετοῦ φασιν ἱεράς. σπανίως δὲ φαίνεται, καὶ τότε κατὰ § Πλειάδος δύσεως καιρόν· ἐπικαθεζομένη τε § τῶν πετρῶν ᾄδει τι μέλος λιγυρόν. Ὅτε δὲ καὶ τὸ πέλαγος δὲ ἀνέμαντον καθάπαξ καὶ νήνεμον. Τῆς δὲ ἀλκυόνος ἡ μὲ μείζων ἄφωνος, ἡ δὲ ἐλάττων ᾠδική. πᾶσαι δὲ ἔτος ἀνθρωπόμορφοι πεφύκασιν, ὡς τὸ ἀρρένων γηρασκόντων ὑποπτᾶσθαί τε καὶ ἀμφέρειν αὐτοὺς, ἢ ἐκεῖνοι βούλοιντο· ἐπαποθήσκειν τε τοῖς τὰς οἰκείας θηλείας ὁπὸ τῆ ἀθρόους τε ὁ ἀπότους ἀμφιτιλῶ μὲ τὸ ἀρρένων τελαυτὴν· καλοῦνται δὲ κηῦκες, ᾗ ἂν μόνων εἴτις ἀκούσειε τὴν φωνὴν, σημεῖον ἔχειν παναλθὲς, ὡς φασιν, ὡς μὲ βραχύν τινα χρόνον τεθηξόμενοι. G.

* Ποικίλῃ] Lege ποικίλη. Haec ex variis auctoribus collata: vide *Ariſtotel.* περὶ Z. I. IX. c. 14. *T. H.*

† Πηγύσα] Πήγυσι. Modo pro ἐκ Σικέλης legendum eſt ἐκ βολόνης, quemadmodum ex *Ariſtotele* liquet. *T. H.*

‡ Ἐν χειμῶνι &c.] Vid. *Ariſtot.* Hiſt. Anim. V. c. 8. *M. du S.*

§ Τῶν πετρῶν] Ταῖς πέτραις, niſi majus vitium lateat. *T. H.*

¶ Ὧν μόνων &c.] Scribe: ὧν μόνον εἴτις ἀκ. τ. φ. σ. ἔχειν παν. quanquam μόνων retineri poteſt. *T. H.*

ΑΛΚΥΩΝ] Alcyonem hunc *Luciano* adſcriptum Leonis philoſophi Academici eſſe, teſtantur *Athen.* II. & *Laert.* in *Plat.* Nec Platoni hic dialogus elapſus eſt, ſicut nonnulli putant, quos Socratis perſona in errorem pellexit. Occaſio Dialogi a cantu Alcedinis. Pulcherrimum eſt commentum, in quo ſplendide de immenſa ſummi atque aeterni principis poteſtate diſſeritur, deque divinis rebus. *G. C.*

ΑΛΚΥΩΝ] Non eſt Luciani, ſed Leonis Academici, ſi *Antonio Mureto* ſua ſtat fides Or. IV. Luciani quidem prorſus non eſſe, tum dictio lenta & oſcitans, tum ſententiarum levitas, & argumentorum frigus, & deliriones arguunt ſatis. *Th. M.*

ΑΛΚΥΩΝ] Alcyon quidem non eſt *Luciani* ex animi ſententia loquentis, quippe Epicurei, & forte ex deterrimo Epicureorum genere, qui malos mores cum prava doctrina conjungebant: ſed poſſet eſſe *Luciani* animi cauſa Platonicum agentis. Profecto haec elegans eſt *Platonis* imitatio, ſed in qua hoc unum merito arguas futilitatis, quod ſerio narretur putidiſſima fabula, eique aptetur, quicquid in re gravi & comperta de divina potentia dici potuiſſet. Sed ſi dictorum ineptam occaſionem demſeris, & ſententias de divina potentia ſpectaveris ſeorſim, fatebere vix quicquam de ea melius poſſe dici. Ceterum de Alcyonis fabula vide *Steph. Clerici* Acad. Quaeſt. V. *J. C.*

ΑΛΚΥΩΝ] *Alcyonem* dialogum fuerunt olim qui *Platoni* tribuerent; ſed inter aperte nothos numerat *Diogenes Laërtius Platone* p. 84. C. Hunc autem ipſum Dialogum ex *Galei* Collectaneis aliisque ſatis conſtat, eum eſſe qui *Platoni* tribuebatur; cum ibi inter ejus opera, quamvis notatus, reperiatur. Leoni cuidam a Phavorino Philoſopho, teſte eodem *Diogene*, tribuebatur; unde ſatis liquet non poſſe *Lucianum* habere auctorem, qui *Laërtio* coævus, Phavorino junior fuit. Eum Leonem Academicum vocat Nicias Nicaenſis apud *Athenaeum* XI. *Muretus* etiam Or. IV. & *Tan. Faber* in Notis ad Phaedri fab. p. 173. C. Et ſane etiamſi haec teſtimonia non ſuppeterent, vix credibile fit *Lucianum* de Deorum vi & potentia tam recte ſenſiſſe & tam magnifice locutum. Vide *Biblioth. Caſar.* VII. p. 3. *Platoni* autem minime tribuerim, tum quia veteres rejecerunt, tum ob ea praecipue quae de duabus Socratis uxoribus in fine leguntur. *M. du S.*

4. Ἄφωνα] Cauſam adfert Ariſtoteles, quod his neque pulmo ſit, neque arteria neque guttur. *Horat.* in Odis: *O mutis quoque piſcibus Donatura cygni, ſi libeat, ſonum. Lucian.* in Gallo: πολὺ ἀφωνότερος ἐσο-

μαι

multa ſunt, quae quidem in aqua degunt. SOCR. Maritima quaedam, o Chaerephon, avis, Alcyon vocata, luctu lacrimisque abundans, de qua ſane vetus hominibus eſt conficta fabula: ferunt illam, quum mulier eſſet quondam, AEoli

ἐγὼ δὴ τά γε καθ' ὕδατος ἁλιτώμενα. ΣΩ. θαλαττία τις, ὦ Χαιρεφῶν, ὄρνις Ἀλκυὼν ὀνομαζομένη, πολύθρηνός τε καὶ πολύδακρυς· περὶ ἧς δὴ παλαιὸς ἀνθρώποις μεμύθευται λόγος. φασὶ γυναῖκά ποτε οὖσαν Αἰόλου τοῦ Ἑλλη-

μαι τῶν ἰχθύων adv. Indoct. μᾶλλον τῶν ἰχθύων ἀφωνότερος εἶ. *G. C.*

8. Παλαιὸς ἀ. μεμύθευται λόγος] Occaſio diſputationis fuit fabula de Ceyce & Halcyone. In hunc ferme modum habetur apud *Ovid.* Metam. lib. XI, 420. Ceyx Luciferi filius Trachiniae rex Alcyonem habuit uxorem; a qua cum prohibitus iſſet ad conſulendum Apollinem Clarium de ſtatu regni, naufragio periit: cujus corpus cum ad uxorem delatum fuiſſet in Trachinem, doloris impatiens illa in mare ſe praecipitavit. Poſtea miſeratione Thetidis & Luciferi converſi ſunt ambo in aves marinas, quae Graecis ἀλκυόνες dicuntur, Latinis Alcedones, ut ait *Varro* de L. L. lib. III. Hae, referente *Plinio* X. c. 32. ex *Ariſtotele*, paulo ampliores ſunt paſſere, colore cyaneo, collo gracili ac procero. Foetificant bruma, qui dies Graecis ἀλκυονίδες, Latinis *Halcyonia* vocantur. Neque apparent, niſi mari tranquillo, maxime Siculo. Faciunt autem ſeptem ante brumam diebus nidos, & totidem ſequentibus pariunt: unde *Mantuanus: Producit Ceycis aves ubi frigida bruma.* Hi dies & nautis ſunt noti: nam in his tempeſtatem non metuunt. Nidificant autem medio in mari. Nidi pilae figura paulum eminenti ore perquam anguſto, grandium ſpongiarum ſimilitudine, ex ſpinis aculeatis compacti, tanta duritie, ut ferro incidi nequeant. Franguntur ictu valido, ut ſpuma arida maris. De tranquillitate Halcyonidum dierum *Lucianus* hic: τὰς ἀλκυονίδας προσαγορεύομεν ἡμέρας ὁ κόσμος ἄγει. Hinc ductum eſt adagium iſtud Ariſtophanicum in Avib. v. 1593. Ἀλκυονίδας τ' ἂν ἤγετ' ἡμέρας ἀεί. id eſt, *Atque halcyonicos egeritis aſſidue dies*: hoc eſt, *tranquillam atque otioſam vitam. Plautus* in Poenulo Act. I. Sc. II, 142. *niſi mihi illam tam tranquillam facis, Quam mare eſt olim, cum ibi halcedo pullos educat ſuos.* Idem in Caſin. Prol. v. 26. *Halcedonia ſunt circa forum*; id eſt, tranquillitas & ſilentium. *Virgilius* inter prognoſtica futurae tempeſtatis hoc quoque refert Georg. I, 398. *Non tepidum ad ſolem pennas in litore pandunt Dilectae Thetidi alcyones* — Meminit harum & *Theocritus* Eid. VII. *Homer.* Il. K. *Servius* ad Virgil. Georg. I. Ceryli maris halcyonum *Theocritus* in Bionis morte: qui ubi conſenuit, a conjuge alis impoſitus geſtari dicitur: & talis conjugii amor eſt in his aviculis, ut, quum altera ex eis interiit, quae ſuperſtes eſt, longo tempore amiſſam ſociam lugubri voce deploret. Alii *cerylum* ab *halcedone* diſcernunt, ſed tamen de eodem genere eſſe ſtatuunt. *Ariſtot.* de Hiſtor. Anim. VIII. c. 3. etiam videtur diſcernere ab halcedonibus; attamen eundem locum & victum utri-

que tribuit. *Gaza carulum* vertit. *G. C.*

Παλαιὸς ἀ. μεμύθευται λόγος] De Alcyone & Alcedoniis copioſiſſime *Ulyſſ. Aldrovand.* Ornith. XX. c. 60. Is p. 511. ubi de hoc ſcripto mentionem facit, quum iſta chartae mandabat (*Varinus ejusdem* (Halcyonis) *Pauſaniam auctorem facere videtur: nam in voce* Κήρυλος *Pauſaniam ſcribit condidiſſe Alcyones*) in errorem incidit non mediocrem: qui facile poteſt deprehendi, ſi quis meminerit, ex *Euſtathio* ad Il. I. p. 776. eſſe depromta, quae *Phavorinus Camers* in Lexicon retulit in Ἀλκυονίδες ἡμέραι· nam ad vocem Κήρυλος nihil horum ſimile. Anſam autem labendi haec dederunt verba: Ἴσίον δὲ ὅτι κήρυλοι κατὰ Παυσανίαν εἰσὶν ἀλκυόσιν ἄρρενες &c. *Pauſanias* ille vocabularium dictionum Atticarum confecit, cujus etſi permulta, vellem tamen pro ſuis multo plura deſcripſiſſet verboſus Homeri Commentator. *T. H.*

9. Αἰόλου τοῦ Ἕλληνος θυγατέρα] *Auguſtinus Datus* cum *Benedicto*, *Æoli Graci filiam.* Scilicet ut plures ad verba attendunt, non ad rem vel *Luciani* ſententiam, qui volebat *ajunt mulierem quondam, Æoli filiam, Hellenis neptem*, vel ex *Ovidii* libro XI. Metam. ubi Halcyone vocatur *Æolis*, vel ex *Dicaearcho*, cujus verba ſunt: ἡ γὰρ Ἑλλὰς τὸ παλαιὸν ὅσα ποτὶ πόλις ἀφ' Ἕλληνος τοῦ Αἰόλου ἐκλήθη τε καὶ ἐκτίσθη· quae loquutio non minus notat patrem Æoli fuiſſe Hellena, quam filium. Contrario modo impingunt in Hermotimo §. 39. verba Graeca Εὐανδρίδου τοῦ Ἠλείου interpretantes *Euandrida, Elei filio*, quum patria, non pater deſcribatur. *J. G.*

Αἰόλου τοῦ Ἕλληνος] Æolum hunc, ut vides, filium Hellenis facit: uti & *Apollodorus*, p. 11. l. 16. Vide etiam *Fambl.* n. 242. *Hygin.* F. CXXV. Alius vulgo Hippotae filius traditur, Hippotae ex filia nepos. *M. du S.*

Αἰόλου τοῦ Ἕλληνος] AEolum Hellenis filium omnes faciunt Scholiaſtae veteres *Theocr.* ad Eid. III, 45. *Pindar.* ad Pythion. Δ, 190. *Apoll. Rhod.* ad I, 143. *Procl.* in *Heſiod.* p. 46. *Plin.* H. N. VII, 56. p. 480. AEolus Hippotae filius ab hoc eſt diverſus, ut liquet ex *Diodoro Sic.* IV. p. 188. ad quem *Rhodomannus* contexuit AEolidarum ſeriem. *Dicaearchi*, quem *Gronovius* adtulit, locus eſt corruptus: *Salmaſ.* de L. Hell. p. 355. Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος reponendum ſancit: *Palmer.* Gr. A. p. 8. *Gronovio* praeivit, intelligendumque ſtatuit Ἕλληνος πατρὸς τοῦ Αἰόλου· verum, ut *Dicaearcho* ſecum conveniat, legendum eſt ἀφ' Ἕλληνος τοῦ Διός· mox ipſe: Ἑλλὰς μὲν ἔν ἐσιν, ὥσπερ μικρῷ πρότερον εἰρήκαμεν, ἣν ὁ Διὸς Ἕλλην ἔκτισεν· ſi literis grandioribus ΑΙΟΛΟΥ ſcribatur, origo vitii ſtatim patet. Vid. *Clem.* Strom. VI. p. 679. A. *T. H.*

Ἕλλην☞ θυγατέρα, κυρίδιον ἄνδρα τ̓ ἑαυτῆς τεθνεῶτα θρηνεῖν πόθῳ φιλίας, Κήυκα τ̓ Τραχίνιον, τ̓ Ἑωσφόρῳ ☞ ἀστέρος, καλῷ πατρὸς καλὸν υἱόν· εἶτα δὴ πλεγωθεῖσαν ὑφ̓ τινα δαιμονίαν βάλησιν, εἰς ὄρνιθος τρόπον περιπέτεαν τὰ πελάγη, ζητοῦσαν ἐκεῖνον· ἐπειδὴ πλαζομένην γῆν τε καὶ πᾶσαν, οὐχ οἵά τ̓ ἦν εὑρεῖν.

Hellenis filii nata, maritum, qui virginem duxerat, ſuum fato functum luxiſſe deſiderio conſuetudinis, Ceycem Trachinium Lucifero prognatum, pulcri parentis filium pulcrum; deinde vero alis inſtructam divina voluntate in avis morem circumvolitare maria, quaerentem illum, quandoquidem oberratis terris omnibus non poterat invenire.

ΧΑΙΡ. Ἀλκυὼν τοῦτ̓ ἔστιν, ὃ σὺ φῄς; ἐμὲ πώποτε πρόσθεν ἠκηκόειν τὴν φωνῆς, ἀλλά μοι ξένη τις τῷ ὄντι προσέπεσε. γοώδη γοῦν ὡς ἀληθῶς τ̓ ἦχον ἀφίησι τὸ ζῷον· πηλίκον δέ τι κῆ ἐστί, ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. ἐ μέγα· μεγάλως μέντοι ὑφ̓ τ̓ φιλανδρίαν εἴληφε [a] παρὰ θεῶν τιμήν· ὅτι γὰρ τῇ τούτου νεοττείᾳ καὶ τὰς Ἀλκυονίδας προσαγορευομένας ἡμέρας ὁ κόσμος ἄγει, τὴν χειμῶνα μέσον

CHAER. Alcyon id eſt, quod tu dicis? nunquam ante audiveram ejus vocem, quae mihi inſolens revera accidit: flebilem ergo plane ſonum emittit animal iſtud: quali autem corporis eſt magnitudine, o Socrates? SOCR. Non magnum: attamen magnum ob ſingularem mariti amorem accepit a Diis praemium: quum enim nidulatur, halcyonios etiam, qui vocantur, dies mundus agit, hyeme medio

a Παρὰ] Sic *F.* ceterae omnes περί.

10. Κυρίδιον ἄνδρα] Vid. Reineſ. ad Inſcr. Cl. XIV. n. 3. *Ceyx Heſperi ſive Luciferi & Philonidis filius: Hygin.* F. LXV. ubi vide *Munckerum. Clem.* Protr. p. 35. D. Κήυξ μὲ Αἰόλου Ζεὺς ὑπὸ τ̓ Ἀλκυόνης τ̓ γυναικὸς, Ἀλκυόνη δὲ αὖθις ὑπὸ τῆ ἀνδρὸς Ἥρα προσαγορδυομένη· cum ceteris in gratiam redibit *Clemens*, ſi modo unam vocem ſedem mutare juſſeris: Κήυξ μὲ Ζεὺς ὑπὸ τ̓ Αἰόλου Ἀλκυόνης &c. *Schol. Homer.* ad Il. I, 558. *Schol. Ariſtoph.* ad Av. v. 251. Huic in transcurſu foediſſimam labem eximemus: ἡ δὲ (Alcyon) ἄγαν σφόδρα παθῶς ἀδύρεῖο τ̓ τῆ ἀνδρὸς θάνατον ὥδε τ̓ Σίλλᾳ· imo vero ὥδε τ̓ αἰγιαλῷ. *Noſter* etiam in initio, ἀπὸ τ̓ αἰγιαλῶν, & plerique alii halcyonem ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς quiritari tradunt. *T. H.*

11. Κήυκα . . .] Rex erat Trachine. Cum noſtro ſentit Hyginus f. 125. *Clemens Alex.* Ceycem Aeoli filium facit, non Halcyonem p. 22. A. de Regibus verba faciens qui ſibi Deorum nomina aſſumpſerunt; Κῆυξ μὲ, inquit, Αἰόλου ΖΕΥΣ ὑπὸ τ̓ Ἀλκυόνης τ̓ γυναικὸς. Ἀλκυόνη δὲ αὖθις ὑπὸ τῆ ἀνδρὸς ΗΡΑ προσαγορδυομένη. Sed & *Theocriti Scholiaſtes* cum *Luciano* facit p. 287. B. *M. du S.*

12. Τῆ ἀστέρ☞] Sic legendum, ut edidimus, litera minuſcula. V. *Heſiod.* Θ. 381. & *Schol. Homer.* ad Il. I, 558. Neque enim nomen proprium eſt ut ſomniarunt illi. V. *Ovid.* Met. XI. 271. Auroræ is filius. Apud *Apollodorum* tamen Ἑωσφόρ☞ dicitur Ἀστραίου ejusque filius Ceyx dicitur p. 11. l. 20. *M. du S.*

24. Περὶ θεῶν] Forte legendum ὥδε. Ad hanc fabulam alluſit *Euripid.* Iph. in Taur. v. 1989. *G. C.*

Παρὰ θ.] Turpiſſime hic mendo omnes ferme libri foedantur, cum περὶ pro ὥδε obtrudunt; cum tamen proclive ſit ex ſimilibus *Luciani* locis hunc etiam emendare. Vide finem hujus ipſius dialogi: τιμῆς οὐκ ἔτυχες ὥδε θεῶν, in omnibus recte. Sic l. II. ver. hiſt. c. 3. ταύτῃ παρὰ τῆ Ποσειδῶν☞ λαβοῦσα τὴν τιμήν, recte iterum in omnibus. At in eodem libro c. 33. errarunt iterum plerique: in *Fl.* tamen, uti & hic, & in *P.* recte eſt ταύτης — ΠΑΡΑ τῆ Ἵππου λαχὼν τ̓ τιμῆς. Notandum autem in Aldina ſæpius reperiri π̓ (quod proprie eſt περὶ) poſitum pro παρὰ, ut in hoc poſtremo loco, & in *Dial. Diog. & Herc.* ubi γεγάμηκε τὴν Ἥβην π̓ τοῖς θεοῖς, ab aliis, excepta Fr. lectum aut emendatum eſt in παρὰ τ. θ. ut in fine ejusdem παρὰ τοῖς νεκροῖς. Cum hæc ſcriberem nondum Florentinam videram, quæ recte hoc in loco legit παρά. *M. du S.*

Περὶ θεῶν] Παρὰ pro περὶ certiſſimum eſt: in multis explorata linguae ratio contra quicquid eſt Codicum Mſſ. valet. Simillime *Plato* de cicadis in Phaedr. p. 1230. B. ὃ γέρας ἔχουσι παρὰ θεῶν & mox, γέρας τοῦτο παρὰ Μουσῶν λαβόν· quae plus una vice *Aelianus* de Anim. eſt imitatus. *Euripid.* Hel. v. 15. Προγόνου λαβοῦσα Νηρέως τιμὰς παρά. Cum his egregius locus eſt *Plutarchi* comparandus de Sol. Anim. p. 982. F. τόν☞ γ̓ γενέσεις ☪ τόκους ☪ ὠδῖνας ὁ Διὸς ἔτως ἐτίμησεν; mox: τῇ δὲ ἀλκύονι τικτούσῃ περὶ τροπὰς πᾶσαν ἴσησι θάλασσαν ἀκύμονα ☪ ἀσάλευτον· tum φιλανδρ☞ μὲ ἔτως ἐτὸ &c. De Alcyoniis quid aliis indictum ſuperſit, ſunt ſane non pauca, nunc operoſius inveſtigare non lubet: vide *Suid.* in Ἀλκυονίδες ἡμέραι & *Kuſter. Varro* apud *Nonium* p. 145, *Dies deinde illos, quibus Halcyones hyeme in aqua nidulantur, eos quoque ſeptem eſſe dixit.* *T. H.*

Ibid. Ἐπὶ γὰρ τῇ τ. νεοττιᾷ] *Henr. Stephan.* Theſ. L. G.

dio praecipuos ſerenitate, quorum eſt etiam hodiernus hicce quam maxime. Nonne vides ut ſerena ſint ſuperna, fluctibusque careat & tranquillum ſit totum pelagus, conſimile, ut ita dicam, ſpeculo. CHAER. Recte dicis: videtur enim halcyonius hodiernus eſſe dies; & heri utique talis erat. Sed per Deos qua tandem re fidem oportet haberi iis, quae initio ſunt dicta, o Socrates, ex avibus mulieres unquam extitiſſe, aut aves ex mulieribus? nihil enim omnium eſt, quod minus fieri videatur poſſe.

3. SOCR. O care Chaerephon, videmur equidem eorum, quae fieri poſſunt, quaeque non, hebeti prorſus acie quidam eſſe judices: exigimus enim vero ea ſecundum facultatem humanam, quae neque noſſe, nec credere, nec cernere valet: multa proinde apparent nobis

σον ἀφαφέρσας ταῖς εὐδίαις, ὧν ἐστὶ καὶ ἡ τήμερον [b] παντὸς μᾶλλον. ἆρ' οὐχ ὁρᾷς ὡς αἴθρια μὲν τὰ ἄνωθεν, ἀκύμαντον δὲ καὶ γαλήνιον ὅπαν τὸ πέλαγος, ὅμοιον ὡς εἰπεῖν κατόπτρῳ; ΧΑΙΡ. λέγεις ὀρθῶς. φαίνεται γὰρ Ἀλκυονὶς ἡ τήμερον ὑπάρχειν ἡμέρα, καὶ χθὲς δὲ τοιαύτη τις ἦν. ἀλλὰ πρὸς θεῶν, [c] τῷ ποτε χρὴ πειθῆναι τοῖς ἐξ ἀρχῆς, ὦ Σώκρατες, ὡς ἐξ ὀρνίθων γυναῖκές ποτε ἐγένοντο, ἢ ὄρνιθες ἐκ γυναικῶν; παντὸς γὰρ μᾶλλον ἀδύνατον φαίνεται πᾶν τὸ τοιοῦτον.

ΣΩΚ. Ὦ φίλε Χαιρεφῶν, ἐοίκαμεν ἡμεῖς τ' δυνατοῦ τε καὶ ἀδυνάτων ἀμβλυωποί τινες εἶναι κριταὶ πανελῶς. δοκιμάζομεν γὰρ δὴ κατ' δύναμιν ἀνθρωπίνην ἄγνωστον ὄσαν, καὶ ἄπιστον, καὶ ἀόρατον· πολλὰ δὴ φαίνεται ἡμῖν καὶ

[b] Παντὸς] Πάντων P. L. *J.* atque inde margo *AIW.* [c] Τῷ] Priores Edd. τῷ. Πῶς L.

G. T. II. p. 1040. B. profert, ἐπὶ γὰρ δὴ τούτου νεοττιᾷ. quod alicubi repererit, an ita ſcribendum judicarit, haud equidem ſcio. Particulae certe γὰρ δὴ mox §. 3. alibique a *Luciano* conjunctae, & ad hunc locum apte ſatis conveniunt. *T. H.*

25. Ἀλκυον.] Ἀλκυονίδες, ἡμέραι τινὲς τ' ἀριθμὸν ιδ'. γαλῆναι, αἱ ἐν αἷς νοσεῖ ἡ ἀλκυών. *Heſych.* *A. V.*

26. Κατὰ χειμῶνα μέσον ἀφαιρούσας ταῖς εὐδίαις] Certe non debuerunt haec intelligi & verti aut cum Dato *tranquillitatis differentis*, aut cum Benedicto *media hieme ab aliis ſerenitate differentes*, ſed *eminentes*, *eximias*, quod putidum fere eſt monere, quum ut paſſim, tum in *Luciano* millies occurrit. *J. G.*

28. Παντὸς μᾶλλον] *Plato* p. 53. A. Variant autem hic libri. P. L. & *J.* πάντων habent. Reliqui impreſſi παντός. Neutrum probo. *M. du S.*

29. Γαλήνιον] Adducit haec verba *Andr. Rivin.* de Ven. Sal. & Mal. §. 35. Modo παντὸς μᾶλλον an πάντων ſcribas, nihil intereſt: utrumque aeque commodum; formula quaedam ſolennis abſolute ſic ponitur, ut genus nominis, ad quod videtur referri, non curet: ita diceres, hic ſcribi debuiſſe πάσης vel πασῶν, ſcilicet ἡμέρας aut ἡμερῶν. In *Platone* & *Xenophonte* nihil eſt frequentius: mox: παντὸς γὰρ μᾶλλον ἀδύνατον φαίνεται. *T. H.*

33. Τῷ ποτε] Ante τί ποτε. *F. G.*

Τῷ] Accentus amovendus: τῳ vel τινι. Saepius ea in re peccatur: vide ad Πρ. εἴ τι Α. §. 4. Dial. D. III. & *Ritterhuſ.* ad *Porphyr.* de V. P. p. 14. *T. H.*

34. Τοῖς ἐξ ἀρχῆς] *Benedictus*: *quomodo priſcis hominibus habenda eſt fides?* a quibus ſcilicet haec fabula fuit propagata: neque diffiteor dici poſſe τοὺς ἐξ ἀρχῆς pro τοῖς ἀρχαίοις· ſed melius ad ſententiam congruit, quod dedi: atque ita fere *M. du Soul*, qui verterat: *quid eſt, quod iis fidem faciat, quae a te dicta ſunt, o Socrates.* Idem Vir Doctiſſimus, quae paulo poſt ſequuntur, δοκιμάζομεν γὰρ δὴ κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην &c. hunc in modum fuit interpretatus: *Ex humana enim potentia ignotam, incredibilem & inviſibilem aeſtimamus.* Multum diſſentio; quippe cui placuerit is verborum ſenſus, quem jam ante priores Interpretes *Datus* & *Benedictus* probarant. Δοκιμάζειν κατὰ δ. vereor, ut illa poteſtate ſatis ſit Graecum: tum ſcribendum fuerat, τὴν ἄγνωστον ὄσαν &c. ſcilicet θεῶν δύναμιν, de qua tamen nullam adhuc mentionem fecit. Ἄγνωστος, ἄπιστος, ἀόρατος hujusque generis vocabula quamplurima utraque agendi & patiendi virtute gaudent. Vide *Thom. Mag.* in Ἀθέατος. Ἀμετρητος. Ἀνέρασος. Ἀπρονόητος. Ἀσύντος. Ἄφθονος. Ὑποπτος· quaedam notavit *Jer. Hoelzlin.* ad Apollon. Rh. II, 956. plura *AEm. Portus* Lex. Jon. in Ἄκριτος· fit tamen nonnunquam, ut Interpretes fallant: ſic in *Phalarid.* Ep. 98. τὸ ἀνεξέταστον πλῆθος, *vulgus*, *quod nihil expendit*, *aut ex vero aeſtimat.* In utriusque autem loci verſione non erat, cur vel minimum amplius haeſitarem, poſtquam magnum in hanc partem momentum accedebat limatiſſimum *Petri Weſſelingii* judicium. *T. H.*

38. Ἐοίκαμεν] Hic ἐοίκαμεν εἶναι perinde eſt, ac ἐσμέν, *ſumus*: nam interdum ἔοικε non eſt dubitantis ſed affirmantis. Vid. *AEgid. Menag.* ad *Diogen. Laertii* lib. IX. S. 73. *J. C.*

Ἐοίκαμεν ἡμεῖς &c.] Ad ſimilem *Iſidori Peluſiotae* ſententiam II. Ep. 117. haec notavit *Rittershuſius*: ejus generis alia *Pricaeus* ad *Apul.* Mileſ. I. p. 8. *T. H.*

καὶ τῶν εὐπόρων ἄπορα, καὶ τῶν ἐφικτῶν ἀνέφικτα· συχνὰ μὲν καὶ δι' ἀπειρίαν, συχνὰ δὲ καὶ διὰ νηπιότητα φρενῶν· τῷ ὄντι γὰρ νήπιος ἔοικεν εἶναι πᾶς ἄνθρωπος, καὶ ὁ πάνυ γέρων, ἐπεὶτοι μικρὸς πάνυ καὶ [a] νεογιλὸς ὁ τοῦ βίου χρόνος πρὸς τὸ πάντα αἰῶνα. τί δ' ἂν, ὦ ἀγαθὲ, οἱ ἀγνοοῦντες τὰς τῶν θεῶν καὶ δαιμονίων δυνάμεις ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν, πότερον δυνατὸν ἢ ἀδύνατόν τι τῶν τοιούτων; ἑώρακας, Χαιρεφῶν, τρίτῳ ἡμέραν ὅσος ἦν ὁ χειμών; καὶ ἐνθυμηθέντι γάρ [b] τοι δέος ἐπέλθοι καὶ τὰς ἀστραπὰς ἐκείνας καὶ βροντὰς, ἀνέμων τε ἐξαίσια μεγέθη· ὑπέλαβεν ἄν τις τὴν οἰκουμένην ἅπασαν καὶ [c] δὴ συμπεσεῖσθαι.

Μετὰ μικρὸν δὲ θαυμαστή τις κατάστασις εὐδίας ἐγένετο, καὶ διέμεινεν αὕτη γε ἕως τοῦ νῦν· πότερον δὲ οἴει μεῖζόν τι καὶ ἐργωδέστερον εἶναι, τοιαύτῃ αἰθρίαν ἐξ ἐκείνης τῆς ἀνυποστάτου λαίλαπος καὶ ταραχῆς μεταθεῖναι, καὶ εἰς γαλήνην ἀναγαγεῖν τὰ ἅπαντα κόσμου, ἢ γυναικὸς εἶδος μεταπλασθὲν εἰς ὄρνιθός τινος ποιῆσαι; τὸ μὲν γοῦν τοιοῦτο, καὶ τὰ παιδάρια

& factu facilium difficilia; & eorum, ad quae pertingere datur, ardua; haec quidem pleraque propter imperitiam, alia etiam non pauca ob infantiam mentis: re enim vera infans videtur esse omnis homo, etsi vel valde senex, quandoquidem exiguum plane, & infantiae instar vitae spatium ad omne aevum. Quid autem, o bone, qui vires Deorum Geniorumque ignorant, dicere habeant, utrum talium rerum fieri aliquid possit, nec ne? Vidisti, Chaerephon, nudius tertius quanta fuerit hyems: quin & animo repetentem metus invadat & ista fulmina ac tonitrua, ventorumque ingentes furores: existimasset aliquis, tellurem totam utique fuisse collapsuram.

4. Paulo autem post mirifica quaedam extitit compositi coeli serenitas. Jam tu utrum majus quiddam & operosius esse putas, ex isto turbine, qui vix subsisti poterat, ac confusione ad placatissimum nitorem mutatam coeli faciem referre, inque tranquillitatem revocare mundum universum, quam mulieris formam transmutatam in aviculam quandam facere? nam ad eum sane modum & pueruli in-

a Νεογιλὸς] νεογιλλὸς Schol. νεογνὸς C. d Τοι] τὸ Margo *AIW.* male. c Δὴ] ἤδη P. L. Margo *AIW.*

43. Ἀνέφικτα] Ἀδύνατα καὶ ἀληπτὰ εἶναι. *V.*
47. Καὶ νεογιλὸς] Ἀντὶ τοῦ νέογνος, * νεογέννητος, νεογενής. *V.C.*

* Νεογέννητος, νεογ.] Has utrasque voces adjecit *M. du Soul.* monens praeterea reponi debere νεογιλὸς. *T. H.*

45. Τῷ ὄντι γὰρ νήπιος ἔοικεν εἶναι πᾶς ἄνθρωπος, καὶ ὁ πάνυ γέρων] Ineptissime Benedictus, *revera enim omnis homo infans est, maxime vero senex*; quum longe accommodatius Datus, *Omnis namque homo infans utique videtur esse, vel ultima senectute provectus*, quae verissima *Luciani* mentis expressio. *J.G.*

Ibid. Νήπιος] Expressit illud Ægyptiorum Soloni dictum apud Platonem, *Graecos semper pueros.* Suam autem sententiam validioribus longe quam illi argumentis firmat. Sic & *Seneca* apud Lactantium II, 4. *Non*, inquit, *bis pueri sumus, ut vulgo dicitur, sed semper. Verum hoc interest, quod majora nos ludimus.* *M. du S.*

47. Νεογιλὸς] Vox *Polluci* improbata, qui hunc in modum est refingendus II, 8. τὸ δὲ νεογιλὸς ἢ νεογιλὸν, εἰ ἐξ Ἰσαίου εἴρηκεν ἐν τῷ κατὰ Ἀριστάρχου, ἐ δόκιμον. Νεογιλαῖος per me licet exultatum abeat e Graeca lingua: ibi protulit hunc locum *Jungermannus.* Sententia persimilis *Hipparchi* Pythag. apud *Stob.* p. 573. Ὡς πρὸς τὸν ξύμπαντα αἰῶνα ἐξετάζοντι βραχύτατον ἔχοντες οἱ ἄνθρωποι τὸν τῆς ζωῆς χρόνον. *T. H.*

56. Ἤδη] Ex P. & L. hoc, in impressis enim καὶ δὴ legebatur. *M. du S.*

Καὶ δὴ] Minime mutandum. *Aristoph.* Pl. v. 227. Καὶ δὴ βαδίζω. *Thesmoph.* v. 221. Apud *Platonem* sacpissime. *T. H.*

61. Ἀνυποστάτου] Ἀνυποστάτοις χειμάρροις *Julian.* Or. I. p. 34. C. Agit de hac voce *Is. Casaubon.* ad Athen. III. c. 20. Mox in illis εἰς ὀρνιθός τινος abesse potest εἰς. *T. H.*

65. Τὰ παιδάρια τὰ παρ' ἡμῶν] Vid. *Gataker.* ad *M. Antonin.* VII. § 23. *T. H.*

68. Πολλὰς ἰδιῶν φύσεις] *Multas specierum naturas*: imo πολλῶν ἰδιῶν φύσεις, *multarum specierum naturas*: quamquam impropria hic est ea locutio. *J.C.*

85. Τεχνῶν] Recte viderat *Benedictus* uti & *Marcilius*

inter nos, qui quidem fingere ſciunt, luto cerave ſumta, facile ex eadem ſaepe materiae mole fingunt refinguntque multas formarum naturas. Deo enimvero magnam habenti virtutis praeſtantiam neque omnino comparandam ad noſtras agendi vires, ad manum eſſe credere par eſt omnia iſtiusmodi atque in facili poſita. Atenim totum coelum quanto tandem temet ipſo videatur majus, indicare tu poſſis?

τὰ παρ' ἡμῖν, τὰ πλάττειν ὅπως ἁμμα πηλοῦ, ἢ κηρὸν ὅταν λάβῃ, ῥᾳδίως ἐκ τοῦ αὐτοῦ πολλάκις ὄγκου μεταχηματίζῃ πολλὰς ἰδέων φύσεις. τῷ δαιμονίῳ δὴ μεγάλην καὶ συμβλητὴν ὑπεροχὴν ἔχοντι πρὸς τὰς ἡμετέρας δυνάμεις, εὐχερῆ τυχὸν ἅπαντα τὰ τοιαῦτα, καὶ λεῖα· ἐπεὶ τ' ὅλον οὐρανὸν πόσῳ τινὶ σαυτῷ δοκεῖς εἶναι μείζω, φράσαις ἄν;

5. CHAER. Quis autem hominum, o Socrates, intelligere queat, aut dicendo efferre tale quicquam? neque enim verbis illa conſequi licet. SOCR. Nonne vero animadvertimus, hominum, inter ſeſe ſi conferantur, magnum aliquod eſſe discrimen, quo alius alium ſuperet, virium imbecillitatisque? nam virorum aetas ad pueros prorſus infantes, quinque, ſi lubet, a partu, aut decem diebus, comparata admirabilem plane habet differentiam roboris & infirmitatis in omnibus propemodum per vitam actionibus, & iis, quaecumque manibus iſtis tam artificibus, & corpore & animo perficiunt: iſta enim novellis, ut dixi, puerulis ne in mentem quidem venire videntur poſſe.

ΧΑΙΡ. Τίς δ' ἀνθρώπων, ὦ Σώκρατες, νοῆσαι δύναιτ' ἂν, ἢ ὀνομάσαι τι τῶν τοιούτων; οὐδὲ γὰρ εἰπεῖν ἐφικτόν. ΣΩΚ. οὐκοῦν δὴ θεωρῶμεν ἀνθρώπων πρὸς ἀλλήλους συμβαλλομένων μεγάλας τινὰς ὑπεροχὰς ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἀδυναμίαις ὑπαρχούσας. ἡ γὰρ τῶν ἀνδρῶν ἡλικία, πρὸς τὰ νήπια παντελῶς βρέφη, τὰ πεμπταῖα ἐκ γενετῆς, ἢ δεκαταῖα, θαυμαστὴν ὅσην ἔχει τὴν διαφορὰν δυνάμεώς τε, καὶ ἀδυναμίας, ἐν πάσαις σχεδὸν ταῖς κατὰ τὸν βίον πράξεσι, καὶ ὅσα διὰ τῶν τεχνῶν τούτων ὅτῳ πολυμηχάνων, καὶ ὅσα διὰ τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς ἐργάζονται. ταῦτα γὰρ τοῖς νέοις, ὡς ἂν εἶπον, παιδίοις, οὐδ' εἰς νοῦν ἐλθεῖν δυνατὰ φαίνεται.

Καὶ

85. Τυχῶν] Γράφεται, τειχῶν. G.

lius & *Vorſtius*; ſic legendum, non τειχῶν quod in plerisque legitur. Emendationem eorum firmant Ed. *F.* & Codd. Mſſ. P. & L. *M. du S.*

Τειχῶν] Recepi, quod in *F. V2. S. A.* fuit expreſſum, itidemque in margine *AIW.* reliquae τειχῶν. In Exc. P. haec notantur: διὰ τῶν τειχῶν] γρ. τυχῶν ἢ τειχῶν. Aliud reperio in Exc. ex Chriſtoph. Longolii Luciano cum Mſſ. collato: διὰ τῶν χειρῶν (feſtinantis, ut auguror, deſcriptoris errore pro τειχῶν, ut legitur in A1. anni MDIII. ad cujus oram adlita fuit haec vetuſti Codicis collatio) τούτων] χειρῶν. τειχῶν τῶν. Praeterea χειρῶν habebant C. teſte *M. du Soul*: eoque pacto jampridem, antequam haec vidiſſem, legendum eſſe ſtatueram: neque me poenitet ſententiae priſtinae: licet enim τειχῶν adſpectu primo ſatis videatur accommodatum, ſi tamen attentius explores, nihil habet, quod ad praeſtantiam alterius lectionis comparari poſſit: nam primum αἱ κατὰ τὸν βίον πράξεις artes, quas homines exercent, jam ſimul complectebantur: deinde τούτων appoſitum prorſus languet, ac vigorem orationis interturbat: denique ὅσα διὰ τῶν τειχῶν τούτων ὅτῳ πολυμηχάνων ἐργάζονται ut ad reliquum dictionis nitorem, qui hoc in ſcripto perlucet, admodum reſpondeat, valde vereor. Contra χειρῶν adoptaveris, mox iſtae difficultates non ſolum evaneſcent, ſed omnia ita erunt opportuna, ut nihil magis. Τῶν χειρῶν τούτων, extollere manus & monſtrare Socratem crede, tanquam teſtes rei, quam proferebat, luculentiſſimas: ſunt autem revera manus, & vocantur πολυμήχανοι tum ab aliis, tum a *Galeno* de Uſu partium corp. hum. lib. I. & II. quia, ut ait *Ariſtot.* περὶ Ζ. M. IV. p. 106. ἡ χεὶρ ἔοικεν εἶναι οὐχ ἓν ὄργανον, ἀλλὰ πολλά· ἔτι γὰρ ὥσπερεὶ ὄργανον πρὸ ὀργάνων· propterea quod manus habeat, idcirco hominem eſſe ſapientiſſimum cenſebat Anaxagoras; quanquam melius, Galeno ſuffragante, rationem illam Ariſtoteles invertat, quia inter univerſum genus animalium ſapientiſſimus eſt, ideo datum eſſe homini a natura, ut manibus ſit praeditus. Hinc eadem opera patet, fruſtra fore, ſi quis objiciat, praeteriri potuiſſe facile manuum mentionem, quum mox ſequatur διὰ τοῦ σώματος· ratio enim non eſt in obſcuro, cur manus eximias habuerit, & dignas, quae prae ceteris corporis humani membris ſolae commemorarentur. *T. H.*

Καὶ ἡ ἰσχὺς δὲ ἡ ἑνὸς ἀνδρὸς τελείου τὸ μέγεθος, ἀμέτρητον ὅσην [a] ἔχει ἡ ὑπεροχὴν πρὸς ἐκεῖνα. μυριάδας γὰρ ἂν τοιούτων εἷς ἀνὴρ πάνυ πολλὰς χειρώσαιτ' ἂν ῥᾳδίως· ἡ γὰρ ἡλικία παντελῶς ἄπορος δήπου πάντων, καὶ ἀμήχανος ἐξαρχῆς συνακολουθεῖ τοῖς ἀνθρώποις καθ' Φύσιν. ὁπηνίκα οὖν ἄνθρωπος ὡς ἔοικεν ἀνθρώπου τοσούτῳ διαφέρει, τί νομίσομεν ἂν σύμπαντα οὐρανὸν πρὸς τὰς ἡμετέρας δυνάμεις φανῆναι ἂν τοῖς τὰ τοιαῦτα θεωρεῖν ἐφικνουμένοις; πιθανὸν οὖν ἴσως δόξει πολλοῖς, ὅσην ἔχει τὸ μέγεθος καὶ κόσμου ἡ ὑπεροχὴν πρὸς τὸ Σωκράτους ἢ Χαιρεφῶντος εἶδος, [b] τηλικοῦτον καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ τὴν φρόνησιν, καὶ διάνοιαν, ἀνάλογον διαφέρειν καὶ περὶ ἡμᾶς διαθέσεως.

Σοὶ μὲν οὖν καὶ ἐμοὶ καὶ ἄλλοις πολλοῖς τοιούτοις ἐσμέν, πόλλ' ἄττ' ἀδύνατα τὰ ἑτέροις πάνυ ῥᾳδίων. ἐπεὶ καὶ αὐλῆσαι τοῖς ἀναύλοις, καὶ ἀναγνῶσαι, ἢ γράψαι τοῖς ἀγραμμάτοις

6. Roboris autem unius viri adulti magnitudo immensum quantum illos supergreditur; adeo ut millia talium unus vir valde multa devicerit facillime: aetas enimvero penitus omnium indiga, quaeque nullis sibi machinis ipsa sufficiat ab initio hominibus adest comes naturae lege. Quandoquidem ergo homo, ut patet, homini tantum interest, quid existimabimus omne simul coelum ad nostras vires illis visum iri, qui talia contemplari valent? probabile scilicet videbitur multis, quantum magnitudo mundi superat Socratis aut Chaerephontis speciem, tantum quoque potentiam ejus ac sapientiam atque intellectum pro ratione antecedere facultatum nostrarum dotes.

7. Proinde tibi mihique ac multis aliis nostri similibus multa quidem impossibilia sunt eorum, quae aliis valde facilia: nam & tibias inflare artis expertibus, & legere aut scribere illiteratis mul-

a Ἔχει] ἴσχειν, nisi quod typorum vitio εἶχειν in *J.* Edd. cunctae praeter *B2.* b Τηλικοῦτον] τηλικαύτην καὶ τὴν δ. αὐτὸς *J.* Margo *AIW.*

90. Ἀμέτρητον ὅσην] *H. Stephan.* App. de D. A. p. 82. ubi de pleonasmo nominum ὅσος & ἡλίκος disputat. *T.H.*

Ibid. Ἔχει] *B2.* Reliquae ἴσχειν. *M. du S.*

2. Τηλικαύτην . . . . αὐτὸς] Ex Ed. *J.* est. In reliquis enim aliter legebatur, nempe τηλικοῦτον . . . αὐτοῦ. *M. du S.*

Τηλικοῦτον &c.] Multum vereor, ne quod Junta suppeditat, prava sit *Antonii Francini*, qui huic editioni praefuit, correctio membranarum fide destituta: eo magis quia structura verborum, quam planissimam habet lectio vulgata, in hac prorsus laborat. Quid autem expeditius, quam, πιθανὸν οὖν δόξει, ὅσην ἔχει τὸ μέγεθος τοῦ κόσμου τὴν ὑπεροχὴν πρὸς &c. τηλικοῦτον καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἀνάλογον διαφέρειν καὶ περὶ ἡμᾶς διαθέσεως. *T.H.*

3. Αὐτοῦ] Nempe mundi, quem Deum esse statuit *Plato* in Timaeo. *J.C.*

Ibid. Φρόνησιν] Platonici mundum animatum, sapientia & intelligentia praeditum credunt. *A.V.*

8. Ἀναγνῶσαι] Legendi significationem locus postulat; Graeci sermonis usus ἀναγνῶναι. Contra peccatur in *Hesychio*: Ἀναγνῶναι, ἀναπεῖσαι. Jonum est, & *Herodoti*, apud quem saepius hac potestate ἀναγνῶσαι, nunquam ἀναγνῶναι. Γραμματικὸν τρόπον, nisi potius mox post γράψαι sit adjungendum, eo tamen referri debet. *T.H.*

12. Παραβάλλουσα] An καταβάλλουσα, id est, *instituens.* *F.G.*

Παραλαβοῦσα] Sine librorum auctoritate mutavi; habent enim omnes ὑποβάλλουσα. Manifestior mutationis ratio est, quam ut promendo tempus teram. *M. du S.*

Παραβάλλουσα] Eadem, quae Doctiss. *M. du Soul*, mihi quoque se jamdudum obtulit conjectura: neque tamen in contextum recipere consultum duxi, propterea quod non defore putem, quibus arridebit *Guyeti* καταβάλλουσα. Imo defendi forte poterit παραβάλλουσα, in favo ex congesta temere materia velut projiciens animal informe. *T.H.*

15. Μελ. σοφὴν] Eodem epitheto gaudet etiam apud *Philostr.* p. 889. *M. du S.*

16. Θείου μέλιτος] Hinc *Virgil.* IV. Georg. *Protinus aërii mellis coelestia dona. Varro* de R. R. II. c. 5. *Denique ex hoc* (bove) *putrefacto nasci dulcissimas apes mellis matres.* *G.C.*

17. Ἔκτοι ὠῶν] De ovorum natura mirabili, & eorum variis generibus loquitur *Cal. Rhodogin.* Ant. Lec. XXVII. c. 17. *Aristotel.* de Gener. Anim. lib. V. *G.C.*

19. Τινῶν] An τισὶν; *F.G.*

Τινῶν] Legendum τισὶν cum Interprete. Videtur hic esse allusio ad locum veteris philosophi, forte *Empedoclis*, qui Physica versibus scripserat. *J.C.*

Ti-

multo magis arduum est, usque eo dum sint imperiti, quam facere mulieres ex avibus, aut aves ex mulieribus. Natura vero acceptum in favo fere sine pedibus ac pennis animal, pedibus appositis atque alis, & varietate multa expoliens pulcraque & omnimoda colorum, apem sapientem produxit, divini mellis opificem: tum porro ex ovis mutis & inanimatis plura genera fingit alitum & terrestrium, aquaticorumque animalium, artibus quibusdam, ut veterum fert sententia, sacris aetheris magni ad tanti operis curam insuper usa.

8. Quum ergo vires immortalium sint ingentes, nos mortales & pusilli plane, qui neque magna possumus perspicere, & ne parva quidem, in plerisque etiam, quae circa nos accidunt, haesitantes, non valeamus utique explorate quicquam statuere neque de Alcyonibus, nec de Lusciniis: famam autem fabulae qualem tradiderunt pa-

γραμματικὸν τρόπον, ἀδυνατώτερόν ἐστι τέως, ἕως ἂν ὦσιν ἀνεπιστήμονες, ἢ ποιῆσαι γυναῖκας ἐξ ὀρνίθων, ἢ ὄρνιθας ἐκ γυναικῶν. ἡ δὲ Φύσις ἐν κηρίῳ ᾠὸν ἀβαλλομένη ζῷον ἄπουν, καὶ ἄπτερον, πόδας ὑποθεῖσα, καὶ πτερώσασα, ποικιλίᾳ τε φαιδρύνασα πολλῇ καὶ καλῇ καὶ παντοδαπῇ χρωμάτων, μέλιτταν σοφὴν ἀπέδειξε θείου μέλιτος ἐργάτιν· ἔκτε ὠῶν ἀφώνων, καὶ ἀψύχων, πολλὰ γένη πλάττει πτηνῶν τε, καὶ πεζῶν, καὶ [c] ἀνύδρων ζώων, ὡς λόγος, τέχναις τισὶν ἱεραῖς αἰθέρος μεγάλου προσχρωμένη.

Τὰς ἓν ἀθανάτων δυνάμεις μεγάλας ὅσας, θνητοὶ καὶ σμικροὶ παντελῶς ὄντες, καὶ ὅτε τὰ μεγάλα δυνάμενοι καθορᾶν, ὅτ' ἂν τὰ σμικρὰ, τὰ πλείω δ' ἀπορέοντες καὶ τῶν ἡμᾶς συμβαινόντων παθῶν, οὐκ ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν βεβαίως ὅτ' Ἀλκυόνων περὶ, ὅτ' Ἀηδόνων· κλέος δὲ μύθων, οἷον παρέδοσαν πατέρες,

[c] Ἀνύδρων] ἐνύδρων C. J. AlW. rectum puto.

Τινῶν, τίχναις] Vorstii strictura suadente, harum vocum ordinem in libris perturbatum sic restitui. *M. du S.*

Τινῶν] Etsi transponas, incommode cadit. Deinde ὡς λόγος pertinet ad sequentem sententiam, προσχρωμένη τίχναις ἱεραῖς quem nexum subjecto τινῶν non convenit interrumpi: valet autem, quemadmodum apud *Platonem* saepe, *ut veteris sapientiae doctrina tradit*: ita λέγειν *Democritus*: τάδε λέγω περὶ τῶν ξυμπάντων. Vix me retinui, quin redderem in *Luciano* τισὶν orationis structura liquida: tum etiam recte τισὶν, quoniam artes quidem aetheris magni sacras, sed ignotas tamen, & humanae menti non pervias commemorat. *T. H.*

20. Αἰθέρος μεγ.] Summi Dei. *Lucret.* lib. I.

Postremo pereunt imbres, ubi eos pater aether
In gremium matris terrai praecipitavit.

& *Virgil.* II. Georg.

Tum pater omnipotens foecundis imbribus aether. G. C.

21. Τὰς ἓν ἀθ. δ. μεγάλας ὅσας] Si locus est integer, nec quicquam desideratur, quae suspicio non immerito posset suboriri, nihil est reliquum, quam ut accusativos absolute positos agnoscamus; quae structurae ratio satis alioquin apud Graecos obvia fefellit Interpretes tum hoc in loco, tum saepius alibi: exempla dedit ex *Pausania Sylburgius* in Praef. p. 930. Vide praeterea *Kuhn.* ad *AElian.* V. H. II, 13. ubi quae pleraque notat *Perizonius* sunt aliena, & diversi generis. *Strab.* I. p. 7. πολλοὺς δ' ἔτι νῦν ἀνωνύμους ὄντας pro πολλῶν δ' ἔτι νῦν ἀνωνύμων ὄντων. *Menodotus* apud *Athen.* XV. p. 672. B. πεπισμένους τοὺς Ἀργείους. In *Diogen. L.* IX, 42. ita nunc legitur: φησὶ δ' Ἀθηνόδωρος ἐν ᾗ Περιπάτων, ἐλθόντος Ἱπποκράτους πρὸς αὐτὸν, κελεῦσαι κομισθῆναι γάλα. *Suidas* in Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης aliud ostendit, ἐλθόντα Ἱπποκράτη πρὸς Δημόκριτον quod quo minus in *Diogene* conspiciatur, librariorum imperitiae deberi non dubito: II, 48. τοῦτον ἐν ξενικῷ φασὶν ἀπαντήσαντα Σωκράτει, λαμπρῦναι τὴν βακτηρίαν ibi recte *Kuhnius*. *T. H.*

26. Ἀηδόνων] Luscinarum propter Philomelam meminit. *M. du S.*

27. Κλέος δὲ μύθων] Vertit Interpres: *praeclaram hanc fabulam*, quasi vertendum ad verbum esset, *gloriam fabularum*: sed κλέος hic est, ut saepe apud *Homerum*, pro *fama* auditu accepta: Il. B, 486. Alia loca indicabit Index Eustathianus Ed. Rom. ut & quae de hac voce habet *Eustathius*. Itaque Socrates hic inducitur dicens traditurum se liberis, quae a parentibus de priscis fabulis acceperat. Dogma fuit Platonicum non quasvis fabulas, sed eas, quae ad virtutem faciunt, pueris esse proponendas: qualis fabula Alcyonis, quae ad commendationem fidei conjugalis pertinet. Consulendus *Plato* lib. II. de Rep. ubi multis probat περὶ παντὸς ποιητέον, ἃ πρῶτα ἀκούουσιν ὅτι κάλ-

τέρες, τοιῦτο καὶ παισὶν ἐμοῖς, ὦ [a] ὄρνι θρήνων μελῳδέ, παραδώσω τὸ σῶν ὕμνων πέρι καί σε τὴν εὐσεβῆ καὶ φίλανδρον ἔρωτα πολλάκις ὑμνήσω, γυναιξί τ' ἐμαῖς, Ξανθίππῃ τε καὶ Μυρτοῖ [b] λέγων τά τ' ἄλλα, περὶ δὲ, καὶ τιμῆς οἵας ἔτυχες παρὰ θεῶν. ἆρά γε καὶ σὺ ποιήσεις τι τοιοῦτον, ὦ Χαιρεφῶν; ΧΑΙΡ. [c] πρέπει γοῦν, ὦ Σώκρατες· καὶ τὰ ὑπὸ σοῦ ῥηθέντα διπλασίαν ἔχει τὴν παράκλησιν πρὸς γυναικῶν τε καὶ ἀνδρῶν ὁμιλίαν. ΣΩΚ. ἐκεῖνον ἀσπασαμένοις τὴν Ἀλκυόνα, προάγειν ἤδη πρὸς ἄστυ καιρὸς ἐκ τῆς Φαληρικοῦ. ΧΑΙΡ. πάνυ μὲν οὖν ποιῶμεν οὕτως.

rentes, talem & liberis meis, o ales lamentorum modulatrix tradam, de tuis hymnis; tuumque pium & marito devinctum amorem saepe celebrabo, uxoribus meis Xanthippae & Myrto enarrans tum alia, tum praeterea, qualem honorem nacta fueris a Diis: tu quoque, Chaerephon, simile quiddam quin facias, non refugies. CHAER. Ita sane decet, o Socrates: habent nimirum a te dicta duplicem adhortationem, quae mutuae uxorum virorumque consuetudini conducat. SOCR. Ergo, salutata Alcyone, progredi jam ad asty tempus est e Phalerico. CHAER. Nulla quidem in me est mora.

a Ὄρνι θρήνων] ὀρνιθοθήρων P. b Λέγων] λόγων in *J.* error est typorum. c Πρέπει γοῦν] In sola P. πρ. γοῦν, ὦ Σώκρατες, καὶ τὰ ὑπὸ σοῦ ῥ. δ. ἔχειν, &c. quod an emendantis *Bourdelotii* sit, equidem ignoro.

31. Γυναιξί τ' ἐμαῖς] Ὅτι δύο γυναῖκας εἶχεν Σωκράτης Ξανθίππῃ καὶ Μυρτοῖ. *V.*

39. Ἐκ τοῦ Φαληρικοῦ] Φάληρον δῆμον Αἰαντίδος. *G.*

κάλλιστα μεμυθολογημένα πρὸς ἀρετὴν ἀκούειν· *dandam omnino esse operam, ut hae fabellae, quas primas audient, elegantissimae fictae ad virtutem sint.* *J.C.*

28. Θρήνων μέλ.] Ὦ ὄρνι θρηνομέλῳδε legendum est. *J. Br.*

31. Γυναιξί τ' ἐμαῖς] Duas fuisse Socrati simul uxores, non solus *Lucianus*, aut quisquis hujus opusculi auctor est, tradidit: sed ante & post eum multi; quos errare *Panatius* firmissimis, Plutarcho judice, argumentis evicerat. De hac doctorum controversia plura qui volet, adeat Clarissimi *Bentleii de Phalaridis Epistolis dissertationem*. Nos de his feminis hoc modo lectorem monitum hic volumus; *Xanthippen* morositate notam, talemque, ut a Socrate ideo tantum ductam tradant, quo patientiam sibi summam tali monstro consuescens compararet. *Myrto* autem, quam ei superinducunt, Aristidis ex filia neptis. De qua, & ea quam supra dixi controversia, consule *Plutarch.* in *Vita Aristidis* sub finem. *M. du S.*

Ibid. Ξανθ. τε καὶ Μυρτοῖ] Socrati *Hieronym.* in Jovinian. uxores fuisse duas scribit Xanthippen & Myrtonem, Aristidis neptem, quam alii dicunt filiam *Laertii* etiam testimonio & *Plutarchi* in Arist. *G.C.*

Ξανθίππῃ τε καὶ Μυρτοῖ] Junguntur etiam in Epist. Socratic. 27. p. 57. Observanda, quae *Cyrillus* ex *Porphyrio* scribit contra Julian. VI. p. 186. D. δύο ὃ σχεῖν γυναῖκας ἅμα, Ξανθίππην μὲν πολίτιν, καὶ κοινοτέραν πως, Μυρτὼ δὲ Ἀριστείδου θυγατριδῆν τοῦ Λυσιμάχου καὶ τὴν μὲν Ξανθίππην ἀφικέσθαι λαβεῖν, ἐξ ἧς ἑαυτῷ Λαμπροκλῆς ἐγένετο· τὴν δὲ Μυρτὼ γάμῳ, ἐξ ἧς Σωφρονίσκον καὶ Μενέξενον. Xanthippes solius, non itidem Myrtus meminerunt *Plato* & *Xenophon*. Vid. *Diogen. L.* II, 26. ibique *Casaubon.* & *Menagium*. *T.H.*

36. Διπλασίαν τὴν παράκλησιν] *Duplam exhortationem, & quod Alcyon pia in virum sit, & quod is in uxorem.* Haec notantur ad marginem *AIW.* *T.H.*

39. Φαλ.] Φάληρος λιμὼν ἀοίδιμος Ἀθήνησιν. *A.V.*

Φαλ.] Scripsit Vorstius, scribere saltem debuit, λιμήν. *M. du S.*

Pro-

Prometheus, ſive, Caucaſus.

Προμηθεὺς, ἢ, Καύκασος.

MERCURIUS, VULCANUS, PROMETHEUS.

ΕΡΜΗΣ, ΗΦΑΙΣΤΟΣ, ΠΡΟΜΗΘΕΤΣ.

MERC.

1. CAucaſus quidem, o Vulcane, hicce, cui miſerum Titanem iſtum clavis affigi oportebit: nos jam nunc circumſpiciamus rupem aliquam opportunam, ſicubi quae ſit a nive nuda, ut firmius defigantur vincula, & hic omnibus conſpicuus ſit pendens. VULC. Circumſpiciamus, Mercuri: neque enim in humili & terrae proximo loco cruci affigendus eſt, ne ſuppetias ipſi ferant, quos finxit, homines; neque etiam ad montis verticem; fugiat enim viſum eorum, qui infra ſunt: ſed, ſi videtur, in

ΕΡΜ.

1 Ὁ Μὲν Καύκασος, ὦ Ἥφαιστε, ὅδε, ᾧ τὸν ἄθλιον Τιτᾶνα τοῦτον προσηλῶσαι δεήσει· σκοπῶμεν δὲ ἤδη χρημνόν τινα ἐπιτήδειον, εἴ που ἡ χιὼν γυμνός ἐστιν, ὡς βεβαιότερον καθαπαγεὶς τὰ δεσμὰ, καὶ ὅτῳ ἅπασι προφανὴς εἴη κρεμάμενος. ΗΦ. σκοπῶμεν, ὦ Ἑρμῆ· ὅτε γὲ ταπεινὸν καὶ πρόσγειον ἐσταυρῶσθαι χρὴ, ὡς μὴ [a] ἐπαμύνειεν αὐτῷ τὰ πλάσματα αὐτοῦ οἱ 10 ἄνθρωποι, ὅτε μὴν κατὰ τὸ ἄκρον (ἀφανὴς γὲ ἂν εἴη τοῖς κάτω) ἀλλ' εἰ δοκεῖ, κατὰ μέσον

[a] Ἐπαμύνειεν] Priores Edd. ἐπαμύνει. Suppletur in *F.* ἐπαμύνειν αὐτῷ δύνωνται· idem in Marg. *A I W.* sed transversa linea inductum.

9. Τὰ πλάσματα αὐτοῦ οἱ ἄνθρωποι] Τὸν Προμηθέα γὲ λέγουσιν Ἕλληνες τοὺς * ἀνθρώπους δημιουργῆσαι. *V.*

* Αὐτὸς] L. ἀνθρώπους & sic C. abb. & *V.* ἀνὰς. *M. du S.* Idem notaverat pro πλάσματα corrigendum esse πλάσμαλα· mihi varia videtur, sed pejor lectio. *T. H.*

ΠΡΟΜ.] In hoc & seqq. Deorum tam cœlestium quam marinorum dialogis duplex *Luciani* institutum esse videtur: primum ut fabulas elegantiores enarret; secundum, ut quæ in his Poëtarum figmentis a decoro aliena erant, viris cordatioribus deridenda propinaret: quod ab eo ea elegantia & ingenii laude præstitum est, quæ ipsis propemodum Christianis vix quicquam reliqui fecit. Inest certe tantus lepos, urbanitasque cum vi critica conjuncta, ut ab homine non Christiano desiderari, nedum sperari amplius quid non possit. *M. du S.*

1. Ὁ μὲν Καύκασος] Quid legerit *Ottomarus Luscinius* hujus dialogi Interpres, non video: omnino aliud legisse statuendum est: sat monuisse. *J. B.*

Καύκασος] Hujus montis descriptionem apud *Arrian.* in V. A. lib. III. reperies. Prometheum vero affixum fuisse ad Caucasum tam multi affirmant, ut vix negari possit. Hoc in primis testatur *Cicero* lib. II. Tusc. Quaest. Hoc etiam *Apollon.* Arg. II. in fine asserit, quod Ejus Interpres affirmat: illud ipsum *Pausanias*, *Servius* & alii multi. *G. C.*

9. Ἐπαμύνειεν] In Editionibus vulgatis ἐπαμύνειν. Sola *F.* δύνων) addidit. *Fl.* tamen non eget, quippe quæ ἐπαμύνειν exhibeat, quod verum & Lucianeum puto. *M. du S.*

Ἐπαμύνειν] Verissima *F.* Ed. lectio: Juntinam interpolatam esse clamat illud ἐπαμύνειν δύνωνται. Putaveram olim insiticium esse οἱ ἄνθρωποι, &, quum primum ad explicanda τὰ πλάσματα αὐτοῦ fuisset adscriptum, post in contextum venisse: nam commode procedunt, ὡς μὴ ἐπαμύνειν αὐτῷ τὰ πλάσματα αὐτοῦ. Nunc receptae lectioni lubens acquiesco. *Æschylo*, cujus fabulam, antequam haec scriberet, a Luciano lectitatam fuisse, facile deprehendi potest, Prometheus λωποδύτης, ἀνθρωποποιὸς *Tatiano* Or. ad Graec. p. 42. *auctor vulgi fictilis Phaedro* IV, 14. Ideo homines ab ipso ficti πλάσματα πηλοῦ *Aristoph.* Av. v. 687. πλάσμα πηλοῦ *Æschyl.* apud *Procl* ad *Hesiod.* p. 46. Retinuerunt Graecam vocem Christiani scriptores Latini: *Dracont.* Hex. v. 311. *Projicere nec plasma suum vult conditor aevi.* *T. H.*

12. Ὅτε γὲ

μέσον ἐνταῦθά πω ὑπὲρ τὸ φάραγγος ἀνεσταυρώσω, ἐκπεσὼν τῶ χειρὸς ἀπὸ τουτουί πρὸς τὸ ἐναντίον. ΕΡ. εὖ λέγεις, ἀπότομοί τε γὰρ αἱ πέτραι, καὶ ἀπρόσβολοι, πανταχόθεν ἠρέμα ὀπισθοκυΐαι· καὶ τῶ ποδὶ στενὴν ταύτην ὁ κρημνὸς ἔχει τὴν ὑπόβασιν, ὡς [a] ἀκροποδιτί πω μόλις ἑστάναι· καὶ ὅλως ὀπισαιρότατος ὁ σταυρὸς ἂν γένοιτο. μὴ μέλλε δή, ὦ Προμηθεῦ, ἀλλὰ ἀνάβαινε, καὶ πάρεχε σεαυτὸν καλαπαγησόμενον πρὸς τὸ ὄρος.

medio isthic propemodum supra praecipitium suffixus haereat, dispansis manibus ab hac parte in adversam. MERC. Recte dicis: nam praeruptae sunt hae cautes & inaccessae, undiquaque leniter inclinatae: & pedi angustum oppido praecipitium habet ponendo vestigio locum, ut summa planta vix alicubi consistere liceat: commodissima denique fuerit ista crux. Quin tu ergo sine mora, Prometheu, adscende, teque praebe defigendum ad montem.

ΠΡ. Ἀλλ' ὑμεῖς γέ, ὦ Ἥφαιστε, καὶ Ἑρμῆ, καλεκήσατέ με πρὸς τὴν ἀξίαν δυστυχοῦντα. ΕΡ. τοῦτ' ἔφης, ὦ Προμηθεῦ, τὸ καλεκήσαλε, ἀντὶ τοῦ ἀνασκολοπισθῆναι αὐτίκα μάλα πρὸς κούσαντας τὸ ὑπτάγματος; ἢ οὐχ [b] ἱκανὸς εἶναί σοι δοκεῖ ὁ Καύκασος καὶ ἄλλους ἂν χωρῆσαι δύο προσπατάλαθυθῆναι; ἀλλ' ὄρεγε τὴν δεξιάν· σὺ δέ, ὦ Ἥφαιστε, κατάκλεισον, καὶ προσή-

2. PROM. At vos tamen, o Vulcane & Mercuri, miseremini mei, qui praeter meritum hoc infortunium habeo. MERC. Hoc scilicet ajebas, o Prometheu, misereſcite, ut tua vice jam nos statim in crucem agamur dicto non audientes: num idoneus esse tibi videtur Caucasus, qui alios etiam duos capiat sibi clavis adfigendos? At tu porrige dextram: tu autem, Vulcane, include eam, additisque

a Ἀκροποδιτί που] ἄκρῳ ποδίτου *J.* b Ἱκανὸς] Pleraeque Edd. ἱκανῶς exceptis *Va. S. A.* Ἱκανὸς emendatum in marg. *AIW.*

14. Ἀποτομοί τε γὰρ] * Ἀποτετμημέναι, μηδεμίαν ἔχουσαι ἁλῶσιν. *V.*

* Ἀποτέτμηνται] *L.* ἀποτέτμηνται. *C.* abb. ἀποτετμημέναι & *V.* *M. du S.*

12. Ὑπὲρ τὸ φάραγγος] *Philostratus* in Apoll. Tyaneo (II. c. 3.) refert duo esse Caucasi cacumina stadio inter se disjuncta, quibus accolae Promethei manus affixas fuisse referunt. *G.C.*

Ὑπὲρ τὸ φάραγγος] *AEschyl.* Pr. Relig. v. 15. Δῆσαι βίᾳ φάραγγι πρὸς δυσχειμέρῳ. ubi Stanleus ista *Luciani* non praeteriit. — *adspicite religatum asperis vinctumque saxis* — apud *Ciceron.* T. D. II. c. 9. *T.H.*

Ibid. Ἀνεσταυρώσω] *Crucifigatur*: inde Caucasus dictus crux; monuit *Lipsius* tract. de Cruce: σταυρὸς postea. *J.B.*

Ἀνεσταυρώσω] Infra saepe repetitur hoc verbum: quibus locis usus est *L. Bos* in Ep. ad Hebr. VI, 4. ut ostendat ἀνασταυροῦν perinde atque ἀνασκολοπίζειν Graecis esse *in crucem agere*, *cruci suffigere*, secus quam Scriptoris Sacri Interpretes existimarunt, vertentes *rursum crucifigere*. *T.H.*

13. Ἀπὸ τουτουί] Ab hac in contrariam partem. *J.Br.*

14. Ἀπότομοι] Ἀπόξυροι Angl. ut *exesa scopuli* apud *Senec.* Hercule fur. *J.B.*

Ἀπόξυροι] Praeter Angl. etiam P. & L. uti Ptr. c. 7. In impressis autem omnibus ἀπότομοι. *M. du S.*

18. Ὡς ἀκροποδιτὶ πω] Scribe, ὡς ἀκροποδιτί πω μόλις ἑστάναι. *J.Br.*

Ὡς ἀκροποδιτὶ μόλις ἑστάναι] Ἄττοιλις inde *atta* qui inter ambulandum stare nesciunt. *Casaub.* ad *Suet.* Tiber. c. 1. tales sunt Medi, qui, ἐπὴν ἀναβαίνωσι τὸ ἵππιον, ὥσπερ οἱ ἐπὶ τὰ ἀκανθῶν ἐπιβαίνοντες, μόλις βαδίζουσι. *Lucian.* Dial. Mort. XXVII. §. 3. In Mſ. legitur μόγις quod idem est. *J.B.*

Ἀκρῳ ποδί] Ed. *J.* Reliquae ἀκροποδιτὶ, quod non tam apte huic loco visum est convenire; ne dicam jam alibi solere ἀκροποδητὶ legi, non ἀκροποδιτί. *M. du S.*

Ὡς ἀκροποδιτὶ πω] Nullam video rationem, cur mutandum sit; nisi, quod alibi *Noster* solet, ἀκροποδητὶ malis: alia *Luciani* loca, ubi hoc ipsum vocabulum inveniatur, adnotavit *H. Stephan.* Th. III. p. 515. tum porro sic scribit: *Quibus in locis quidam exponunt*, suspenso gradu: *quum id potius significet, quod vernacula lingua dicimus*, En pas de larron. Suidas ἀκροποδιτὶ *exponit* ἄκροις ποσὶ, summis pedibus: *alii*, summis *seu* extremis pedum digitis, *quod* Luciani *locis non convenit.* Quam ob causam non convenire putet *Stephanus*, plane non perspicio: hic certe nihil aeque sententiae respondet: *sic ut summis pedum*

que clavis malleum valide quantum potes adige. Et alteram praebe: haec etiam omnino bene revincta esto. Recte habet: devolabit jam mox quoque aquila detonsura jecur, ut nihil non habeas pro bella tua & solertissima fingendi arte.

3. PROM. Saturne, Japete, tuque Terra mater, qualia perpetior miser, qui nihil mali admisi! MERC. Nihil tu mali admisisti, Prometheu, qui primum distributione carnium tibi concredita, tam injustam fecisti & fraudulentam, ut tibi quidem subdole partes optimas eximeres, Jovem autem circumvenires obtectis ossibus adipe candida: memini sane Hesiodi sic dicentis. Deinde homines effinxisti, animalia vaferrima; atque in primis mulieres. Super omnia denique, pretiosissimam Deorum possessionem, ignem subreptum & illum ipsum de disti hominibus: tot malà quum perfeceris, vinctum te esse dicis nulla re patrata.

λω, καὶ τ σφύραν ἐῤῥωμένως κατάφερε. δὸς χ τ ἑτέραν· καλειλήφθω εὖ μάλα χ αὐτή· εὖ ἔχει. καλαπτήσεται δὲ ἤδη χ ὁ ἀετὸς ἀπικέρων τὸ ἧπαρ, ὡς πάντα ἔχοις 35 ἀντὶ τ καλῆς χ εὐμηχάνε πλαστικῆς.

ΠΡ. Ὦ Κρόνε, χ Ἰαπετὲ, χ σὺ Γῆ μῆτερ, οἷα πέπονθα ὁ κακοδαίμων, οὐδὲν δεινὸν εἰργασμένος; ΕΡ. οὐδὲν δεινὸν εἰργάσω, ὦ Προμηθεῦ, ὃς πρῶτα μὲ τ νομὴν τ κρεῶν 40 ἐγχειριδεὶς, ὅτως ἄδικον ἐποίησω, χ ἀπατηλὴν, ὡς αὐτῷ μὲ τὰ κάλλιστα ὑπεξελέσθαι, τ Δία δὲ ἀβουλογίσας ὀστᾶ καλύψας ἀργέτι δημῷ; μέμνημαι Ἡσιόδε, μὴ Δί', ὅτως εἰπόντος. ἔπειτα δὲ τὺς ἀνθρώπους 45 πως ἀνέπλασας, πανεργόταλα ζῶα, χ μάλιστά γε τὰς γυναῖκας· ὅπι πᾶσι δὲ τὸ τιμιώταλον κτῆμα τ θεῶν τὸ πῦρ κλέψας, χ τῦτο ἔδωκας τοῖς ἀνθρώποις. τοσαῦτα δεινὰ εἰργασμένος, φὴς μηδὲν ἀδικήσας δεδέσθαι.

ΠΡΟ.

36. Ὦ Κρόνε ϕ Ἰαπετέ] Ὁ μὲν Κρόνος πατὴρ ἦν τῦ Διὸς· ὁ δὲ Ἰαπετὸς ἀδελφὸς Προμηθέως· ἦσαν δὲ τ διωχθέντων ὑπὸ Διὸς † θεῶν, χ διὰ τῦτο αὐτοὺς καλεῖ. *V.*

40. Ἐγχειριδεὶς] Ἐμπιστευθείς. *V.*

† Καὶ θεῶν] Θεῶν, καὶ. *V.* uti conjeceram. *M. du S.*

dum digitis insistere vix liceat. Praeterea malo, σεαυτὴν ὁ κρ. ἔχει τὴν ἐπίθεσιν propter illud σου, ἀκροποδητί σου. *T.H.*

24. Τῦτ' ἔφης] Sunt vitrea fracta, & conati sunt evitare Interpretes. Sed adnotavit Pater, τὸ κατελήσασθαι ἀντὶ σῦ ἀσασκολοπιδῆναι, ut Mercurius Charonti in Contempl. τουτὶ τὸ πρᾶγμα πληγῶν αἴτιον καλασήσεταί μοι. *J.G.*

25. Τὸ κατειλήσασθαι] Ingeniose *J. Fr. Gronovius.* Melius tamen, ut arbitror, locus habebit resectis, tanquam inutili adsumento, τὸ καλειλήσατε. Unde natum sit, proclive est animadvertere: adscripserat aliquis ad τῦτ' ἔφης, τὸ καλειλήσατε, commonefaciens, hoc nimirum ex superioribus verbis esse intelligendum: deleveris, jam nihil amplius ad integram orationem requires, dummodo vice τῦ scribatur σοῦ. Dial. Deor. I. τῦτο φὴς, ἐκπεσοῦσά μοι τ ἀρχῆς. *T.H.*

28. Καὶ ἄ. δύο] *Nos ambos.* *J.Br.*

32. Τὴν ἑτέραν] Χεῖρα subaudio. *J.Br.*

Ibid. Κατειλήφθω] Vid. Eruditiss. *Dukerum* ad *Thucydid.* p. 541. n. 7. *T.H.*

34. Πάντα] Legerim ταῦτα, *ut haec habeas:* nam πάντα nihil hic significat. *J.C.*

35. Πλαστικῆς] *Quod homines e luto finxeris.* *J.Br.*

42. Ὅστᾶ καλύψας ἀργέτι δημῷ] Idem de Merc. Cond. habet autem accusationem omnem hanc ab *Hesiod.* I. ἔργ. *J. B.*

Ὅστᾶ . . . .] *Theog.* 540.

Τῷ δ' αὖτ' ὀστέα λευκὰ βοὸς δολίῃ ἐπὶ τέχνῃ
Εὐθετίσας κατέθηκε, καλύψας ἀργέτι δημῷ.

Monendus autem lector, Pausaniam IX. putasse hoc opus Hesiodeum non esse. V. Kennet. *M. du S.*

43. Ἀργέτι δημῷ] *Alba pinguedine.* Vide Higinum in Sagitta. *J.Br.*

Ibid. Ἡσιόδου] *Hesiod.* in Theog. v. 541. — κατέθηκε καλύψας ἀργέτι δημῷ. *J.Br.*

47. Ἔκλεψας] Omnes libri habent κλέψας, quod cum ferri non posset, nisi καὶ sequens deleatur, sic mutavimus; neque litem credo nobis ea de re quenquam moturum, qui non sit harum elegantiarum prorsus expers. Vide Θ. Δ. I. *M. du S.*

Κλέψας] Religio mihi fuit sine Codicibus in lectione proba quicquam tentare. *Benedictus* etiam vertit, quasi voluisset ἔκλεψας: *furatus es, & hominibus dedisti:* debuerat, *ignem furatus, illum etiam hominibus dedisti.* §. 6. *Artemidor* III, 17. χ γὰρ τ Προμηθέα λέγουσι ἐπὶ τῷ πλάττειν τοὺς ἀνθρώπους, χ τὸ πῦρ κλέψαι κακῶς ἀπολέσθαι. *T.H.*

49. Δεδέσθαι] *Vinculis constringi.* *J.Br.*

ΠΡΟ. Ἔοικας, ὦ Ἑρμῆ, ᾗ σὺ κἀ-
τοιητὴν ἀναίτιον αἰτιᾶσθαι· ὃς τὰ τοιαῦτα
προφέρεις, ἐφ' οἷς ἔγωγε τὸ ἐν Πρυτανείῳ
σιτήσεως, εἰ τὰ δίκαια ἐγίγνετο, ἐτιμησά-
μην ἂν [a] ἐμαυτόν. εἰ γὰρ σχολή σοι, ἡδέως
ἄν σοι καὶ διαλογησαίμην ὑπὲρ τῶν ἐγκλη-
μάτων, ὡς δείξαιμι ἄδικα ἐγνωκότα περὶ
ἐμοῦ τὸν Δία· σὺ δέ, κωμῳδικὸς γάρ εἶ, καὶ δι-
καιικὸς, ἀπολόγησαι ὑπὲρ αὐτοῦ, ὡς δι-
καίαν τὴν ψῆφον ἔθετο, ἀνεσταυρῶσθαί με
πλησίον τῶν Κασπίων τούτων πυλῶν, ὑπὲρ
τὸν Καυκάσου, οἰκτιστον θέαμα πᾶσι Σκύ-
θαις. ΕΡ. ἔωλον μέν, ὦ Προμηθεῦ, τὴν ἔφε-
σιν ἀγωνιᾷ, καὶ ἐς ὀδὸν δέον, ὅμως δ' οὖν λέ-
γε· καὶ γὰρ ἄλλως θερμαίνειν ἀναγκαῖον, ἕστ'
ἂν ὁ ἀετὸς καλαπτὴν ὑπομελησόμενός σου τὸ
ἧπαρ· τὸ δὲ μέσῳ δὴ ταύτῃ σχο-
λὴν καλῶς ἂν εἴη [b] ἔχον, εἰς ἀκρόασιν

4. PROM. Et tu mihi videris, Mercuri, fecundum poetam, inculpatum culpare, qui talia adverſum me proferas, quorum ego cauſa victus in Prytaneo capiendi honore, ſiquidem ex merito jus redderetur, me dignum aeſtimaſſem. Quod ſi vacuum tibi tempus, libenter equidem apud te cauſam meam agam, oſtendamque injuſtam de me ſententiam pronunciaſſe Jovem: tu vero, loquaculus enim es, & forenſi calliditate praeſtans, partes ejus tuere, & proba juſte calculum eum tuliſſe, quo damnatus ſum ad crucem prope Caſpias iſtas portas, in Caucaſo, miſerabiliſſimum ſpectaculum omnibus Scythis. MERC. Inani quidem, o Prometheu, provocatione certabis, nullamque in rem: attamen dic: etenim tantiſper manere neceſſe eſt, dum aquila devolet hepar tuum curatura. Quod autem interea vacui eſt temporis, optime fuerit factum, eo ſi ad declamationem audiendam abu-

a Ἐμαυτὸν] ἐμαυτῷ P. Marg. *AIW.* quod alius iterum induxerat. ſic *Noſter* §. 10. b Ἔχον] Ita recte *J. AI. HI. V2. B2. S. A.* ἴσχων *F. P.* ἴσχειν & ἴσχοιμ C.

53. Ἐτιμησάμην ἄν] Ἄξιον ἂν ἐμαυτὸν ἔλεγον. Πρυτανεῖον δέ ἐστιν, ἐν ᾧ οἱ πρῶτοι σωτῆρες τοῦ βουλεύτων, ὅθεν ☾ * τὰς σιτήσεις ἀπέλυον τοὺς δέ τι μέγα εἰργασμένους τῶν πολιτικῶν καλῶν, ταύτην δωρεᾶν οἱ πάλαι ἐτίμων. *V.*

62. Ἔωλον] † Ψυχρὸν ☾ ἀνωφελές. *V.*

* Τὰς σιτήσεις] Lege τῆς σιτίσεως ἀπέλαυον, & mox καλῶς pro καλῶν. Poſt ταύτην *M. du Soul* addebat τῆς. *T. H.*
† Ψυχρὸν] Lege ψυχρὰν καὶ ἀνωφελῆ. *M. du S.*

Ibid. Τὴν ἔφεσιν ἀγωνιᾷ] Ἔφεσίς ἐστιν ἡ ἀπὸ δικαστηρίου εἰς ἄλλο δικαστήριον μετάβασις, ἣν καλοῦσιν ἔκκλησιν. φησὶ δὲ ὅτι ἀνωφελής σοι ἐστὶν ἡ ἔφεσις· μὴ γὰρ τὴν ψῆφον τοῦ Διὸς ἐδὸν ποιῆσαι ἄλλο δικαστήριον. Ἔφεσιν δὲ οἱ δικανικοὶ φασιν, ὅταν ὁ κρυόμενος μεῖζον δικαστήριον ‡ ἐξαιτῆται. *V.*

‡ Ἐξαιτῆται] Leg. ἐξαιτεῖται. Soni τῆ H: & EI confuſi fuerunt. *J. C.*

51. Ἀναίτιον αἰτ.] *Homerus* Il. N, 775. *J. Br.*
Ἀναίτιον αἰτιᾶσθαι] Ut Dial. Mort. ex *Homero*. *J. B.*

52. Τῆς ἐν Πρ. σιτ.] Athenis in Prytaneo publice alebantur bene meriti de republica. *J. Br.*
Τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως] A *Platone* in Apol. Socrat. εἰ ἓν δεῖ μοι κατὰ τὸ δίκαιον τὰ ἀξίας τιμᾶσθαι, τούτου τιμῶμαι τὰ ἐν τῷ Πρυτανείῳ σιτήσεως. Tangit alibi. legend. *Dionyſ. Halicarn.* lib. 5. *J. B.*
Τῆς ἐν Πρ. σ.] Statua donari aurea, & in Prytaneo publice ali, Athenis honores, qui in viros conferebantur virtute aut meritis in patriam praeſtantiſſimos. Vide *Demoſth.* 327. & *Etym. M.* Imitatur autem hic Socratem, qui damnatus jam, cum de poena ageretur, ἵνπερ μέ, ἔφη, ἴσως τὰ ἀμείνω πράγματα τιμῶμαι τὴν δίκην τὰ ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως. *Diog. Laert.* 43. D. V. *Plat. Apol. Socr.* *M. du S.*
Τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως] A Socratis aeſtimatione ſuae litis ſumtum eſſe monet *Menag.* ad *Diogen. L.* II, 42. *Suid.* in Σωκράτης· ἐν τῷ τιμήματι δὲ αὐτὸν τὰ ἐν τῷ Πρυτανείῳ σιτήσεως ἐτιμήσαλο. Hac de re plura congeſſit *Le Clerc Allat.* ad Epp. Socrat. p. 192. *T. H.*

53. Ἐτιμ. ἂν ἐμ.] *Hac me poena dignum conſuiſſem.* *J. Br.*
Ἐτιμ.] Vorſtius & Conſtantinus (in v.) τιμησαίμην. *M. du S.*

60. Πλησίον τῶν Κασπίων πυλῶν] Profert hunc locum, & de Caucaſo, cui Prometheum adfixum fuiſſe veteres fingunt, pluribus agit *Stanl.* ad Argum. AEſchyleae tragoediae. Ab eodem Tragico profectum, quod Prometheum *Lucianus* dicat οἰκτιστον θέαμα πᾶσι Σκύθαις· vid. v. 417. *Varro* apud *Nonium* in *Vaſtitas* p. 417. *Mortalis nemo exaudit, ſed late incolens Sattharum inhoſpitalis campis vaſtitas. Scytharum Junius* probante *Mercero*: dubito, an propius ad priſcam ſcripturam *Sacarum*. Fabulae vetuſtae fama tantum valuit, ut rem vere geſtam crediderint accolae, & veſtigia miſerandi caſus oſtentarint: *Diodor. Sic.* XVII. p. 606. A. *Strab.* XV. p. 1009. A. *Arrian.* A. A. V. p.

abutamur ſophiſtae; qualis tu es aſtutiſſimus orationum artifex.

καὶ λαχήσαι σοφιστικὴν, οἷος εἶ σὺ πανουργότατος ἐν τοῖς λόγοις.

5. PROM. Prior ergo dic, Mercuri: utque me quam vehementiſſime accuſes, nec quicquam tibi perire ſinas eorum, quae pro jure patris dici poſſint. Te vero, Vulcane, judicem mihi lego. VULC. Nullam in partem; ſed probe ſcito, me pro judice accuſatorem tibi fore; qui igne ſubducto frigidum mihi fornacem reliquiſti. PROM. Quin ergo diviſa inter vos actione tu de furto jam diſſere: Mercurius autem & hominum creationem, & carnium diſtributionem incuſabit: ambo enim artifices & dicendi peritiſſimi videmini eſſe. VULC. Pro me dicet Mercurius: nam ego a judicialium orationum ſtudio longe abſum, quippe circa caminum plerumque occupatus: hic vero rhetor eſt, ac talia non leviter ipſi ſunt meditata. PROM. Nun-

ΠΡΟ. Πρότερον ἴσθι, ὦ Ἑρμῆ, λέγε, καὶ ὅπως μὲ ὡς δεινότατα κατηγορήσῃς, μηδὲ καθυφῇς τι τῶν δικαίων ὧν πατρός· σὲ δὲ, ὦ Ἥφαιστε, δικαστὴν ποιοῦμαι ἔγωγε. ΗΦ. μὰ Δί', ἀλλὰ κατήγορον ἀντὶ δικαστοῦ ἴσθι με ἔξων· ὃς τὸ πῦρ ὑφελόμενος, ψυχρόν μοι τὴν κάμινον ἀπολέλοιπας. ΠΡ. ἐκεῖνον διελόμενοι τὴν κατηγορίαν, σὺ μὲν τὴν κλοπῆς ἤδη σύνειρε· ὁ Ἑρμῆς δὲ καὶ τὴν ἀνθρωποποιΐαν καὶ τὴν κρεανομίαν αἰτιάσεται· ἄμφω δὲ τεχνῖται, καὶ εἰπεῖν δεινοὶ ἐοίκασιν εἶναι. ΗΦ. ὁ Ἑρμῆς καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ ἐρεῖ· ἐγὼ γὰρ οὐ πρὸς λόγοις τοῖς δικανικοῖς εἰμι, ἀλλ' ἀμφὶ τὴν κάμινον ἔχω τὰ πολλά· ὁ δὲ, ῥήτωρ ἐστὶ, καὶ τὰ τοιαῦτα οὐ παρέργως μεμελέτηται αὐτῷ. ΠΡ. ἐγὼ μὲν οὐκ ἄν

ε Τὰ τ. σ παρ. μιμ.] Ex P. ita notatum invenio: καὶ τὰ ταιαῦτα σ π. μειμέλιται] καὶ τὴν τοιούτων &c. ex L. μεμελέτηται] αὐτῷ] μειμιλῆκε τὴν τοιούτων J. τὴν τοιούτων σ π. μειμέληται αὐτῷ.

p. 199. P. P. E. p. 7. Refert *Philoſtr.* de V. A. T. II. c. 3. τοὺς τοῦ Καυκάσου προσοικοῦντας odiſſe vehementer aquilas, earumque nidos telis ignitis ſuccendere: θήρατρά τι ἐπ' αὐτοὺς ἴσασιν τιμωρεῖν τοῦ Προμηθεῖ φάσκοντες· ἄδεται γὰρ τῷ μύθῳ ἤττον· *tantopere ſunt fabulae dediti veram credentes:* haec poſteriorum mens, quam Interpres non percepit. Adde *Schol. Apoll. Rh.* ad II, 1252. *T. H.*

Ibid. Κασπίων] Caſpiis populis Scythici generis vicinae ſunt Tauri montis anguſtiae, ad 8000 paſſuum in longitudinem extenſae, latitudine tam exigua, ut vix plauſtro ſint perviae, quas idcirco Caſpias portas ſcriptores appellant, quod per eas ex Babylonia & Perſide ad mare Caſpium pateat tranſitus. *G. C.*

Κασπίων π.] Ὄρη δ' εἰσὶν αἱ Κάσπιαι πύλαι, μᾶλλον δὲ πέτραι ἀπείρονται ἐς κοίλας, ὡς ἐν τάξει πυλῶν, λόφοι τῶν Κασπίων ἀνδρῶν, ἢ τῆς Κασπίας θαλάσσης ὅτου καλούμεναι, ἃς καὶ κλεῖδας Ἀσίας ἐνιοι τῆς καλεῖ ὁ Διονύσιος. *Euſtath.* ad *Dionyſ.* Per. v. 1039. *A. V.*

63. Ἀγωνικῇ] Lego ἀγωνίᾳ. *J. Br.*

Ibid. Ἐς ὦδε δίκη] *Fruſtra ac temere.* *J. Br.*

65. Ἐπιμελησόμβρος] Malim ἐπιμασησόμβρος, *quae mandet:* ab ἐπιμασάομαι, mando. *J. C.*

Ἐπιμελησ.] Videtur Lucianus ſcripſiſſe ἐπιμελισόμενος. Vide notas ad *Dial. Aj.* & *Ag.* qui XXIX. & ultima dialogi hujus verba. *M. du S.*

Ἐπιμελησόμβρος] Cave, quicquam mutandum putes: obſcuraveris omnem loci venuſtatem. Aquilam mox eſſe devolaturam, quae jecoris ejus curam ſit ſuſceptura, facete Mercurius ait: interea dum Jovis ales ad curam iſtam aggrediatur, nihil obeſſe, quo minus tantulum temporis intervallum abutantur ad acroaſin ſophiſticam. Bellum enimvero curatorem jecinoris Promethei, & per ſane quam jucundum! *T. H.*

68. Σοφιστικὴν, οἷος . . . .] Non recte dictum putabunt qui grammaticorum regulis religioſe inſiſtentes, ab iis ne tantillum quidem diſcedi fas putant. *M. du S.*

Σοφιστικὴν, οἷος εἶ σύ] Ideo σοφιστὴν vocat Prometheum §. 20. quemadmodum & *AEſchyl.* P. V. v. 62. ubi haec utraque Luciani loca *Stanleum* non fugerunt. *T. H.*

71. Καὶ ὅπως] Ὅρα ſubaudio. *J. Br.*

72. Καθυφῇς] Interpr. *Nec jus tui patris prodas.* Malim propriam ſignificationem ſequi: *nec quicquam praetermittas eorum, quae ad jura patris tui pertineant.* Brevius Gallice: *n'omettez aucun des droits de votre pere.* *J. C.*

Καθυφῇς τι &c.] Vide, quae notavi ad Δικ. Φων. §. 30. Illa ὅπως μου ὡς δικ. κατηγορήσῃς attulit *L. Bos* in Ellipſi verbi σκοπεῖν. *T. H.*

Ibid. Τῷ πατρὸς] Mercurius Jovis eſt filius. *J. Br.*

84. Τῶν τοιούτων μειμέλη)] Haec ſcriptura ex Ed. *J.* eſt, quam firmat P. Codex ab ea tantum diverſus quod μειμέλεται habet. L. autem μεμελετηκε τῶν τ. *M. du S.*

Μειμελίτηται] Eo minus haec movenda, quod rhetorum ſit proprium μελετᾶν, etiam tum, quando ſecum

ἂν τοῦτο ἥμιλλον καὶ τοῦτ' ἦν κλοπῆς τὴν Ἑρμῆν ἐθελῆσαι ἂν εἰπεῖν, οὐδ' ὀνειδιεῖν μοι τὸ τοιοῦτο, ὁμοτέχνῳ ὄντι. πλὴν ἀλλ' εἰ καὶ τοιοῦτον, ὦ Μαίας παῖ, ὑφίστασαι, καιρὸς ἤδη περαίνειν τὴν καλῃγορίαν.

quam putaveram fore; ut de furto Mercurius vellet dicere, mihique exprobraret tale quicquam in arte simili versato: attamen si vel hoc ipsum, o Majae fili, aggredi sustines, tempus jam est peragere accusationem.

ΕΡ. Πάνυ γοῦν, ὦ Προμηθεῦ, μακρῶν δεῖ λόγων, καὶ ἱκανῆς τινος διδασκαλίας, ὅτι τὰ σοὶ πεπραγμένα· οὐχὶ δὲ ἀπόχρη μόνα τὰ κεφάλαια εἰπεῖν τῶν ἀδικημάτων· ὅτι ὑπετραπέζιά σοι μοιράσαι τὰ κρέα, σαυτῷ μὲν τὰ κάλλιστα ἐφύλαττες, ἐξηπάτησας δὲ τὸν βασιλέα, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀνέπλασας, οὐδὲν δέον· καὶ τὸ πῦρ κλέψας παρ' ἡμῶν, ἐκόμισας παρ' αὐτούς. καί μοι δοκεῖς, ὦ βέλτιστε, μὴ συνιέναι ὅτι τοῖς τηλικούτοις πάνυ φιλανθρώπου καὶ Διὸς πεπειραμένου. εἰ μὲν οὖν ἔξαρνος εἶ μὴ εἰργάσθαι αὐτά, δεήσει καὶ διελέγχειν, καὶ ῥῆσίν τινα μακρὰν ἀποτείνειν, καὶ πειρᾶσθαι ὡς ἔνι μάλιστα ἐμφανίζειν τὴν ἀλήθειαν· εἰ δὲ φῂς τοιαύτῃ πεποιῆσθαι τὴν νομὴν τῶν κρεῶν, καὶ τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους καινουργῆσαι, καὶ τὸ πῦρ κεκλοφέναι, ἱκανῶς καλῃγόρηταί μοι· καὶ μακρότερα οὐκ ἂν εἴποιμι. λῆρος γὰρ ἄλλως τὸ τοιοῦτον.

6. MERC. Valde quidem, o Prometheu, longa opus sit oratione, & instructo quodam apparatu adversus ea, quae tu perpetrasti: nunc vero nonne satis est sola capita exponere tuorum criminum? quod, quum praefiscereris dividundis carnibus, tibimet ipsi pulcerrimas servares, deciperesque regem: quod homines effinxeris, quo nihil minus fieri debuerat: quod ignem suffuratus a nobis detulisti ad istos. Et mihi quidem videris, o optime, minime intelligere, in tanta criminum gravitate quam clementem & benignum Jovem fueris expertus. Quod si neges ista te feciſſe, arguendus eris, & longa quaedam oratio extendenda, adnitendumque mihi, ut quam possum maxime declarem veritatem: sin concedis talem te feciſſe divisionem carnium, condendorum hominum inventum novasse, & ignem subduxisse, satis est mihi accusatum, nec cur plura dicam, causa est: plane enim videar nugari.

ΠΡ. Εἰ μὲν καὶ ταῦτα λῆρός ἐστιν, ἃ

7. PROM. Ista sintne nugae, quae di-

cum meditantur, quae in auditorio sint pronunciaturi. *J.* lectionem nunquam admisero, nisi prius Graece dici, τούτων μοι μεμέλῃ, fuerit probatum. *T.H.*

89. Τοιοῦτον] An τοιοῦτος; nimirum ὁμότεχνος ὑφίστασθαι saepe casu destitutum per se significat, *rem aggredi & sustinere*, *provinciam subire*: vel certe τὸ τοιοῦτον, ut in fine §. sequ. Ex Prometheo Liberato *Varronis* profert *Nonius* in *Quaesti* p. 492. *AEmulum illius artis, atque obstrigillatorem, qui per aliquot annos quaesti nihil fecerit*: videtur horum alteruter Prometheus aut Mercurius indicari. *T.H.*

93. Οὐχὶ ὃ ἀπόχρη μόνα &c.] *H.Stephan.* in App. de D. A. p. 105. ubi de pleonasmo adverbii μόνον agit post ἀρκεῖ & ἀπέχρησε· quanquam nimis subtilem illam *Stephani* disputationem non probo. Ceterum Mercurius pro sua solertia non nimis exacte hunc aditum accusationis instituit, videturque partium inter se connexio paulo inconcinnior minus ad sententiam respondere: levi mutatione huic difficultati existimo subveniri posse: πάνυ γοῦν, ὦ Προμηθεῦ, μακρῶν δεῖ λόγων &c. νυνὶ δ' ἀπόχρη μόνα τὰ κεφάλαια εἰπεῖν τῶν ἀδ. ut in Tim. §. 38. ἐχρῆν μέντοι ἴσως σε μακρὰν εἰπεῖν· sane ἔχει δὲ quid faciat, nullus video. *T.H.*

97. Τὸν βασιλέα] Τὸν Δία. *J.Br.*

98. Οὐδὲν δέον] Hanc formulam explanat, & simul haec *Luciani* verba *H. Stephan.* App. de D. A. p. 160. *T.H.*

4. Ῥῆσίν τινα μακρὰν ἀποτείνειν] Sumtum a *Platone* de Rep. X. p. 755. E. καὶ μακρὰν ῥῆσιν ἀποτείνασθαι ἐν τοῖς ὀδυρμοῖς· in Protag. p. 250. C. περὶ ἃ ἐγώ τε καὶ σὺ μακρὸν λόγον ἑκάτερος ἀπετείναμεν. *T.H.*

22. Τὸ δ' ὀργῆς κεφάλαιον ἡλίκον ἐστίν] Ita Mss. Codd. P. & L. pro, αὐτὸ δ' ὁ. τὸ κ. ὅ ἐστιν, quod in Impressis est. *M.du S.*

23. Ὡς μειρακίου] Sic in Timo. & Toxare. *J.B.*

24. Τὸ μεῖζον] *Majorem partem.* *J.Br.*

Ibid. Λήψεται] In Graecis verbis naevus quidam est. Ait, μειρακίου τὸ τοιοῦτον ὀργίζεσθαι καὶ ἀγανακτεῖν, εἰ μὴ τὸ μεῖζον αὐτὸς λήψεται. Sine ullo dubio λήψηται legendum; nec aliter videtur accepisse Interpres. *J.J.*

Λήψεται] Dictum supra ad Τιμ. c. 19. de hujusmodi exemplis sat est. Frustra hanc lectionem sollicitat vir doctus. *M.du S.*

Λήψεται] *H. Stephan.* App. de D. A. p. 145. observat, *futurum nonnullis etiam locis adhibitum inveniri, ubi in praesens itidem, aut praeteritum perfectum resolvi*

dixisti, videbimus paulo post. Ego vero, quandoquidem sufficere ais, quae accusatorie sunt a te prolata, conabor, quantum potero, dissolvere crimina. Primumque audi de carnibus. Atque equidem, ita me juvet Cœlus, nunc etiam ista referens pudore suffundor Jovis vicem, qui tam sordidi sit contractique animi, ac suspicioso querulus, ut, quia parvulum os in sua portione reperit, in crucem tollendum mittat vetustum adeo Deum, nihil amplius auxilii lati memor, neque adeo irae causa quantilla sit cogitans, & plane pueri esse illud, succensere atque indignari, nisi partem ipse majorem accipiat.

8. Atqui versutias ejusmodi, Mercuri, conviviales non decet, opinor, memori mente reponere; sed, si quid etiam peccatum fuerit inter epulas, ludum putare, atque ibi in convivio depositam iram relinquere: verum ut in crastinum sub pectore recondas odium, & injuriae recorderis, atque hesternæ rei memoriam conserves, apage, neque Deos hoc decet, nec praeterea regium est. Quod si quis abstulerit a conviviis festivitates eas, astum & jocos & subsannationes & irrisiones, nihil scilicet

εἴρηκας, ὀψόμεθα μικρὸν ὕστερον· ἐγὼ δὲ ἐπεὶ σοὶ ἱκανὰ φὴς εἶναι τὰ καθηγορημένα, πειράσομαι ὡς ἂν οἷός τε ὦ, λαβὼν τὰ ἐγκλήματα. καὶ πρῶτον μὲν ἄκουσον τὰ περὶ τῶν κρεῶν. καίτοι, νὴ τὸν οὐρανόν, καὶ νῦν λέγων ταῦτα, αἰσχύνομαι ὑπὲρ τοῦ Διός, εἰ οὕτω μικρολόγος καὶ μεμψίμοιρός ἐστι, ὡς διότι μικρὸν ὀστοῦν ἐν τῇ μερίδι εὗρεν, ἀνασκολοπιοῦσθαι πέμπειν παλαιὸν οὕτω θεὸν, μήτε τῆς συμμαχίας μνημονεύσας, μήτε αὐτὸ τοῦτο τὸ κεφάλαιον ὃ ἐστὶν ἐννοήσας· καὶ ὡς μειρακίου τὸ τοιοῦτον ὀργίζεσθαι, καὶ ἀγανακτεῖν, εἰ μὴ τὸ μεῖζον αὐτὸς λήψεται.

Καίτοι τάς γε ἀπάτας, ὦ Ἑρμῆ, τὰς τοιαύτας συμποτικὰς οὔσας, οὐ χρὴ, οἶμαι, ἐπιμνημονεύειν· ἀλλ' εἰ καί τι ἁμάρτοι μεταξὺ εὐωχουμένων, παιδιὰν ἡγεῖσθαι, καὶ αὐτῷ σοὶ τῷ συμποσίῳ καταλιπεῖν τὴν ὀργήν· ἐς δὲ τὸ αὔριον ταμιεύεσθαι τὸ μῖσος, καὶ μνησικακεῖν, καὶ ἕωλόν τινα μῆνιν φυλάττειν, ἄπαγε, οὔτε θεοῖς πρέπον, οὔτε ἄλλως βασιλικόν. ἦν γοῦν ἀφέλῃ τις τῆς συμποσίων τὰς κωμῳδίας ταύτας, ἀπάτην, καὶ σκώμματα, καὶ τὸ σιλλαίνειν, καὶ ὀπτελᾶν, τὸ καλα-

a Αὐτὸ τὸ ὀρ.] αὖ τὸ τ. ὀ. π. ἡλίκον ἐστὶν P. L. posterius ἡλίκον ἐστὶν alios legere notatur in marg. *Aiw.* b Κομψείας] F. κομψὰς mendose. c Σιλλαίνειν] Διασιλλαίνειν P. *J.*

35. Σιλλαίνειν] Σιλλαίνειν ἐπὶ σκωμμάτων, κατὰ τροπὴν τοῦ τ εἰς σ τιλλαίνειν τινές· τίλλειν δὲ ἐστὶ τὸ σκάπτειν. Δηλοῖ δὲ καὶ χλευασικὸν ποίημα, παρὰ τὸ διαστίλλειν τοὺς ἵλλους, καὶ διαστήσαι τῇ χηραμῇ τὸ ὀφθαλμῶν· ἵλλοι γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ παρὰ τὸ εἰλεῖσθαι ἐν αὐτοῖς τὰς κόρας. Ἄλλως. Σιλλαίνειν, μυλλαίνειν, διὰ τὸ ὀφθαλμῶν σκώπτειν καὶ μυλλίζειν· σίλλος γὰρ ὁ μῶμος καὶ ὁ μῶμος καὶ ἡ ἀκολασία καὶ ὁ χλευασμός. Καὶ ὁ ταῦτα γράφων σιλλογραφεῖ. *V.*

* Τέτρωται] Τρωτὸν emendavit *M. du Soul*: itaque restituendum esse satis patet ex *Etymol* in Σίλλος· huic enim priora istius scholii debentur, unde simul liquebit, quam inepte τιλλαίνειν τινές hic ponatur, posteriora *Suidae* in Σιλλαίνει· apud eum pro ἡ ἀνελασία, quod nihil ad explicationem vocis σίλλος pertinet, recte legitur ἡ κακολογία· tum praeterea, ὁ ταῦτα γράφων σιλλογράφος, quomodo *Matthaeus* etiam *Sladus* reposuerat. *T. H.*

vi posse videtur; cujus usus exemplum hoc profert: tum · *videtur enim si μὴ λήψεται esse pro si μὴ λαμβάνει, vel λαμβάνοι in praes. opt. aut etiam pro si μὴ εἴληφε· non enim loquitur de eo quod eventurum erat, sed de eo quod jam evenerat*: & alia plura perquam subtiliter, ut parum absit, quin nodum in scirpo quaerere videatur. Modo reliqui vulgatam lectionem, quamvis aliquanto magis placeat ἡλίκον ἐστὶ· nam αὐτὸ nolim mutatum in αὖ τὸ· sed videtur adhuc locus ille meliorum Codicum auxilio indigere. *T. H.*

26. Συμποτ. . . . .] Hinc veteres illud usurpabant, μισῶ μνάμονα συμπότην. de quo vide συμπ. c. 3. *M. du S.*

27. Ἀπομνημονεύειν] Μισῶ μνάμονα συμπότην. Id. in Lapith. *J. B.*

31. Ἕωλόν τινα μν.] *H. Stephanus*, Thes. T. III. p. 1239. in Ταμιεύω hunc locum proferens scribit ἔγχολόν τινα μνήμην, vitio memoriae, an quod ita reponendum putarit. Sed nihil est, cur receptam lectionem loco moveamus: ἔγχολον, quanquam forma non discrepet ab ἔγκοτον, auctoritate, quantum memini, caret. Saepius autem *H. Stephano* contigit in eo Lexico, quod collata plurium opera congestum fuit, ut veterum scriptorum loca longe aliter adferat, quam in Edd. legantur, nulla tamen variae lectionis vel mentione facta, vel reddita ratione. *T. H.*

35. Διασιλλαίνειν] Sic P. & Ed. *J.* In reliquis σιλλαίνειν. Reperitur iterum haec vox in Ἀσὺξ. c. 24. & ibi

[a] καλαλειπόμμυόν ὄζι μέθη, ἡ κόρος, ἡ σιωπὴ, σκυθρωπὰ ἡ ἀτερπῆ πράγματα, ἡ ἥκιστα συμποσίῳ πρέποντα· ὥστε ἐγὼ οὐδὲ [b] μνημονεύειν εἰς τ' ὑστεραίαν ἔτι ᾤμην τ' Δία, οὐχ ὅπως ἡ τηλικαῦτα ἐπ' αὐτοῖς ἀγανακτήσειν, ἡ πάνδεινα ἡγήσεσθαι πεπονθέναι, εἰ μικρόν τις κρέα, παιδιάν τινα ἔπαιζε, πειρώμενος εἰ μὴ γνώσεται τὸ βέλτιον ὁ αἰρούμενος.

aliud erit reliquum, nisi ebrietas, satietasque & silentium, res tetricae & injucundae, quaeque minime compotationi conveniant. Quare nihil minus putaram, quam recordaturum esse Jovem postridie; nedum ut tanto opere propterea indignaretur, sequeque gravem injuriam existimaret esse passum, si distribuens aliquis carnes ludum quendam luserit tentando, num, qui deligit, meliorem partem dignoscat.

Τίθει δὲ, ὦ Ἑρμῆ, τὸ χαλεπώτερον, μὴ τ' ἐλάττω μοῖραν ὑπονενεμηκέναι τῷ Διΐ, τ' δ' ὅλην [c] ὑφηρῆσθαι· τί οὖν μᾶλλον τοῦτο ἐχρῆν, τὸ τοῦ λόγου, τῇ γῇ τ' οὐρανὸν ἀναμεμίχθαι, ἡ δεσμὰ, ἡ σταυροὺς, ἡ Καύκασον ὅλον ἐπινοεῖν, ἡ ἀετοὺς καλαπέμπειν, καὶ τὸ ἧπαρ ἐκκόπτειν;

9. Pone vero, Mercuri, quod gravius est, non minorem me partem attribuisse Jovi, sed totam subripuisse: quid igitur? ideone oportebat, quod proverbio dicitur, terrae coelum misceri, vincula, cruces, totumque Caucasum adinvenire, & aquilas demittere, & jecur extundere? Ista

a Καλαλειπόμμυον] Priores Edd. καλαλοιπόμμυον. b Μνημονεύειν] μνημονεύσειν Marg. *AiW.* c Ὑφηρῆσθαι] In cunctis Edd. ὑφηρεῖσθαι, quod Grammaticae leges respuunt.

ibi quidem in omnibus libris composita, ut hic in *J.* & P. legitur. Enarrat autem *Aelianus* Var. H. III, 40. dum Σιληνοὺς vult dictos ἀπὸ τῦ σιλαίνειν. *M. du S.*

Σιλαίνειν] Verbum ποιητικώτερον est *Polluci* IX, 148. ubi vide, quae diximus: σιλλοῦν & ἀφσιλλοῦν adjungit *Pollux*: posterius in *Dione Cass.* p. 875. B. ὅτι ἡ ἄκων ἀφσιλῶσαι τι αὐτὸν σκωπτόλης ὢν προήχθη habet *Hesych.* in V. & ἀφσιλλαίνειν in Διολουφεῖν. Καλασιλλαίνειν *Hippocr.* in Παραγγ. p. 27. v. 41. Apparet autem nihil referre, utrum σιλλαίνειν legas an ἀφσιλλαίνειν. *T. H.*

38. Ὥστε ἐγὼ οὐδὲ μν.] Interp. *Ideoque Jovem facti postridie non recordaturum putabam, nec tantum ob rem tantillam stomachaturum.* Non expressit vim loquutionis οὐχ ὅπως, atque adeo totius periodi sensum infirmavit: debuisset enim hoc modo: *Itaque putabam ne recordaturum quidem Jovem ejus facti postridie, nedum adeo graviter ob id indignaturum:* οὐχ ὅπως est *nedum*. *H. V.*

Ibid. Οὐδὲ μνημονεύω] Castiga οὐδὲ μνημονεύειν. *J. Br.*

39. Οὐχ ὅπως &c.] Verte: *nedum ut propterea usque adeo iraesceretur*: quod non expressit Interpres. *J. C.*

40. Τηλικαῦτα] Id est, τηλικούτως *F. G.*

44. Τὸ χαλεπ.] *Quod longe quidem gravius esset.* *J. Br.*

46. Τὸ τῦ λόγου] *Quod proverbio jactatur.* *J. Br.*

47. Τῇ γῇ τ' οὐρανὸν ἀναμ.] Hic locus *Erasmum* non fugit in *Mare coelo miscere.* *T. H.*

51. Εὐστάλειαν ἡ ἀγύνειαν] Εὐστάλ. ex L. & Ed. *J.* est. In reliquis impressis pro eo μικροψυχίαν legitur. De ἀγύνειαν, leve est quod moniturus sum; in omnibus mendose scribi ἀγύνειαν, nisi quod sola *Fl.* ἀγύνοιαν mendose habet. Sed ista tenuia, nisi editores cautius animadvertant, tot foedas Graecorum librorum editiones in aeternum propagabunt. *M. du S.*

Μικροψυχίαν] Quoniam haec vox multo melius ex Graecorum usu huc convenit, quam εὐστάλεια, non committendum videbatur, ut eam deteriore mutarem. Ἀγύνης & ἀγυνία, quaeque inde ducuntur, ἀγύνεια & ἀγύνειαν promiscue fere solent usurpari, sic ut, si Codices hodiernos & rationem in nostris Edd. scribendi consulamus, dignosci non possit, an pro diversis olim fuerint habita, nec ne: quamquam, si originem atque analogiae leges spectes, prius ad genus ejusque sordes, alterum ad animum proprie pertineant. *T. H.*

54. Τοιαῦτα ἐργάζεται] Anglic. τηλικαῦτα ὀργίζεται. *J. B.*

Τοιαῦτα ἐργάζεται] Omnino ex Codice cum Anglicano, tum alio, cujus excerpta penes me sunt, legendum, *si quidem ob rem tantillam tantopere ὀργίζεται, si parvae carnis causa tantopere indignatur.* Et statim cur non, ut jusserat *Bourdelotius*, & ipsi canones τ' γραμματικῶν παιδῶν jubent, rescripserunt sequentes Editores, praesertim Mss. volentibus, ἀφελιχμάσθαι; est enim a ἀφελιχμάζω. *J. G. G.*

Τηλικαῦτα ὀργίζεται] Genuina haec lectio est, quam exhibent L. Angl. & Ms. Gr. quam iterum habet *Noster* Ἀποκ. c. 8. quanquam ferri etiam aliquo modo posset vulgata τοιαῦτα ἐργάζεται. Supra jam dixerat τηλικαῦτα ἀγανακτήσειν. c. 5. *M. du S.*

Τοιαῦτα ἐργάζεται] Videri potest vulgata lectio commendationem aliquam habere supra eam, quam Codd. suggerunt, quippe quae simul complectitur & iram Jovis, & quae postea, Prometheo perquam sane gravia, sunt consecuta: praesertim si attendas ad ea, quae mox ab hominum comparatione ducta succedunt. Attamen, quoniam orationem non minus ornat τηλικαῦτα ὀργίζεται, illud dedi judicio *J. G. Grae-*

Iſta vide ne magnam patefaciant indignantis humilitatem animi ignobilem, & in ira concipienda levitatem: quid enim hic deſignet, ſi totum bovem perdiderit, qui fruſtulorum carnis paucorum cauſa tanto opere ſtomachetur!

10. Contra homines quanto ſe præbent æquiores in iſtiusmodi rebus, quos credi poterat ad iram eſſe promtiores Diis? & tamen eorum nemo eſt, qui coquum cruce multarit, ſi carnes elixans immiſſo digito de juſculo deguſtarit, aut aſſatarum carnium quiddam avulſum deglutiverit: ſed veniam dant ipſis: ſin eſt ut etiam valde iraſcantur, aut pugnos incutere ſolent, aut

ὅρα γὰρ μὴ πολλὴν ταῦτα καλήγορῇ τῆς ἀγανακτοῦντος αὐτῷ μικροψυχίαν, καὶ [d] ἀγένειαν τῆς γνώμης, καὶ πρὸς ὀργὴν εὐχέρειαν. τί ἂν ἐποίησεν ὅτος ὅλον βοῦν ἀπολέσας, εἰ κρεῶν ὀλίγων ἕνεκα [e] τηλικαῦτα ὀργίζεται;

Καίτοι πόσῳ οἱ ἄνθρωποι εὐγνωμονέστεροι ἀφίκειν πρὸς τὰ τοιαῦτα, ὃς εἰκὸς ἦν καὶ τὰ ἐς ὀργὴν ὀξυτέρους εἶναι τῶν θεῶν; ἀλλ' ὅμως ἐκείνων οὐκ ἔστιν ὅστις τῷ μαγείρῳ σαυτὸν ἂν τιμήσαιο, εἰ τὰ κρέα ἕψων, καθεὶς τὸν δάκτυλον, ζωμοῦ [f] περιελιχμήσαιο, ἢ [g] ὀπτωμένων ἀποσπάσας τοῦ κρεῶν καλεβρόχθισεν· ἀλλὰ συγγνώμην ἂν ἔχοις αὐτοῖς. εἰ δὲ καὶ πάνυ ὀργιοῦνται, ἢ κονδύλους ἐνέτριψαν, ἢ καὶ χοῖρον

[d] Ἀγένειαν] In Exc. P. ſic legitur: καὶ ἀγένοιαν (haec ſcriptura F.) τῆς γνώμης] γρ. ἀγέλειαν. In L. ἀγέλειαν τῆς γν.] ἐντέλειαν. Haec male deſcripta credo: debuerat, ni fallor, dediſſe: ἐντέλειαν ἢ ἀγέλειαν τῆς γν. Ἐντέλειαν vitio vetuſti Codicis pro ἐντέλειαν, quod ipſum F. praebet loco τῆς μικροψυχίαν· ἀγέλειαν pro ἀγένειαν. [e] Τηλικαῦτα ὀργίζεται] Priores Edd. τοιαῦτα ἐργάζεται. Quod reſtituimus, adſcriptum etiam in Marg. AIW. [f] Περιελιχμήσαιο] Ita recte A. C. L. F & H. Stephan. Th. T. II. p. 673. eſt autem a ἐλιχμάω. Reliquae Edd. ἐλιχμω. [g] Ὀπτωμένων] Sic F. V2. P. In ceteris ὀπτομένων.

51. Ἀγένειαν] Gr. ἐντέλειαν. G.

63. Ἢ κονδύλους] * Κόνδυλος περὶ τὴν κάμψιν τῶν δακτύλων, οἱονεὶ † κόνδυλοι ὄντες περὶ αὐτοὺς γὰρ ἡ κάμψις τῶν δακτύλων ἐγγίνεται. Ἢ κόνδυλός τις ἂν, εἰς τὰ κενὰ ‡ δόμβος τῶν ῥαπιζομένων· κενὰ γὰρ σαρκῶν τὰ μέρη ταῦτα. V.

Κόνδυλ@·] Haec, quae totidem pene verbis leguntur in *Etymologo*, inde corrigenda ſunt: παρὰ τ. κ. τ. δ. οἱονεὶ κάνδυλοι· tum: ἢ κάνδυλός τις ἂν εἰς τὰ κενὰ δυόμενος &c. quae itidem in Exc. G. rectius ponebantur. Reſtituere facile erat, ſi quis modo ad futiliſſimas Grammaticulorum originationes attenderet. *T. H.*

† Κόνδυλοι] Exc. G. κάνδυλοι. *M. du S.*

‡ Δόμβος] Exc. G. δυόμενος, & antea κόνδυλος. *M. du S.*

vii & *M. du Soul*, ut in *Lucianum* redire ſim paſſus: innumera ſunt exempla, ubi ἐργάζεσθαι & ὀργίζεσθαι fuerint confuſa. *T. H.*

58. Μαγείρῳ] *Hor.* Serm. I. 3.

Si quis eum ſervum, patinam qui tollere juſſus
Semeſos piſces, tepidumque ligurierit jus,
In cruce ſuffigat; Labeone inſanior inter
Sanos dicatur. *M. du S.*

60. Περιελιχμήσαιο] Scribe περιελιχμήσαιο, ut in Anglic. Cod. & ita reſcripſeram. tangit coquos catillones, quorum ſupplicium flagella, crux, candens lamina. dixerunt interp. *Martial.* & *Horat.* *J. B.*

Περιελιχμήσαιο] F. Περιελιχμήσαιο. *F. G.*

Περιελιχμήσαιο] Recte eruditi correxerunt περιελιχμήσαιο. Ipſe quoque *Noſter* infra in Deor. Dialog. XII. περιελιχμησάμους. Mox ſcribendum omnino ὀπτωμένων ab ὀπτάω. *Nemo coquum cruce multarit, quod carnes elixans, immiſſum juſculo digitum viſus ſit circumlambere, aut nonnihil toſtarum carnium avulſum deglutierit.* Idem mendum irrepſit in *Noſtri* opuſculum, *Fugitivi* inſcriptum, ubi ὀπτωμένων ἀνθρωπίνων σωμάτων, non ὀπτομένων, legendum. Melius ſcriptura haec obſervata in Epiſt. Saturnalib. καὶ τῆς ἔλαφου, καὶ τὰ δελφάκια μέλαχρι ὀπτωμένων, &c. In Necyomantia: Οἰμωγὴ τῶν ἐπὶ τοῦ πυρὸς ὀπτωμένων. Similis ſpurcities foedavit *Antoninum Liberalem* c. 35. Λύκοι δὲ σωαντόμοι καὶ σήματες, ὑφηγήσαντό σου ὁδοῦ. Corrige σωαντόμοι· eſt enim ab σωαντάομαι. *Lupi autem obviam facti, & adulantes, ductores ſe viae praebuerunt.* Mirum, id fugiſſe diligentiam duorum, qui noviſſime ſcriptorem illum ediderunt, quorum alter etiam ſecundas huic ſcriptori impendit curas. *J. F.*

Περιελιχμή—.] Recte in Ed. F. erat. Aliae omnes mendoſae. Recte etiam in Cod. L. *M. du S.*

63. Κονδύλους ἐνέτριψαν] Hoc admodum ignominioſum & ſervis etiam vix ferendum, qua de re egregia notat *J. Tollius* ad *Longin.* p. 232. Quomodo differant κονδύλους ἐντρίβειν (κόνδυλον ἐντρίβειν μάλα σφρεὸν apud *AElianum* eſt V. H. XIII, 38.) & κατὰ κόρρης πατάττειν, nemo ignorat paulo peritior. Haec Atticorum uſu teruntur: ad quem cenſum vix referri licet κονδυλίζειν & ῥαπίζειν. Ἐπὶ κόρρης πατάξας, itidemque ἀλλήλους ἐπιῤῥαπίζοντες *Alciphron* habet III. p. 368. κἂν ἐπὶ κόρρης σε πατάξῃ τις *Liban.* T. I. p. 238. D. Vide *Harpocrat.* in Ἐπὶ κόρρης. *T. H.*

κόρρης ἐπάταξαν, ἀνεσκολοπίσθη δὲ ὑδὲις παρ' αὐτοῖς τῶν τηλικούτων ἕνεκα. καὶ περὶ μὲν τῶν κρεῶν τοσαῦτα· αἰσχρὰ μὲν καὶμοὶ ἀπολογεῖσθαι· πολὺ δὲ αἰσχίω καλήγορεῖν ἐκείνῳ.

alapas in malam ingerere; nemoque hactenus apud eos in patibulum ire jussus ob tanta scilicet crimina. De carnibus ista sunt satis, quorum ut turpis est mihi defensio, sic multo turpior ipsi accusatio.

Περὶ δὲ τῆς πλαστικῆς, καὶ ὅτι τὸς ἀνθρώπους ἐποίησα, καιρὸς ἤδη λέγειν. τοῦτο δέ, ὦ Ἑρμῆ, διττὴν ἔχον τὴν καλήγορίαν, οὐκ οἶδα καθ' [a] ὁπότερον αἰτιῶδέ με πότερα, ὡς ὐδὲ ὅλως ἐχρῆν τὸς ἀνθρώπους γεγονέναι, ἀλλ' ἄμεινον ἦν ἀτρεμεῖν αὐτὸς γῆν ἄλλως ὄντας ἀνέργαστον, ἢ ὡς πεπλάσθαι μὲν ἐχρῆν, ἄλλον δέ τινα καὶ μὴ τοῦτον διεχημάτισθαι τρόπον; ἐγὼ δὲ ὅμως ὑπὲς ἀμφοῖν ἐρῶ. καὶ πρῶτόν γε, ὡς ὐδεμία τοῖς θεοῖς ἀπὸ τούτου βλάβη γεγένηται, τὸν ἀνθρώπων ἐς τὸν βίον παρελθόντων, πειράσομαι δεικνύειν· ἔπειτα δὲ, ὡς καὶ συμφέρονται καὶ ἀμείνω ταῦτα αὐτοῖς πολλῷ, ἢ εἰ ἐρήμην καὶ ἀπάνθρωπον συνέβαινε τὴν γῆν μένειν.

11. De arte fingendi autem, deque eo, quod homines fecerim, tempus jam dicere: illud autem, Mercuri, quum duplicem habeat insimulationem, nescio equidem, quam in partem maxime me criminemini: utrum, in totum non oportuisse homines fieri, meliusque fuisse, si conquievissent ac mansissent terra prorsus rudis atque inelaborata; an, eos quidem fingi debuisse, sed alium quendam, non hunc in modum, efformatos. At ego tamen de utroque dicam: & primum quidem, nullum omnino Diis ex eo damnum accidisse, quod homines in vitam sint producti, conabor ostendere: deinde, multum interesse, ut utilius hoc ipsis & melius sit, quam si terram desertam hominumque vacuam contigisset restare.

Ἦν τοίνυν πάλαι (ῥᾷον γὰρ ἴστω δῆλον ἂν γένοιτο εἴ τι ἠδίκησα ἐγὼ μελαχοσμήσας, ἢ νεωτερίσας τὰ περὶ τοὺς ἀνθρώπους)

12. Ergo erat olim (facilius enim sic palam fiat, an quid ego peccaverim alio ornatu inducto noveque fabricatis hominibus) di-

[a] Ὁπότερον] Omnes excepta *F.* καθ' ὁ πρότερον. Confirmat P. vice τῦ πρότερον in Marg. *AIW.* πότερον.

69. Τοῦτο . . . ἔχον] Judicent alii. ego τούτου . . . ἔχοντος scriptum fuisse arbitror. *M. du S.*

Τοῦτο . . . ἔχον] Omnino retinendum: haec absolutae structurae forma, qua nominativus genitivi locum tenet, oppido familiaris est Graecis: saepe tamen factum, ut in illum usum, tanquam scopulum, Eruditi viri impegerint. Apud *Suidam* in Εὐρύβατος male sollicitat *Kusterus*, itidemque in Ῥαψῳδύσις, tametsi ceteroquin eum haec loquendi consuetudo non fugeret, ut satis constat ex iis, quae monuit ad V. Σολοικισμὸς, & ad *Aristoph.* Plut. v. 277. Revocandam censeo lectionem Mss. in *Strabone* VI. p. 397. D. εὐνομηθέντες pro εὐνομηθέντας. Hac de re jamdudum praecepit *F. Scaliger* Castig. in *Hippocr.* de Vulner. p. 32. Vide *Davis.* ad *Clem.* Ep. I. c. 11. & quae notavi ad Halcyon. §. 8. Καθ' ὁπότερον manifeste firmatur ex sequentibus. *T. H.*

71. Ὁπότερον] Pro hac voce, quae in P. & Ed. *F.* legitur, reliquae habent ὁ πρότερον, quod minus probum visum. *M. du S.*

73. Αὐτοὺς γῆν ἄ. ὄντας ἀν.] Commode Interpres. Adscripsit tamen Pater, αὐτοῖς γῆν ἄλλως ὄσαν ἀνέργαστον. *F. G.*

Ἄ. γῆν ἄλλως ὄντας ἀνέργαστον] Condonandum est aliis, si forte minus acute videant, ubi vir perspicacissimus *F. Fr. Gronovius* haesitavit. Equidem nullum hic a libris subsidium desidero: si homines non finxisset Prometheus, utique mansisset illa materia, ex qua sunt formati, γῆ ἄλλως ἀνέργαστος, ipsique adeo homines sine motu temere jacerent, nihil aliud quam lutum rude omnique formae decore nudatum: §. 13. ἐκ πηλοῦ ζῶα πεποίηκα, ἐκ τὸ τίως ἀκίνητον εἰς κίνησιν ἤγαγον· hoc est illud ἀτρεμεῖν, πηλὸν εἶναι ἀκίνητον. Quam ob rem *Luciani* verba talem habent sensum: *utrum plane nullos homines oportuisse creari, sed melius fuisse, si motus expertes, ut erant, conquiescerent, terra nimirum prorsus informis atque arte nulla elaborata.* Error Interpretum in eo versatus fuit, quod γῆν non materiam creandorum hominum, sed vel terrarum orbem, vel terram quamcumque rudem intellexerint. *Propert.* III, 3. v. 29. *o prima infelix fingenti terra Prometheo.* Quod si haec referenda forent ad ipsum terrarum orbem, ut sane voluisse videtur *Gronovius*, scribendum omnino fuerat, ἀτρεμεῖν ἂν τὴν γῆν ἄλλως ὄσαν ἀνέργαστον. *T. H.*

74. Ὄντας] Mallem ἐόντας. ut simile sit ei quod in Ἑρμ. adhibet, c. 35. sed in libris nihil hic subsidii. *M. du S.*

78. Καὶ τ' ἀνθρ.] Καὶ abundat. *F. Br.*

81. Ἀπάνθρωπον] Ab *AEschylo* sumsit in P. V. v. 20. ut recte *Stanleo* est observatum. *T. H.*

83. Ἦν τοίνυν πάλαι] Ὡς ἦν τοίνυν πάλαι patet ex §.

divinum ſolum ac coeleſte genus : tellus vero inculta quaedam res & informis , ſilvis tota iisque agreſtibus horrida : neque erant arae Deorum nec templum (qui poterat enim?) nec ſtatua , neque ſimulacrum, neque aliud quicquam ejusmodi , qualia multa jam ubique apparent ſumma cum cura in honore habita. Ego vero , ſemper enim aliquid conſulo in commune , mecumque agito quomodo amplificentur res Deorum , ceteraque omnia incrementum capiant ornatus ac pulcritudinis , in animum induxi optimum fore factum , ſi , parvula quadam luti parte accepta , animalia componerem atque effingerem ſpecie nobismet ipſis adſimilia : etenim ita ſtatuebam , deficere quiddam naturam divinam , dum nihil extat ipſi contrarium , ad quod inſtituta comparatione , illam eſſe beatiorem dilucide pateat : tum mortale illud eſſe volebam ; artificioſiſſimum alioquin & prudentiſſimum, quodque melioris haberet ſenſum.

13. Itaque , ſecundum poetae dictum, aqua terrae mixta & permollita effinxi homines , Minervamque etiam advocavi, ut una mecum operi manum adcommodaret. Iſthæc ſunt ſcilicet , quæ gra-

τὸ θεῖον μόνον καὶ τὸ ἐπουράνιον γένος. ἡ γῆ δὲ, ἄγριόν τι χρῆμα καὶ ἄμορφον, ὕλαις ἅπασα, καὶ ταύταις ἀνημέροις λάσι@· οὔτε δὲ βωμοὶ θεῶν, ἢ νεὼς· πόθεν δὲ ἄγαλμα, ἢ ξόανον, ἢ τί ἄλλο τοιοῦτο, οἷα πολλὰ νῦν ἁπανταχόθι φαίνε) μὴ πάσης ἐπιμελείας τιμώμενα· ἐγὼ δὲ, ἀεί γάρ τι προβουλεύω εἰς τὸ κοινὸν, καὶ σκοπῶ ὅπως αὐξηθήσε) μὲ τὰ τῶν θεῶν, ἐπιδώσει δὲ καὶ τἄλλα πάντα ἐς κόσμον, καὶ κάλλ@, ἐνενόησα ὡς ἄμεινον εἴη ὀλίγον ὅσον γε πηλοῦ λαβόντα, ζῷα τινὰ συστήσα), καὶ ἀναπλάσαι τὰς μορφὰς ἡμῖν αὐτοῖς προσεοικότα· καὶ ᾠ ἐνδεῖν τι ὤμην τῷ θείῳ, μὴ ὄντ@ γε ἐναντίᾳ αὐτῷ, καὶ πρὸς ὃ ἔμελλεν ἡ ἐξέτασις γιγνομένη εὐδαιμονέστερον ἀποφαίνειν αὐτό· θνητὸν μέντοι αὐτὸ εἶναι· εὐμηχανώταλον δ' ἄλλως, καὶ συστατώταλον, καὶ γε βελτίον@ αἰθανόμενον.

5 Καὶ δὴ, τί τὸ ποιητικὸν λόγον, γαῖαν ὕδατι [b] φύρας, καὶ ἀναμαλάξας, ἀνέπλασα τὰς ἀνθρώπους, καὶ τὴν Ἀθηνᾶν προσκαλέσας [c] συνεπιλαβέσθαι μοι τοῦ ἔργου. ταῦτ' ἐστὶν ἃ μεγάλα

b Φόρας] φυράσας Marg. *AIW.* ſed poſtea deletum.

c Συνεπιλαβέσθαι] Priores Edd. excepta B1. συνεπιλαβεσθαλέσθαι. Quod reddidi, habet etiam Margo *AIW.*

1. Ἡ ἐξέτασις] Ἀντὶ τοῦ ἡ παράβασις. *V.*
Ibid. Εὐδαιμονέστερον] * Τῷ θείου δηλονότι. *V.*

* Τῷ θείῳ] L. τὸ θεῖον. *C.* abb. τῷ θεῷ. *M. du S.*
Culpa deſcriptoris εὐδαιμονέστερον hic praeponi ſuſpicor, vocesque iſtas eſſe jungendas cum praecedenti adnotatione : αὐτὸ τοῦ, ἡ παράβασις· τῷ θείῳ δηλονότι. *T. H.*

8. Ταῦτ' ἐστὶ] † Βαρύτητ@ ὁ λόγ@. *V.*

† Βαρύτητ@] L. Βαρύτατ@ ὁ λ. Vid. Schol. p. 197. n. 38. *T. H.*

§. 9. *Th. M.*
Ἦν . . . . .] Hac interpunctionis ratione, quam & Ed. *J.* praefert, omnia ſana, neque *Marcilii* medela opus eſt. Nos tantum parentheſin , quae antea non notabatur, poſt πάλαι addidimus. *M. du S.*

92. Ἀεί γάρ τι] Parentheſis in voce καλλ@ terminatur. *J. Br.*

Ibid. Προβουλεύω] Alludit Prometheus ad nomen ſuum: nam προμηθεῖν & προβουλεύειν ſunt idem. *J. C.*

98. Ἡμῖν αὐτοῖς προσ.] Ea fuit Epicuri ſententia, θεοὺς ἀνθρωπομόρφους εἶναι ſentientis , quod in eam tantum formam ratio caderet. *J. Br.*

Ἡμῖν αὐτοῖς προσεοικότα] Epicurus ſtatuerat Deos ἀνθρωπομόρφους. Prometheus fingit homines θεομόρφους. Eſt autem in his verbis oratio non legitime connexa, quod ἀνακόλουθον Grammatici vocant: iſtum ordinem conceperat *Lucianus* , τὰς μορφὰς ἡμῖν αὐτοῖς προσεοικότα, θνητὰ μέντοι αὐτὰ εἶναι, καὶ εὐμηχανώταλα ἄλλως &c. verum interveniens ſententia ſeriem hanc abrumpit, mutandaeque verborum ſtructurae occaſionem praebet. *T. H.*

2. Αὐτὸ εἶναι] Ἔχει ſcribendum videtur pro εἶναι. *F. G.*

5. Κατὰ τ. π. λ.] Γαῖαν ὕδατι φύρειν. *Heſiod.* ἐν Ε. καὶ Ημ. v. 61. *J. Br.*

Κ. τ. ποιητικὸν] *Heſiodus* Oper. & Dieb. v. 61. quanquam ibi de Pandora ſermo eſt. *M. du S.*

6. Ἀνέπλ. τ. ἀνθρ.] Homines ſe e luto finxiſſe non negat Prometheus; quem ſermonem ex *AEſchyli* Prometheo decerpſit *Lucianus*. *G. C.*

7. Συνεπιλαβέσθαι] Caſtigo συνεπιλαβέσθαι. *J. Br.*
Συνεπιλαβέσθαι] Ex P. & L. haec ſcriptura eſt ; uti etiam

γάλα ἐγὼ τὺς θεὺς ἠδίκηκα. ἢ τὸ ζημίωμα ὁρᾷς πηλίκον, εἰ ἐκ πηλοῦ ζῶα πεποίηκα, ἢ τὸ τέως ἀκίνητον, εἰς κίνησιν ἤγαγον· καὶ, ὡς ἔοικε, τὸ ἀπ' ἐκείνου ἧττον θεοί εἰσιν οἱ θεοὶ, διότι ἢ ἐπὶ γῆς ἔνητὰ ζῶα τινὰ γεγένηται. ἔτω γὰρ ἢ ἀγαναχτεῖ ὁ Ζεὺς ὥσπερ ἐλαττώμενος τῶν θεῶν ἐκ τῶν ἀνθρώπων γενέσεως. εἰ μὴ ἄρα τοῦτο δέδιε, μὴ καὶ ἕτοι ἐπόρασιν ἐπ' αὐτὸν βουλεύσωσι, καὶ πόλεμον ἐξενέγκωσι πρὸς τοὺς θεοὺς, ὥσπερ οἱ Γίγαντες. ἀλλ' ὅτι μὲ δὴ εὖδεν ἠδίκηδε πρὸς ἐμοῦ, ὦ Ἑρμῆ, καὶ τῶν ἐμῶν ἔργων, δεῖλον· ἢ σὺ δεῖξόν τι καὶ ἐν τὸ μικρότατον, κἀγὼ σιωπήσομαι, καὶ δίκαια ἔσομαι πεπονθὼς πρὸς ὑμῶν.

Ὅτι δὲ χρήσιμα ταῦτα γεγένηται τοῖς

via in Deos admisi: tum detrimentum viden' quantum sit, qui e luto animalia confecerim, quodque hactenus erat inmobile, in motum deduxerim: ex eo, ut videtur, tempore minus Dii sunt Dii, quia in terra quoque animantia quædam mortalia extiterint: quippe illud etiam Jupiter indignatur, quasi deteriore Dii essent conditione ab hominum ortu; nisi forte hoc veretur, ne & illi defectionis consilia adversum se ineant, bellumque inferant Diis perinde ac Gigantes. At nihil vobis accidisse mali a me, Mercuri, meisque operibus, est manifestum: sin, ostende tu unum aliquod vel minimum, & conticescam, ac justa me perpessum a vobis fatebor.

14. Quin contra hæc in rem esse Deorum,

etiam B1. Editor & *Vorstius* conjecerant. In reliquis συνεπιβαλέσθαι. *M. du S.*

Συνεπιλαβέσθαι] In vindicanda lectione restituta cum P. & L. ratio linguae Graecae consPirat: neque aliter *H. Stephanus* Th. T. II. p. 570. Συνεπιλαμβάνομαι ponitur pro *Adjuvo, opitulor*. *Lucianus*, τὴν Ἀθηνᾶν παρακαλέσας συνεπιλαβέσθαι μοι τοῦ ἔργου *q. d. esse mihi adjutricem operis, pro, Adjuvare me in opere.* Quum nullam vitii faciat mentionem, verisimile est, eum ad manum habuisse Ed. B1. quo magis mirum, quod idem scribit T. I. p. 687. *At* συνεπιβάλλομαι, *una aggredior cum gen. rei, & dat. personae. Luc.* συνεπιβάλλεσθαι μοὶ τοῦ ἔργου *una mecum opus aggredi*: cujus quidem potestatis aliud praeter hoc nullum adfert exemplum. Ego vix dubito, quin ξυνεπιβαλέσθαι τινὶ τοῦ ἔργου e numero locutionum Graecarum sit expungendum: contra frequentissimum optimis est scriptoribus συνεπιλαβέσθαι. Suam locutionem tuetur *Lucian.* Eἰκ. §. 8. συνεπιλήψεσθαι τοῦ ἔργου αὐτῷ ἐκ ὁ Θηβαῖος ποιητής. *Maxim. Tyr.* Δ. I. p. 3. Φέρε δὴ ἐφικαλῶμεν τὴν τέχνην ταύτην ξυναπιλαβέσθαι ἡμῖν τοῦ παρόντος λόγου. frustra fuit *D. Heinsius*, quum scribi volebat ἐπὶ τοῦ παρόντος λόγου Δ. XXVI. p. 267. τούτοις ἐκ τὸ θεῖον θέλει ξυνίστασθαί τε ἢ συνεπιλαμβάνειν τοῦ βίου. p. 278. τοῖς χρησοῖς συνεπιλαμβάνειν. Nihil opportunius, quam quod apud *Pausaniam* est II. p. 159. Ἀθηνᾶν δὲ οἱ (Perseo Medusam interemturo) συνεπιλαβέσθαι δοκεῖν τοῦ ἔργου. Parco plura describere, ne taedio sit exemplorum copia. Ex his porro facile licet arbitrari, quemadmodum emendandus sit *Aelian.* Ep. XIX. ἐὰν μή τι ἢ αὐτὴ τῶν ἔργων τῇ Φρυγίᾳ τι ἢ τῇ Θράττῃ συναπαλαμῶσα. Idem est συλλαμβάνεσθαι· quod in *Theophylacti* Ep. 59. nunc legitur ἢ τῶν πόνων συναντιλαμβάνου, Codex Palatinus exhibebat συλλαμβάνου hoc certe restituendum est *Aristaeneto* I. Ep. 10. p. 46. παρθένος ὅσα θεὸς, Ἀκόντιε, συνελάβετε σοὶ τοῦ γάμου. *Mercero* nulla fuit vitii in vulgato συνεβάλετο suspicio. *Herodot.* V. c. 44. Κροτωνιῆται δὲ ἐδέηθησαν σφίσι φασὶ ξεῖνον προσπιλαβέσθαι τοῦ πρὸς Συβαρίτας πολέμου. Mox a *Luciano* sic fuisse credo: ταῦτ' ἐστὶ τὰ μεγάλα, ἃ ἐγὼ τοὺς θ. *T. H.*

14. Οὕτω γὰρ ἢ] Me judice melius erit, si legas: τοῦτο γὰρ ἐ ἀγαναχτεῖ &c. *T. H.*

17. Ἐπ' αὐτῶν] Ἀπ' αὐτοῦ. *Th. M.*

Ἐπ' αὐτὸν] Cur veterem hanc & probam lectionem *Bourdelotio*, pauciissima mutanti, libuerit rejicere, ac pro ea ἐπ' αὐτῶν reponere, non satis assequor: nisi forte ἀπ' αὐτῶν voluerit, certe ἀπ' αὐτοῦ magis placuit *Marcilio* & *Vorstio*. Sed nihil mutandum: aut certe si quid emendandum esse visum fuit, monitum lectorem oportuit. Mendum itaque typographicum putarem, nisi etiam in *H.* & *A.* cernerem. *M. du S.*

27. Γεωργίαις] Intellige non agriculturas cum Interpretibus, sed agros cultos: nisi potius sit, quod malo, literam mutare, γεωργίοις. *Theagen.* apud *Schol. Pindar.* ad Nèμeov. Γ, 21. τὴν ἐκ τούτων ἐρυτομένων γῆν ἐπὶ τὰ γεώργια ἀναφέρειν. Vox *Philoni Judaeo* familiaris. *T. H.*

31. Μεσαὶ δὲ Δ. π.] Ex Arati procemio. *J. Br.*

Μεσαὶ δὲ Δ. π.] *Lucianus* ex *Arato* sumsit, quae *Virgilius* hoc versu reddidit in Palaemone Ecl. III. *Ab Jove principium, Musae: Jovis omnia plena.* *G. C.*

37. Προμ. . . .] Reperta tamen a *Meursio*, idque Athenis & in Academia ipsa, *Promethei ara.* V. A. G. IV, 1011. & quidem auctore Pausania in *Att.* p. 30, 1. ἐν Ἀκαδημίᾳ δὲ ἐστι Προμηθέως βωμός. ἢ θύουσιν ἀπ' αὐτοῦ — πρὸς τὴν πόλιν ἔχοντες λαμπάδας. Quod a scholiaste Sophoclis confirmatur in *Oed. Col.* notante eodem Meursio. Vide etiam fragmentum Menandri huc faciens, Ἔρωτ. c. 43. Sed nulla ei sacrificia fiebant. Sola Lampadedromia colebatur. Vide ibi datas Anonymi notas sub ficto nomine latentis. *M. du S.*

Προμηθέως δὲ ἐδαμῶς] *J. Brodaeus* Misc. I. c. 18. Pro-

rum, ita maxime diſcas, ſi conſideres terram non amplius horridam & pulcritudine ſpoliatam, ſed urbibus, cultis agris, plantisque mitibus ornate diſtinctam, mare navigatum, inſulas habitatas, ubique aras, ſacrificia, templa, feſtorumque celebritates: Jovis autem plenae omnes viae, cuncta hominum fora. Quod ſi mihimet ſoli homines velut legitimam poſſeſſionem effinxiſſem, privatis uſibus ſtudere potuiſſem videri: nunc vobiſcum communicatam in medium attuli. Imo, quod magis eſt, Jovis, Apollinis & tua, Mercuri, templa videre nusquam non datur; Promethei nusquam: viden ut meis ſolius commodis invigilem, publica prodam & imminuam?

15. Hanc porro rationem mihi pone, Mercuri: expende tecum,

Θεοῖς, ὅτως ἂν μάθοις, εἰ ὀπιδλέψειας γῆν ἐκέτι αὐχμηρὰν καὶ [a] ἀκαλλῆ ὖσαν, ἀλλὰ πόλεσι, καὶ γεωργίαις, καὶ φυτοῖς ἡμέροις διακεκοσμημένην, καὶ τ θάλατταν πλεομένην, καὶ τὰς νήσους καλοικεμένας, ἀπανλαχῆ δὲ βωμὸς, καὶ θυσίας, καὶ ναὸς, καὶ πανηγύρεις· μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μ ἀγυιαὶ, πᾶσαι δὲ ἀνθρώπων ἀγοραί. καὶ γ εἰ μὴ ἐμαυτῷ μόνῳ κτῆμα τοῦτο ἐπλασάμην, ἐπλεονέκτην ἂν τ χρήσεως· νδν δ' εἰς τὸ κοινὸν φέρων τέθεικα ὑμῖν αὐτοῖς· μᾶλλον δὲ Διὸς μὲν καὶ Ἀπόλλωνος, καὶ σὸν δὲ, ὦ Ἑρμῆ, νεὼς ἰδεῖν ἀπανλαχῆ ὄντι, Προμηθέως δὲ, ὀλιγίστου. ὁρᾷς ὅπως ταμαυτῷ μόνα σκοπῶ, τὰ κοινὰ δὲ καταπροδίδωμι, καὶ ἐλάττω ποιῶ.

Τίθει δέ μοι, ὦ Ἑρμῆ, καὶ τόδε· ἐννόησον,

a Ἀκαλλῆ] Schol. invenerat in ſuo Codice ἀκαμῆ.

26. * Αὐχμηρὰν] Gr. ἀκαμῆ ἀντὶ τῦ ἀκατέργαστον, ἀπεριποίητον. G.

Ibid. Ἀκαμῆ ὖσαν] Gr. ἀκαλλῆ, ἀντὶ τῦ ἀκατασκεύαστον, ἀπεριποίητον, ἀκατέργαστον. V. ἀκόσμητον. G.

31. Μεσταὶ δὲ Διὸς] Ἀράτου. G.

38. † Ὁρᾷς ὅπως] Κατ' εἰρωνείαν. καὶ τῦτο βαρύτατον εἰρωνεία. V. θεοὺς ἠδίκηκα, βαρύτατος ὁ λόγος. G.

* Αὐχμηρὰν] Praefigendum eſt ἀκαλλῆ. T. H.

† Ὁρᾷς ὅπως] In E. Amſt. haec *Luciani* fuerunt praenotata, Μᾶλλον δὲ Διὸς μὲν καὶ Ἀπόλλωνος] κατ' εἰρώνειαν &c. mutavit Doctiſſ. *M. du Soul*: quam ob cauſam, mihi non plane liquet. Quae autem ſubjecit idem ex G. ita ſunt conſtituenda: θεοὺς ἠδίκηκα] βαρύτατος ὁ λόγος, referrique debent ad ea *Luciani* verba §. 13. v. 9. T. H.

Prometheum a poëtis Deum haberi docet, oſtenditque aram Athenis ei ſacratam ex *Pauſania* & *Schol. Sophocl.* ad OEdip. Col. *Falſo igitur*, inquit, *conqueritur apud Lucianum in cognomine dialogo, nullam ſibi aram dicatam eſſe, nullum extructum templum*: & poſtea: *nugatur vero Prometheus, aut, ſi mavis, Lucianus.* Haec ille ſatis acriter, ac propemodum iracunde. Negari quidem non poteſt, aliquos a veteribus honores fuiſſe habitos Prometheo; nam & ludos Athenienſes celebrarunt Προμήθια, de quibus *Meurſ.* Gr. Fer. in V. & Λαμπάς, quos ſine ſacrificiis omnino peragi potuiſſe, non videtur credibile, & ἱερὸν ejus juxta ac Neptuni Equeſtris in Colono Hippeo commemorat ſcriptor argumenti tragoediae Sophocleae; nam *Schol.* ad v. 56. aliquantulum diſſentiens συντιμᾶσθαι dicit ἐν Ἀκαδημίᾳ τῇ Ἀθηνᾶ cum Vulcano, ipſique eſſe παλαιὸν ἵδρυμα καὶ ναὸν ἐν τῷ τεμένει τ θεοῦ· & Commentator antiquus ad Theogon. *Heſiod.* v. 614. modo ne fides ejus, usquedum alius adſit auctor magis idoneus, vacillet, ſcribit: Ἀκαδήμειον ὄρος Ἀρκαδίας, ἔνθα ἐτιμᾶτο ὁ Προμηθεὺς· ne de *Pauſania* dicam, qui X. p. 806. Panopenſibus eſſe teſtatur πλίνθου, ὡμῆς οἴκημα ὃ μίγα, καὶ ἐν αὐτῷ λίθου τῦ Πεντέλησιν ἄγαλμα, ὃν Ἀσκλήπιον, οἱ δὲ Προμηθέα εἶναί φασιν, eique rei teſtimonia proferri quosdam lapides, reliquias iſtius luti, unde genus humanum finxerit Prometheus. Sed hi honores qualescumque fuerunt tamen admodum rari, ac vetuſtate fere obſoleti; praeſertim ſi ad Jovem, Apollinem & Mercurium comparentur, quorum aedibus & ſacris non urbes ſolum, verum etiam pagi vicique pene omnes abundabant: neque facile erit ex antiquitate tota quicquam amplius de Promethei cultu in medium adferre praeter ea, quae a me ſunt indicata. Quocirca cauſam non video, cur tam acerbe reprehendi meruerit *Lucianus*, quando Prometheum oratoria libertate, eoque magis excuſanda, pro nihilo ducere facit, quod tantillum eſt, ut aliorum comparatione penitus evaneſcat. T. H.

40. Τίθει δέ] In P. ἐπὶ ἔτι δὲ. In L. ἔτι δὲ, rectius, ſed tum aliter interpungendum. M. du S.

Τίθει δέ μοι] Hoc ut commode ponebatur §. 9. ſic minus ad hunc locum reſpondet: quare anteferendum ſine dubio: ἔτι δέ μοι, ὦ Ἑρμῆ, καὶ τόδε ἐννόησον, εἴτε σοι δοκεῖ ἀγαθὸν ἀμάρτυρον, οἷον κτῆμα ἢ ποίημα &c. οἷον enim aeque, ſi non magis, placet, quam ἤ. Quod autem in P. ἐπὶ ἔτι δὲ extiterit, librarii culpa factum fuiſ-

εἴ τι σοι δοκεῖ ἀγαθὸν ἀμάρτυρον, ἢ κτῆμα, ἢ ποίημα, ὃ μηδεὶς ὄψεται, μηδὲ ἐπαινέσει, ὁμοίως ἡδὺ κ τερπνὸν ἔσεσθαι τῷ ἔχοντι. πρὸς δή τι τοῦτ' ἔφην; ὅτι, μὴ γιγνομένων τῶν ἀνθρώπων, ἀμάρτυρον συνέβαινε τὸ κάλλος εἶναι τῶν ὅλων· κ πλοῦτόν τινα πλουτήσειν ἐμέλλομεν, ὅτε ὑπ' ἄλλου τινὸς θαυμασθησόμενον, ὅτε ἡμῖν αὐτοῖς ὁμοίως τίμιον. οὐδὲ γὰρ ἂν εἴχομεν πρὸς ὅ, τι ἔλαττον ποιθῶμεν αὐτὸν, οὐδ' ἂν σωφρονοῦμεν ἡλίκα εὐδαιμονοῦμεν, οὐκ ὁρῶντες ἀμοίρους τῶν ἡμετέρων τινάς. οὕτω γὰρ δὴ κ τὸ μέγα δειχθείη ἂν μέγα, εἰ τῷ μικρῷ παραμεῖροιτο· ὑμεῖς δὲ, τιμᾶν ὅτι τῷ πολιτεύματι τούτῳ δέον, ἀνεσταυρώκατέ με,

tibine videatur bonum aliquod teste carens, seu possessum, sive arte laboratum sit, quod nemo videat, laudet nemo, similiter suave jucundumque fore habenti? quorsum autem illud dixi? quia non factis hominibus testem habitura non erat pulcritudo universi: nimirum divitiis abundaremus, quae neque alii cuiquam essent in admiratione, nec nobismet ipsis perinde caræ; nihil enim extaret omnino, ad quod tanquam imperfectius eas exigeremus; neque intelligeremus, quanta versemur in felicitate, nisi quosdam intueri daretur bonorum nostrorum expertes: sic enim demum magnum patefiat esse magnum, si ad parvi mensuram comparetur. Vos vero, quem decebat ob sollers inventum honoribus afficere, in crucem sustuliſtis me,

eas-

50. Παραθῶμεν * αὐτὸ] Ἀντὶ τοῦ ἐξετάζοιμεν, συγκρίνοιμεν, ὑποβάλλοιμεν. γράφεται ὃ & ὑποθεωρῶμεν. *V.*

* Αὐτὸ] Scribe αὐτόν, ut in textu. *M. du S.*

53. Δειχθείη ἂν μέγα] Gr. δόξῃ ἂν μέγα. *G.*

fuisse conjecto, qui, quum pravam voculam ἐπὶ scripsisset, inducta macula paginam foedare noluit: quod quam frequenter usu veniat, ignorare non possunt illi, qui veteres membranas tractarunt. De ἔτι δὲ, quando a priore argumento ad aliud oratio traducitur, diximus ad Πρ. εἰ ἐν Α. §. 5. Non repugnem, si quis paulo post v. 63. malit, ἔτι & τοῦτα ἴσως φαίης ἄν. quod sane notatum quoque video in margine *AIW. T. H.*

41. Ἀμ. ἢ κτ.] Pro his P. & L. οἷον. *M. du S.*

43. Τῷ ἔχοντι] Hic aliquid desiderari videtur, quod Interpres supplevit. *F. G.*

44. Πρὸς δή τι τοῦτ' ἔφῃν ὅτι, μὴ γιγν.] Anima haec verba interrogatione: πρὸς δή τι τοῦτ' ἔφην; ὅτι μὴ γιγν. &c. *Quorsum haec dixi? Quia nisi essent homines, universi pulchritudo testibus careret.* *J. G. G.*

52. Τῶν ἡμετέρων] Ἀγαθῶν. *J. Br.*

54. Τιμᾶν] *Multis me honoribus prosequi.* *J. Br.*

Ibid. Πολιτεύματι] Proprie quidem πολίτευμα sapiens aliquod viri prudentis consilium ad remp. constituendam, aut commoda civitatis augenda: sed tum quoque callidum quodvis inventum, atque ingenioſe excogitatum, quod cuivis singularem aliquam utilitatem pariat. Hinc σοφόν τι πολίτευμα, καλῷ πολιτεύματι ἐπεγείρειν τὸ κινδύνων, συμφερόντως ὑπὲρ τὴν πολιτεύεσθαι apud veteres usitata. *T. H.*

58. Κακοῦργοι] Ἄνθρωποι. *J. Br.*

15. Ἀνήρπασας, ὦ βασιλεῦ τ θεῶν] Ita recentiores plerique: aliter *Homer.* Il. Υ. v. 234. Τὸν καὶ ἀνηρείψαλο θεοὶ Διΐ οἰνοχαεύσιν· ut obſervavit *Schol. Apoll. Rh.* ad III, 115. nec multum diſcrepat auctor Hymn. in Venet. v. 209. Ὅππη οἱ φίλον υἱὸν ἀνήρπασε θέσπις ἄελλα. *Echemenes* in Creticis non a Jove Ganymedem, ſed a Minoe fuiſſe raptum tradidit, *Athenaeo* teſte XIII. p. 601. F. auctorem ergo Cretenſes honeſtiorem facinori videri poſſunt inſcripſiſſe; nam Plato ſane fabulam ab iis manaſſe aperte fatetur de LL. I. p. 776. E. πάντες δὲ δὴ Κρητῶν τ περὶ τ Γανυμήδη μῦθον καθηγορεῦμεν, ὡς λογοποιησάντων τούτων· verum intercedunt Chalcidenſes, nec tanti decoris privilegium eripi ſibi patiuntur, dictitantes παρ' αὐτοῖς ἁρπασθῆναι τ Γανυμήδη ὑπὸ τοῦ Διὸς καὶ τόκον δεικνύουσι Ἁρπάγιον καλοῦσι, ἐν ᾧ καὶ μυρσίναι διαφοροι πεφύκασιν, ut ſcribit *Athenaeus*, & *Euſtath.* ad Il. Ξ. p. 986. v. 40. Longum foret enarrare, quid quantumque veteres in hac fabula varient; de ipſo Jove in aquilam mutato, quod accommodatiſſimum inſtituto ſuo *Lucianus* eſt amplexus, multum abeſt, ut res liquido conſtet: ſunt enim, qui veram aquilam, ſed tamen juſſu Jovis, hoc facinus perpetraſſe ferant, *Eratoſthenes*, *Hyginus*, alii. T.H.

40. Ἀετὸς σου] Aquarium notat, quem Ganymedem eſſe perhibent: licet ἄστρον κυρίως ſit, non ἄστρον Aquarius. G.C.

Ἀετὸς σου] *Brodaei* verba deſcripſit *Cognatus* e Miſcell. II. c. 21. videndus idem ad Anth. I. c. 83. Ep. 4. De Aquario figuram Ganymedis in coelo gerente omnes fere conſentiunt *Eratoſth.* Cataſt. c. 26. ex eo *Schol. Arati* ad Phaen. v. 282. *Serv.* ad AEn. I, 32. *inter ſidera collocatus, Aquarii nomen accepit*: *Hygin.* Poët. Aſtron. II. c. 29. quanquam is aliis auctoribus Deucalionem & Cecropem inſuper obducat inſignibus Aquarii nobilitatos. Clement. Hom. V. §. 17. Ζεὺς τ ἀετὸν σιωπογήσαλλα ἐπὶ τῇ Γανυμήδους ἁρπαγῇ, καὶ αὐτὸν τ Γανυμήδη ἐς Ὑδροχόου τιμὴν ἔταξεν. Perbelle Jovem imitatus eſt Adrianus, tantumque ſibi in ſidera vindicavit juris, ut mortuum Antinoum, ſuum Ganymedem, iis inſereret, ſaltem videri vellet illius apparuiſſe novum ſidus. Vid. *Suid.* in Παιδικὰ & *Kuſter.* T.H.

45. Ἀγραγάλους] Hoc quidem oppido feſtive *Lucia-*

vobis prabebis infusum: quodque maximum, non homo amplius, sed immortalis eris, sidusque tuum apparere faciam pulcerrimum; denique beatus eris. GAN. Si ludere cupiam, quis mecum ludet: in Ida enim multi æquales eramus. JUP. Habes & hic, qui tecum ludet, Cupidinem istum, talosque bene multos: bono animo solum esto, & hilaris, nullumque te rerum terrestrium capiat desiderium.

4. GAN. Quo autem vobis utilis sim: hiccine etiam pastorem agere oportebit? JUP. Minime, sed vinum temperabis, nectari præficieris, curamque geres convivii. GAN. Id quidem haud arduum: etenim satis scio, quemadmodum deceat infundere lac, & scite porrigere cymbium. JUP. Ecce iterum ille lactis reminiscitur, & hominibus se ministraturum putat: atqui cœlum hoc est, bibimusque, ut dixi, nectar. GAN. Suavius ne, Jupiter, lacte? JUP. Scies paulo post, & eo gustato porro non desiderabis lac. GAN. Ubi autem cubitum ibo nocte? an cum æquali Cupidine. JUP. Non: sed eapropter te subripui, ut una dormiamus. GAN. Tu

ἡμῖν αὐτὸς παρέξεις ἐγχέων. τὸ δὲ μέγιστον, οὐκέτι ἄνθρωπος, [b] ἀλλ' ἀθάνατος γενήσῃ, καὶ ἀστέρα σε φαίνεσθαι ποιήσω κάλλιστον, καὶ ὅλως, εὐδαίμων ἔσῃ. ΓΑ. ἢν δὲ παίζειν ἐπιθυμήσω, τίς συμπαίξεταί μοι; οὐ γὰρ τῇ Ἰδῃ πολλοὶ ἡλικιῶται ἦμεν. ΖΕΥΣ. ἔχεις καὶ ταῦθα τὸν συμπαιξόμενόν σοι τοῦτον Ἔρωτα, καὶ ἀστραγάλους μάλα πολλούς. θάρρει μόνον, καὶ φαιδρὸς ἴσθι, καὶ μηδὲν ἐπιπόθει τῶν κάτω.

ΓΑΝ. Τί δὲ ὑμῖν χρήσιμος ἂν γενοίμην; ἢ ποιμαίνειν δέησει καὶ ταῦθα; ΖΕΥΣ, οὐκ· ἀλλ' οἰνοχοήσεις, καὶ ἐπὶ τῷ νέκταρος τεταγμένος, καὶ ἐπιμελήσῃ τοῦ συμποσίου. ΓΑΝ. τοῦτο μὲν ἐ χαλεπόν. οἶδα γὰρ ὡς χρὴ ἐγχέαι τὸ γάλα, καὶ ἀναδοῦναι τὸ κισσύβιον. ΖΕΥΣ. ἰδοὺ, πάλιν οὗτος [c] γάλακτος μνημονεύει, καὶ ἀνθρώποις ὑπηρετήσεσθαι οἴεται· ταυτὶ δ' ἐρανός ἐστι, καὶ πίνομεν, ὥσπερ ἔφην, τὸ νέκταρ. ΓΑΝ. ἥδιον, ὦ Ζεῦ, τοῦ γάλακτος; ΖΕΥΣ. εἴσῃ μετ' ὀλίγον, καὶ γνωσάμενος οὐκ ἔτι ποθήσεις τὸ γάλα. ΓΑΝ. κοιμήσομαι δὲ ποῦ τὰς νυκτός; ἢ μετὰ τοῦ ἡλικιώτου Ἔρωτος; ΖΕΥΣ. οὐκ· ἀλλὰ διὰ τοῦτό σε ἁρπάσας, ὡς ἅμα καθεύδοιμεν. ΓΑΝ. μόνον

b Ἀθάνατος] ἀλλὰ θεὸς ἀθ. *J.* c Γάλακτος] καὶ γάλ. *J.* quod restitui volebat *M. du S.*

cianus, ne scilicet fugam meditaretur e coelo Ganymedes, si puero delicato nihil in promtu sit, quo tempus jucunde terat. Sed *Apollonius Rhodius* temperare sibi non potuit, quin hoc nobile puerorum par, Ganymedem inquam & Cupidinem, in heroico carmine talis ludentes induceret, eo eventu, ut hic Japeto prisci astutissima vafritie istum, quippe Phrygem, facile circumveniat, instrumentoque omni ludicro nudatum exspoliet Arg. III, 114. Imaginem illam, quam scitissimis sane versibus pinxerat *Apollonius*, coloribus expressit pictor ille nescio quis, cujus artificem tabulam enarrat *Philostr.* in Icon. p. 872. Neque hoc *Lucianum* fugit: sed, quam ille non vidit, maculam ex *Apollonii* v. 119. eluamus: Καὶ ῥ' ὁ μὲν ἤδη πάμπαν ἀλίτκλιτον ᾗ τὸ πάρος Μαίρῃ ἥρως λαοῖς ὑποείκετο χειρὸς ἀγωγῇ· istud πάμπαν, quod suis in Edd. ostendunt *H. Stephanus* & *Hoelzlinus* ne verbulo quicquam monentes, dari mihi velim, qui expediat: ὑποείκειν suo nomine, quod sustentet, destituitur: reddideris πάροιθεν, jam nihil aliud ad integritatem loci requires. In sinum fane collegerat talos victoria parvos Cupido, quo pertinet v. 146. Μείλια δ' ἐκβαλὼν πάντα· e sinu nimirum ubi congesti erant: mox etiam v. 155. recollectos in sinum matris dicitur condidisse: ne locus dubitationi relinquatur ullus, *Philostratus* accedat: πλήρη τῆς νίκης τὸν κόλπον ἀναστείλαι. *T. H.*

49. Ἐπὶ τῷ νέκταρος τεταγμένος] Sic apud *Heliodor.* lib. 7. fic fine hujus Dialogi, ὡς χρὴ ὀρέγειν τὸν σκύφον. *J. B.* Ἐπὶ τῷ νίκταρος τεταγμένος] *Eris a cyathis Budaeum* vertisse testatur *H. Stephan.* Th. T. I. p. 1209. *Euripid.* Troad. v. 820. Μάταν ἄρ, ὦ χρυσέαις Εἰν οἰνοχόαις ἄβρὰ βαίνων Λακεδαίνοισι ποσὶ Ζηνὸς ἔχεις κυλίκων Πλήρωμα, παλίσσων λατρίδων· argutum est illud ἄβρὰ βαίνων· nam honeste catamitum & tecte simul indicat: verum hoc de loco alias plura. Ἐπισθοῦναι & ἀναδοῦναι ποτήριον utrumque in usu est, sed illud frequentius. *T. H.*

52. Κισσύβιον] Ποτήριόν ἐστιν ἐκ τομὰ λίθου τῆς κισσοῦ. *Schol. Theocr. Hesych.* legit κισσύβιον, & interpretatur ποτήριον καὶ σκύφον. *J. B.*

53. Μνημονεύει] Corruperunt posteriores editores, dato μνημονεύειν, quum recte priores μνημονεύει. *Ecce iterum lactis ille reminiscitur, putatque se hominibus ministraturum.* *J. J.*

νῷ γ' ἐκ ἂν δύναιο, ἀλλ' ἡδίον σοι καθεύδειν μετ' ἐμοῦ; ΖΕΥΣ. ναὶ, μετά γε τοιούτου, οἷος εἶ σὺ, [a] Γανύμηδες, οὕτω καλός.

quippe ſolus non poſſis, ſed jucundius tibi dormire mecum? JUP. Utique cum tali quidem, qualis tu es, Ganymedes, tam pulcer.

ΓΑΝ. Τί γάρ σε πρὸς τὸν ὕπνον ὀνήσει τὸ κάλλος; ΖΕΥΣ. ἔχει τι θέλκτρον ἡδύ, καὶ μαλακώτερον ἐπάγει αὐτόν. ΓΑΝ. καὶ μὴν ὅγε πατὴρ ἠχθετό μοι συγκαθεύδοντι, καὶ διηγεῖτο ἑωθεν, ὡς ἀφεῖλον αὐτοῦ τὸν ὕπνον στρεφόμενον, καὶ λακτίζων, καί τι φθεγγόμενον μέλαξυ ὁπότε καθεύδοιμι· ὥστε πρὸς τὴν μητέρα ἔπεμπέ με κοιμηθησόμενον [b] τὰ πολλά. ὥρα δή σοι, εἰ ἀφ' οὗτος, ὡς φῄς, ἀνήρπασάς με, καθαθεῖναι αὖθις ἐς τὴν γῆν, ἢ πράγματα ἕξεις ἀγρυπνῶν· ἐνοχλήσω γάρ σε συνεχῶς στρεφόμενον. ΖΕΥΣ. τοῦτ' αὐτό μοι τὸ ἥδιστον ποιήσεις, εἰ ἀγρυπνήσαιμι μοῦ σοῦ. φιλῶν γ' ἀφτελέσω πολλάκις, καὶ ξειπτύσων. ΓΑΝ. αὐτὸς ἂν εἰδείης· ἐγὼ δὲ κοιμήσομαι, σοῦ καλαφιλοῦντος. ΖΕΥΣ. εἰσόμεθα τότε τὶ πρακτέον. νῦν δὲ ἄπαγε αὐτὸν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ πιόντα τῆς ἀθανασίας, ἄγε οἰνοχόησον ἡμῖν, διδάξας πρότερον ὡς χρὴ ὀρέγειν τὸν σκύφον.

5. GAN. Quid tandem ad ſomnum te juvabit forma? JUP. Habet aliquod delinimentum ſuave, ſomnumque molliorem inducit. GAN. At pater fane mihi ſuccenſebat una dormienti, atque enarrabat mane, quemadmodum ejus intervertiſſem ſomnum volutando, calcitrando, & voce, interea dum dormiebam, miſſa: quare ad matrem ablegabat me plerumque dormitum. Curandum enim vero tibi, ſi idcirco, ut ais, ſubripuiſti me, ut deponas iterum in terram: ceteroquin negotium habebis vigilando: incommodabo enim tibi continuo corpus verſans. JUP. Hoc ipſum a te mihi ſuaviſſimum accidet, ſi vigilavero tecum: usque enim deoſculabor te & amplexabor. GAN. Tu videris: ego ſomnum capiam vel te diſſuaviante. JUP. Sciemus tum, quid factu opus ſit. Nunc autem abduc ipſum, Mercuri, & ubi hauſerit immortalitatis potum, reduc vinum nobis miniſtraturum, poſtquam docueris prius, quomodo porrigere deceat ſcyphum.

V. JU-

a Γανύμηδες] ὦ Γαν. *J.* b Τὰ πολλὰ] ὡς τὰ π. *J.*

78. Φιλῶν γ' ἀφτελέσω] Jam ab initio dialogi delicatiſſimum Ganymedis oſculum Jupiter petiverat. Quaſi facultatem explorandorum oſculorum tribueret, invocatur Ganymedes in Aita cujuscumque poëtae venuſtiſſimo v. 35. Ἦ που τὸ χαροπὸν Γανυμήδια πόλλ' ἐπισωρεῖ Λυδὴ ἴσον ἔχειν πίτρῃ στόμα &c. *Lucianum* interpretatur *Ovidius* Luſ. in Priap. p. 66. *Quodque Jovi dederat, qui raptus ab alite ſacra Miſcet amatori pocula grata ſuo.* T. H.

82. Πιόντα τῆς ἀθανασίας] Immortalitatem donare credebatur deguſtatum nectar aut ambroſia. De Ixione *Schol. Homer.* ad Od. Φ, 304. γάνυσάμενον γὰρ αὐτὸν τῆς ἀμβροσίας οὐκ ἦν αὐτὸν ἀποθανεῖν. *Apul.* Metam. VI. p. 183. *Porrecto ambroſiae poculo, ſume, inquit, Pſyche, & immortalis eſto:* vide *Elmenhorſt. Pricaeus* ibi hunc *Luciani* locum attulit. Ex eo nobilis apud Pythagoreos figura: τὸ κατὰ φιλοσοφίαν θεωρημάτων ἀπολαυσίον ἐφ' ὅσον οἷόν τε καθάπερ ἀμβροσίας καὶ νέκταρος ἀκήρατόν τε γὰρ τὸ ἀπ' αὐτῶν ἡδὺ, καὶ θεῖον τὸ μεγαλόψυχον, δύνασταί τε ποιεῖν καὶ εἰ μὴ ἀϊδίους, ἀϊδίων γε ἐπιζήμους· ita legenda ſunt haec in *Jamblichi* Protr. p. 4. T. H.

87. Μοὶ προσίχεις τὸν νοῦν] Inter alia poni ſolet haec locutio in re amatoria, quando quis alteri morem gerit & obſequitur; blanditiis officioſis prolectat amoremque demereri ſtudet: ſic maritus uxori, uxor marito προσίχειν τὸν νοῦν dicitur: verum & meretrices pari ratione atque amatores: *Ariſtoph* Pl. v. 151. Pac. v. 983. Κἂν τις προσιχῇ τὸν νοῦν αὐταῖς. *Alciphr.* I. Ep. 32. ἔοικας κνίσαι τὸν Ὑπερίδου βουλῆς· ὡς ἥκιστά σοι νῦν προσέχουσι· ibi *Berglerus* hunc locum notat, ſaepeque omitti τὸν νοῦν obſervat. T. H.

94. Τὴν νόμῳ γαμετὴν] Attica formula: ex alia enim nulla legitimi liberi procreabantur, niſi quae lege conveniſſet in manus: in Tim. §. 17. locutio plena: ἐλευθέραν γυναῖκα εἰς τὴν οἰκίαν νόμῳ ἐγγυᾶσθαι ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων. Δὶς Κατ. §. 29. Δ. Ἑτ. VII. νόμῳ σε γαμετὴν ποιήσεσθαι. Apud Athenienſes autem maxime debebant obſervari in contrahendis nuptiis εἰ νόμοι εἰ περὶ τοὺς γάμους, ut *Plato* ait. Utitur hoc loco *Burmannus* ad *Calpurn. Flacc.* p. 820. T. H.

95. Ἡ σάτυρος] Deerat Satyrus in vulgatis: ex *J.* reſtituimus. Alibi ſaepius eodem alludit; ut ſupra in *Prom.*

V.

JUNONIS ET JOVIS.

ΗΡΑΣ ΚΑΙ ΔΙΟΣ.

JUNO.

1. EX quo adoleſcentulum illum, Jupiter, Phrygium ab Ida raptum huc ſubduxiſti, minus me curas. JUP. Illumne etiam, o Juno, æmularis, tam ſimplicem & nulli plane moleſtum? equidem opinabar in mulieres ſolas difficilem eſſe te, quæcumque conſueverint mecum.

2. JUN. Ne iſta quidem recte facis, nec digna tua perſona, qui omnium deorum quum dominus ſis, relicta me legitima uxore in terram deſcendis mœchaturus, in aurum, vel Satyrum taurumve mutatus: attamen illæ tibi ſaltem in terra manent: verum Idaeum iſtum puerum rapuiſti & huc evolaſti, generoſiſſime Deorum: & nobiſcum nunc habitat, ſupra caput mihi inductus, at pincerna verbo. Tantane tibi erat pincernarum penuria: defecerunt ſcilicet delaſſati Hebe & Vulcanus miniſtrando: & tu

ΗΡΑ.

ΕΞ ὅ τὸ μειράκιον τοῦτο, ὦ Ζεῦ, τὸ Φρύγιον, ἀπὸ τ' Ἴδης ἁρπάσας δεῦρο ἀνήγαγες, ἐλαττόν μοι προσέχεις τ νῷν. ΖΕΥΣ. καὶ τοῦτο γάρ, ὦ Ἥρα, ζηλοτυπεῖς ἤδη, ἀφελὲς ὄτω καὶ ἀλυπόταλον; ἐγὼ δὲ ᾤμην ταῖς γυναιξὶ μόναις χαλεπήν σε εἶναι, ὁπόσαι ἂν ὁμιλήσωσιν ἐμοί.

ΗΡΑ. Οὐδ' ἐκεῖνα μὲν εὖ ποιεῖς, οὐδὲ πρέπονθα σεαυτῷ, ὃς ἁπάντων θεῶν δεσπότης ὤν, ἀπολιπὼν ἐμὲ τ νόμῳ γαμετὴν, ὑπὸ τ γῆν κάτει μοιχεύσων, χρυσίον, c ἢ σάτυρον, ἢ ταῦρον γενόμενος. πλὴν ἀλλ' ἐκεῖναί μού σοι κἂν ἐν γῇ μίξωσι· τὸ δ' d Ἰδαῖον τουτὶ παιδίον ἁρπάσας ἀνέπτης, ὦ γενναιόταλε θεῶν, καὶ συνοικεῖ e ἡμῖν νῦν ὑπὲρ κεφαλήν μοι ἐπαχθές, οἰνοχοεῖν δὴ τῷ λόγῳ· ὅτως ἠπόρεις οἰνοχόων, καὶ ἀπηγορεύκασιν ἄρα ἥτε Ἥβη, καὶ ὁ Ἥφαιστος ἀμφικυπέλλιοι; σὺ δὲ

c Ἢ σάτυρον] Deeſt in Edd. prioribus: habet ſola *F.* d Ἰδαῖον] εἰκαῖον P. L. e Ἡμῖν] Defuit in prioribus Edd. συνοικεῖ ἡμῖν ἐπὶ κ. P. συνοικεῖ ἡμῖν νῦν. Marg. *AIW.* νῦν ἡμῖν G. συνοικεῖν ἡμῖν *F.*

Prom. & in *Dial. Jov. & Cup.* & Z. τρ. c. 2. Ad primum locum Scholiaſtes de Antiopa intelligendum docet. V. & *Ovid.* Met. VI. 110. & *Pauſ.* I. *M. du S.*

98. Ἰδαῖον τουτὶ παιδίον] *Ariſtonis* Epigr. Anth. I. c. 83. Πριομένα κάλλει Γανυμήδεος εἶπε ποθ' Ἥρη Θυμοβόρου ζάλου κέντρον ἔχουσα νόα. Mox ἡμῖν, quod Graevianus Codex dabat, adſciſcendum duxi, quanquam nihil magnopere interſit ad ſenſum aut orationis elegantiam. In ἐπὶ κεφαλὴν ἐπαχθὲς proprietas quaedam eſt Graeci ſermonis, ſeu mavis Atticae venuſtatis, quae ſenſu citius percipiatur, quam verbis explanetur: ſolet autem in diverſis orationum formis uſurpari variata poteſtate. Cognita ſunt atque expedita ὠθεῖν, ῥίπτειν ἐπὶ κεφαλήν, *praecipitem in caput dare*: rarius & paulo magis reconditum illud *Demoſthenis* adv. Phaen. p. 1024. A. ἡγησάμην δ' ἐγὼ ἐκ μητρίου καὶ ἀπράγμονος αὐτὸν εἶναι πολίτου, μὴ εἰθὺς ἐπὶ κεφαλὴν εἰς τὸ δικαστήριον βαδίζειν, gradu praecipiti, ſubito impetu, nullaque mora interpoſita. Iterum aliud eſt pro Cor. p. 521. A. τίνες ὡς ἀληθῶς εἰσὶν, οἷς ἂν εἰκότως ἐκ δικαίας τὴν τ γεγενημένην αἰτίαν ἐπὶ κεφαλὴν ἀναθεῖεν ἅπαντες. His tamen conſideratis non difficili via pervenitur ad intelligendum, quid ſibi voluerit *Lucianus*. Maligne vero ἐπαχθὲς nam ἐπάγειν, ἐπεισάγειν, *obducere meretriculam, pellicem, ſuperducere*: unde γυναῖκες ἐπεισάκτοι. clarius etiam in ſequentibus Juno mentem ſuam aperit. *T. H.*

99. Συνοικεῖ νῦν ἐπὶ κεφ.] Omnino ex Mſ. lege: καὶ συνοικεῖ ἡμῖν νῦν ἐπὶ κεφαλὴν μοι ἐπαχθὲς. Vulgo ἡμῖν omittitur. *F. G. G.*

Συνοικεῖ ἡμῖν νῦν . . . .] Sic Mſ. Gr. P. vero & Ed. *F.* ἡμῖν absque νῦν, quod in reliquis Edd. extat. Quid ſit autem hic ἐπὶ κεφαλὴν fateor me neſcire: τῷ λόγῳ quid ſit dictum eſt ſupra ad Τιμ. c. 5. *M. du S.*

δὲ καὶ τὴν κύλικα οὐκ ἂν ἄλλως λάβοις παρ' αὐτοῦ, ἢ φιλήσας πρότερον αὐτὸν, ἅπάντων ὁρώντων, καὶ τὸ φίλημά σοι ἡδίον ἢ νέκταρ. καὶ ἆρα τοῦτο οὐδὲ διψῶν πολλάκις αἰτεῖς πιεῖν· ἐνίοτε δὲ καὶ ἀπογευσάμενος μόνον, ἔδωκας ἐκείνῳ· καὶ πιόντος ἀπολαβὼν τὴν κύλικα, ὅσον [a] ὑπόλοιπον ἦν αὐτῇ, πίνεις, ὅθεν καὶ [b] αὐτὸς ἔπιε, καὶ ἔνθα προσήρμοσε τὰ χείλη, ἵνα καὶ πίνῃς ἅμα καὶ φιλῇς. πρώην δὲ ὁ βασιλεὺς, καὶ ἁπάντων πατὴρ, ἀποθέμενος τὴν αἰγίδα καὶ τὸ κεραυνὸν ἐκάθησο ἀστραγαλίζων μετ' αὐτοῦ, πώγωνα τηλικοῦτον καθειμένος. πάντα ἐν ὁρῶ ταῦτα, ὥστε μὴ οἴου λανθάνειν.

ΖΕΥΣ. Καὶ τί δεινὸν, ὦ Ἥρα, μειράκιον ὄντω καλὸν μέλαξυ πίνοντα καταφιλεῖν, καὶ ἡδέως ἀμφοῖν, καὶ τῷ φιλήματι, καὶ τῷ νέκταρι; ἦν γῆν ὀπτρέψω αὐτῷ καὶν ἅπαξ φιλῆσαί σε, ἐκέτι μέμψῃ μοι, προλιμότερον ἢ νέκταρ οἰομένῳ τὸ φίλημα εἶναι. ΗΡΑ. παιδεραστῶν ἔτοι λόγοι. ἐγὼ δὲ μὴ ὄτω μανείην, ὡς τὰ χείλη προσενεγκεῖν τῷ μαλθακῷ τούτῳ Φρυγὶ, ἔτως ἐκλεθηλυμμένῳ. ΖΕΥΣ. μή με λοιδορῶ, ὦ γενναιοτάτη, τοῖς παιδικοῖς. ἔτοσι γὰρ ὁ θηλυδρίας, ὁ βάρβαρος, ὁ

sane calicem non aliter accipere ſoles ab eo, quam oſculo prius dato in omnium conſpectu: ac ſuavium tibi ſuavius eſt nectare: ideo ne ſitiens quidem ſæpe poſcis bibere: interdum etiam deguſtato ſolum poculo, præbere ſoles ipſi: quumque biberit receptum calicem, quantum in eo reliquum eſt, educis, unde & ipſe bibit, quaque parte adplicuit labia, ut & bibas ſimul & oſculeris. Nuper enimvero rex & omnium pater, poſitis ægide ac fulmine, ſedebas talis cum eo ludens, qui tantam barbam promittis. Iſta video equidem cuncta, ut nihil ſit, cur putes te latere.

3. JUP. Et quid tantum in eo criminis eſt, Juno, ſi adoleſcentulum ea forma inter bibendum perbaſiem, & delecter utrisque oſculo ac nectare? imo ſi permiſero ipſi vel ſemel oſculari te, jam non amplius vitio mihi vertes, quod anteferendum nectari arbitrer ſuavium. JUN. Hi ſunt eorum, qui pueros ſectantur, ſermones: at mihi ne contigerit usque eo inſanire, ut admoveam labia molli huic Phrygi tamque effeminato. JUP. Ne tu convicciis inceſſe, optima, meos amores: hicce enim muliebris, hic barbarus, hicce mol-

a Ὑπόλοιπον] ἐπίλοιπον *F.* b Αὐτὸς] ὁ παῖς *F.*

25. Ἐκτεθηλυμμένῳ] Ἐκλύτῳ δ' ἁπαλῷ, ἢ μαλακῷ, * ἀσελγεῖ. *V.*

* Ἀσελγεῖ] καὶ ἀσελγεῖ *M. du Soul.* *T.H.*

9. Ἀπολαβὼν] *Aufferens*: ἀπολαβεῖν ἀντὶ τοῦ ἁρπάζειν· ſic ἁρπάζειν ἀπὸ τοῦ στόματος. *Long.* lib. 3. *Stat.* de Glaucia:

Inceptas quis ab ore dapes libatasque vina.
Aufferet, & dulci turbabit cuncta rapina? *F.B.*

Ἀπολαβὼν τὴν κύλικα] Vid. *Douſam* ad *Ovid.* A. A. I. v. 575. Tum melius mihi videtur, καὶ ἔνθα προσήρμοσας τὰ χείλη, *ibique adaptare ſoles labia*, cui demum recte reſpondet καὶ φιλῇς. Hoc quam pene non potuerint praeterire librarii, quin mutarent, facile eſt cognitu: προσήρμοσας autem, ut modo ἔδωκας, porrigere ſoles: aperta eſt, atque a multis explicata illa vis Aor. I. *T.H.*

11. Προσήρμοσε τὰ χείλη] Notabam has amoris ineptias ad *Heliod.* lib. 4. *Euſtat.* ſive *Eumath.* de Iſmin. *Agath.* in Anthol. *Long. Tat.* *F.B.*

27. Θηλυδρίας] Ὁ καλοσκεκλασμένος, τεθηλυμμένος ἀπὸ τὴν ἐξάγιστον ἡδονήν. Θηλυδρίαι τριχοκλάστραι πόται. Interp. *Ariſtophan.* Θεσμοφ. Sic antea Θηλυμίτρης. *Heſych. Suid.* *F.B.*

33. Τὸν σὸν υἱὸν] Quid ita Junoni filium Vulcanum exprobrat, nec contumeliam ſimul in ſemet ipſum patrem redundaturam eſſe ſentit? Sciendum eſt, Lucianum hic, quod Heſiodus aliique de Vulcano poſteris perſuaſerunt, adoptare; Junonem ſcilicet, quum Vulcanum conciperet, Jovi marito nihil acceptum retuliſſe: ideo ὑστερίωι, περὶ Θυσ. §. 6. ubi plura dicemus. Modo ἀμοῦ γε ἕνεκα ſaepe accidit huic particulae, ut intercideret. *T.H.*

40. Ἡδέως ταῦτα] An ἡδέα; *F.G.*

Ἡδέως ταῦτα &c.] Ex Mſ. reſtituendus eſt perturbatus in editis locus. Cum Jupiter deſcripſiſſet Vulcani for-

mollis ; sed tempero verbis, ne te magis irritem.

4. JUN. Utinam & uxorem illum ducas mea quidem gratia : memento tamen, quam indigna propter istum pincernam in me admittas. JUP. Non hunc scilicet, at Vulcanum potius oportebat tuum filium vina nobis ministrare claudicantem, a fornace venientem, stricturis adhuc opertum, forcipe jam modo depositio ; ab istisque ipsis nos digitis accipere calicem, & eum amplexu attractum osculari interea, cui ne tu quidem mater libenter osculum feras fuligine nigra infecto faciem : hæc jucundiora ; nonne ? multumque interest, ut hic a poculis minister magis deceat symposium Deorum : Ganymedes autem demittendus iterum in Idam : mundus enim est, & roseo digitorum nitore, & scite porrigit poculum, quodque te maxime urit, osculatur nectare suavius.

5. JUN. Nunc & claudus, o Jupiter, est Vulcanus, & digiti ejus indigni, qui tuum calicem contingant, & fuliginis plenus, illoque tu conspecto nauseas, ex quo tempore pulcrum comatulum istum Ida enutrivit : dudum ista non videbas, nec scintillæ, neque caminus avertebant te,

μαλθακὸς, ἡδέως γ' ἂν τοιοῦτος. εἰ βούλομαι δὲ εἰπεῖν, μή σε παροξύνω ὀλίγου δεῖν πλέον.

HPA. Εἶδε γὰρ γαμήσειας αὐτὸν ἐμοῦ ἕνεκα. μέμνησο γοῦν οἷα μοι λέγεις τὸν οἰνοχόον τοῦτον ἐμπαροινεῖς. ΖΕΥΣ. οὐκ· ἀλλὰ τὸν Ἥφαιστον ἔδει τὸν σὸν υἱὸν οἰνοχοεῖν ἡμῖν χωλεύοντα, ὑπὸ τῆς καμίνου ἥκοντα, ἔτι τὴν σπινθῆρων ἀνάπλεων, ἄρτι τὴν συράγγαν ἀποτιθέμενον, εἶτα ἀπ' ἐκείνων αὐτοῖς τοῖς δακτύλοις λαμβάνειν ἡμᾶς τὰ κύλικα, καὶ ὀλισθαινούσης φιλῆσαί μέλαξυ, ὃν δὴ ἂν ἡ μήτηρ σὺ ἡδέως φιλήσειας ὑπὸ τῆς ἀσχόλιας καλλιθαλωμένον τὸ πρόσωπον ; ἡδέως ταῦτα· εἰ γὰρ καὶ πολὺ ὁ οἰνοχόος ἐκεῖνος ἐμπρέπει τῷ συμποσίῳ τῶν θεῶν· ὁ Γανυμήδης δὲ καλαπεμπτέος αὖθις ἐς τὴν Ἰδην· καθαρὸς γὰρ, καὶ ῥοδοδάκτυλος, καὶ ὀλισθαινόντως ὀρέγει τὸ ἔκπωμα, καὶ ὃ σε λυπεῖ μάλιστα, καὶ φιλεῖ ἡδίον τοῦ νέκταρος.

HPA. Νῦν καὶ χωλὸς, ὦ Ζεῦ, ὁ Ἥφαιστος, καὶ οἱ δάκτυλοι αὐτοῦ ἀνάξιοι τῆς κύλικος, καὶ ἀσχόλιας μεστός ἐστι, καὶ καυτιᾷς ὁρῶν αὐτὸν, ἐξότου τὸν καλὸν κομήτην τοῦτον ἡ Ἰδὴ ἀνέθρεψε· πάλαι δὲ οὐκ ἐώρας ταῦτα, οὐδ' οἱ σπινθῆρες, οὐδ' ἡ κάμινος ἀπέτρεπόν σε μὴ

a Ἡδέως ταῦτα] Ἥρα. ἡδέως ταῦτα. Z. G. Marg. *Alii.* sed personis non mutatis. d Ἐμπρέπει] ἔπρεπε G.

sordes & squalorem, qui Diis ministrarat, subjicitur, ἡδέως ταῦτα. εἰ γὰρ καὶ πάνυ πολὺ ὁ οἰνοχόος ἐκεῖνος ἐμπρέπει τῷ συμποσίῳ τῶν Θεῶν. Contra mentem *Luciani* : *suavia haec sunt* : *adeoque multum ille pocillator cohonestat Deorum convivium.* Sed Mſ. Ἥρα. ἡδέως ταῦτα. Ζεὺς. εἰ γὰρ καὶ ὡδὶ πολὺ ὁ οἰνοχόος ἔπρεπε τῷ συμποσίῳ. Jun. *suaviora haec sunt.* Jup. *etenim jam olim ille pincerna non decebat convivium deorum.* Juno ait suaviora haec sunt, videre obsitum fuligine Vulcanum, quam amasium pocula cum osculis marito praebentem. *J. G. G.*

Ἡδέως ταῦτα . . . .] Sic omnes impressi. Mſ. Gr. aliter. Sed nihil mutavimus, nisi quod interrogandi punctum addidimus. *M. du S.*

Ἡδέως ταῦτα] Graevii Codex non magnam, nec tamen nullam adfert opem : Junonis personam interponi debere, minime concedo. Vera *Luciani* manus sine dubio fuit : ἡδέως ταῦτα· εἰ γὰρ ; καὶ ὡδὶ πολὺ &c. Jovis ea sunt falsa uxorem irridentis : *Suaviora sunt ista : nonne ? atque multum interest, ut hic pincerna* (Vulcanus nimirum praeditus ea formae commendatione, quam descripsi) *magis deceat symposium Deorum : Ganymedes autem iterum in Idam demittendus est, quippe mundus, & digitis roscis, sciteque ministrat poculum.* Usus elegans particularum εἰ γὰρ, qui venerum Graecarum haud plane expertem fugere non potest, ironiam adjuvat : vid. *Aristoph.* Av. v. 612. Eccles. v. 760. saepe in *Platone*. Illud ἐπισαλεύων ὀρέγειν apud *Xenoph.* K. II. I. p. 6. est καλῶς οἰνοχοεῖν καὶ εὐχημόνως, κομψῶς οἰνοχοεῖν καὶ καθαρίως ἐγχεῖν, σπουδαίως καὶ εὐχηρότως πῶς προσενεγκεῖν καὶ ἐνδῆσαι τὴν φιάλην. *T. H.*

45. Ἥδιον τοῦ νέκταρος] Sic apud *Hesiod.* Scut. Herc. τά σφιν πολὺ φέρτερα θοίνης. *J. B.*

49. Τὸν καλὸν κομήτην] Praeter alios de formosissimâ Ganymedis coma resciverat *Callimach.* Epigr. LVI. Νικὼ πρὸς εὐχαίτην Γανυμήδην, ἐράνις Ζεῦ. *T. H.*

52. Λὰ-

μὴ ἐχὶ πίνειν παρ' αὐτῦ. ΖΕΥΣ. λυπεῖς, ὦ Ἥρα, σεαυτὴν, οὐδὲν ἄλλο, καμοὶ ὀπτεύεις τ ἐρῶλα ζηλοτυποῦσα· εἰ δὲ ἄχθη τῷ παιδὸς ὠφαίᾳ δεχομένη τὸ ἔκπωμα, σοὶ μὲ ὁ υἱὸς οἰνοχοείτω· σὺ δὲ, ὦ Γανύμηδες, ἐμοὶ μόνῳ ἀναδίδυ τ κύλικα· καὶ ἐφ' ἑκάστῃ δὶς φίλησόν με, καὶ ὅτε πλήρη ὀρέγοις, καὶ αὖθις ὁπότε παρ' ἐμοῦ ἀπολαμβάνοις. τί τοῦτο δακρύεις; μὴ δέδιθι· οἰμώξει γῶ, ἤν τις σε λυπεῖν ἐθέλῃ.

quin biberes ab eo. JUP. Angis, Juno, temet ipsam, nihil aliud; meumque amorem intendis æmulando. Quod si graveris a puero formoso accipere poculum, tibi filius vinum ministret: at tu, Ganymedes, soli mihi præbe calicem, & ad singulos bis suaviare me, quum plenum porrigis, quumque iterum a me recipis. Quid ideo lacrimare? ne time: plorabit enim, si quis tibi molestiam adferre voluerit.

VI.

ΗΡΑΣ ΚΑΙ ΔΙΟΣ.

JUNONIS ET JOVIS.

ΗΡΑ.

JUNO.

ΤΟν Ἰξίονα τοῦτον ὁρᾷς, ὦ Ζεῦ; ποῖόν τινα τ τρόπον ἡγῇ; ΖΕΥΣ. ἄνθρωπον εἶναι χρηστὸν, ὦ Ἥρα, καὶ συμποτικόν. εὖ γῶ ἂν συνῆν ἡμῖν ἀνάξιος ὢν συμποσίου ὤν. ΗΡΑ. ἀλλ' ἀνάξιός γε ὑβριστής γε ὤν· ὥστε μηκέτι συνέστω. ΖΕΥΣ. τί δὲ ὕβρισε; χρὴ γῶ, οἶμαι, καμὲ εἰδέναι. ΗΡΑ. τί δ' ἄλλο;

1. IXionem istum vides, o Jupiter: qualem moribus esse putas? JUP. Commodum hominem, atque ad hilaritatem convivii factum: non enim nobiscum versaretur, si quidem indignus esset symposio. JUN. Indignus sane; quippe injuriae gravis auctor: quare nobiscum amplius ne sit. JUP. Quam tandem injuriam fecit: oportet enim, ut arbitror, me quoque certiorem fieri. JUN. Quid autem aliud? at

α Δέδιθι] δεδίθι Marg. *AIW.*

61. Τὸν Ἰξίονα] Ἰξίων Λαπίθης τὸ γένος ὢν ἠγάγετο Δῖαν τὴν * Οἰονέως. Τὸν ὃ πενθερὸν αὐτοῦ ἐλθόντα ἐπὶ τὰ ἵππα συνεσκεύασεν· ὄρυγμα γῶ ποιήσας, καὶ γεμίσας πυρὸς, † ἔνθα αὐτὸν ἐνέβαλεν· ἐφ' ᾧ οἱ θεοὶ ἀγανακτήσαντες ἔμελλον αὐτὸν τιμωρεῖν. Ὁ δὲ Ζεὺς μόνος ἠλέησεν αὐτὸν καὶ λαῶν ἰδίᾳ ‡ ἱερᾷ ἀφῆκε μεταθεὶς αὐτῷ τ ἀθανασίας. Οὗτος ὁ ἀκόλαστος ὢν ἠράσθη Ἥρας, ἣ ἀνήγγειλε τῷ Διΐ. ὁ § δὲ δοκιμάζων αὐτὸν ἀπείκασε νεφέλῃ τῇ Ἥρᾳ, ᾗ μίγνυται Ἰξίων, καὶ ποιεῖ παῖδα τὸν μὲ ἀνθρώπου ἔχοντα, τὰ ὃ ἵππου, ἀφ' οὗ Ἱπποκένταυροι. Ὁ δὲ Ζεὺς ὀργισθεὶς ἐκ ὑποπτέρῳ τροχῷ ϥ δήσας τ Ἰξίονα, ἀφῆκε φέρεσθαι διὰ μαστιζόμενον ὑπ' ἀέρος λέγεται, χρὴ τιμᾶν τοὺς εὐεργέτας. *V.*

* Δαϊονέως] Scriptum erat Οἰονέως, quod sic mutavi ex Schol. *Didym.* ad Il. A, 268. & Il. Ξ, 317. ubi pro Ἰονέως, quod ibi legitur, Cl. *Barnes.* Δαϊονέως, ut in priore Scholio, reponit. *M. du S.*

Retinui Οἰονέως, cujus rationem petere licet a *Munckero* ad *Hygin.* F. 155. p. 227. ubi docet quam varie Ixionis soceri nomen scribatur. *T. H.*

† Ἔνθα] *M. du Soul* hujus vice substituerat ἐκεῖ, qua auctoritate non monens. Ἔνθα satis usitatum, praesertim apud recentiores pro ἐκεῖ. Si quid mutandum foret, mallem ἔνθα. *T. H.*

‡ Ἰθρᾷ] Ita clare in Mss. legebatur. Forte emendandum διαναθαρίσας, hoc est, *lustratum dimisit*: lustratus enim fuit

§ Δὲ] Eam particulam merito interposuit *M. du Soul.* *T. H.*

¶ Δήσας] Debuerat scripsisse ἐνδήσας vel προσδήσας. Paulo ante ἢ μίγνυται. *E. A.* prave: correxit *M. du Soul.* *T. H.*

52. Λύπεις, ὦ Ἥρα, σεαυτὴν. οὐδὲν ἄλλο, καμοὶ &c.] Poterat sine crimine *Benedictus* integram servavisse interpretationem *Micylli*: *AEgritudine, Juno, te ipsam afficis; nihil aliud, & mihi amorem eo magis incendis*: quam

at pudor impedit ne dicam ; tale facinus eſt auſus. JUP. Et eam quidem ob rem magis etiam dixeris , quod turpia fuerit conatus : an igitur aliquam tentavit : etenim intelligo , cujusmodi ſit flagitioſum illud , quod eloqui refugias.

2. JUN. Imo me ipſam , non aliam quandam , Jupiter , jam dudum. Primum equidem ignorabam rem , cur intentis oculis adſpiceret in me : hic autem & gemebat , & ſublacrimabatur : ſi quando , ut biberam , traderem Ganymedi poculum , tum hic poſcebat in eodem bibere ; acceptumque poculum oſculabatur interea , oculis admovebat , atque iterum intuebatur in me. Illa jam intelligebam amatoria eſſe : & diu quidem me pudebat hæc apud te dicere , putabamque ceſſaturum hominem ab inſania. At poſtquam blandis ſermonibus auſus eſt me ſollicitare , ego deſtituens illum adhuc in lacrimis & pedibus advolutum , obturatis auribus , ne audirem contumelioſa ſuppliciter petentem , abii tibi indicatura : tu autem vide quomodo virum ulciſcaris.

3. JUP. Siccine infandus ille in memet ipſum , & ad Junonis usque concubitus? adeone

καὶ γὰρ αἰσχύνομαι εἰπεῖν αὐτό· τοιοῦτόν ἐστιν ὃ ἐτόλμησε. ΖΕΥΣ. καὶ μὴν διὰ τοῦτο καὶ μᾶλλον εἴποις ἂν, [b] ὅσον καὶ αἰσχροῖς ἐπεχείρησε· μῶν ἦν ἐπείρα τινά; συνίημι γὰρ οἱοῖόν τι τὸ αἰσχρὸν, ὅθεν ἂν ὀκνήσειας εἰπεῖν.

ΗΡΑ. Αὐτὴν ἐμὲ, οὐκ ἄλλην τινὰ, ὦ Ζεῦ, πολὺν ἤδη χρόνον. καὶ τὸ μὲν πρῶτον, ἠγνόουν τὸ πρᾶγμα, διότι ἀτενὲς ἀφεώρα ἐς ἐμὲ· ὁ δὲ καὶ ἔστενε, καὶ ὑπεδάκρυε· καὶ εἰπόσε ποιοῦσα προδιδοίην τῷ Γανυμήδει τὸ ἔκπωμα, ὁ δὲ ἤτει σὺν αὐτῷ ἐκείνῳ πιεῖν· καὶ λαβὼν, ἐφίλει μέλαξυ, καὶ πρὸς τὰς ὀφθαλμὰς προσῆγε, καὶ αὖθις ἀφεώρα ἐς ἐμέ. ταῦτα ἤδη συνίην ἐρωτικὰ ὄντα. καὶ ὀπιπολὺ μὲ ἠδέμην λέγειν πρὸς σὲ, καὶ ὤμην παύσασθαι τῆς μανίας τὸν ἄνθρωπον. ἐπεὶ δὲ καὶ λόγοις ἐτόλμησέ μοι προσενεγκεῖν, ἐγὼ μὲν ἀφεῖσα αὐτὸν ἔτι δακρύοντα, καὶ προκυλινδούμενον, ὀπφραξαμένη τὰ ὦτα, ὡς μηδὲ ἀκούσαιμι αὐτοῦ ὑβριστικὰ ἱκετεύοντος, ἀπῆλθόν σοι φράσουσα. σὺ δὲ αὐτὸς ὅρα ὅπως μέτει τὸν ἄνδρα.

ΖΕΥΣ. Εὖγε ὁ κατάρατος ἐπ' ἐμὲ αὐτὸν, καὶ μέχρι τῆς Ἥρας γάμων; τοσοῦτον ἐμε-

[b] Ὅσον καὶ αἰσχροῖς] ὅσων ⊖ αἰσχρῶν. L.

quam vides temere ab eo truncatam. *J.G.*

62. Ἄνθρωπον εἶναι χρηστὸν, ὦ Ἥρα, καὶ συμποτικόν] Vertunt : *hominem eſſe benignum , Juno , & hilarem convivam. Benignitati* hic nullus locus : χρηστὸς Latinis eſt homo *commodus* , facilitate morum inſignis. *Plaut.* Mil. *conviva commodus. Cicer.* pro Murena : *Nemo Catone proavo tuo commodior , communior , moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis.* Sic inferius in Dearum judicio : ἱκανὴ μὲν, ἀγροικοτέρα δὲ. *Commoda quidem , ſed ruſtica :* ubi interpres; *ſat quidem formoſa.* ſed talia ὅσα κόνις. Sic inferius in hoc dialogo ἀπειρόκαλοι vertit *inſolentes* , cum ſint , *inepti , decori rudes.* *J.G.G.*

63. Χρηστὸν] Bene monuit *Graevius* de vocis hujus poteſtate : ſed idem jamdudum viderat *Deſ. Herald.* Anim. in *Salmaſ.* Obſerv. ad J. A. & R. I. c. 8. §. 6. *Dion Chryſ.* p. 468. B. συμποτικός τις ⊖ κοινὸς ἐν ταῖς τοιαύταις συνουσίαις. *T.H.*

66. Ὑβριστής γε ὤν] Clariſſ. *Heinſ.* ad *Maxim. Tyr.* dixi ad *Petron.* *J.B.*

72. Ἔπειρα] Πειρᾶν *ad Venerem ſollicitare , pudicitiam alicujus tentare. Pindar.* Π. B, 62. quem locum habebat in mente *Scholiaſt. Homer.* ad Od. Φ, 303. ubi fabulam Ixionis narrat: Διὸς ἄκοιτιν ἐπειρᾶτο. Commentator antiquus in errore , quem circa verbi rationem explicandam committit, eruditus eſt : melius *Scholiaſt. Ariſtoph.* ad Equit. v. 514. προσβαλεῖν γυναικὶ περὶ Ἀφροδίτης. *Conatus eſt Junonem comprimere Hygin.* F. LXII. propius ad Graecam locutionem , *Illic Junonem tentare Ixionis auſi , Tibullus : Junonem de ſtupro interpellare Lactant.* ad *Stat.* IV, 539. *de ſtupri injuria compellare*, ad Theb. VIII, 50. Πειρᾶν in hac fabula familiare Graecis. *T.H.*

79. Ὁ δὲ] Forſan ὅτε δὲ videntur enim id poſcere ſequentia, ταῦτα ἤδη συνίην ἐρωτικὰ ὄντα. *M. du S.*

90. Ἐπ' ἐμὲ αὐτὸν] Irati Jovis abrupta oratio. Video commode ſervari poſſe ἐπ' ἐμέ nec tamen non praeferam εἰς ἐμὲ , quaſi vellet intellectum ὑβρίζει· ſic ſane ſecutus fuerit ipſe ſuum praeceptum de ὑβρίζειν τινὰ & εἰς τινὰ in Soloec. §. 10. Paulo poſt ſi pro ὁμοίως ἡμῖν legeretur ὁμοίοις ἡμῶν, mutatum nollem. Ὁμοίως & σωφρόνων frequenter Ixion dicitur. *T.H.*

ἐμεθύσθη γ' νέκταρος; ἀλλ' ἡμεῖς τούτων αἴτιοι, καὶ σφέρα γε μετρίως φιλάνθρωποι, οἵ γε καὶ συμπότας αὐτοὺς ἐποιησάμεθα. συγγνωστοὶ οὖν, εἰ σπόντες ὅμοια ἡμῖν, καὶ ἰδόντες ὑ-95 φάνια κάλλη, καὶ οἷα ὅπολε εἶδον ὅτι γῆς, ἐπεθύμησαν ἀπολαῦσαι αὐτῶν, ἔρωτι ἁλόντες· ὁ δὲ ἔρως, βίαιόν τί ἐστι, καὶ οὐκ ἀνθρώπων μόνον ἄρχει, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν αὐτῶν ἐνίοτε. HPA. σὺ μὲ καὶ πάνυ ἥτός γε δεσπότης ἐστί· καὶ ἄγει σε, καὶ φέρει, ὃ ῥινός, φασιν, ἕλκων, καὶ ἐπὶ αὐτῷ ἔνθα ἂν ἡγῆταί σοι· καὶ ἀλλάττῃ ῥᾳδίως ἐς ὅ, τι ἂν κελεύσῃ· καὶ ὅλως κτῆμα καὶ παιδιὰ γ' ἔρωτος σύ γε. καὶ νῦν τῷ Ἰξίονι οἶδα καθάτι συγγνώμιν ἀπονέμεις, ἅτε καὶ αὐτὸς μοιχεύσας ποτὲ αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, ἣ σοι τὸν Πειρίθων ἔτεκεν.

ZEYΣ. Ἔτι γὰρ σὺ μέμνησαι ἐκείνων, εἴ τι ἐγὼ ἔπαιξα ἐς γῆν καταβάς; ἀτὰρ οἶσθα ὅ μοι δοκεῖ περὶ γε Ἰξίονος; κολάζειν μὲν μηδαμῶς αὐτόν, μηδ' ἀπωθεῖν γε συμποσίου· σκαιὸν γάρ· ἐπεὶ δ' ἐρᾷ, καὶ ὡς φὴς δακρύει, καὶ ἀφόρητα πάσχει. HPA. τί, ὦ Ζεῦ; δέδια γὰρ μήτι ὑβριστικὸν καὶ σὺ εἴπῃς. ZEYΣ. εὐδαμῶς. ἀλλ' εἴδωλον ἐκ νεφέλης πλασάμενοι αὐτῇ σοι ὅμοιον, ἐπεισ-

inebriatus fuit nectare? verum nosmet eorum causa fumus, & ultra modum amantes hominum, qui convivas etiam eos adscivimus. Ignoscendum igitur ipsis, si hausto pari atque nos potu, visisque cœlestibus formis, quales nunquam spectarunt in terra, desiderarunt frui illis amore capti: amor autem violentum quiddam est, neque hominibus solum imperat, sed & nobismet ipsis aliquando. JUN. In te quidem valde dominium hicce exercet, teque agit ac fert, naso, ut ajunt, trahens: & tu sequeris ipsum, quocumque ducat, mutarisque facile in quamcumque jusserit formam: atque omnino possessio ludusque amoris es profecto: etiam nunc Ixioni scio cur veniam tribuas, quippe qui ejus uxorem ipse aliquando adulteraris, quæ tibi Pirithoum peperit.

4. JUP. Tune etiamnum recordaris eorum, si quid ego lusi in terram descendens? at scinne, quid mihi de Ixione videatur? punire quidem nequaquam ipsum, neque extrudere symposio; inurbanum enim: quandoquidem vero amat, &, ut ais, plorat, & intolerabilia suffert. JUN. Quid porro, Jupiter? nam metuo ne quid flagitiosum tu quoque dicas. JUP. Neutiquam: sed simulacrum ex nebula ubi finxerimus ipsi tibi simile, postquam

98. Ὁ ἔρως] Sic Dialog. Apoll. & Bacch. *Long.* lib. 2. *Heliodor.* lib. 4. & Δ.Θ. XXIII. ἀπάντων ἄρχων. *J.B.*

2. Ἄγει σε & φέρει] Vix credas Interpretes, quid *Lucianus* voluerit, adsecutos fuisse: sensus est: *te subactum pro arbitrio velut jure belli depopulatur.* Ἄγειν καὶ φέρειν victorum est, qui caedibus ac rapinis omnia vastant: ἄνδρ' νόμου & δίκης ἀγοῦντες καὶ φέροντες ἀλλήλους· *Polyaen.* ad alia traducitur: ἀγομένης & φερομένης τὴν κεφαλῆς. *Synes.* Encom. Calv. Rem vidit, & locutionem vulgatissimam pluribus exemplis illustravit *Erasm.* Prov. in Ἄγουσι & φέρουσι. *T.H.*

Ibid. Τῆς ῥινός φ. ἕλκων.] Unde ductum haud proclive est definire: certe a feris equisve petitum. Sed ad rem ipsam illustrandam lege, si lubet, quid apud *Lactantium* poëta non insulsus de triumpho Cupidinis scripserit, in cujus pompa Jupiter cum ceteris Diis ante currum triumphantis ducitur catenatus, I, 11. *M.du S.*

Τῆς ῥινὸς ἕλκων] Quibus in locis occurrat apud *Nostrum* adnotavit *Erasmus* in *Naribus trahere.* *T.H.*

8. Αὐτοῦ τὴν γυναῖκα] Vid. *Th. Muncker.* ad *Hygin.* Fab. 155. p. 227. *T.H.*

9. Πειρίθουν] Diam *Hyginus* vocat, ex qua Jupiter Pirithoum suscepit. *M.du S.*

19. Ἀγρυπνεῖ] Structura postulat: ἐπειδὴν λυθῇ κακεῖνος ἀγρυπνῇ. *T.H.*

23. Μὴ ὥραιον ἴκοιτο] Nescio cur mutatum: sic enim reposueram, non ὥραιον. Proverb. de quo *Aristophan.* alii; σεσολοίκισαι μὲν· ὤφειλε γὰρ μὴ ὥρας ἴκεσθαι. Verum tamen Atticum est, & utitur Dialog. de Saltat. c. V. Solœcismum notarunt Grammatici. *J.B.*

Μὴ ὥραιον ἴκοιτο &c.] An scribendum? μὴ ὄναιτο τοῦ ὑπὲρ ἀ. *F.G.*

Μὴ ὥραιον ἴκοιτο τοῦ ὑπὲρ αὐτὸν ἐπιθυμοῦντος] Potestne stultius & absurdius quicquam verti, quam ista verba sunt translata? *Ne quid tempestivum consequatur, quando res, quae supra se sunt, concupiscit.* Et tamen absurdius iidem interpretes in dialogo de saltationibus, μὴ ὥραιον ἴκοιμι, *nunquam ego venustatem consequar.* Cum sint imprecationis formulae ex *Aristophane* haustae. Latini dicunt, *male pereat, dii deaeque eum perdant, qui rem supra suam sortem affectavit.* Potuissent ta-

quam ſolutum fuerit convivium (vigilat autem, ut credi par eſt, præ amore) adclinemus juxta ipſum : ſic enim ſedatus fuerit ejus dolor, ſi putarit ſe, quod concupierat, adeptum eſſe. JUN. Apage : peſſime pereat, ut qui rem ſupra ſuam ſortem affectet. JUP. Suſtine tamen, o Juno : quid enim ad te mali redundabit ab iſto figmento, ſi cum nebula fuerit Ixion congreſſus.

5. JUN. At nebula iſta ego eſſe videbor, & turpe illud in me patrabit ob ſimilitudinem. JUP. Nihil dicis : neque enim nebula unquam Juno fiat, nec tu nebula : Ixion tantum decipietur. JUN. At, quales cuncti homines decori rudes ſunt, gloriabitur forte, ubi in terram venerit, & narrabit omnibus ſe Junonem iniiſſe, in eodemque, quo Jovem, lecto cubuiſſe : quin porro non abhorret, ut me dicat amare ſe : credent homines, ignari ſcilicet cum nebula ipſum fuiſſe. JUP. Ergo, ſi quid ejusmodi dixerit, in orcum detruſus, rotæque miſer alligatus circumagetur cum ea ſemper, laboremque perpetuum habebit pœnas dans amoris. JUN. Non enim grave hoc quidem ob jactantiam.

δὰν λυθῇ τὸ συμπόσιον, καὶκεῖνος ἀγρυπνεῖ, ὡς τὸ εἰκὸς, ὑπὸ τ ἔρωτος, ϖδὲ κατακλίνωμεν αὐτῷ φέροντες· ἵτω γ ϖαύσαιτο ἀνιώμενος, οἰηθεὶς τετυχηκέναι τ ἐπιθυμίας. HPA. ἄπαγε, μὴ ὥραισιν ἴκοιτο τ ὑπὲρ αὐτὸν ἐπιθυμῶν. ΖΕΥΣ. ὅμως ὑπόμεινον, ὦ Ἥρα. τί γ ἂν καὶ ϖάθοις δεινὸν ἀπὸ τ ϖλάσματος, εἰ νεφέλη ὁ Ἰξίων συνέσται.

HPA. Ἀλλὰ ἡ νεφέλη ἐγὼ εἶναι δόξω, καὶ τὸ αἰσχρὸν ἐπ' ἐμὲ ϖοιήσει ἀφ' τ ὁμοιότητος. ΖΕΥΣ. οὐδὲν τοῦτο φής· ὅτε γ ἡ νεφέλη ϖόλε Ἥρα γένοιτ' ἄν, ὅτε σὺ νεφέλη· ὁ δ' Ἰξίων μόνον [a] ἐξαπαληθήσεται. HPA. ἀλλὰ, οἷοι ϖάντες ἄνθρωποι ἀπειρόκαλοί εἰσιν, αὐχήσει καλεληθὼν ἴσως, καὶ διηγήσεται ἅπασι, λέγων συγγεγενῆσθαι τῇ Ἥρᾳ, καὶ σύλλεκτρος εἶναι τῷ Διΐ. καί ϖω τάχα ἐρᾷν με φήσειεν αὐτοῦ, οἱ δὲ ϖιστεύσουσιν, οὐκ εἰδότες ὡς νεφέλη συῶν. ΖΕΥΣ. ἐκεῖνον, ἤν τί τοιοῦτον εἴπῃ, ἐς τ ἀΐδην ἐμπεσὸν τροχῷ ἄθλιος ϖροσδεθεὶς, [b] συμπεριενεχθήσεται μετ' αὐτοῦ ἀεί, ϗ ϖόνον ἄπαυστον ἕξει, δίκην διδὺς γ ἔρωτος. HPA. ὑ γὰς δεινὸν τοῦτό γε ἀπὸ τ μεγαλαυχίας.

ΑΠΟΛ-

a Ἐξαπαληθήσεται] ἐξαπατήσεται B1. B2. b Συμπεριενεχθήσεται] Ita recte utraque B. In ceteris vitioſe συμπερινεχθήσεσθαι.

23. Ἄπαγε, μὴ ὥραισιν] Σεσολοίκισαι μὲν Ἀττικῶς. ὤφειλε γὰρ, μὴ ὥρας ἴκοιτο· ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ, Μὴ καλὰ αὐτῷ τὰ ἔτη, Μὴ εἰς καιρὸν φθάνοι. V.

tamen, ſaltem *Bourdelotius*, haec emendare, cum *Iſaacus Caſaubonus* ὁ πάνυ Animadverſ. lib. 11. c. 14. in *Athen.* tum & in Lectionibus Theocriteis, dudum obſervarit elegans hoc dicendi genus, & explicarit ſcitiſſime. *J.G.G.*

Μὴ ὥραισιν ἴκοιτο] *Caſaubonus* explicat in notis ad *Athen.* II, 14. cum imprecari alicui exitium vellent, & mortem anno vertente citiorem. Alii tamen ſcriptores ὥρας non ὥραισι ſcribunt. Iterum habes Ὀρχ. c. 5. & Ἐτ. Δ. X. *M. du S.*

Μὴ ὥραισιν ἴκοιτο] Dicturum ſe promiſit ad hunc *Luciani* locum *Kuhn.* Obſ. ad *Diogen. L.* II, 34. cui conſilio diem ſupremum interveniſſe credo. *Biſetus* etiam profert ad Lyſiſtr. *Ariſtoph.* v. 1036. A *Caſaubono* diſſentit *D. Heinſius* L. Theocr. p. 341. exiſtimans formulam imprecandi eſſe deſumtam a navigationibus, quia ὥραι erant navigandi tempora, & μὴ ὥραισι πλεῖν apud *Comicum* Lyſiſtr. v. 329. utrius verior habenda ſit opinio, alias opportunius dicemus. *T.H.*

32. Ἐξαπαληθήσεσθαι] Monſtrum vocabuli vides (in Ed. *Salm.*) Rectius Editio *Baſil.* ἐξαπατήσεται. Sed puto verum *Luciani* eſſe ἐξαπατηθήσεσθαι· immo ſic antiquiſſima editio *Flor.* Simili mendo laborant poſteriores editiones, cum mox συμπερινεχθήσεσθαι legitur, quod conſpicitur etiam in *Florentina* & *Aldina* : ſola *Baſileenſis* συμπεριενεχθήσεσθαι· id quod probum eſt. *J.J.*

40. Τροχῷ] Meminit *J. Brodaeus* Miſc. II. c. 10. *Pindarus* τετράκναμον δεσμὸν vocavit, τετράκνημον τροχὸν *Schol. Apoll. Rh.* ad Arg. III, 62. Bene de nobis merebitur, qui ultima dialogi hujus vel explicuerit, vel emendarit. *T.H.*

43. Ἀπὸ τ μ.] An ὑπὲρ; *F. G.*

VII.

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΗΦΑΙΣΤΟΥ. APOLLINIS ET VULCANI.

ΗΦΑΙ. VULC.

Ἑωρακας, ὦ Ἄπολλον, τὸ τῆς Μαίας βρέφος τὸ ἄρτι τεχθὲν, ὡς καλόν τέ ἐστι, καὶ [a] προσγελᾷ πᾶσι, καὶ δηλοῖ τι ἤδη ὡς μέγα ἀγαθὸν ἀποβησόμενον; ΑΠ. ἐκεῖνό γε φῶ βρέφος, ὦ Ἥφαιστε, ἢ μέγα ἀγαθὸν, ὃ γε Ἰαπετῷ πρεσβύτερόν ἐστιν, ὅσον ἐν τῇ πανουργίᾳ; ΗΦΑΙ. καὶ τίνα ἂν ἀδικῆσαι δύναιτο ἀρτίτοκον ὄν; ΑΠ. ἐρώτα τὴν Ποσειδῶνα, ἢ τὴν τρίαιναν ἔκλεψεν· ἢ τὸν Ἄρη· καὶ τοῦτο γὰρ ἐξείλκυσε λαθὼν [b] τοῦ κολεοῦ τὸ ξίφος, ἵνα μὴ ἐμαυτὸν λέγω, ὃν ἀφώπλισε τοῦ τόξου καὶ τῶν βελῶν.

ΗΦΑΙ. Τὸ νεογνὸν ταῦτα, ὁ μόγις [c] ἐκι-

1. VIdistin', Apollo, Majæ filiolum modo editum? quam pulcer est, arridetque omnibus, & jam patefacit aliquid, quod magni boni spem faciat. A P. Illum ego dixero infantem, Vulcane, aut insigne bonum, qui Japeto sit senior, quantum ad astutiam? VULC. Eccui male facere possit recens natus? AP. Roga Neptunum, cujus tridentem furatus est; aut Martem; illius enim eduxit clam vagina gladium: ne me ipsum dicam, quem exarmavit arcu & sagittis.

2. VULC. Hæc iste recens natus, qui vix mo-

a Προσγελᾷ] προσμειδιᾷ L. b Τοῦ] ἐκ τοῦ L. c Ἐκινεῖτο] ἔσηκε τὸ P. ἔσηκε τὸ J.

46. Προσγελᾷ] Cito ridere fuit praesagium ingenii. Vid. Art. Crit. P. 2. Sect. I. c. X. §. 12. J.C.

49. Ἐν τῇ πανουργίᾳ] Usitatius ἐς vel εἰς τὴν πανουργίαν· itaque scribendum puto. Ut modo μέγα ἀγαθὸν ἀποβησόμενον, sic & *Xenoph* K. Π. V. p. 76. v. 13. ὦ μέγα ἀγαθὸν σὺ τοῖς φίλοις Κῦρε· simi.em in modum μέγα κακὸν εἶναι vel ἔρχεσθαι τινί. T. H.

55. Ἐκινεῖτο] Non sollicito hanc lectionem. Aliter tamen P. & Ed. J. ἔσηκε τὸ, sed tum aliter interpungendum, & post ἔσηκε, punctum admirationis ponendum. M. du S.

64. Ὀξύχειρ] *Poll.* II, 149. ὀξύχειρ γὰρ καὶ ὀξυχειρία τὸ μὴ ὠφελῆ Μενάνδρῳ εἴρηται, τὸ ὃ παρ' Ἀλεξιδι. Comicorum nomina facile persuadent, utrosque non alia notione, quam fecit *Lucianus*, hanc vocem adhibuisse. Significat autem *agili manuum mobilitate promtum*; nam *aduncae manus* Interpretum, si rem spectas, possunt tolerari; si vim vocis, alienissimae sunt. Prout celeritatis manuum in plurimis rebus est usus, ita non una ratione homines dicuntur ὀξύχειρες· qui manum avidam in patinas immittit *Nicomacho* apud *Athen.* VII. p. 291. D — δειπνῶν δὲ πᾶς Ταλλότρια γίνεται ὀξύχειρ, καὶ οὐκ ἐγκρατής. Herculem hoc epitheto *Theocritus* affecit Epigr. XX. Τὸν λεοντομάχαν, τὸν ὀξύχειρα· quod vix est, ut heroum maximi dignitatem aequet. Ὀξυχειρίαν ὀρχησαῖς & pantomimis *Pollux* tribuit IV, 97. ψηφοπαίκταις sive praestigiatoribus *Sext. Empir.* adv. Mathem. II. §. 39. qui τὰς τῶν θεωμένων ὄψεις δι' ὀξυχειρίαν κλέπτουσι· eandem vocat εὐτροφίαν τῶν χειρῶν ἐκ τοῦ τάχους τῆς κάμψεως τῶν δακτύλων *Schol. Gregorii Nazianz.* in Orat. de Athanasio. Apud *Philonem* Jud. de Vit. Mos. p. 609. C. AEgyptius operum exactor τοὺς τὸ προσταχθὲν μὴ ἀπνευστὶ καὶ ὀξυχειρίᾳ δρῶντας τύπτων. Nonnihil differt illa ὀξυχειρία, quam exercendi diuturnitate opifices acquirunt in *Diogen. L.* VI, 70. Mercurium autem ὀξυχείρα venustissime pinxit *Horat.* I. Od. 10. *Callidum quicquid placuit jocoso Condere furto:* ibi plura, quae ad hunc dialogum faciunt. T. H.

68. Προσκαλεσάμενος τὸν Ἔρωτα] Leg. προκαλεσάμενος τὸν Ἔρωτα· sic videtur legisse interpres, cum transfert, *Heri provocato Cupidine.* Statim pro ὑφέλκων τὸν πόδα Mss. ὑφελῶν τὸν πόδα, quasi pedes illi surripuerit: quamvis & vulgatum possit ferri. J.G.G.

Προσκαλεσάμενος τὸν Ἔρωτα] Vel προκαλεσάμενος edendum fuit, ut haberetur ratio *Benedicti* vertentis *provocato Cupidine*, vel versio retinenda fuit *Micylli heri autem vocato ad se Cupidine.* Sed sane verbum Graecum habet aliquid, quod a neutro exprimitur, & Benedictina lenius & Micyllina fortius, ut patet in dialogo Veneris & Cupidinis, ἀλλ' οὐκεῖνος προσίσταί με ἐκ προσκαλεῖται. Itaque scriptis libris obediendum. Video simile committi in dialogo Enipei & Neptuni, dicente illo Δεῖ τοῦτο ἐκεῖνον σε προσαρπάσαι τὸν ἔρωτα, ubi cum *Micyllo Benedictus, propterea te mihi amorem praripere oportebat.* In Piscatore dicunt Philosophi de *Luciano*, ἔοικε γὰρ ἀνὴρ οὐκ ἄλογα προκαλεῖσθαι, δικάζειν ἀξιῶν· ubi vertunt, *nam cum iste vir judicio velit experiri, haud absurde provocare videtur.* At in hac

movere ſe poterat in faſciis? AP. Experiere, Vulcane, mox atque ad te acceſſerit. VULC. Atqui jam acceſſit. AP. Quid ergo? cunctane habes inſtrumenta, nullumque eorum tibi periit? VULC. Cuncta, Apollo. AP. Tamen inſpice diligenter. VULC. Ita me Jupiter amet, forcipem non video. AP. At videbis eum alicubi in cunabulis infantis. VULC. Tamne acutis eſt manibus, ac ſi in utero meditatus fuerit artem furandi.

3. AP. Non tu illum audiviſti jam loquentem argutula quædam & volubilia: quin & miniſtrare nobis vult: heri vero provocatum Cupidinem luctando dejecit ſtatim neſcio quomodo ſubducens pedes: tum interea dum laudabatur Veneris ceſtum ſurripuit, illum amplexæ ob victoriam; Jovis autem ridentis ſceptrum, &, niſi gra-

νεῖτο ἐν τοῖς σπαργάνοις; ΑΠ. εἶσιν, ὦ Ἥφαιστε, εἴ σοι προσέλθῃ μόνον. ΗΦΑΙ. ἦ μὴν προσῆλθεν ἤδη. ΑΠ. τί δῆτα, πάντα ἔχεις τὰ ἐργαλεῖα, καὶ οὐδὲν ἀπόλωλεν αὐτῶν; ΗΦΑΙ. πάντα, ὦ Ἄπολλον. ΑΠ. ὅμως ἐπίσκεψαι ἀκριβῶς. ΗΦΑΙ. νὴ Δία, τὴν πυρ-άγραν οὐχ ὁρῶ. ΑΠ ἀλλ' ὅψει αὐτὴν που ἐν σπαργάνοις ἔτι βρέφους. ΗΦΑΙ. ὕτως ὀξύχειρ ἐστὶ, καθάπερ ἐν τῇ μητρὶ ἐκμελετήσας τὴν κλεπτικήν.

ΑΠ. Οὐ γὰρ ἤκουσας αὐτοῦ καὶ λαλοῦντος ἤδη σφόδρα, καὶ ἐπίτροχα. ὁ δὲ καὶ ἀγκωνείας ἡμῖν ἐθέλει. χθὲς δὲ προκαλεσάμενος τὸν Ἔρωτα καταπάλαισεν εὐθὺς, οὐκ οἶδ' ὅπως ὑφέλκων τὼ πόδε· εἶτα μεταξὺ ἐπαινούμενος, ὁ Ἀφροδίτης μὲν τὸν κεστὸν ἔκλεψε, προσπτυξαμένης αὐτὸν ἐπὶ τῇ νικῇ· τοῦ Διὸς δὲ γελῶντος, τὸ σκῆπτρον· εἰ δὲ μὴ βα-

ρύ-

d Ὑφέλκων] ὑφελὼν G. L. *f.* e Τὸ σκῆπτρον] ἦλθεν ἐπὶ τὸ σκῆπτρον. F. *f.* In P. ἦλθεν ἐπὶ non extitit.

f 64. Ἐν τῇ γαστρὶ] * Εὐσάθιος· Ὀδυσσ. Τ. λόγος ἐστὶ, φησὶ, τὸν Ἑρμῆν, ὅτι γενετῆς συγκληρῶσαι τὴν κλεπτικὴν, ὡς τῆς μητρὸς Μαίας συλλουμένης, αἷς ἤθελεν ἐκείνη, ὑφελόμενος τὰ ἐκδυθέντα ἔκρυψε. G.

67. Ἤδη σφόδρα καὶ ἐπίτροχα] Πολυκόμψα, πιθανὰ, εὐτράπελα, ἀπατητικά. † τὸ ἐπίτροχα, ἠπειγμένα ταχέως. V.

* Εὐσάθιος] P. 1870. v. 54. ᾧ (Ἑρμῇ) λόγος ἐστὶ καὶ ἐκ γενετῆς συγκεκληρῶσθαι τὴν κλεπτοσύνην, ὅς τῆς μητρὸς Μαίας συλλαμβανομένης αἷς ἤθελεν ἐκείνη, αὐτὸς ὑφελόμενος τὰ ἐκδυθέντα ἔκρυψε. Ad hanc normam iſta ſunt refingenda, niſi quod συλλαμβάνει recte ſcribitur. *T. H.*

† Τὸ] *M. du Soul* τὸ δὲ ἐπίτροχα. *T. H.*

hac loquutione vix eſt differentia inter τὰ *provocare* & *judicio experiri velle*: & in præcedentibus non tam provocat, quam admonet modeſtiæ philoſophos, ne ſe indemnatum occidant, atque adeo convenientius videatur προσκαλεῖται. *J. G.*

Προσκαλεσάμενος] Haec menda, ſed quae tamen fallere vix poteſt, locis compluribus inſedit: reſtituendum erat vel ſine Mſſ. προκαλεσάμενος adſtipulatur *Duker.* ad *Thucyd.* p. 342. n. 3. *Apollodor.* I. p. 57. τὸ ἄριστον αὐτῶν εἰς πυγμὴν προσεκαλεῖτο· recte *Faber* προεκαλεῖτο vel προύκαλ. *T. H.*

70. Ὑφελὼν] Ita præter Mſ. Gr. L. & Ed. *f. M. du S.*

Ὑφέλκων] Teneo vulgatam lectionem, quam ſatis tuetur καταπάλαισεν· luctatorum eſt ὑφέλκειν τοὺς πόδας, τὰ σκέλη, ut adverſarios in terram dejiciant: idem & ὑποσκελίζειν, ὑποσύρειν τὰ σκέλη in illa praeclara Dioxippi cum Corrago Macedone pugna, quam deſcribit *Diodor. Sic.* XVII, 615. C. *ſubducere pedes Curt.* IX. c. 7. Lubrica quoque dicuntur ὑφίλλειν, ὑποφέρειν, ὑποσκελίζειν τοὺς πόδας, quae junxit *Poll.* I, 187. eleganter *Curt.* IV, 9, 18. *quum modo ſaxa lubrica veſtigium fallerent, modo rapidior unda ſubduceret.* Quum probata fuerit haec poteſtas in ὑφαιρεῖν τοὺς πόδας, deliberabimus, an ſcriptae lectionis rationem haberi oporteat: nam quod *Graevius* addit, *quaſi pedes illi ſurripuerit*, mallem Viro magno non excidiſſet: niſi quis huc pertinere cenſeat *Senecae*, *pedes abſtulit* Praef. lib. IV. Nat. Qu. p. 743. quam metaphoram a luctatoribus eſſe ſumtam volunt. *T. H.*

73. Τὸ σκῆπτρον] In Cod. *Florent.* ſcribitur ἦλθεν ἐπὶ τὸ σκῆπτρον. *J. B.*

Τὸ σκῆπτρον] *Fl.* & *J.* ἦλθεν ἐπὶ τὸ σκ—. Sed venuſtior longe vulgata lectio. Sceptrum enim ſurripuit, ſed fulmen utpote gravius & ignitum tenera manus auferre non valuit. P. non agnoſcit ἦλθεν ἐπί. *M. du S.*

Τὸ σκῆπτρον] Mihi ſane non conſtat, quid recentiores Editores impulerit, ut inſuper haberent, quod Florentiae fuerat impreſſum ἦλθεν ἐπὶ τὸ σκῆπτρον, quandoquidem illa phraſis nihil habet, quod faſtidiendum videatur: nam ſaepius ἔρχεσθαι ἐπί τι non conſilium tantummodo aut conatum, ſed effectum etiam agendi ſignificat: quamobrem ſic intellige, adgreſſus eſt ſceptrum ſurripere, atque adeo revera ſurripuit. Etſi jam omiſſum in *A1.* & *Hagenoenſi Francinus* tamen

ρύτερος ὁ κεραυνὸς ἦν, καὶ πολὺ τὸ πῦρ εἶχε, καὶ κεῖνον ἂν ὑφείλετο. ΗΦΑΙ. γοργόν τινα καὶ παῖδα φῄς. ΑΠ. ἁ μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ μουσικόν. ΗΦΑΙ. τῷ τοῦτο τεκμαίρεσθαι ἔχεις;

vius eſſet fulmen, multumque ignem haberet, illum quoque ſurripuiſſet. VULC. Agilem quendam & alacrem puerum narras. AP. Non hoc tantum, ſed & jam muſicum. VULC. Id quo indicio colligere potes?

4. AP.

men in *Juntinam* revocavit dubium ex ſcripto Cod. an *Fl.* Id ſolum me retinuit, ne *Luciano* redderem, quod in P. abfuiſſe notatum reperiebam. *T.H.*

79. Χελώνῃ] Ex hymno *Homeri in Merc.* (v. 47.) Vide *Scalig. ad Manil.* p. 420. *A.V.*

Χελώνῃ] Oculis hæc omnia ſubjicit Cl. Philoſtrati interpres ad p. 777. exhibita ex gemmis lyræ figura. *M.du S.*

80. Πήχεις ἐναρμόσας] De partibus lyrae vide Dial. Mar. I. & *Iſ. Voſſ.* de Poem. Cant. *J.C.*

81. Καλάμους] Κάλαμοι ſunt *aerea fila* protenſa juxta longitudinem lyrae, & quae pulſata reſonabant. Abſurde Interpres vertit *calamos*: nam calami pulſati non reſonant. *J.C.*

Καλάμους ἐμπήξας] Habes deſcriptionem teſtudinis a Mercurio inventae, ex qua lyram confecit; ſed male intellectam & imperitiſſime verſam: χελώνην που νεκρὰν εὑρὼν ὄργανον ἀπ' αὐτῆς σωσπήξατο. Πήχεις δὲ ἐναρμόσας, καὶ ζυγώσας, ἔπειτα καλάμους ἐμπήξας, καὶ μαγάδιον ὑποθεὶς, καὶ ἐντεινάμενος ἐπὶ χορδὰς, μελῳδεῖ πάνυ γλαφυρὸν, ὦ Ἥφαιστε. In editione Salmurienſi haec eſt iſtorum verborum interpretatio: *Teſtudinem mortuam alicubi nactus, ex ea compegit inſtrumentum. brachiis enim adaptatis, & ſuperinducto jugo, deinde calamis infixis, & ſubjecto hemiſphaerio, & intentis inde ſeptem chordis elegans adeo & concinnum quiddam modulatur:* non ſane muſice. Deſcriptio haec eſt petita ex hymno in Mercurium, qui tribuitur *Homero*, ut olim obſervavit maximus *Scaliger* ad *Manilium:* ſed cum in illa queritur omiſſum eſſe τὸ καιριώτατον, dicendum enim fuiſſe ἔπειτα καλάμους ἐμπήξας, καὶ ἔτι δέρμα βόειον προσαρμόσας, καὶ μαγάδιον ὑποθεὶς, verum erat, ſi καλάμους ſcripſiſſet *Lucianus*, & hymni auctorem κατὰ πόδα ſequendum ſibi exiſtimaſſet. Cum vero corii bovilli, quo ceu theca lyram Mercurii tegebat hymnus, mentionem omiſiſſet, & accommodaſſet ejus deſcriptionem ad ſui temporis mores, locus nullus erat arundinibus in lyra. Pro καλάμους legendum ex Mſ. κολλάβους. Κόλλαβοι ſunt *paxilli*, vel *claviculae*, *quibus fides in lyris intenduntur. Homero* Odyſſ. Φ. dicuntur κόλλοπες·

Ῥηϊδίως ἐτάνυσε νέῳ ἐπὶ κόλλοπι χορδήν.
Facile intendit nova clavicula fides.

Ubi *Euſtathius*: κόλλοψ ὁ δηλοῖ τοῖς ὕστερον κόλλαβος, οἱ δὲ τείνονται αἱ τοιαῦται χορδαί. καὶ ὕστερον φασι λεγόμενον, διότι τὸ παλαιὸν οὐκ ἀρμάτων σκληρῶν ἦν τὸ πρὸς τραχήλῳ τοῦ βοὸς, ἔξι δ' ὅτε ὁ τοῦ οἰὸς quaere ibi plura. Vides ex calloſo illo corio, quod eſt in cervicibus boum & ovium, olim iſtos verticillos eſſe factos, quod tamen negat *Scaliger*; qui poſtea conficiebantur ex lignis. Πήχεις vero ſunt *manubria*. *Hyginus brachia* vertit: ζυγὸς vero, ſive ut aliis ζύγωμα, *jugum*, eſt transverſum tranſtillum, in ſumma cithara, cui chordae annectebantur: μαγάδιον eſt ligneus aſſerculus, qui ſubjiciebatur fidibus, ſine quibus nullum illae ſonum edebant; olim erat calamus, poſtea lignum quadratum, quod hodie adglutinatur muſicis inſtrumentis, olim ſupponebatur, ut erudite *Scaliger* oſtendit. Qui veteres lyras in nummis & marmoribus, ubi ſaepius occurrunt, vidit, facilius haec intelliget. Locus autem ſic vertendus eſt: *Teſtudinem mortuam cum alicubi inveniſſet, ex ea inſtrumentum muſicum compegit. Manubria enim adaptavit, & jugum addidit, & adfixit claviculas, & ſubjecit aſſerculum, fidesque intendens ſeptem valde tenerum & concinnum quid cecinit:* Eadem omnia recenſet inferius in lyra Polyphemi in Colloquio Doridos & Galateae, excepto μαγαδίῳ Αὐτὴ πηκτὶς οἷα κρανίον ἐλάφου γυμνὸν τὸ σαρκῶν. καὶ τὰ μὲν κέρατα πήχεις ἄσπερ ἦσαν· ζυγώσας δὲ αὐτὰ, καὶ ἐνώψας τὰ νεῦρα, ὑδὲ κόλλοπι ἐφεστρέψας, ἐμελῴδει ἄμουσόν τι καὶ ἀπαθές. Sic legendus iſte locus lepidiſſimus: *Ipſa lyra ſolummodo erat cranium cervi, nudatum carne, cornua vero erant quaſi manubria, quibus cum jugum adjeciſſet, & fides alligaſſet, quas non fidiculis tendebat, agreſte quiddam & abſonum canebat:* legendum autem οἷα, *ſolummodo*, non οἷα, ut editur vulgo. Vides hic κόλοπα dici, qui dicitur κόλλαβος in dialogo ſuperiore. Cranium cervi erat πηκτὶς, quod in Mercurii lyra teſtudo; cornua vero erant πήχεις· ſed κόλλαβοι nulli, aut iis non utebatur. *J.G.G.*

Καλάμους] In exemplaribus vulgatis legitur μαγάδιον & καλάμους, mendoſe pro μαγάδας & κολλάβους. Ita *Moſchop.* in ſua conſtructione locum allegat; & hujus lectio magis quadrat ſenſui quam uſitata. *Hartung.* Th. Crit. T. II. p. 638.

Καλάμους] Vox κολλάβους, quam exhibent P. L. Gr. Mſ. & Schol. quamque ego etiam ex Mſ. adſcriptam vidi margini vetuſtiſſimi impreſſi Codicis, gloſſema eſt viri quidem docti, ſed ad rudem hujus lyræ fabricam non ſatis, ut mihi quidem videtur, attendentis. Si cui tamen placeat, litem ea de re nemini ſum moturus; cetera enim ſatis ſcite deſcripta ſunt, & ipſa artis vocabula ab artifice ſummo Apolline haud dubie uſurpata: quod ex doctiſſimis *Gravii* notis facile perſpicies. V. etiam Marm. Ox. p. 199. Obſervandum denique Noſtro κόλλοπας τῶν κιθάρας alibi dici. Vide Z. τρ. c. 10. *M.du S.*

Κολλάβους] Quanquam κάλαμος olim in lyra, huc tamen nihil pertinet: praeterquam quod, ſi de eo loqui voluiſſet *Lucianus*, ſcribendum fuerat κάλαμους ἐμ-

4. AP. Teſtudinem alicubi mortuam quum inveniſſet, inſtrumentum ex ea muſicum compegit: manubriis enim adaptatis, jugo addito, tum claviculis infixis, & aſſerculo ſuppoſito, fidesque intenAΠ. Χελώνην τινὰ νεκρὰν εὑρὼν, ὄργανον ἀπ' αὐτῆς συνεπήξαλο· τήξεις γὰρ ἐναρμόσας, καὶ ζυγώσας, ἔπειτα * κολλάβους ἐμπήξας, καὶ μαγάδιον ὑποθεὶς, καὶ ἐντεινάμενος

* Κολλάβους] καλάμους priores Edd. καλάβους P. κολάβους Schol. κολλάβους G. L. Margo *AIW.* ubi & μαγάδα pro μαγάδιον.

79. Χελώνην] Τούτου μέμνηται καὶ Νίκανδρος ἐν τοῖς * Ἀλεξιφαρμάκοις. *G.*

81. Κολλάβους] Τὰ τὸ χορδῶν ἐπιτόνια. *V.*

82. Καὶ † μαγάδα] ‡ Σανὶς τετράγωνος, ὑπόκυφος, διχομένη ἐφ' ἑαυτῇ τὰς τῶ κιθάρας νόμας. *V.*

* Ἀλεξιφαρμάκοις] v. 557. *T. H.*

† Μαγάδα] *L. μαγάδιον.* Sic tamen etiam C. M. *M. du S.*

‡ Σανὶς τετράγ.] Haec totidem verbis habet *Suidas*, ex quo emendandus eſt *Heſychius.* Vid. *H. Stephani* Ind. Theſ. in Μαγὰς, quem nec *Luciani* locus praeteriit, *Olearium* ad *Philoſtr.* Vit. Soph. I. p. 487. *T. H.*

ἐμπήξας. *Otto* quidem *Sperlingius* Diſſ. de Fur. Sabin. Tranquill. p. 74. *Lucianum* melius adfirmat extuliſſe καλάμους ἐμπήξας· *nam erant duo calami arte juncti, inter quos chordae ducebantur & tendebantur:* ſed haec dicenti ſine veterum auctoritate, non aegre feret, ſi fidem denegemus. Κόλλαβοι contra optime conveniunt, quippe in hoc inſtrumento muſico neceſſarii: error autem plane facilis; nam litera liquida non geminata κολάβους exarare moris erat, ut apud *Thom. Magiſtr.* in Κόλοπας· unde ob ſimilitudinem β & μ, praeſertim in membranis antiquis, quam proclivi via potuerit oriri καλάμους, in aperto eſt poſitum. Verum eſt, *Lucianum* Δ. *Ev.* I. Jov. Trag. §. 10. adv. Indoct. §. 10. κολλόπας uſurpare, quod equidem ad normam Atticam magis congruere non diffiteor: ſic enim praecipit *Phrynich.* p. 32. Κολλάβους τοὺς ἐν τῇ λύρᾳ εἰ μὲ ἄλλη ἀξίλεκτος λέγει, ὁ Φρυνίχης Ἱπποκλείδης σὺ δ' ὡς Ἀθηναῖος λέγε κόλλοπας· ſed nihil obſtat, quominus ab ea lege, quam ſaepe judicio non levitate migravit, in hoc etiam loco receſſerit *Lucianus*; inprimis quoniam illa aetate, qua ſcripſit, longe frequentior erat uſus τῶ κολλάβων, quam κολλόπων. Hoc vel ex ipſo *Phrynicho* manifeſtum eſt, qui vulgatam deterioris vocabuli conſuetudinem caſtigare neceſſe habuit, & ad veteris Atticiſmi praeſcripta revocare: in antiquis ſane ſcriptoribus vix unquam aliter invenias, ac κολλόπας *Plato* de Rep. VII. p. 703. B. τὰς ταῖς χορδαῖς πράγματα παρέχοντας & βασανίζοντας ἐπὶ τὸ κολλόπων στρόβλιγγας· plura collegit eximius ille *Leopardus* Emend. XIX. c. 16. ſed κόλλαβος tamen, ex quacumque dialecto in uſum communem venerit, notae eſſe ſatis vetuſtae, non pauca ſunt indicio: aliunde quidem deducere non licet verbum illud in *Heſychio* Comicum: Ἐκκολλαβῆσαι, ἐκλακῆσαι, ἐκφρονῆσαι· Grammatici quoque κολλάβους, quoddam eſt panis genus ab *Ariſtophane* aliisque memoratum, ab horum verticillorum ſimilitudine dictos volunt: vid. *Schol.* ad Ran. v. 510. At in recentioribus, quique *Luciani* aetati fuerunt ſuppares, jam nihil eſt iſto vocabulo tritius. *Jamblich.* de V. P. §. 118. τὴν δὲ πόσην ἐπίτασιν ἀναλόγως τοῖς βάρεσι εἰς τὴν τῶ κολλάβων ἄνωθεν σύμμιξιν ἐξεστροφήν haec in *Nicomacho* totidem verbis extare p. 13. monuit *Kuſterus*: *Schol. Homeri* parvus ad Il. I, 187. ab eoque ne litera quidem diſcrepans *Etymol.* in Ζυγός· *Athanaſ.* in Pſalm. p. 1241. ubi, quale ſit ψαλτήριον, exponit: δέκα γὰρ κόλλαβοι, εἴτουν παρατάλισκοι ὧδέ τὸ πῆχυ τῶ ψαλτηρίου τριφόμενοι ἔτεινόν τε τὴν χορδὴν & ἐχάλων· quae paene eadem leguntur in *Euthymii Zygabeni* Praef. ad Pſalm. p. 185. & apud plures alios. Olim autem paxillos hoſce fuiſſe confectos de corio calloſo & durato, ſi quid omnino Grammaticis eſt credendum, ambigi non poteſt: vid. *Heſych.* in Ἐκολλόπωτε. Κεράσβολα vocabantur, ut Idem docet, οἱ ἐν ταῖς ἀρχαίαις λύραις κόλλαβοι· alibi voce truncata, Κράσβολα, κόλλαβοι δερμάτινοι· atque haec ipſa eſt ratio, cur κόλλοπες fuerint dicti; a qua voce non alia re κολλάβους diſtare arbitror, quam vel pronunciandi depravatione, vel dialecti diſcrimine. Hos igitur κολλάβους *Luciano* reſtitui par erat, quem vere *Graevius* obſervavit *accommodaſſe lyrae deſcriptionem ad ſui temporis mores*: locum enim illum Hymni in Mercurium, quum haec ſcriberet, in animo fuiſſe *Noſtro* mihi ſane non tam compertum videtur, quam credi voluit *Scaliger* ad Manil. V, 319. fierique facile poteſt, ut de eo tum ne cogitaverit quidem: alioqui multos oporteret eodem reſpexiſſe, qui in lyrae a Mercurio inventae deſcriptione parum a *Luciano* diſcedunt. Μαγάδας autem pro μαγάδιον *Hartungus* ex *Moſchopulo* probat; quod *Leopardus* commemorans judicium ſuum non interponit: ferrem equidem, ſi μαγάδα, quod *Scholiaſtes* habet, ſcriberetur: ſed nihil eſt, cur μαγάδιον ſatis uſitatum repudiemus. Vide praeterea magnum illum etiam in puero *Grotium* ad Phaen. *Arati* p. 7. & ad Imag. p. 54. 55. Res ipſa de veterum lyra, ejusque tum partibus, tum pro diverſo temporum intervallo differentia non tantum intricatior eſt, quam ut paucis expediri queat, ſed magnorum etiam hominum erroribus inſignis: neque id adeo mirandum; quum ejusmodi ſit haec materia, quae non niſi lenta diuturnaque meditatione, ſaepe, quae prius placuerant, verſo ſtylo inductis, ſubigi ſe patiatur ac molliri. *T. H.*

82. Μαγάδιον] Μαγὰς ab aliis dicitur. V. *Philoſtr.* p. 778. Equuleum noſtri vocant. *M. du S.*

83. Ἑπτὰ

καὶ ἑπτὰ χορδὰς, μελῳδεῖ πάνυ γλαφυρὸν, ὦ Ἥφαιστε, καὶ ἐναρμόνιον, ὡς καὶμὲ αὐτῷ φθονεῖν τὰ πάλαι κιθαρίζειν ἀσκῶντα. ἔλεγε δὲ ἡ Μαῖα, ὡς οὐδὲ μένοι τὰς νύκτας ἐν τῷ οὐρανῷ, ἀλλ' ὑπὸ περιεργίας ἄχρι καὶ ἅδου κατίοι, κλέψων τι καὶκεῖθεν δηλαδή. ὑπόπλεων δ' ἐστὶ καὶ ῥάβδον τινὰ πεποίηται θαυμασίαν τὴν δύναμιν, ἣ ψυχαγωγεῖ, καὶ κατάγει τοὺς νεκρούς. ΗΦΑΙ. ἐγὼ ἐκείνῳ ἔδωκα αὐτῷ παίγνιον εἶναι. ΑΠ. τοιγαροῦν ἀπέδωκέ σοι τὴν μισθὸν τὴν πυράγραν. ΗΦΑΙ. εὖγε ὑπέμνησας· ὥστε βαδιοῦμαι ἀπολησόμενος αὐτὴν, εἴ που ὡς φὴς εὑρεθείη ἐν τοῖς σπαργάνοις.

dens ſeptem canit valde tenerum quiddam; o Vulcane, & concinnum, ut egomet ipſi invideam, qui dudum arte pulſandæ citharæ exerceor. Præterea dicebat Maja, illum ne noctu quidem manere in cœlo, ſed curioſitatis ergo usque ad inferos deſcendere; nempe furaturum aliquid inde etiam: alis autem eſt inſtructus: & virgam quandam ſibi confecit mirabili virtute præditam, qua animas ducit, deducitque mortuos. VULC. Hanc ipſi donavi, ludicrum ut eſſet. AP. Proinde reddidit tibi mercedem forcipem (furto ſublatum.) VULC. Recte ſane admonuiſti: quare ibo ad eum recuperandum, ſicubi, ut ais, reperiatur in faſciis.

VIII.

ΗΦΑΙΣΤΟΥ ΚΑΙ ΔΙΟΣ. VULCANI ET JOVIS.

ΗΦΑΙ. VULC.

ΤΙ με, ὦ Ζεῦ, δεῖ ποιεῖν; ἥκω γάρ, ὡς ἐκέλευσας, ἔχων τὴν πέλεκυν ὀξύτα-

QUid me, Jupiter, oportet facere? venio enim, ut juſſiſti, ſecurim habens acutiſſimam,

83. Γλαφυρόν] Ἡδὺ, κοῖλον, σοφὸν, ἔμπειρον, ἀκριβὲς, λαμπρὸν· ταῦτα σημαίνει τὸ γλαφυρόν. V.

83. Ἑπτὰ χ.] Conſentiunt omnes Mercurium eſſe lyræ repertorem. Sed de numero chordarum non itidem liquet: ſunt qui dicant primo fuiſſe tantum tres, ſunt qui quatuor. Videat, cui libet, *Macrob.* Saturn. I, 19. *Pol. Virg.* de rerum invent. I. 15. *Diod. Sic.* I. & V. Sentit cum *Luciano Horatius* I, 15.

Tuque teſtudo reſonare ſeptem
Callida nervis. E.L.

84. Καὶμὲ . . . . κιθ.] Si recte hic *Lucianus*, erravit *Torrentius*, qui in *Horat.* Od. 21. I. Sic ait; *lyra ſibi conceſſa, Orpheum Apollo docuit; at poſtea, inventa a ſe Cithara, ei lyram conceſſit.* Aliquid autem intereſſe inter *Lyram* & *Citharam*, ſatis hinc liquet; ſed quid id ſit, laborat quidem oſtendere *Martinius* in Lexico ad vocem *Lyra*, at quam feliciter judicet alius: ego ab eo in hac re parum redii inſtructior. E.L.

89. Ὑπόπτερον] *Lilius Gregorius* in Mercurii Syntagmate ſcribit, vidiſſe ſe Mercurii imaginem in libro quodam antiquitatum hoc modo efficiam: filo quidem erat corporis juvenili, facie imberbi, cum alis ſupra aures, nudus vero totus, praeterquam quod pallium habere videbatur, dextra marſupium contenebat, quod ſupra caput hirci jacebat: ſiniſtra vero caduceum praeferebat: ad pedes illius hircus & gallus ſuberant. Vid. *Macrob.* G.C.

Ibid. Ῥάβδον τινὰ] De Mercurii virga *Homerus* Od. 5. cujus verba expreſſit *Virgil.* IV. AEn. vſ. 242.

Tum virgam capit: hac animas ille evocat orce
Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit,
Dat ſomnos adimitque, & lumina morte reſignat.

Ab aurea autem virga dictus eſſe Mercurius χρυσόῤῥαπις. G.C.

90. Ψυχαγ.] *Virg.* Æn. IV. 242.

Tum virgam capit: hac animas ille evocat orce
Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit.

Homer. Od. E, 47. M. du S.

91. Ἐγὼ . . ἔδωκα] Vulgo traditur hanc virgam ab Apolline Mercurio fuiſſe traditam, accepta ab eo lyra. Vide *Serv.* in *Æn.* IV. 242. E.L.

3. Εἰ μίμνηκα] Longoliani exemplaris ἢ μέμνησας corrigentis ingenio an vetuſto Codici ſit tribuendum, non ſatis mihi patet. Quanquam ſenſum faciat non plane

simam, etiam si lapides opus sit uno ictu dissecare. JUP. Recte sane, o Vulcane. At tu divide meum caput in duas partes dejecta securi. VULC. Tentasne me an insaniam? Quin impera vere quod vis tibi fieri. JUP. Divide mihi calvariam: quod si morem non gesseris, non nunc primum iratum experiere me. Sed vide ut ferias omni animi contentione, neque cuncteris: pereo enim præ doloribus, qui meum cerebrum convellunt. VULC. Vide, Jupiter, ne mali quid faciamus: acuta enim securis est, & non sine sanguine, neque ad Lucinæ morem tibi obstetricabitur. JUP. Incute modo, Vulcane, audacter: ego enim novi quid conducat. VULC. Invitus quidem, sed tamen feriam: quid enim aliquis faciat, te jubente? Quid hoc? puella armata? Magnum, o Jupiter, malum habuisti in capite: merito igitur iracundus eras, qui tantam sub cerebri membrana virginem vivam nutrires, idque armatam: profecto castra, non caput clam nobis habuisti. Hæc vero sal-

τον, εἰ μὴ λίθος δέοι [a] μιᾷ πληγῇ ἀφ᾽ ἑτέμειν.
ΙΖΕΥΣ. εὖγε, ὦ Ἥφαιστε· ἀλλὰ δίελέ μου
τὴν κεφαλὴν εἰς δύο καὶ ἐνεγκών. ΗΦΑΙ. πειρᾷ
μου, [b] εἰ μέμηνα; πρόστατός δ᾽ ἂν τἀληθὲς,
ὅτῳ θέλεις σοι γενέσθαι. ΖΕΥΣ. ἀφαιρεθῆ-
ναί μοι τὸ κρανίον· εἰ δὲ ἀπειθήσεις, σὺ νῦν
πρῶτον ὀργιζομένου πειράσῃ μου· ἀλλὰ χρὴ
καθικνεῖσθαι πάντι τῷ θυμῷ, μηδὲ μέλλειν·
ἀπόλλυμαι γὰρ ὑπὸ τῶν ὠδίνων, αἵ μου τὸν ἐγ-
κέφαλον ἀναστρέφουσιν. ΗΦΑΙ. ὅρα, ὦ Ζεῦ,
μὴ κακόν τι ποιήσωμεν· ὀξὺς γὰρ ὁ πέλεκύς
ἐστι, καὶ οὐκ [c] ἀναιμωτὶ, οὐδὲ χωρὶς τῆς [11] Εἰλεί-
θυιαν μαιώσεταί σε. ΖΕΥΣ. κατένεγκε μό-
νον, ὦ Ἥφαιστε, θαῤῥῶν. οἶδα γὰρ ἐγὼ τὸ
συμφέρον. ΗΦΑΙ. ἄκων μέν, καλοίσω δέ· [d] τί
γὰρ χρὴ ποιεῖν, σὲ κελεύοντα; τί τοῦτο; κό-
ρη ἔνοπλος; μέγα, ὦ Ζεῦ, κακὸν εἶχες
ἐν τῇ κεφαλῇ· εἰκότως γοῦν ὀξύθυμος ἦθα,
τηλικαύτῃ [e] ὑπὸ τὴν μήνιγγα παρθένον
ζωογονῶν, καὶ ταῦτα ἔνοπλον· ἦπου γρατό-
πεδον, ὦ κεφαλὴν ἐλελήθεις ἔχων· ἡ δὲ πη-
δᾷ,

a Μιᾷ πλ. ἀφτεμ.] Haec notantur in Exc. P. μιᾷ πληγῇ ἀφτεμιεῖν] γρ. ἀφκόψαι. |. λίθον |. ἀφταμεῖν. b Εἰ μέμηνα] ἢ μέμηνας. L. c Ἀναιμωτὶ] ἀναιμοτὶ F. & veteriores Edd. in margine *AIW.* notatur ἀνειμωτὶ. Aldus. d Τί γὰρ χρὴ π.] τί γὰρ ὦ χρή. Marg. *AIW.* e Ὑπὸ τὴν μήνιγγα] Schol. *V.* τῇ μήνιγγι.

11. Τὴν Εἰλειθυίαν] Ἡ τῶν τικτουσῶν θεὰ. *V.*

18. Ὑπὸ τῇ μήνιγγι] Τῷ ἐγκεφάλου ὁμοίνι. *V.*

plane absurdum (parum enim abesse videri potest ab insania, qui caput sibi securi diffindi postulat) minus tamen verecunde hoc a Vulcano dicatur ad Jovem: quare lectioni vulgatae lubens acquiesco. *T. H.*

12. *Μαιώσεταί σε*] Nonnulli dicunt Jovem Thetidem a se compressam, quia metuebat sibi ab eo quod nasceretur, absorbuisse; atque ut necesse erat gravidum factum, ad amnem Tritonem peperisse. Cui si fidem habemus, opus erat, ut venter potius, quam calvaria, divideretur. *E. L.*

14. *Τί γὰρ χρὴ ποιεῖν*] In Dialogorum Selectorum editione dederam olim, *τί γὰρ ὦ χρὴ ποιεῖν, σὲ κ.* quod postea notatum quoque reperi ad marginem *AIW. nihil est omnino, quod quis facere non debeat, te jubente:* usitatae loquendi formulae; *τί ὦ ποιεῖν; τί ὦ φθέγξασθαι ἢ λέγειν; τί ὦ πάσχειν;* Etsi sensus egregie constet, nunc tamen, quoniam nullum est in membranis subsidium, pristinam sententiam retexo: commodum est; *quid enim aliquis faciat?* id est, *frustra quis tergiversetur, & imperata detrectet, te jubente.* Sic, *τί γὰρ ἂν κἀδοι τις;* Θ. Κρ. §. 9. *T. H.*

15. Κόρη ἔνοπλος] Fabulantur poëtae, a Jove devoratam Μῆτιν qua devorata mox Minervam concepisse. Jupiter, inquit *Hesiodus* Theog. v. 886. & sequ. Metin uxorem suam, Deorum atque hominum sapientissimam devoravit, Coeli Terraeque consilio, ne quis alius Deorum imperium ei praeripere posset &c. Si cui vacat, *Procli* & *Moschopuli* hunc in locum annotata adeat. *Clemens* etiam, *Epiphanius*, *Theophilus* hujus fabulae mentionem faciunt. Addunt Vulcanum securi Jovis patris sui caput aperuisse, ex quo Minerva adulta & armata prodiit: a qua re κορυφαγενὴς dicta est. *Lucanus* lib. IX.

Hanc & Pallas amat, patrio quae vertice nata est.

& alius:

— *Quae de patrio vertice nata Dea est.*

Hoc & *Lucianus* ridet. *G. C.*

δᾷ, καὶ πυῤῥιχίζει, καὶ τὴν ἀσπίδα τινάσσει, καὶ τὸ δόρυ πάλλει, καὶ ἐνθουσιᾷ· καὶ τὸ μέγιστον, καλὴ πάνυ καὶ ἀκμαία γεγένηται ἤδη ὀβραχεῖ· γλαυκῶπις μέν, ἀλλὰ κοσμεῖ καὶ τοῦτο ἡ κόρυς. ὥστε, ὦ Ζεῦ, μαίωρά μοι ἀπόδου καὶ ἐγγύησας μοι αὐτήν. ΖΕΥΣ. ἀδύνατα αἰτεῖς, ὦ Ἥφαιστε· παρθένον γὰρ ἀεὶ θέλει μένειν. ἐγὼ γοῦν τό γε ἐπ' ἐμοὶ οὐδὲν ἀντιλέγω. ΗΦΑΙ. τοῦτ' ἐβουλόμην· ἐμοὶ μελήσει τὰ λοιπά· καὶ ἤδη συναρπάσω αὐτήν. ΖΕΥΣ. εἰ σοὶ ῥᾴδιον, οὕτω ποίει. πλὴν οἶδα ὅτι ἀδυνάτων ἐρᾷς.

tat, inque armis tripudiat, clypeum concutit, ac haſtam vibrat, & furore concitatur: quodque maximum eſt, formoſa admodum ac matura extitit brevi; cæſia quidem, ſed ornat hoc etiam ipſum galea. Quare, o Jupiter, obſtetriciam mercedem redde illa virgine mihi deſponſa. JUP. Quæ fieri nequeant petis, Vulcane: perpetuo enim virgo manere vult. Attamen, quantum in me eſt, nihil obloquor. VULC. Hoc volebam: reliqua mihi curæ erunt: jamque ipſam corripiam. JUP. Si tibi hoc facile, ita fac: novi tamen, quæ fieri nefas ſit, te appetere.

IX. NEPTU-

21. * Πυῤῥιχίζει] Ἐνοπλίου ὀρχίζει. *V.*

26. Ἐγγυήσας ἤδη αὐτήν] Ἤδη κατὰ γάμου κοινωνίαν συνάψας μοι αὐτήν. *V.*

* Πυῤῥιχίζει] Mutaverat etiam *M. Sladus*; & pro ὀρχίζει ὀρχεῖται hoc quidem rectius; ſed alterum eſt recentioris Graeciſſni. *T. H.*

21. Πυῤῥιχίζει] Vid. Ez. *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Jov. v. 53. Recte Minerva vixdum nata πυῤῥιχίζει, Dea bellatrix ἐνόπλιον ὄρχησιν ſaltans. Pyrrichen qui principes inſtituerint, non pauci memorantur, Cures inprimis, Pyrrhus vel Cretenſis Cydoniates vel Lacedaemonius, Achilles, filius ejus Pyrrhus ſive Neoptolemus; verum etiam Dioſcuri: ſed hi quidem Minerva modos praecinente. *Schol. Pindar.* ad Π. B, 127. inter alia non protrita: ὁ δὲ Ἐπίχαρμος τὴν Ἀθηνᾶν φησὶ τοῖς Διοσκούροις τὸ ἐνόπλιον νόμον ἐπαυλῆσαι· paulo plenius quam apud *Athenaeum* in fine lib. IV. Epicharmi locum ſine dubio cogitavit *Ariſtid.* T. I. p. 26. C. Διόσκουροι δή φασιν αὐτῇ (Ἀθηνᾷ) πυῤῥιχίζουσιν αὐτῇ non eſt *ipſius ductu*, ut *Canterus*, neque *ſub ipſa*, ut *J. Meurſius* Miſc. Lac. II, 12. ſed id, quod ſignificaverat Epicharmus, τῇ Ἀθηνᾷ τὸ ἐνόπλιον νόμον ἐπαυλησάσῃ, tibia praecinente, modosque temperante Minerva. *T. H.*

24. Γλαυκῶπις] Sic de Sylla *Plut.* p. 826. A. τὴν δὲ τῶν ὀμμάτων γλαυκότητα, δεινὴν καὶ πικρὰν καὶ ἄκρατον οὖσαν, ἡ χρόα τοῦ προσώπου φοβερωτέραν ἐποίει προσιδεῖν. *M. du S.*

Ibid. Ἀλλὰ κοσμεῖ καὶ τοῦτο] Male *Guyetus* mutat. *Caeſia quidem*; *ſed ornat hoc etiam ipſum caſſis*: caelii oculi truculentum quiddam habent ac terribile, quod tamen bellipotentem Deam haud dedeceat: hoc Grammatici ſpectant, quando γλαυκὸν interpretantur φοβερὸν, Γλαυκιᾶν, καλοπλήκτικον, ἔμπυρον καὶ φοβερὸν βλέπειν, & Γλαυκῶπιν, φοβερὰν οὐ τοῖς ἐχθροῖς, γλαυκοὺς καὶ καλοπλήκτικὰς ὄψεις ἔχουσαν. De Sylla *Plutarch.* T. I. p. 451. E. τὴν δὲ τῶν ὀμμάτων γλαυκότητα δεινῶς καὶ πικρὰν καὶ ἄκρατον ἔσαν ἡ χρόα τοῦ προσώπου φοβερωτέραν ἐποίει προσιδεῖν. Poterat hic oculorum adſpectus cum grata pulcritudine parum videri convenire: ſed torvitatem iſtam emendat & decoram reddit addita capiti galea, quam propterea deponi volebat Venus in Jud. Dear. §. 5. ut hoc remedio careret vitio paene proximum τὸ γλαυκὸν τῶν ὀμμάτων· utrumque *Luciani* locum uſurpavit Vir ſummus *Nic. Heinſius* ad *Ovid.* A. A. II, 659. *Philoſtr. Jun.* Icon. c. VIII. Minerva γλαυκὸν ὑπὸ τῇ κόρυθι ὁρῶσα, ξὺν ἀῤῥενωπῷ τινι τῷ ὄμματι τὴν παρειὰν ἐπιφοινίττουσα. *Stat.* Theb. II, 715. *Diva ferox, magni decus ingeniumque parentis Bellipotens, cui torva genis horrore decoro Caſſis & adſperſo crudeſcit ſanguine Gorgo.* Multa ſunt in utriusque linguae poëtis, quae Palladis eam ſpeciem depingant. Fortitudinis imaginem ſimiliter expreſſit, ſed incultius & rudiore penicillo, quod aetati, qua vixit, condonandum eſt, *Euſtath.* de Iſm. Amor. II. p. 37. ὅλη γραπτῶσις πλὴν τῷ προσώπου, εἰ μὴ δή ὅτι καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀγριωτέρους ἔχειν videtur excidiſſe) ἢ κατὰ παρθένον ἰδιῶν· κόρυς ἀφειμένη τὴν κεφαλὴν καὶ ταύτῃ καλλωπισμοῦ. Ceterum γλαυκῶπιν non Minervam ſolum *Homerus*, ſed Lunam etiam Empedocles & poëtae phyſici vocarunt, cujus appellationis explicatam rationem legere licet apud *Plutarch.* T. II. p. 934. C. 929. C. Hos auctores libenter ſequebatur philoſophus in ſcena *Euripides*, cujus, γλαυκῶπίς τε γρίφεται μόνη, protulit *Schol. Apollon. Rh.* ad I, 1281. *T. H.*

Ibid. Καὶ τοῦτο] Καὶ ταύτῃ. *F. G.*

31. Ῥᾴδιον οὕτω, ποίει] Haec in *Flor.* quae preſſe ſcripti Codicis veſtigiis inſiſtit, leguntur indiſtincte: ſequentes Edd. nec minus Interpretes οὕτω prioribus adjunxerunt, quum ſine dubio pertineat ad ποίει. Nota eſt Vulcani ad Minervae connubium fruſtra adſpirantis fabula: vid. *Eratoſthen.* Cataſt. c. XIII. *Philoſtr.* Icon. II. c. 27. Verumtamen alia Minerva, omniumque prima (quinque numerant, qui propius arcana priſcorum numinum inſpexerunt) juncta fuit Vulcano, itidem vetuſtiſſimo, Cœli filio; ex eoque procreavit Apollinem illum, cujus in tutela Athenae, quas ipſa nimirum urbium antiquiſſimam condiderat, dicuntur fuiſſe: *Cicer.* de N. D. III. §. 55. 59. *Clem.* Protr. p. 72. D. *Arnob.* IV. p. 135. *Auguſtinus.* Fuere tamen, qui non uxorem Vulcani, ſed filiam eſſe tra-

IX.

NEPTUNI ET MERCURII. ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

ΝΕΡΤ. ΠΟΣ.

1. ESTne, Mercuri, nunc convenire Jovem? MERC. Nequaquam, Neptune. NEPT. Attamen adesse me renuncia ipsi. MERC. Ne molestus sis, inquam: non opportunum enim; atque adeo visere non licet eum in præsentia. NEPT. Num Junoni dat operam? MERC. Minime: sed longe aliud quiddam est. NEPT. Intelligo: Ganymedes intus. MERC. Neque hoc: at ipse sane non optime valet. NEPT. Unde vero, Mercuri? nam mirificum hoc est, quod narras. MERC. Pudet eloqui, tale est. NEPT. At non decet apud me quippe patruum. MERC. Peperit jam modo, Neptune. NEPT. Apage: ita, o Jupiter! MERC. Apage, inquam, Neptune: ita res se habet. NEPT. Quid dicis? MERC. Quod audis. NEPT. Quo pacto? MERC. Ex capite. NEPT. Quo? MERC. Ex capite. NEPT. Quid? MERC. Ex capite. NEPT. Quid? MERC. Ex capite. NEPT. Quid

τέτοκεν ἐκεῖνος; ἐκ τίνος; ἄκων ἐλελήθει ἡμᾶς ἀνδρόγυνος ὤν; ἀλλ' οὐδὲ [a] ἐπεσήμαινεν αὐτῷ ἡ γαστὴρ ὄγκον τινά. ΕΡΜ. εὖ λέγεις· ἡ γὰρ ἐκείνη εἶχε τὸ ἔμβρυον. ΠΟΣ. οἶδα· ἐκ τῆς κεφαλῆς ἔτεκεν αὖθις, ὥσωφ τὴν Ἀθηνᾶν· τοκάδα γὰρ τὴν κεφαλὴν ἔχει. ΕΡΜ. οὐκ· ἀλλ' ἐν τῷ μηρῷ ἐκύει τὸ ἐκ τῆς Σεμέλης βρέφος. ΠΟΣ. εὖγε ὁ γενναῖος, ὡς ὅλος ἡμῖν κυοφορεῖ καὶ πανταχόθι γε σώματος. ἀλλὰ τίς ἡ Σεμέλη ἐστίν;

ΕΡ. Θηβαία, τῶν Κάδμου θυγατέρων μία. ταύτῃ συνελθὼν, ἐγκύμονα ἐποίησεν. ΠΟΣ. εἶτα ἔτεκεν, ὦ Ἑρμῆ, αὐτ' ἐκείνης; ΕΡΜ. κομιδῇ μάλα, εἰ καὶ σοὶ δόξον εἶναί σοι δοκεῖ. τῇ μὲν γὰρ Σεμέλῃ ὑπελθοῦσα ἡ Ἥρα, οἷα δὲ ὡς ζηλότυπός ἐστι, πείθει αἰτῆσαι τὸν Δία, μὴ βροντῇ καὶ ἀστραπῶν ἥκειν παρ' αὐτήν· ὡς δ' ἐπείθη, καὶ ἦκεν ἔχων καὶ τὸν κεραυνὸν, ἀνεφλέγη ὁ οἶκος· καὶ ἡ Σεμέλη μὲν διαφθείρεται ὑπὸ τοῦ πυρός. ἐμὲ δὲ κελεύει ἀναταμόντα τὴν γαστέρα τῆς γυναικὸς, ἀνακομίσαι ἀτελὲς ἔτι αὐτῷ τὸ ἔμβρυον ἐπλαμνιαῖον. καὶ ἐπειδὴ ἐποίησα, διελὼν τὸν ἑαυτοῦ μηρὸν, ἐνέθηκεν, ὡς ἀποτελεσθείη ἐνταῦθα, καὶ νῦν τρίτῳ ἤδη μηνὶ ἐξέτεκεν αὐτό, καὶ μαλακῶς ἀπὸ τῶν ὠδίνων ἔχει. ΠΟΣ. νῦν οὖν ποῦ τὸ βρέφος ἐστίν; ΕΡΜ. εἰς τὴν Νύσαν ἀποκο-

illene peperit? ex quo? ergo nobis nec opinantibus fuit ambiguo sexu: sed nec indicium fecit ejus uterus tumoris ullius. MERC. Recte ais: neque enim ille habebat foetum. NEPT. Teneo: ex capite peperit iterum, ut Minervam: puerperum enim habet caput. MERC. Neutiquam: sed in femore ferebat ex Semele infantem. NEPT. Euge: ut bonus ille totus nobis uterum gestat, & in omni parte corporis: at quænam est Semele?

2. MERC. Thebana, Cadmi filiarum una: illam congressus gravidam fecit. NEPT. Tum peperit, Mercuri, ejus vice? MERC. Ita plane, tametsi fidem mereri res tibi non videatur: Semelen enim dolis aggressa Juno (nosti gravem ejus æmulationem) inducit ad petendum a Jove cum tonitrubus ac fulminibus ut veniat ad se: quum morigeratus accessit fulmen habens, succensum est tectum, ipsaque Semele perit ab igne: tum me jubet, excecto utero mulieris, deferre nondum maturum ad se foetum septimestrem: postquam feci, perscisso femori suo indit, ut maturaretur ibi. Nunc tertio jam mense partum edidit, atque imbecillius ex laboribus habet. NEPT. Ubinam nunc infans est? MERC. In Nysam ablatum

[a] Ἐπεσήμαινεν] ἐπεσήμηνεν P. J. Marg. *AIW.*

46. Οὐκοῦν] G. *Budaeus* C. L. G. p. 908. quum in hoc loco prolato scripsisset, ἄκουν ἐλελ. addit: *Sed in hoc posteriore* ἀκοῦν *mihi legendum videtur* ἀεισπωμένως. Ita sane legitur in cunctis, quas vidi, Edd. *T. H.*

47. Ἐπεσήμαινεν] Hoc an ἐπεσήμηνεν legas, nihil interest: certius videtur reponendum esse αὐτῷ ἡ γαστήρ. *T. H.*

51. Τοκάδα τὴν κεφαλὴν] Ridicule vocem poëticam usurpavit. Τοκὰς κόπις apud *Lycophr.* v. 316. qui matrem saepius sic appellat, ut Semelen *Euripides* — τοκάδα Τὰν Διογόνοιο Βάκχου Hippol. v. 559. ex quo plura dedit exempla *H. Stephan.* in Thes. Τοκὰς λέαινα *Theocrito* Eid. XXVI, 21. *T. H.*

52. Ἐν τῷ μηρῷ] Solent Phoenices ortum cujuspiam ab alio hisce verbis exprimere, יצא מירכו, *egressus est ex ejus femore:* quod perinde est, ac *ab eo genitus est*, vel, *ab eo est oriundus*, ut liquet ex Gen. XLVI, 26. Hinc nata fabula de Baccho Thebano a Jove ortum ducente; circumstantiae enim fictae sunt a Graeculis, ut rationem redderent locutionis, quam ignorabant. Nomen Semelae forte fuit שמלת, quod *virginem viro maturam* apud Thalmudicos sonat. *J. C.*

Ἐν τῷ μηρῷ] Haec tradiderat *Clericus* ad *Hesiodi* Theog. v. 940. *T. H.*

61. Ζηλότυπος] Sic antea Dial. Jun. & Jov. & de Sacrif. *Senec.* Herc. Fur. *J. B.*

67. Ἔμβρυον ἐπλαμνιαῖον] Consentit *Cornut:* de Nat. D. c. II. Ἔτικτε δὲ ὁ τὸν Διόνυσον ἐκ τοῦ ἰδίου μηροῦ ἐπλαμνιαῖον ὡδῖνι τὸν Σεμέλης· pluresque alii. Ὀκτάμηνος dicitur natus apud *Stephan.* & *Suid.* in Νάξος, tributumque a Junone jam cum Baccho reconciliata Naxiis mulieribus, eas solas ὀκτάμηνα τίκτειν· quanquam hujus rei tam memorabilis nulla sit apud *Diodorum Siculum* mentio V. p. 224. 225. ubi de Baccho Naxiorum fabulas persequitur. Bacchi in lucem editi scenam in coelo *Lucianus* instruxit: plures alibi, & quidem valde dissitis in locis: *Theocrit.* Eid. XXVI, 33. Χαίροι μὲ Διονύσου, ὃν ἐν Δρακάνῳ τροφάνι Ζεὺς ὕπατος μεγάλως

ἐκα-

tum tradidi Nymphis educandum, impoſito Dionyſi nomino. NEPT. Ergo utrumque Dionyſi iſtius & mater & pater eſt hicce. MERC. Ita quidem videtur. At abeo, aquam ipſi ad vulnus laturus, ceteraque curaturus, quæ ſolent, tanquam puerperæ.

μίσας, παρέδωκα ταῖς Νύμφαις ἀναθρέφειν, Διόνυσον ἐπονομαθέντα. ΠΟΣ. ἀκῆν ἀμφότερα, ὦ Διονύσε τοῦτο καὶ μήτηρ καὶ πατὴρ ὁδέ ἐστιν; ΕΡΜ. ἔοικεν. ἄπειμι δ' ἔχων ὕδωρ αὐτῷ πρὸς τὸ τραῦμα οἴσων, καὶ τἆλλα ποιήσων, [b] ὅσ' ἂν νομίζῃ, ὥσπερ λεχοῖ.

X.

MERCURII ET SOLIS.

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΗΛΙΟΥ.

MERC.

1. SOl, ne currum egeris hodie, Jupiter ait, nec cras, neque perendie; ſed intus mane: idque temporis intervallum una eſto nox longa. Quare ſolvunto Horæ iterum equos: tu reſtingue ignem, teque recrea quiete poſt longum tempus. SOL. Inſolita hæc, o Mercuri, atque inuſitata nuncians ades: ſed numquid de via aberrare viſus ſum in curſu, & extra limites equos agere, idque mihi ſuccenſet, & propterea noctem triplo majorem die facere conſtituit? MERC. Nihil quidem tale: neque ſemper illud erit: ſed ita nimirum uſus eſt, ut noctem ſibi fieri productiorem velit. SOL.

ΕΡΜ.

Ὦ Ἥλιε, μὴ ἐλάσῃς τήμερον, ὁ Ζεύς φησι, μηδὲ αὔριον, μηδ' ἐς τρίτην ἡμέραν, ἀλλ' ἔνδον μένε· καὶ τὸ μεταξὺ μία τις ἔστω νὺξ μακρά, ὥστε λυέτωσαν μὲν αἱ Ὧραι αὖθις τοὺς ἵππους, σὺ δὲ σβέσον τὸ πῦρ, καὶ ἀνάπαυε σεαυτὸν μακρᾷ σεαυτόν. ΗΛ. καινὰ ταῦτα, ὦ Ἑρμῆ, καὶ ἀλλόκοτα ἥκεις [c] παραγγέλλων. ἀλλὰ μὴ παραβαίνειν τι ἔδοξα ἐν τῷ δρόμῳ, καὶ ἔξω ἐλάσαι τῶν ὅρων, κἀτά μοι ἄχθεται, καὶ τὴν νύκτα τριπλασίαν τῆς ἡμέρας ποιῆσαι διέγνωκεν; ΕΡ. οὐδὲν τοιοῦτον· οὐδ' ἐς ἀεὶ τοῦτο ἔσται. δεῖται δέ τι νῦν αὐτὸς ὀπτιμηκεστέραν γενέσθαι οἱ τὴν νύκτα. ΗΛ. ὥστε

b Ὅσ' ἂν] Ἃ ἂν A. P. Margo *AIW.* c Παραγγέλλων] Priores Edd. παραγγείλων. Sola F. παραγγέλων.

ἐπιγουνίδα θήκατο λύσας· quem locum ignorare ſe fatetur *Burmann.* ad *Ovid.* Metam. III, 314. potuerat didiciſſe ex *Diodoro Siculo* III. p. 140. qui Poëtae in Hymnis iſtos verſus ponit: Οἱ μὲν γὰρ Δρακάνῳ σ', οἱ δ' Ἰκάρῳ ἠνεμοέσσῃ Φασὶν, ὅτ' ἐν Νάξῳ, δῖον γόνον Εἰραφιῶτα, Οἱ δὲ σ' ἐπ' Ἀλφειῷ πόλεμῳ βαθυδινήεντι &c. Homeri ſint an verius Herodoti, ſub cujus nomine duos profert *Schol. Apollon. Rh.* ad II, 1215. nunc diſceptare non vacat; neque etiam, rectene an ſecus veterum Scholiaſtarum eruditiſſimum magni erroris inſimularit *G. Cuper.* Obſ. IV. p. 89. Id notandum, Δράκανον hic ſcribi, quemadmodum a *Strabone* & in *Euphorionis* Epigrammate, quum Δράκοντον *Stephanus* habeat: quod ne temere cum *Berkelio* mutes, intercedit *Nonn.* Dion. IX, 16. Καί μιν (Bacchum de femore Jovis prodeuntem) ἔστω Δρακόνοιο λοχαῖον ἀμφὶ κολώνῳ Πήχεϊ κολπωθέντι λαοῖν Μαιήϊος Ἑρμῆς Ἠρόθεν πεπότηλο — Hic etiam de patre rubentem Dionyſum Mercurius excipit: eundem puerum in coelum ferens a Bathycle fuit effictus in Amyclaei throno, teſte *Pauſan.* III. p. 255. De nymphis Bacchi nutricibus *Burmannus* dicto loco, & inprimis, quem advocat, *Iſ. Caſaubon.* de Satyr. Poeſ. p. 35. nobis enim in luculentiore materia nunc morari non lubet. T. H.

72. Ἐς τὴν Νύσαν] *Callimach.* Hym. Jovis. J. B.

78. Ὅσ' ἂν] Angl. ἅ. J. B.

82. Αἱ Ὧραι] Ex *Homero.* J. B.

Αἱ Ὧραι] *Heſ.* Θεογ. 901. *Ovid.* Met. II, 118. M. du S.

85. Παραγγέλλων] Flor. παραγγείλων, ſpatiolo ante λ relicto, quod alteri literae ſufficiat. Legi debuit παραγγέλλων, quanquam cunctae poſt primam Edd. expreſſerint παραγγελῶν· quod quidem hoc in loco ſane non eſt opportunum: καινὰ ΤΑΥΤΑ poſtulat παραγγέλλων. Porro in ſcriptis Codd. nihil eſt frequentius, quam ut altera duplicatarum omittatur. Mox recte ἀγγελῶν· tametſi in *Flor.* ſit ibi quoque ἀγγέλων. T. H.

ϖῦ δὲ ϰ᾽ ἐϛὶν, ἢ ϖόθεν ἐξεπέμφθης ἀγγελῶν ταῦτά μοι; ΕΡ. ἐϰ Βοιωτίας, ὦ Ἥλιε, ϖαρὰ τ᾽ Ἀμφιτρύωνος γυναιϰὸς, ἢ σύνεϛιν. ΗΛ. ἐρῶν αὐτῆς; εἶτα οὐϰ ἱϰανὴ νὺξ μία; ΕΡ. ὐδαμῶς. τεχθῆναι γάρ τινα δεῖ ἐϰ τ᾽ ὁμιλίας ταύτης μέγαν, ϰ᾽ ϖολύαθλον θεόν. τοῦτον ἓν οὐ μιᾷ νυϰτὶ ἀποτελεσθῆναι ἀδύναϛον. ΗΛ. ἀλλὰ τελεσιουργείτω μὲν ἀγαθῇ τύχῃ.

Ταῦτα δ᾽ ἦν, ὦ Ἑρμῆ, οὐϰ ἐγίνελο ὅτε ὑπὸ τ᾽ Κρόνου, (a αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ἐσμὲν) ὐδ᾽ ἀπόϰοιτος ἐϰεῖνος b ϖαρὰ τ᾽ Ῥέας ἦν, ὐδ᾽ ἀπολιπὼν ἂν τ᾽ οὐρανὸν οἰ Θῆβαις ἐϰοιμᾶτο· ἀλλὰ ἡμέρα μὲν ἦν ἡ ἡμέρα, νὺξ δὲ ϰτ᾽ μέτρον τὸ αὐτῆς ἀνάλογον ταῖς ὥραις· ξένον δὲ, ἢ ϖαρηλλαγμένον ὐδέν. ὐδ᾽ ἂν ἐϰοινώνησέ ϖοτε ἐϰεῖνος θνητῇ γυναιϰί. νῦν δὲ δυϛήνου γυναίϰ ἕνεϰα χρὴ ἀνεϛράφθαι τὰ ϖάντα, ϰ᾽ ἀϰαμπεϛέρως μὲν γενέσθαι τὰς ἵππους ὑπὸ τ᾽ ἀργίας, δύσπορον δὲ τ᾽ ὁδὸν, ἀτριβῆ c μένουσαν ἓξ τριῶν ἡμερῶν, τοὺς δ᾽ ἀνθρώπους ἀθλίως οἰ σϰοτεινῷ ϰᾀϰεῖν. d τοιαῦτα ἀπολαύσουϛ᾽ τ᾽ Διὸς ἐρώτων, ϰ᾽ ϰαθεδοῦϛ᾽ ϖεμένοντες, ἐϛ᾽ ἂν ἐϰεῖνος τελέσῃ τὸν ἀθλητὴν, ὃν λέγεις, ὑπὸ μαϰρῷ τῷ ζόφῳ. ΕΡ.

Ille autem ubi eſt, aut unde miſſus tu, ut hæc mihi nunciares? MERC. Ex Bœotia, Sol, ab Amphitryonis uxore, cum qua una eſt. SOL. Scilicet illam amans: tum porro non ſatis eſt una nox? MERC. Neutiquam: creari enim aliquem oportet ex illo congreſſu magnum & multis certaminibus inſignem Deum: is talis ut una nocte abſolvatur, fieri non poteſt. SOL. Quin ergo, quod bene vortat, conſummato.

2. At illa certe, Mercuri, non fiebant ætate Saturni (ſumus autem ſoli ſine arbitris) neque ſecubabat ille a Rhea, nec relicto cœlo Thebis in lectum ibat: ſed dies erat dies, & nox itidem pro menſura ſua exacta ad anni tempeſtates; inſolens vero, aut præter ordinem mutatum nihil; nec unquam ille rem habuiſſet cum mortali femina. Nunc contra miſeræ mulieris ergo cuncta ſunt ſurſum deorſum vertenda: minus agiles fiunt equi quieſcendo; via difficilior, non terenda quippe per continuos tres dies; homines interea miſere in caligine degent: hos ſcilicet fructus capient ex Jovis amoribus, ſedebuntque expectantes usque dum ille perficiat athletam, quem dicis, inter longas iſtas tenebras. MERC. Ta-

a Αὐτοὶ] Schol. V. notat variam lectionem, μόνοι. Ea eſt in L. J. Pro ἐσμὲν Margo AIW. ἐσμέν. b Παρὰ] Ita F. J. V2. S. A. Reliquae περί. H. Stephan. Theſ. T. II. p. 293. etiam ϖαρά. c Μένουσαν] Sic ſcribitur in A. P. L. J. V2. Marg. AIW. Ceterae μὲν ἔσαν. d Τοιαῦτα] τοιούτων P. L.

3. Αὐτοὶ γὰρ] Γράφεται, μόνοι γάρ. V.

95. Ἐρῶν αὐτῆς; εἶτα οὐϰ ἱϰανὴ νὺξ μία] Male ordinatae ſunt perſonae. Denunciat nempe Mercurius Soli Jovis nomine, ut in tres dies ſolitum equorum curſum ſiſtat; opus namque Jovi eſſe tempus trinoctium. Rogat Sol Mercurium, ubi Jupiter ſit, vel unde ipſe miſſus veniat. *Ex Bœotia*, inquit ille, *venio ab uxore Amphitryonis, quacum Jupiter concumbit, amore ejus captus. Et una nox non ſufficit?* ſubjicit ille. Patet τὰ, ἐρῶν αὐτῆς, pertinere ad verba Mercurii, atque ita digerendas eſſe perſonas; ΕΡ. Ἐϰ Βοιωτίας, ὦ Ἥλιε, ϖαρὰ τ᾽ Ἀμφιτρύωνος γυναιϰὸς, ἢ σύνεϛιν, ἐρῶν αὐτῆς. ΗΛ. Εἶτα οὐϰ ἱϰανὴ νὺξ μία. J. J.

Ἐρῶν αὐτῆς] Nihil mutandum cenſeo. Non ignarus Sol, quam proclivis in amorem eſſet Jupiter, ſtatim ac cum fœmina eum eſſe audiſſet exclamat, *Amans! Scilicet.* Frigebit ſi Mercurio tribuatur. M. du S.

3. Αὐτοὶ] L. & Ed. J. μόνοι. Sed gloſſema pro ipſo vocabulo rariore, ut fere fit, in ipſum textum receptum eſt. V. Ὀν. c. 34. & Ὀρχ. c. 4. *Xenoph.* Ed. St. p. 130, 33. ubi delendum μή. & *Plat.* Ed. Baſ. p. 142. B. M. du S.

Αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ἐσμὲν] Conſueta loquendi formula αὐτοὶ γὰρ ἐσμὲν, *ſoli ſumus & ſine arbitris*, qua tum potiſſimum utuntur, ſi quis liberius quiddam, quod alios, ſi adſint, poſſit offendere, ſit dicturus. Vid. *Ariſtoph.* Acharn. v. 503. Theſmoph. v. 479. *Plato* de LL. VIII. p. 910. E. *Philoſtr.* V. A. T. VI. p. 271. Μίλητοσάμβῳ δὲ ὁ Τίτῳ τὰς ϖαρόντας, αὐτοὶ, εἶπεν, ὦ Τυανεῦ, γεγόναμεν de V. S. II. p. 618. v. 36. πεύσῃ ἐπειδὴ αὐτοὶ γενώμεθα. Αὐτὸς pro *ſolus, ſejunctus ab aliis*, etſi ſatis ſit uſitatum, eſt tamen, ubi fefellerit Interpretes: *Theocr.* Eid. IV, 15. — αὐτὰ λάλιστα Τᾶϛεα — XXVI, 2. — αὐταὶ ἰοῖσαι, *ſolae, ſine virorum comitatu*: hoc ſi *D. Heinſio*, quod alioqui ſatis ſciebat, fuiſſet in promtu, veriſſimam lectionem non iviſſet mutatum Eid. XVIII, 12. *Philoſtr.* de V. S. II. p. 604. v. 12. ἐϰαθήμεθα ἐϰϰλησίαϛοι οἱ μὲ ϖαῖδες ϵ οἱ ϖαιδαγωγοὶ μέσοι, τὰ μειράϰια δὲ αὐτοί. Ita ſumendum

Tace, Sol, ne infortunium tibi adferant iſti ſermones. Ego vero ad Lunam properans & Somnum, renunciabo iis etiam quæ Jupiter mandavit; illa quidem ut lente progrediatur, Somnus autem ne remittat homines, ignoraturos nempe tam longam extitiſſe noctem.

σιώπα, ὦ Ἥλιε, μή τι κακὸν ἐπλαύσῃς τῶν λόγων· ἐγὼ δὲ πρὸς τὴν Σελήνην ἀπελθὼν καὶ τὸν Ὕπνον, ἀπαγγελῶ καὶ ἐκείνοις, ἅπερ ὁ Ζεὺς [e] ἐπέστειλε, τὴν μὲν σχολῇ προβαίνειν, τὸν δὲ ὕπνον μὴ [f] ἀνιέναι τοὺς ἀνθρώπους, ὡς ἀγνοήσοντας μακρὰν ὅτω τὴν νύκτα γεγενημένην.

XI.

VENERIS ET LUNÆ.

ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΚΑΙ ΣΕΛΗΝΗΣ.

VEN.

1. QUid iſta, Luna, dicunt facere te? quum adverſus Cariam veneris, ſiſtere te bigas, & deſpectare in Endymionem dormientem ſub divo, quippe venatorem; aliquando etiam deſcendere ad ipſum ex media via? LUN. Sciſcitare, Venus, ex filio tuo, qui mihi horum cauſa. VEN. Hem: ille inſolenter injurioſus eſt: en, in me matrem qualia deſignavit, nunc in Idam deducens Anchiſæ Ilienſis gratia; alias in Libanum, ad Aſſyrium illum adoleſcentulum, quem quum & Proſerpinæ amabilem fecit,

ΑΦΡΟ.

ΤΙ ταῦτα, ὦ Σελήνη, φασὶ ποιεῖν σε; ὁπότ' ἂν κατὰ τὴν Καρίαν γένῃ, ἱστάναι μέν σε τὸ ζεῦγος ἀφορῶσαν ἐς τὸν Ἐνδυμίωνα καθεύδοντα ὑπαίθριον, ἄτε κυνηγέτιν ὄντα, ἐνίοτε δὲ καὶ καταβαίνειν ἐπ' αὐτὸν ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ; ΣΕΛ. ἐρώτα, ὦ Ἀφροδίτη, τὸν σὸν υἱόν, ὅς μοι τούτων αἴτιος. ΑΦΡΟ. ἔα. ἐκεῖνος ὑβριστής ἐστιν· ἐμὲ γὰρ αὐτοῦ τὴν μητέρα οἷα δέδρακεν, ἄρτι μὲν ἐς τὴν Ἰδὴν κατάγων, Ἀγχίσου ἕνεκα τοῦ Ἰλιέως, ἄρτι δ' ἐς τὸν Λίβανον ὑπὲρ τοῦ Ἀσσύριον ἐκεῖνο μειράκιον, ὃ καὶ τῇ Περσεφάττῃ ἐπέραστον ποιήσας, ἐξ

e Ἐπέστειλε] Ita G. L. *J.* *V*2. Marg. *AiW.* In reliquis Edd. ἀπέστειλε. f Ἀνιέναι] In aliis ſcribi ἀνεῖναι notatur a Schol. *V.*

22. Μὴ ἀνιέναι] Γράφεται, μὴ ἀνεῖναι. *V.*

dum in Nigr. §. 18. αὐτῇ φιλοσοφίᾳ. Non aliter apud Latinos *ipſe*: *Serv.* ad AEn. VIII, 682. *apud Actium Antonium & Cleopatram navali certamine prope ipſe* (Agrippa) *ſuperavit.* Vid. *J. Fr. Gronov.* de Cent. & Unc. Uſ. Ἀντεχηγ. II. p. 513. *C. A. Dukerum* ad *Thucyd.* III. p. 208. n. 84. V. p. 354. n. 60. *T. H.*

4. Παρὰ] Mendoſe hic in plerisque περί. *Fl. J. S.* & *A.* rectè παρά. V. Δικ. c. 37 μηδὲ μίαν νύκτα ἀπόκοιτος γιγνόμενος παρ' ἡμῶν. Ἐτ. Δ. X. abſque præpoſitione uſurpat ἀπόκοιτος. *M. du S.*

5. Ἐκοιμᾶτο] Κοιμᾶσθαι, σωτεῖναι, κοινωνεῖν, καθεύδειν, verba quibus utitur, pro Latino *ſolere.* *J. B.*

12. Μὴν ἔσαν] Male Angl. *μένουσαν.* Nullus enim ſenſus eſſet. *J. B.*

Μένουσαν] Sic duce Angl. Cod. & auctoritate P. L. & Ed. *J.* accedente, correximus. In reliquis omnibus legitur μὲν ἔσαν. quod vel ſine ulla auctoritate ilico mutandum fuerat. *M. du S.*

21. Ἀπέστειλε] Scribe ex Mſ. ἅπερ ὁ Ζεὺς ἐπέστειλε, *quæ Jupiter mihi mandavit.* *J. G. G.*

Ἐπέστειλε] Genuina lectio, quam præter Mſ. Gr. habent etiam L. & Ed. *J.* vulgatæ ἀπ— mendoſe. *M. du S.*

Ἀπέστειλε] Idem mendum hactenus occupat *Lyſidis* Epiſtolam in fine: φαντὶ δὲ ὅτι ὁ Δαμὼ θυάσκουσα Βισαλία τῇ ἑαυτῆς θυγατρὶ τὰν αὐτὰν ἐπιστολὰν ἀπέστειλεν lege ἐπέστειλεν· ἐπιστέλλειν ἐπιστολήν, quod paulo ante ἐπισκάπτειν ἐπίσκαψιν. Ἐπιστολαί, ἐντολαί, ἐπιταγαί. *Heſych.* Vid. *Stanl.* ad *AEſchyl.* P. V. v. 3. *T. H.*

31. Ἐμὶ γὰν αὐτᾶ τὰν μητέρα] *Ariſtaen.* I. Ep. 8. τὴν ἑαυτῶν ἔτρωσαν ἐκεῖνοι μητέρα. ibi vide *Joſ. Mercer.* *T. H.*

34. Τὸ Ἀσσύριον ἐκεῖνο μειράκιον] Τὸν Ἄδωνιν. *F. G.*

Ἀσσύριον] Hic Aſſyrius eſt pro Syro: verba hæc ſæpe miſcent veteres; quod fecit in hac ipſa re *Bion*, cujus vide luctum Adonidis in Eid. I. *J. C.*

Τὸ Ἀσσύριον ἐκεῖνο μειράκιον] Perquam eleganter *Alciphr.* I. Ep. 39. σὺ δ' ἐμοὶ μόνη τὸν Ἄδωνιν ἀνεψυχες μὴ

ἐξ ἡμισείας ἀφείλετό με τὴν ἐρώμενον· ὥστε πολλάκις ἠπείλησα, εἰ μὴ παύσεται τοιαῦτα ποιῶν, κλάσειν μὲν αὐτῷ τὰ τόξα, καὶ τὴν Φάρετραν, περιαιρήσειν δὲ καὶ τὰ πτερά· ἤδη δὲ καὶ πληγὰς αὐτῷ ἐνέτεινα εἰς τὰς πυγὰς τῷ σανδάλῳ· ὁ δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως τοπαραυτίκα δεδιὼς, καὶ ἱκετεύων, μετ' ὀλίγον ὑπελέλησται ἁπάντων.

ex dimidia parte mihi ſubripuit meos amores. Atque adeo ſæpe comminata fui, niſi deſiſtat talia facere, me confracturam eſſe ejus arcus & pharetram, imo etiam circumciſuram alas: quin jam plagas ipſi intentavi in nates ſandalio: is autem neſcio quo pacto, in præſentia quidem timefactus & ſupplex, poſt paulo oblitus eſt omnium.

Ἀτὰρ εἰπέ μοι, καλὸς ὁ Ἐνδυμίων ἐστίν; εὐπαραμύθητον γὰρ οὕτω τὸ δεινόν ΣΕΛ. ἐμοὶ μὲν καὶ πάνυ καλὸς, ὦ Ἀφροδίτη, δοκεῖ, καὶ μάλιστα ὅταν [a] ὑποβαλλόμενος ὑπὲρ πέτρας τὴν χλαμύδα καθεύδῃ, τῇ λαιᾷ μὲν ἔχων τὰ ἀκόντια, ἤδη ἐκ τῆς χειρὸς ὑποῤῥέοντα· ἡ δεξιὰ δὲ, περὶ τὴν κεφαλὴν ἐς τὸ ἄνω ὑπερκεκλασμένη, ὑπιπρέπει τῷ προσώπῳ [b] περιφερὴς μήν· ὁ δὲ ὑπὸ τῆς ὕπνου λειμώδης, ἀναπνέει τὸ ἀμβρόσιον ἐκεῖνο ἄθυμα. τότε τοίνυν ἐγὼ ἀψοφητὶ καλιῶσα, ἐπ' ἄκρων τῶν δακτύλων βεβηκυῖα, ὡς ἂν μὴ ἀνεγρόμενος ἐκλαραχθείη· οἶσθα· τί ἂν ἔν σοι λέγοιμι τὰ μὲν ταῦτα· πλὴν ὑπέλυμαί γε ὑπὸ τοῦ ἔρωτος.

2. At dic mihi, pulcerne Endymion eſt? malum enim hoc maxime ſolatio mitigetur. LUN. Mihi quidem fane pulcer, o Venus, videtur; tumque maxime, quando ſubjecta ſuper rupem chlamyde dormit, ſiniſtra tenens jacula ex manu pene defluentia: dextra vero circa caput ſurſum reflexa admodum decet faciem ambiens: ipſe vero ſomno ſolutus efflatum reciprocat ambroſium illum halitum. Tunc ergo ſine ullo ſtrepitu delapſa, ſummisque pedum digitis innixa, ne expergefactus ſubito conturbetur; rem noſti: quid ergo tibi porro dicam, quæ conſequuntur: hoc tantum, diſpereo amore.

XII. VE-

a Ὑποβαλλόμενος] Hunc in modum P. L. Margo *AIII'*. Priores Edd. ὑπιβαλλ. b Περικεκλασμένη] ἐπικεκλασμένη L.

μήτου καλαλειφθέντα αὐτὸν ὑπὸ σοῦ τῆς Ἀφροδίτης ἡ Περσεφόνη ὠδυράθη ibi *Berglerus* opportune hunc *Luciani* locum adnotavit. Vid. *Orphei* Hymn. LV. *T. H.*

36. Ἐξ ἡμισείας] V. *Theocr. Scholiaſten. Barthius* Adv. p. 124. laudat *Bionis* Idyll. I. v. 54. Proſerpinæ fabulam tangit *Ovid.* Met. X. 519. *M. du S.*

41. Τὰς πυγὰς τῷ σανδάλῳ] Sic Dial. Jovis, Herc. & Æſc. Dixerunt ad illud *Perſ.*

Solea puer objurgabere rubra. *J. B.*

47. Ὑποδ.—] P. & L. pro ἐπιδ. *M. du S.*

Ἐπικαλούμενος] Defendi poterat: ſed commodius eſſet, quod dedimus, nemo facile diffitebitur. *Noſter* alibi, πορφυρίδας ὑποβεβλημένος· *Theocrit.* Eid. XXVII, 53. Ἀλλ' ὑπὸ σοὶ πέπλους ἁπαλὸν νάκος ἥνιδε βάλλω. *T. H.*

50. Ἐπικεκλασμένη] Sic de Merc. cond. c. 3. *laxa cervice*, *Perſ.* ſic ὄρθια κεκλασμένον. *J. B.*

56. Οἶσθα τί ἂν ἔν] Nullae Edd. poſt οἶσθα diſtinctionem habent, niſi quod in P2. ἐκλαραχθείη, οἶσθα, τί ἂν ἔν &c. Tantilla res Interpretibus errandi fuit cauſa. *T. H.*

64. Καθαιρεῖς] Dixi ad *Petron.* Clar. *Caſaub.* ad *Theophr.* *J. B.*

67. Ἐς ἐμοὶ τὴν μητέρα ὑβρίζεις] Migrare *Lucianum* illam Grammaticorum legem, quae diſcrimen ponit inter ὑβρίζειν τινὰ & εἰς τινα *Kuſterus* obſervat ad *Ariſtoph.* Plut. v. 900. Dicemus ad Soloec. c. X. Par eſt Veneris de filio Cupidine querela in *Apollon. Rh.* Argon. III, 94. ubi plura ſunt, quae cum Lucianeis componi merentur. *T. H.*

68. Ῥέαν] *Opem* vertit *Lactantius*, quem vide I, 13. Eadem & *Cybele* audit & *Mater Deum* & *Berecynthia*. V. *Julian.* Or. V. & *Salluſt.* in libro de Diis c. 4. *M. du S.*

75. Ἄττιν] De nomine hujus non adeo conſentiunt Auctores. Ab *Ovidio* & *Catullo* vocatur *Atys*, *Diod. Sic.* III. cum vocat Ἄτλιν. Apud *Macrobium* Sat. I. 21. legas *Attinis* & *Attinem*, quaſi a nominativo Ἄττις, vel Ἄτλις. *Lucianus* neminem, quod ſcimus, ſecutus, nominat eum Ἄττλιν. niſi forte idem etiam ſit ille, cujus meminit ſub eodem nomine in Achaicis *Pauſanias*. *E. L.*

Ἄττυ] In varia abeunt Codd. Ἄτλις hic in omnibus. At mox *Fl.* rectius Ἄτλι, uti recte etiam in Ἰκαρ. c. 27. in omnibus legitur, quanquam & ibi O. Ἄττλιν habet. *M. du S.*

Ibid. Οἱ Κορυβάντες] Dixerunt ad *Claudian.* 1. de Rapt. Proſ. *J. B.*

76. Πῆχυν] *Eraſmus* vertens, *penem enſe deſecat*, in errorem ridiculum traxit *Benedictum* & alios: melius huic locutioni conſultum in Dea Syr. §. 50. τέ-

μνεσ-

XII.

VENERIS ET CUPIDINIS. ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΚΑΙ ΕΡΩΤΟΣ.

VEN.

1. O Fili Cupido, vide, qualia facis: non ea, quæ in terra contingunt, dico, quæcumque homines inducis, ut in se quisque aut alii in alios admittant; sed etiam quæ in cœlis: qui Jovem quidem multas in formas conversum identidem exhibes, eum mutans in quodcumque tibi commodum videtur, Lunam deducis ex cœlo, Solem apud Clymenen commorari nonnunquam cogis oblitum cursus ordiendi: nam quæ in me genitricem committis, confidenter quasi jure tuo facis. Sed tu, audaciſſime, Rheam etiam ipsam jam vetulam & matrem tot Deorum impulisti, ut puerum amet, Phrygiumque istum adolescentulum appetat. Nunc illa furit opera tua; junctisque leonibus & adsumtis in comitatum Corybantibus, qui scilicet fanatici sint & ipsi, sursum deorsum Idam circumvagantur, hæc ululatus edens ob Attin, Corybantes autem, hic conscindit sibi ense cubitum, ille effusa coma fertur furiatus per montes, alius tibiam inflat adunco cornu,

ΑΦΡΟ.

Ω Τέκνον Ἔρως, ὅρα οἷα ποιεῖς. ὑ τὰ ὁ τῇ γῇ λέγω, ὁπόσα τὺς ἀνθρώπυς ἀναπείθεις καθ' αὑτὸν ἢ κατ' ἀλλήλων ἐργάζεσθαι, ἀλλὰ ϗ τὰ ὁ τῷ ὐρανῷ· ὃς τ μὲν Δία πολύμορφον ἐπιδεικνύεις, ἀλλάττων ἐς ὅ, τι ἄν σοι ἐπὶ ᾧ καιρῷ δοκῇ· τ Σελήνιον δὲ καθαιρεῖς ἐκ ᾧ ὐρανῦ, τὸν Ἥλιον δὲ ὦδε τῇ Κλυμένῃ βραδύνειν ἐνίοτε ἀναγκάζεις, ἐπιλελησμένον τ ἱππασίας. ἃ μὲ γὰ ἐς ἐμὲ τ μητέρα ὑβρίζεις, θαρρῶν ποιεῖς. ἀλλὰ σὺ, ὦ τολμηρόταλε, ϗ τ Ῥέαν αὐτὴν γραῦν ἤδη, ϗ μητέρα τοσούτων θεῶν, ἀνέπεισας παιδεραστεῖν, ϗ τὸ Φρύγιον μειράκιον ἐκεῖνο ποθεῖν· ϗ νὴ ἐκείνη μέμηνεν ὑπὸ σοῦ, ϗ ζεύξαμένη τὺς λέοντας, ὠλαλαζᾶσα ϗ τὺς Κορύβαντας, ἅτε μανικὺς ϗ αὐτὺς ὄντας, ἄνω ϗ κάτω τ Ἴδην περιπολοῦσιν· ἡ μὲν, ὀλολύζουσα ἐπὶ τῷ Ἄττῃ· οἱ Κορύβαντες δὲ, ὁ μὲν αὐτὸν, τέμνει ξίφει τὸν ὠχῶ, ὁ δὲ, ἀνεὶς τ κόμην, ἴεται μεμηνὼς ὄρη τ ὀρῶν· ὁ δὲ, αὐλεῖ τῷ κέρατι·

μονται τι τὺς πήχεας. Cybeles & Bellonae sacrorum erat pars, ut Galli & Bellonarii brachia sibi cultris aut securiculis cruentarent: *Propert.* II. El. 18. *Cur aliquis sacris laniat sua brachia cultris?* Vid. *Maneth.* I, 244. V, 179. *Senec.* de Vit. Beat. c. 27. Plura suppeditabit, si quis in re nota desideret, *N. Heins.* ad *Valer. Flacc.* III, 234. *T. H.*

78. Αὐλεῖ τῷ κέρατι] Antequam Pronomus invenisset αὐλὺς εἰς ἅπαν ἁρμονίας ἔχοντας ἐπιτηδείως, triplex tibiarum fuit genus, Doriæ, Lydiæ, Phrygiæ, ut ostendit *Pausan.* IX. p. 734, 735. Phrygiis sive τοῖς Ἑλύμοις, quarum in sacris Rheae usus erat praecipuus, additum fuit κέρας ἀγκινεῦον, *aduncum cornu & reflexum*, teste *Poll.* IV, 74. *Athenaeus* itidem exponens Ionis illud, ἐκτύπουν ἄγων βαρὺν αὐλὸν τρέχοντι ῥυθμῷ, ὅτω λέγων, inquit, τῷ Φρυγίῳ· βαρὺς γὰ ὅτ, παρ' ὃ ϗ τὸ κέρας αὐτῷ προσάπτουσιν ἀνάλογοῦν τῷ τ σαλπίγγων κώδωνι. IV. p. 185. A. Scio nihil absurdi commissurum, qui τρέχοντα ῥυθμὸν exposuerit, *concitos*, *incitatos modos*: praeterea, sic digeri posse poëtae verba in jambos, ut per metri legem τρέχοντι ῥυθμῷ sollicitare non sit integrum: verum, quandoquidem in laceris reliquiis, praesertim brevissimis, ratio versuum constituendorum admodum est lubrica, vix eripi mihi patiar, quin legendum putem τρίχοντι ῥυθμῷ, insolentiore quidem vocabulo, sed cui fulcrum supponit *Nicander* a *Stephano* etiam indicatus Ther. v. 521. τρίχοντι πάγῳ· quo nihil est aptius ad inconditum illum tibiae Phrygiae & gravem sonum significandum, quem adglutinatum cornu exasperabat. Κερασφόρον αὐλὸν dixit *Aristid. Quinctil.* III. p. 147. qui Lunae fuerit ob figuram falcatam consecratus: ϗ τ κερασφόρον αὐλὸν ἀνῆψαν αὐτῇ (σελήνῃ) τῷ μηνοειδεῖ τὸ χήματος παραπλήσιον ὄντα, ϗ βαρύταλον ἐπίσης προσλαμβανομένῳ κατὰ τὴν ἐκφώνησιν· προσλαμβανόμενον autem οἱ νεώτεροι τόνῳ ἀφαιρούμενα τ ὑπάτης ἐπὶ τὸ βαρὺ ἔταξαν, ut *Plutarchus* ait de Anim. Procr. p. 1029. B. verum ex rei Musicae scriptoribus ista possunt accuratius cognosci. Hinc manifestum est, cur tibiam Berecynthiam vel Phrygiam appellarint κέρας sive *cornu*: Latini quidem frequentissime: *Seneca* Troad. v. 781. *Revocante flexo concitos cornu modos.* Interea dum quis explanandum suscipiat, quid sit *revocare modos*, legerim equidem, *Reboante*; quod quam proclivi lapsu depravari potuerit

ὁ δὲ, ὑποβομβεῖ τῷ τυμπάνῳ, ἢ ὑποκλυπεῖ τῷ κυμβάλῳ· ἢ ὅλως, θόρυβός ἐστι μανία τὰ ἐν τῇ Ἰδῃ ἅπαντά ἐστι. δέδια τοίνυν ἅπαντα, δέδια τὸ τοιοῦτο ἢ τὸ μέγα σὲ κακὸν τεκοῦσα, μὴ ἐκπομανεῖσά ποτε ἡ Ῥέα, ἢ ἢ μᾶλλον ἔτι ἐν αὐτῇ οὖσα, κελεύσῃ τοὺς Κορύβαντας συλλαβόντας σε διασπάσαι, ἢ τοῖς λέουσι προβαλεῖν· ταῦτα δέδια κινδυνεύοντά σε ὁρῶσα.

alius bombum excitat pulſo tympano, aut increpat cymbalo: & in ſumma, tumultus furorisque in Ida omnia ſunt plena. Pertimeſco igitur cuncta: metuo tale quiddam ego, quæ te magnum malum peperi, ne quando plane in furorem acta Rhea, vel dixero potius mentis ſuæ compos jubeat Corybantas comprehenſum te diſcerpere, aut leonibus objicere: iſta timeo in periculo te verſantem videns.

ΕΡ. Θάρρει μῆτερ, ἐπεὶ ἢ τοῖς λέουσιν αὐτοῖς ἤδη ξυνήθης εἰμί. ἢ πολλάκις ἐπαναβὰς ἐπὶ τὰ νῶτα, ἢ τὴν κόμης λαβόμενος, ἡνιοχῶ αὐτούς· οἱ δὲ, σαίνουσί με, ἢ τὴν χεῖρα δεχόμενοι ἐς τὸ στόμα, προσλιχμησάμενοι ἀποδιδόασί μοι· αὐτὴ μὲν γὰρ ἡ Ῥέα, πότε ἂν ἐκείνη σχολὴν ἀγάγοι ἐπ' ἐμὲ, ὅλη οὖσα ἐν τῷ Ἄττῃ; καίτοι τί ἐγὼ ἀδικῶ, δεικνὺς τὰ καλὰ οἷά ἐστιν; ὑμεῖς δὲ μὴ ἐφίεσθε τῆ

2. CUP. Bono eſto animo, mater, quandoquidem & leonibus ipſis jam familiaris ſum, & ſæpe conſcenſis eorum tergis, prehenſaque juba tanquam habenis eos rego: illi vero adulantur mihi, & manum acceptam in os delambentes reſtituunt: de ipſa vero Rhea, quando tandem illa otium agat, adverſum me ut quicquam conetur tota in Attide occupata. At porro quid ego delinquo, ſi oſtendam pulcra, qualia ſunt? vosmet autem deſiderio tenemini pul-

rit in, *revoante*, *revocante*, obſcurum non eſt. *Lucret.* IV, 549. *Aut reboant raucum retrocita cornua bombum*: ubi *retrocita* non intelligo, quod voluerunt, *ultro citroque ducta*, nonnullis etiam pejus interpretantibus de tuba, ſed *ἀνατενόντα*, *curvata*, *retro flexa*. Ejusmodi veterum explicatio ad marginem olim adſcripta peperit, ut mihi quidem videtur, hujus verſiculi ſcripturam in quibusdam Codd. & Edd. adulteratam, *Et reflexa retro dant cornua barbara bombum*. Quae conatus eſt *Iſ. Voſſius* ad *Catull.* p. 228. haud ſcio an alios, me certe adſtipulatorem non habent. Haec non parum valent ad firmanda, quæ ſcripſit *J. Fr. Gronovius* Obſ. I. c. 17. ad finem. *Apul.* de Deo Socr. p. 49. *AEgyptia numina ferme* (gaudent) *plangoribus, Graeca plerumque choreis, Barbara autem ſtrepitu cymbaliſtarum & tympaniſtarum & choraularum. Ceraularum* a *Salmaſio* reſtitutum Pl. Ex. p. 87. A. veriſſime, ut collatus hic ipſe *Luciani* locus evincit. *T. H.*

79. Τυμπάνῳ] Tympanum intelligendum minus, quod manibus a ſaltantibus pulſabatur; cujus ſonus voce *βόμβος* recte exprimitur. Cymbalum vero fuit inſtrumentum conſtans duobus hemiſphaeriis æneis & concavis, quae collidebantur, & quorum ſonitus voce *κτύπος* commode deſcribitur. Vide de Cymbalo dicta in Additam. ad Adnot. *Henr. Hammondi* 1. Corinth. XIII, 1. *J. C.*

81. Δέδια τοίνυν ἅπαντα] Mirum ſi hic nihil eſt otioſe poſitum, & plane *κίβδηλον*. Mea quidem ſententia ſcripſerat *Lucianus*, *δέδια τοίνυν τὸ τοιοῦτο*, mediaque illa, *ἅπαντα δέδια*, pro ſpuriis habeo, quæ mala manus temere ex praecedentibus repetierit. *J. J.*

Δέδια τοίνυν ἅπαντα] Δέδια τοίνυν τὸ τοιοῦτο, vel, ſi mavis, *τι τοιοῦτο*, ejectis, quae ſenſum inutiliter onerant, legendum eſſe *J. Jenſio* proxſus adſentior. Ἀπομανεῖσα] Id eſt, *μανεῖσα*. *F. G.*

πομαίνεσθαι notat *H. Stephan.* in Theſ. T. II. p. 769. *aliquando capi pro ſimplici μαίνεσθαι, & ſignificare*, furere, inſanire, *vel*, vehementer inſanire, *vehementi* furore eſſe percitum: quemadmodum in hoc *Luciani* loco ἐκπομανεῖσα, *furore percita*, ἐκμανεῖσα. Secutus eſt eam rationem *Guyetus*; & merito quidem: argutius enim dicit Venus; *metuo equidem, ne plane in furorem verſa Rhea, aut magis etiam ſui compos ſanaeque menti reſtituta, te diſcerpi jubeat a Corybantibus*, quam ſi contra orationis ordinem invertat. Ἐν αὐτῇ ſcribas, an ἐν αὐτῇ vel ἑαυτῇ, nihil intereſt; haec enim frequentiſſime commutantur. Praeterea languidum illud & male conglutinatum, *ταῦτα δέδια κινδυνεύοντά σε ὁρῶσα*, vix fero: quanto rotundius & Venere, ni fallor, dignius exibit, *ταῦτα ἢ Δία, κινδυνεύοντά σε ὁρῶ*. *T. H.*

96. Περιβαλὼν] An περιλαβών; *F. G.*

97. Τιάραν] Pileum ex nummis intelligit *Spanhem.* 451. *M. du S.*

2. Ἀποβεβλήκει] Solus P. hanc scripturam agnoscit. Reliqui libri ἀπὸ—. quod tuetur *Ed. Leedes*, nosque ad *Henr. Stephanum* Append. de Dial. Att. p. 147. amandat. *M. du S.*

Ἀποβεβλήκει] Neglectum hujus temporis augmentum, ut *Jungermannus* notavit ad *Long.* p. 214. hoc ipsum in *Dion. Cass.* p. 779. B. *Liban.* T. II. p. 12. *Xenoph.* K. II. VIII. p. 131. v. 10. ἐδεδιπτήκεσαν καὶ ἀφ-

tandem velit: FORMA PRÆSTANS, ait, ACCIPIAT. At quomodo, domine Mercuri, possim ego mortalis omnino, & rusticus, judicem agere admirandi spectaculi, majorisque, quam ut bubulco conveniat? hæc enim talia dijudicare delicatulorum potius & urbanorum hominum: de me autem, quæ capella capellam forma præstet, item juvenca juvencam aliam, id quidem forte judicaverim ex arte.

8. Hæ vero omnes perinde pulcræ, & sane nescio, quo pacto ab una quis ad alteram traducat visum abstractum; non enim vult abstistere facile; sed ubi se defixerit primum, in eo hæret, illudque præsens probat: quod si ad aliud transierit, id æque pulcrum videt, atque immoratur, & a proximis abripitur: atque adeo, ne longum faciam, circumfusa mihi est forma earum, totumque me occupavit: indignor equidem, quod, quemadmodum Argus, toto videre nequeam corpore. Videar ergo mihi recte judicaturus, omnibus si tribuam pomum. Huc porro accedit, hæc ut sit Jovis soror & conjux, illæ filiæ: quî ergo non ardua sit hoc etiam nomine pronunciatio? MERC. Haud scio: attamen fieri non potest, ut subterfugias a Jove jussus.

ἢ βούλει. ΗΚΑΛΗ, φησι, ΛΑΒΕΤΩ. πῶς ἂν ἐν, ὦ δέσποτα Ἑρμῆ, διωνθείην ἐγὼ θνητὸς αὐτὸς, καὶ ἀγροικος ὢν, δικαστὴς γενέσθαι θαυμαστῆς θέας, καὶ μείζονος, ἢ κατὰ βουκόλον; τὰ γὰρ τοιαῦτα κρίνειν, τῶν ἁβρῶν μᾶλλον, καὶ ἀστικῶν· τὸ δ' ἐμὸν, αἶγα μὲ αἰγὸς ὁποτέρα ἢ καλλίων, καὶ δάμαλιν ἄλλης δαμάλεως, τάχ' ἂν δικάσαιμι κατὰ τέχνην. Αὗται δὲ πᾶσαί τε ὁμοίως καλαὶ, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως ἄν τις ἀπὸ τῆς ἑτέρας ἐπὶ τὴν ἑτέραν μεταγάγοι τοῦ ὄψιν ἀποσπάσας· οὐ γὰρ ἐθέλει ἀφίστασθαι ῥᾳδίως, ἀλλ' ἔνθα ἂν ἀπερείσῃ τὸ πρῶτον, τοῦτο ἔχει, καὶ τὸ παρὸν ἐπαινεῖ· κἂν ἐπ' ἄλλο μεταβῇ, κἀκεῖνο καλὸν ὁρᾷ, καὶ θαμβεῖται, καὶ ὑπὸ τοῦ πλησίον θαλαμβάνεται. καὶ ὅλως διεκέχυταί μοι τὸ κάλλος αὐτῶν, καὶ ὅλον διείληφέ με, καὶ ἄχθομαι, ὅτι μὴ καὶ αὐτὸς, ὥσπερ ὁ Ἄργος, ὅλῳ βλέπειν δύναμαι τῷ σώματι. δοκῶ δ' ἄν μοι καλῶς δικάσαι, πᾶσαις ἀποδοὺς τὸ μῆλον. καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε, ταύτῃ μὲ εἶναι συμβέβηκε Διὸς ἀδελφὴν, καὶ γυναῖκα· ταύτας δὲ, θυγατέρας· πῶς ἂν οὖν ὁ χαλεπὴ καὶ ὕπως ἡ κρίσις; ΕΡ. Οὐκ οἶδα· πλὴν ἐγὼ οἷόν τε ἀναδῦναι πρὸς Διὸς κεκελευσμένον.

ΠΑ.

g Δάμαλιν] Priores Edd. δάμαλις. Δάμαλιν O. & Marg. *AIW.* *h* Ἐπ' ἄλλο] Priores Edd. ἐπ' ἄλλῳ.

ἀμφιπόροφει. In Codicibus haec variare solent. Vid. *J. Perizon.* ad AElian. V. H. III, 19. *Duker.* ad *Thucydid.* p. 474. n. 23. Nulla erat causa, cur *Goldastus* emendaret in *Dositheo* p. 875. *T.H.*

17. Τὸν ἆθλον] Scribe τῷ δὲ ἀγῶνι τὸ ἆθλον ἴσον, *praemium certaminis erit*, non τὸ ἆθλον· ut recte in initio hujus dialogi scriptum est. Vide quae notavi ad Soloecistam. *J.G.G.*

Τὸ ἆθλον] L. & Ox. Mss. & Ed. *J.* *M. du S.*

Τὸν ἆθλον ἴσον] Festinando *Graevius* in errorem incidit scribens ἴσην, & incogitanter interpretatus. *T.H.*

18. Μῆλον] De quo in *Dial. Gal. & Pan.* seu *Ev. Δ. V.* *M. du S.*

24. Ἀστικῶν] Ἀστυκῶν. *F.G.*

26. Δάμαλις] Ox. δ—ν. Sed nihil opus est: quin sic ut edi curavimus elegantius videtur, *M. du S.*

Δάμαλις] Δάμαλιν adscivi ex Cod. Ox. quem casum structurae ratio plane postulat: δάμαλις retineri non potest, nisi αἶγα simul mutaveris in αἶξ. *T.H.*

33. Ἐπ' ἄλλῳ] Ἐπ' ἄλλο. *F.G.*

Ἐπ' ἄλλο] Conjecturam hanc B. Ed. secuti sumus. Reliquae ἄλλῳ, nisi quod in *J.* punctum sub ω deest. *M. du S.*

Ἐπ' ἄλλῳ] Quanquam defendi possit, non ita tamen solet *Noster*: ἐπ' ἐκεῖνον μεταβήσεται ἡ ψυχὴ, & saepius: quare verum est ἐπ' ἄλλο. Mox θαμβαμβάνεται si sanum est, tum vero fieri non potest, quin aliquid intercidrit: hoc enim, *& a proximis excipitur*, tolerari nequit, nisi pluribus adjectis sensum fulcias. *Micyllus*: *& semper ab iis, quae propiora sunt, seu per successionem excipitur*: eum deseruit *Benedictus*: *semperque a propioribus capitur*: neutrum *Luciani* mentem quicquam juvat. Cogitavi: θαμφαζεται, vel, θαλάμπεται. utrumvis certe vulgato melius: sed qui mihimet ipse nullam in partem hic satisfacio, sperandum non est, ut aliis possim. *T.H.*

41. Θυγατέρας] De Minerva notius est; Venus e Dione susceptа. *M. du S.*

ΠΑ. [b]Ἐν τοῦτο, ὦ Ἑρμῆ, [a] πεῖσαι αὐτὰς, μὴ χαλεπῶς ἔχειν μοι τὰς δύο τὰς γενικημένας, ἀλλὰ μόνων τῶν ὀφθαλμῶν ἡγεῖσθαι τὴν ἁμαρτίαν. ΕΡ. [b]οὕτω φασὶ ποιήσειν· ὥρα δέ σοι ἤδη περαίνειν τὴν κρίσιν. ΠΑ. πειρασόμεθα· τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις; ἐκεῖνο δὲ πρῶτον εἰδέναι βούλομαι, πότερα ἐξαρκέσει σκοπεῖν αὐτὰς ὡς ἔχουσιν, ἢ καὶ ἀποδύσαι δήσει πρὸς τὸ ἀκριβὲς τῆς ἐξετάσεως; ΕΡ. τοῦτο μὲν σὸν ἂν εἴη γε δικαστοῦ· καὶ πρόσταττε ὅπη καὶ θέλεις. ΠΑ. ὅπη καὶ θέλω; γυμνὰς ἰδεῖν βούλομαι. ΕΡ. ἀπόδυσθε, ὦ αὗται· σύθ' ὑπισχόπει· ἐγὼ δ' [c]ἀπεστράφην.

ΑΦ. Καλῶς, ὦ Πάρι· καὶ πρώτη γε

9. PAR. Unicum illud, Mercuri, fac ſibi perſuadeant, ut ne infenſæ ſint in me, quæ inferiores diſceſſerint ambæ, ſed ſolum oculorum hunc eſſe putent errorem. MERC. Ita ajunt ſe facturas: curandum tibi nunc, ut peragas judicium. PAR. Conabimur quidem: quid enim quis faciat? Illud autem primum ſcire volo, utrum ſatis erit ſpectare illas, ſicut ſunt, an inſuper exuere oportebit, ut explorate examen habeatur? MERC. Id quidem erit tua judicis in manu: impera, qua fieri velis. PAR. Qua velim? nudas intueri volo. MERC. Vos, exuite veſtes: tu inſpice: ecce me averſum.

10. VEN. Optime, Pari: equidem prima ve-

a Πεῖσαι] πεῖσον O. L. b Οὕτω] ὁ O. J. c Ἀπεστράφην] ἀποστραφείην O. P. J. Marg. AIW.

45. Πεῖσον] Ox. & L. In reliquis πεῖσαι. *M. du S.*

Πεῖσαι] Πεῖσον non admiſero, antequam majore librorum ſcriptorum copia firmetur: vulgatae lectionis haec videri poteſt explicatio; nam poſitum eſt, ut Grammatici loquuntur, ἀπαρέμφατον ἀντὶ προστακτικοῦ. Eam ſcribendi conſuetudinem adfectabant, qui ſupra modum Atticiſmo erant dediti, ut patet e Lexiphane: σὺ δὲ, ὦ παῖ . . . ταυτολεῖν . . . . καὶ κομίζειν· iterum: ἀλλ' ἰοῦσαν . . . . ἡδύνειν καὶ τὴν καρδίαν σμῆν. De hoc uſu infinitivi plura dabunt *H. Stephanus*, quanquam in hac parte, quod extemporaneae facilitati ſaepe debet, parum accuratus, Anim. in lib. de Dial. p. 46. 47. *AEm. Portus* Lex. Dor. & Jon. in Ἀπαρέμφατα, *Jac. Gronovius*, qui merito ex Codd. *Arriano* reſtituit V. p. 210. In *Doſithei* ſententiis Hadriani §. 10. ubi a *Stephano* fuerat, Ἀδριανὸς εἶπεν, πεῖσαι κριτὰς, *Goldaſtus* edidit, πεῖσον τοὺς κριτὰς· qui, quum inſuper adnotat, *perſuaderi judicibus*, *Mſ. lectio* ἑλληνίζει, quid ſibi velit, haud plane perſpicio. Optativi locum tenet etiam Infinitivus: *Suidas*: Ἁμαρτεῖν εἴρηκε τὸ ἀμάρτοιμι Κρατῖνος Δραπετίδι. Ποδαπούς ὑμᾶς εἶναι φάσκων, ὦ μιάρακες, σὸν ἂν ἁμαρτεῖν καὶ ὅλως συνηθὶς αὐτοῖς τὸ τοιοῦτο. Verſus integer Ariſtophaneus: pro αὐτοῖς, niſi e Grammatico decerptum credas, ubi referri poterat ad praecedentia, malim Ἀττικοῖς· vel αὐτοῖς, *Comicis*, quia *Cratini* meminerat. *T. H.*

48. Οὗ φασι π.] Genuina haec lectio Ed. J. Reliquae οὕτω. Vide Ἁπικηρ. c. 21. Τοξ. c. 49. & Φιλοψ. 12. *M. du S.*

Οὕτω φασὶ π.] Non eſt, ut multis rationem reddam, cur E. J. lectionem poſthabuerim. *T. H.*

54. Σὸν ἂν εἴη τῆς δικαστοῦ] Talis locutio apud *Cicer. Phil.* II. *tuum hominis ſimplicis pectus vidimus*. Vide *Voſſ. contr.* p. 127. & 138. ubi plura ejusmodi exempla. *E. L.*

57. Ἀποστραφείην] Ex Mſſ. Ox. & P. & Ed. J. reposuimus, pro ἀπεστράφην, quod in reliquis legitur. *M. du S.*

58. ΗΡΑ. Καλῶς] Ita digerunt *Fl. Ald. H1. J. B2. Fr.* (Mſ. Ox. vero poſt ὦ Πάρι) Recentiores mutarunt & *Venerem* haec loquentem fecerunt. Et omnino fatendum, ſi ſepoſita Mſſ. Codd. auctoritate, textum pro lubitu interpolare liceat, ſtare poſſe eorum rationem. Veneri enim haec optime conveniunt; & ſpeciem habet amorum Dea, non nimis caſta, nudam ſeſe videri cupiens, & Virgini Minervae, caſtaeque matronae Junoni, gratiam obſequii hac in parte praeripiens. Quin & his jam ſcriptis, video Veneri haec in P. & L. tribui. Ego tamen, quibus inductus rationibus *Junoni* haec vindicem, aperiam. Junonem a Judice impoſitam conditionem arripere voluit *Lucianus*, non ſolum ne detrectando judicem vel tantillum offenderet, quem nudas videndi percupidum ſentiebat; ſed praecipue ut occurreret ſuſpicioni, quam ſuboriri ex eo verebatur, quod ab *oculis* tantum & *lacertis* a poetis laudari ſe ſciebat. Haec enim duo epitheta λευκώλενος & βοῶπις, ad quae alludit *Lucianus*, *Junoni* apud *Homerum* ſaepiſſime tribui nemo, qui vel leviter hunc poëtam delibaverit, ignorat. Jam vero ſi *Venerem* loquentem facias, perit jocus urbaniſſimus; aut, ſi partim aſſervatur, *Junonem* ſolam petit Venus, cum in *Minervam* cadere non poſſit βοῶπις, quod Junoni, ut & λευκώλενος, proprium eſt. Si ea mens *Luciano* fuiſſet, γλαυκῶπις ſcripſiſſet, quod Minervae proprium epithetum eſt. *M. du S.*

Ibid. ΑΦΡ. καλῶς, ὦ Πάρι] Impetrare a me non potui, ut perſonarum ordinem, qui in poſtremis Edd. apparet, temere mutarem. Haec commode Veneri videntur adſcribi, quae jam ſupra joco acerbiore a Junone tacta, opportunam ulciſcendae injuriae occaſionem non praetermittit, atque adeo rivalem ea in re pungit, ex qua maxime videbatur dolitura. *Homerus* au-

veſtes ponam, ut diſcas, me non ſolas habere ulnas candidas, neque eo, quod grandes mihi ſint oculi, efferri: namque æqualiter ſum tota, & ſimilem in modum pulcra. MIN. Ne prius illa ſe exuerit, o Pari, quam ceſtum depoſuerit (eſt enim venefica) ne te faſcinet ejus ope: quin etiam haud oportebat ita exornatam adeſſe, neque tot fucatam pigmentis, quaſi revera meretricem quandam, ſed nudam formam exhibere. PAR. Recte monent de ceſto: atque ergo depone. VEN. Quid igitur nec tu, Minerva, galea detracta nudum caput oſtendis, ſed quatis criſtas, ac judi-

ἀποδύσομαι, ὅπως μάθῃς ὅτι μὴ μόνας ἔχω τὰς ὠλένας λευκὰς, μηδὲ [d] τῷ βοῶπις εἶναι μέγα φρονῶ, ὄμμασι δέ εἰμι πᾶσα καὶ ὁμοίως καλή. ΑΘΗ. [e] μὴ πρότερον αὐτὴν [f] ἀποδύσῃ, ὦ Πάρι, πρὶν ἂν τὸν κεστὸν ἀπόθηται (φαρμακὶς γάρ ἐστι) μή σε καταγοητεύσῃ διὰ αὐτοῦ· καίτοι γε ἐχρῆν μηδ' ὅτῳ κεκαλλωπισμένην παρεῖναι, μηδὲ τοσαῦτα ἐντετριμμένην χρώματα, καθάπερ ὡς ἀληθῶς ἑταίραν τινα, ἀλλὰ γυμνὸν τὸ κάλλος ἐπιδεικνύειν. [g] ΠΑ. εὖ λέγουσι τὸ περὶ τοῦ κεστοῦ· καὶ ἀπόθου. ΑΦΡ. τί οὖν οὐχὶ καὶ σὺ Ἀθηνᾶ τὸ κόρυν ἀφελοῦσα, ψιλὴν τὴν κεφαλὴν ἐπιδεικνύεις, ἀλλ' ἐπισείεις τὸν λόφον, καὶ τὴν δικα-

ς τὴν

d Τῷ] τὸ *F.* *e* Καλή] Poſt hanc vocem interſerit Ed. *J.* ſola: Πα. ἀπόδυθι καὶ σὺ ὦ Ἀφροδίτη. *f* Ἀποδύσῃ] ἀποδύσῃς P. *J.* *g* ΠΑ] Ἐρ. Marg. *ΑΙΝ.*

autem ut Junonem λευκώλενον ſolum ac βοῶπιν, ſic Venerem frequentiſſime vocat καλὴν & χρυσῆν· hoc ergo principe poëtarum teſte vincere poterat, ſe totam eſſe ἐπίσης καὶ ὁμοίως καλὴν, quum Juno tantum ab una alteraque corporis parte laudetur: idcirco tantopere feſtinat, ut ſe nudam formae ſpectatori praebeat conſpiciendam, minus etiam, quam comites haud paulo caſtiores, pudori ſerviens. Deinde, ſi jam hic omnem veſtitum Juno depoſuiſſet, quid erat cauſae, cur mox Minervae Venerisque rixas interrumpens diceret, ἀλλ' ἀποδυσώμεθα; Quare vix dubito, quin illud Ed. Juntinae, ἀπόδυθι σὺ, ὦ Ἀφροδίτη, minime ſit genuinum, ideo nimirum inſertum, quia, ſi praecedentia Junoni tribuas, ut ſane factum in vetuſtis Edd. ſubſequens Minervae ſermo nihil habebat, quo pertinere poſſet. Porro receptae lectioni cur praeponi debeat ἀποτραφεῖν, non video: hoc ait Mercurius: *ecce autem, ego me jam, ne oculos meos emiſſitios vereantur, averti.* *T. H.*

59. Μὴ μόνας ἔχω τὰς ὠλένας λευκὰς] Ut ſc. Juno; quae *Homero* ſemper dicitur λευκώλενος & βοῶπις. *J. G. G.*

60. Τὰς ὠλένας λευκὰς &c.] Reſpicit facete ad epitheta perpetua, quibus *Homerus* utitur, cum de Junone aut Minerva loquitur. Vocatur enim Juno λευκώλενος Ἥρη, & βοῶπις πότνια Ἥρη. Sic poſtea Minervae objicit τὸ γλαυκὸν τῆς ὀμμάτων, quia γλαυκῶπις ab *Homero* perpetuo vocatur. Tales Homericis temporibus pingebantur hae Deae. *J. C.*

61. Ὁμοίως καλὴν. ΑΦΡ. Μὴ πρότερον &c.] Locus hic peſſime a librariis interpolatus eſt. Sic autem recte habebit: καὶ ὁμοίως καλή. Παρ. Καὶ σύγε ἀπόδυθι Ἀφροδίτη. Αθη. Μὴ πρότερον. Exciderant nomina perſonarum Paridis ac Minervae, & illud Paridis verbum Καὶ σύγε. *Th. M.*

62. ΑΘΗ. Μὴ πρότερον αὐτὴν ἀποδύσῃ ὦ Πάρι, πρὶν ἂν τὸν κεστὸν ἀπόθηται)] Hic aliqua excidiſſe autumat *Th. Marcilius*, nempe reſponſum Paridis ante verba Palladis, quibus juberet & Venerem exui, Καὶ σύγε ἀπόδυθι Ἀφροδίτη. At ſincera ſine his *Luciani* verba; immo haec inculcata turbarent ſenſum. Primo enim jam dixerat Venus, καὶ πρώτη γε ἀποδύσομαι. Deinde non potuit Paris Veneri dixiſſe, καὶ σύγε ἀπόδυθι, niſi jam alia, vel Pallas, vel Juno, fuiſſet exuta; quod clarum eſt. *J. J.*

Πα. ἀποδ. σὺ ὦ Ἀφροδίτη] Verba haec, uti *Marcilio* neſcio quo pacto ſubolueraat, in Ed. *J.* reperiuntur in reliquis omiſſa. Ut ut ſit, genuina ſunt & vere Lucianea. Jam enim exerunt vires ſuas illecebrae Veneris, & impetu quodam ad nudam videndam fertur juvenis. Ceſſabat autem odioſe Venus, aegre, ut videtur, ceſtum dimiſſura. *Homerum* qui non verſarit, neque in hiſce ſalibus & jocis, neque fere in plerisque hujus ſcriptoris opuſculis, centeſimam quamque leporum partem intelliget. Vide quae ille de ceſtus potentia canat Il. Ξ, 214. At ſi non niſi monitus hujusmodi alluſiones perſpicias, iterum dico, pereunt tibi praecipuae *Luciani* gratiae. *M. du S.*

Ibid. Αὐτὴν ἀποδύσῃ] *Micyllus* & *Benedictus*: *ne prius ipſam exueris*: quae verſio ſtare non poteſt, niſi probaveris Ed. *J.* ἀποδύσῃς· nam ἀποδύσωμαι ne ponatur pro ἀποδύσω, vetat ratio linguae Graecae. Legendum omnino vel, αὐτὴν ἀποδύσῃ, *ne prius ipſa ſe exuat*; vel, αὐτὴν ἀποδύσῃς, *ne tu prius illam veſtes ponere jubeas*: alterutrum certiſſimum eſt: prius etſi malim, ceſſi tamen auctoritati P. & *J.* *T. H.*

63. Κεστὸν] Vide *Euſtath. ad Il. Ξ.* 214. *M. du S.*

ςὴν φοβεῖς; ἢ δέδιας μή σοι ἐλέγχῃ τὸ γλαυκὸν τῶν ὀμμάτων ἄνθυ τῦ φοβεροῦ βλεπόμενον ΑΘΗ. ἰδέ σοι ἡ κόρυς αὕτη ἀφήρῃ. ΑΦΡ. ἰδέ σοι καὶ ὁ κεςός. ΗΡ. ἀλλ' [a] ἀποδυσώμεθα.

ΠΑ. Ὦ Ζεῦ τεράςιε καὶ θέας, καὶ κάλλους, καὶ ἡδονῆς; οἵα μὴ ἡ παρθένος; ὡς δὲ βασιλικὸν [b] αὐτὴ καὶ σεμνὸν ἀπολάμπει, καὶ ἀληθῶς ἄξιον καὶ Διός; [c] ὡς δὲ ὁρᾷ ἥδε ἡδέως; καὶ γλαφυρόν τι καὶ προσαγωγὸν ἐμειδίασεν· ἀλλ' ἤδη μὲ ἄλις ἔχω τῆς εὐδαιμονίας· εἰ δοκεῖ δὲ, καὶ ἰδίᾳ καθ' ἑκάςην ἐπιδεῖν βέλομαι, ὡς νδν γε ἀμφίβολός εἰμι, καὶ οὐκ οἶδα πρὸς ὅ, τι καὶ ἀποβλέψω, πάντη τὰς ὄψεις περισπώμενος. ΑΦΡ. ἴτω ποιῶμεν. ΠΑ. ἄπιτε ἓν αἱ δύο. σὺ δὲ, ὦ Ἥρα, περίμενε. ΗΡ. [d] περιμένω. καὶπειδάν με ἀκριβῶς ἴδῃς, ὥρα σοι καὶ τἄλλα ἤδη σκοπεῖν, εἰ καλά [e] σοι καὶ τὰ δῶρα καὶ ψήφου καὶ ἐμῆς. ἢν γάρ με, ὦ Πάρι, δικάσῃς εἶναι καλὴν, ἁπάσης ἔσῃ τῆς Ἀσίας δεσπότης. ΠΑ. οὐκ ὀπὶ δώροις

cem territas: num metus est, ne tibi arguatur nihilque ad formam conferat cæsium illud oculorum, si absque illo galeæ terrore spectetur? MIN. Ecce tibi, cassis hæc est demta. VEN. Ecce tibi, cestus quoque. JUN. At exuamur.

11. PAR. Jupiter prodigialis! quod spectaculum, quæ forma, quanta voluptas! qualis hæc virgo! quam regium ista & verendum resplendet, vereque dignum Jove! hæc autem ut suaviter intuetur! imo etiam festivum quiddam, atque illecebrosum subrisit. Jamque ego quod satis est habeo felicitatis. At, si placet, seorsim singulas etiam inspicere volo; nam nunc quidem ambiguus hæreo, nec scio, quo potissimum oculos convertam quaquaversum visu distracto. VEN. Ita faciamus. PAR. Recedite ergo vos ambæ: tu, Juno, resta. JUN. Resto: verum postquam me diligenter inspexeris, hoc aliud etiam tibi atque etiam est considerandum, an placeant tibi dona, quæ præmium tribuam calculi pro me lati. Siquidem me, Pari, judicaveris esse forma præstantem, universæ eris Asiæ dominus. PAR. Non donorum spe no-

a Ἀποδυσώμεθα] ἀπεδυσάμεθα Marg. *A1W.* b Αὐτὴ] αὕτη Marg. *A1W.* c Ὡς δὲ ὁρᾷ ἥδε ἡδέως] ὡς δὲ ὁρᾷς ἥδε ἡδέως *F.* sed in *V2.* plane scriptum est ὁρᾷ. d Περιμένω] περιμενῶ Marg. *A1W.* e Σοὶ καὶ τὰ δῶρα καὶ ψήφου καὶ ἐμῆς] Priores Edd. σοὶ τὰ δῶρα καὶ νίκης καὶ ἐμῆς. Quod reposui, est totum in O. & G. nisi quod hic aberat τὰ ante δῶρα.

73. Ἢ δέδιας μή σοι ἐλέγχῃ τὸ γλαυκὸν τῶν ὀμμάτων ἄνθυ τῦ φοβεροῦ βλεπόμενον] Vertunt: *An vereris ne tibi objiciat coeruleum illum oculorum colorem, qui nihil metuendi prae se ferendo adspicitur.* Davus sum non Oedipus; aenigma Latinae versionis non expedio: sed sim licet Davus, scio tamen nec Oedipum id explicaturum. Hoc autem dicit Venus: *Non metuis ne in te reprehendat caeruleos illos oculos, si sine illo, quo metum incutis, videantur:* τὸ φοβερὸν vocat κόρυθα, qua φοβεῖν δικαίην illam velle Venus ait. Putabant autem τὸ γλαυκὸν τῶν ὀφθαλμῶν gratius reddi galea; superius in dialogo Vulcani & Jovis; γλαυκώπις μὲν, ἀλλὰ κοσμεῖ καὶ τῦτο καὶ κόρυς· sine illa caesios oculos Minervam dedecere. *J.G.G.*

Ibid. Τὸ γλαυκὸν τῶν ὀμμ.] Ad Dial. VIII. pluribus explicui. Attulit hunc locum *Brodaeus* ad Anth. II. c. 9. Ep. 2. Jure quidem *Graevius* Interpretes castigavit; sed in verbo ἐλέγχῃσι & hic & illi male rem gesserunt. Intelligendum est: *num metuis, ne tibi arguatur & deforme appareat coeruleum illud oculorum demta cassidis inspectum?* Saepe tamen Pallas ultro nativae formae fiducia galeam posuit, quando a bello vacans laetioribus epulis intererat: talem ad Pelei nuptias misit *Colusthus* aliique. Vid. *Sil. Italic.* VII, 460. *T.H.*

80. Αὐτὴ] Sic lego, non ut in Libris est αὐτὴ. *M. du S.*

81. Ὡς δὲ ὁρᾷ ἥδε ἡδέως] Sic hunc locum, foedissime in vulgatis Edd. corruptum, restituimus. Quid enim est, quaeso, quod omnes insidet, ὁρᾷ δὲ ἡδέως, sine ἥδε quod *F.* suppeditat? In eo *F.* non sum secutus, quod ὁρᾷς pro ὁρᾷ habet. Plaudent, sat scio, quibus elegantiae placent: neque monendi unamquamque trium Dearum ab aliquo sibi proprio laudari: aut quomodo festinantes aut oscitantes librarii voces, quarum sonus cum praecedentis verbi sono convenit, flagitiosa negligentia soleant omittere. De ἡδέως ὁρᾷν, vide *Eurip. Iph. in Aul.* p. 183. C. Interpres Gal-

nostra constant: jamque recede: fient in hac lite finienda, quæ videbuntur.

12. Accede tu, Minerva. MIN. Adsum tibi: at hoc, quæso; si me, Pari, pronunciaris formosam, nunquam inferior abibis ex pugna, sed perpetuo victor: bellatorem enim te, & victorias reportantem reddam. PAR. Nihil, Minerva, opus mihi est bello ac pugna; nam pax, uti vides, nunc quidem obtinet Phrygiam & Lydiam, belloque nullo infestatur patris imperium. At bono esto animo: nequaquam jus tuum imminuetur, etiamsi donorum spes nos judices minime commoveat. Sed indue jam vestes, atque impone galeam; satis enim vidi. Venerem adesse tempus.

13. VEN. En adsum prope: quin tu specta singulas partes curate, nihil prætercurrens, verum immoratus unicuique membrorum. Si lubet autem, formose, & isthæc ex me audi. Ego sane jam dudum, quum te viderem juvenem & pulcrum, qualem haud scio an alium Phrygia nutriat, beatum te prædico ob formæ decus; id autem incuso, quod non, relictis scopulis istisque rupibus, in urbe vivas, sed

95 τὰ ἡμέτερα· πλὴν ἀλλ' ἄπιθι, πειθοῖ δ' ἂν δοκῇ.

Σὺ δὲ πρόσιθι Ἀθηνᾶ. ΑΘΗ. παρέσκευά σοι. κᾆτα ἦν με, ὦ Πάρι, δικάσῃς καλὴν, οὐδὲ ἥττων ἄπει ἐκ μάχης, ἀλλ' ἀεὶ κρατῶν· πολεμιστὴν γάρ σε, καὶ νικηφόρον ἀπεργάσομαι. ΠΑ. εὖδεν, [f] Ἀθηνᾶ, δεῖ μοι πολέμου καὶ μάχης· εἰρήνη γὰρ, ὡς ὁρᾷς, τανῦν ἐπέχει τε Φρυγίαν τε καὶ Λυδίαν, καὶ ἀπολέμητον ἡμῖν ἡ τοῦ πατρὸς ἀρχὴ. θάρρει δὲ, εὐμεγεθεστέρα γὰρ, κᾆν μὴ ὅπλοις δώροις δικάζωμεν· ἀλλ' ἔνδυθι ἤδη, καὶ [g] ὅπιθεν κόρυν, ἱκανῶς γὰρ εἶδον· καὶ Ἀφροδίτῃ παρεῖναι καιρός.

ΑΦΡ. Αὐτή σοι ἐγὼ πλησίον, καὶ σκόπει καθ' ἓν ἀκριβῶς, μηδὲν παραπρέχων· ἀλλ' ἐνδιαλείβων ἑκάστῳ τῶν [h] μελῶν. εἰ δὲ θέλεις, ὦ καλὲ, καὶ τάδε μου ἄκουσον· ἐγὼ γὰρ πάλαι ὁρῶσά σε νέον ὄντα, καὶ καλὸν, ὁποῖον οὐκ οἶδα εἴ τινα ἕτερον ἡ Φρυγία τρέφει, μακαρίζω μὲν τῆς κάλλους, αἰτιῶμαι δὲ τὸ μὴ ἀπολιπόντα τὰς σκοπέλους, καὶ ταυτασὶ τὰς πέτρας, κατ' ἄστυ ζῆν, ἀλλὰ ἅμα-

[f] Ἀθηνᾶ] ὦ Ἀθ. O. [g] Ἔπιθεν] ἐπίθες O. [h] Μελῶν] μηρῶν O. Nihil est frequentius in Codd. horum vocabulorum confusione.

Gallicus ita emendandum esse acute vidit. *M. du S.*

Ὁρᾷ δὲ ἰδίως] Jampridem ante visam Ed. *J.* scripturam conjectavi· ὁρᾷ δὲ ἴδιά ἰδίως· neque enim dubitandum videbatur, quin haec ad Venerem spectarent, cujus proprium est μειδιᾶν· φιλομειδὴς Ἀφροδίτη. Nolui tamen refragari lectioni productae, quae tum eodem redit, tum scripto Codice forte nititur. *T. H.*

90. Ὥρα σοι καὶ τἄλλα ἤδη σκοπεῖν, εἰ καλά σοι δῶρα τὴ νίκης ἐμῆς] Mf. Ὁρᾶ σοι καὶ τἄλλα ἤδη σκοπεῖν, εἰ καλά σοι καὶ δῶρα τὴ ψήφου τὴ ἐμῆς. non est respuenda haec scriptura. *vide an non pulchra etiam tibi sint praemia suffragii mei*, quod scilicet pro me tuleris. *J. G. G.* Ὥρα σοι ☞ τἄλλα] Eruditius est, quod duo Codd. largiuntur, quam ut a librariis interpolatoribus proficisci potuisse credas: quamobrem tanquam Luciano dignum reponere non dubitavi. Ψῆφος ἐμὴ, *suffragium mihi secundum & favens*: quemadmodum enim Latinis *meus, tuus*, sic apud Graecos aliquando ἐμὸς, σὸς usurpantur. Qui sensum viderat, haud absurde νίκῃ exposuit: nam id agebat sane Juno, ut sibi proposito praemio suffragium Paridis emeret, causaque superior abiret: haec interpretatio, quippe facilior intellectu, pulsa lectione vera, sed paulo abstrusiore, locum ejus occupavit. *Graevius* adstipulatur, in eo tantum lapsus, quod ὥρα non improbaverit: prorsus obstat huic lectioni legitima structurae norma; neque hoc, si diligentius attendisset, Virum Magnum fugere potuerat. Εἰ καλά σοι est, *an utilia tibi sint, rebusque tuis conveniant*, quod Interpretes fefellit. Eadem a Deabus oblata Paridi praemia commemorantur etiam ab *Euripide* Troad. v. 925. *T. H.*

10. Αὐτή σοι ἐγώ] Αὐτὴ scribatur an αὕτη, parum refert: in multis enim αὐτὸς & ὅτῳ commutantur. Saepe tamen solent, ὅτῳ σοι ἐγώ, vel, ὅτός τοι ἐγὼ, quam loquendi proprietatem adnotavit, hoc etiam loco non neglecto, *Jac. Gronovius* ad *Arrian.* H. Ind. p. 350. n. 53. apud eum inprimis formula familiarissima: inter alia c. 35. ἡμεῖς δὲ ὅτοι ἄγγελοι τῆ σωτηρίας αὐτῶν ἤκομεν· ibi *Gronovius* e Mss. profert αὐτοι. *T. H.*

24. Ἀφ-

ἀφαφθείρειν τὸ κάλλος ἐν ἐρημίᾳ· τί μὲ γὰρ σὺ ἀπολαύσειας τῶν ὀρῶν; τί δ' ἂν ἀπονήσαιο ἔχουσα κάλλος αἱ βόες; ἔπρεπε δὲ ἤδη σοι γεγαμηκέναι, μὴ μέν τοι ἀγροικόν τινα καὶ χωρίτιν, οἵαι τῶν Ἰδαίων αἱ γυναῖκες, ἀλλά τινα ἐκ τῆς Ἑλλάδος, ἢ [a] Ἀργόθεν, ἢ ἐκ Κορίνθου, ἢ Λάκαιναν, οἵα καὶ ἡ Ἑλένη ἐστὶ, νέα, καὶ καλὴ, καὶ κατ' ἰδέαν ἐλάττων ἐμοῦ, καὶ τὸ δὴ μέγιστον, ἐρωτικὴ. ἐκείνη γὰρ εἰ καὶ μόνον θεάσαιτό σε, [b] εὖ οἶδ' ἐγὼ, πάντα ἀπολιποῦσα, καὶ ἀναχθεῖσα ἑαυτὴν ἔκδοτον, ἕψεται, καὶ συνοικήσει. πάντως δὲ καὶ σὺ ἀκήκοάς τι περὶ αὐτῆς. ΠΑ. ἰδὲν, ὦ Ἀφροδίτη, νὴ δὲ ἡδέως ἂν ἀκούσαιμί σου, τὰ πάντα διηγουμένης.

ΑΦΡ. Αὕτη θυγάτηρ μέν ἐστι Λήδας, ἐκείνης δὲ καλῆς, ἐφ' ἣν ὁ Ζεὺς κατέπτη κύκνος γενόμενος. ΠΑ. ποία δέ τις τὴν ὄψιν; ΑΦΡ. λευκὴ μὲν, οἵαν εἰκὸς ἐκ κύκνου γεγενημένην· ἁπαλὴ δὲ, ὡς ἐν ὠῷ τραφεῖσα, [c] γυμνὰς τὰ πολλὰ, καὶ παλαιστικὴ· καὶ

corrumpas formam in solitudine? quem enim tu fructum capias ex montibus? quidve juvet honesta species tua boves? par fuerat jam te nuptias iniisse, non quidem agrestis alicujus ac rusticæ, quales per Idam sunt mulieres, sed cujusdam ex Græcia, aut Argis, aut Corintho, vel Lacænæ, qualis Helene, ætate integra, pulcra, nullaque parte inferior me, quodque maximum est, amatoriæ nequitiæ perita. Hæc, si te tantummodo adspexerit, omnibus relictis, seque in tuam potestatem dedita, sequetur, & una tecum habitabit. Omnino autem fieri non potest, quin inaudiveris aliquid de ea. PAR. Nihil quicquam, o Venus: at nunc perlibenter audiverim ex te cuncta denarrante.

14. VEN. Est filia Ledæ, illius formosæ, ad quam Jupiter devolavit in cycnum mutatus. PAR. Qualinam facie? VEN. Candida, qualem decet esse ex cycno natam: tum mollis, ut in ovo nutrita: nuda plerumque luctæ & palæstræ dedita: quin tan-

a Ἀργόθεν] Cunctae priores Edd. Ἀργῶθεν. Ἀργόθεν in O. b Εὖ] Addidi, quod in omnibus Edd. defuit; ex O. c Γυμνὰς] γυμνὴ O.

24. Ἀργῶθεν] Ἀργόθεν. Idem *Menagius* notaverat. *F.G.*

Ἀργῶθεν] Perperam legitur in omnibus editionibus ἢ Ἀργῶθεν, pro Ἀργόθεν. recte sic scribitur οὐ Ἐπισκοπῶσι. *F.G.G.*

Ἀργόθεν] Sic recte O. In reliquis Ἀργῶθεν. *M. du S.*

28. Εὖ] O. solus habet illud εὖ. *M. du S.*

36. Γυνόμφῳ, ποία δὲ τις τὴν ὄψιν] Excidit Paridis personae notatio: scilicet fuisse, γυνόμφῳ; Πα. ποία δέ τις. *Th. M.*

Ibid. Παρ. ποία δέ τις] Haec in vetustis Edd. ordine continuo legebantur: primus *Bourdelotius*, vel ab se, vel monitorem *Marcilium* secutus distinxit, atque ista, ποία δὲ τις τὴν ὄψιν, Paridi adsignavit: probo factum cum *Benedicto*. Exclamationi quidem Veneris Helenae formam laudantis locus hic est nullus: tum scribi potius debuerat, οἵα δὲ τις τὴν ὄψιν. *T. H.*

39. Γυμνὰς τὰ πολλὰ & παλαιστική] *Lucianus* alludit hic ad instituta Lacedaemoniorum, apud quos puellae nudae cum adolescentibus exercebantur. Sed cum hoc a Lycurgo demum institutum sit diu post Troica tempora, anachronismus hic censeri potest inter ea, quae in *Luciano* merito carpi possint. Trecenti anni fuerunt minimum inter judicium Paridis & Lycurgum. *J.C.*

Ibid. Παλαιστική] Vid. *Ovid.* XVI. 150. 250. *M. du S.*

Παλαιστική] Attulit hunc locum *Thom. Mag.* in Παλαιστικὸς, hoc, quanquam *Alexis* usurparit, respuendum, illud probandum docens: *Phrynichus* praeivit p. 38. Nihil quidem obstat, quo minus a παλαίστρα formetur παλαιστρικὸς nec tamen non maluerunt veteres a παλαιστὴς fingere παλαιστικὸς *Diogen. L.* VI, 4. παλαιστικὴ τέχνη. *Pausan.* I. p. 94. *Marc. Antonin.* VII. §. 61. Latini contra, quippe quibus in usu fuit *palaestra*, nunquam *palaesta* vel *palaestes*: praeter *Plautum*, *Ciceronem* atque alios *Prudent.* περὶ Στεφ. H. X, 188. *palaestricus ephebus* Hyacinthus Lacon, *quem*, inquit, *vester Deus Effeminavit gymnadis licentia*. De Helenes studio palaestrae meminit etiam *Propert.* III. El. XII, 19. *T.H.*

40. Οὕτω δή τι . . .] Quid illud τι ad sententiam conferat haud satis assequor. *M. du S.*

Οὕτω δή τι περιστοιδυσθῇ] *Qui deripitur*, inquit, *J. Fr. Gronovius* ad *Senec.* de Ira III. c. 23. περιστοιδυσθῇ, ponitque deinceps hunc ipsum *Luciani* locum: id quidem recte; Helenae tamen, ut virginibus, con-

ve-

tanto ſtudio expetita, ut bellum etiam propter eam extiterit, Theſeo immaturam adhuc rapiente. Enimvero poſtquam ad florem ætatis pervenit, omnes Achivorum principes ad illam ſibi deſpondendam convenerunt: prælatus eſt Menelaus ex Pelopidarum gente. Si tu velis, ego tibi perficiam has nuptias. PAR. Quid ais? nuptias jam nuptæ? VEN. Scilicet juvenis es rudis & ruſticus: ego quippe novi, ut conveniat iſta facere. PAR. At quomodo? etenim velim & ipſe ſcire.

15. VEN. Tu quidem peregrinaberis ad luſtrandam nimirum Græciam: tum ubi perveneris Lacedæmonem, videbit te Helena: exinde jam mearum fuerit partium curare, ut amore capta te ſectetur. PAR. Id ipſum incredibile eſſe mihi videtur, ut, deſerto marito, animum inducat, cum homine barbaro & peregrino navigationi ſe dare. VEN. Bonum animum habe iſtius quidem rei cauſa: nati mihi ſunt duo, pulcerrima forma, Himerus & Eros

ΑΦΡ. Σὺ μὲν ἀποδημήσεις [e] ὡς ἐπὶ θέαν δὴ τὴν Ἑλλάδα, καὶ πειδὰν ἀφίκῃ ἐς τὴν Λακεδαίμονα, ὄψεταί σε ἡ Ἑλένη· τὰ ντεῦθεν δὲ ἐμὸν ἂν εἴη τὸ ἔργον, ὅπως ἐρασθήσεταί σου, καὶ ἀχολωθήσει. ΠΑΡ. τοῦτο αὐτὸ καὶ ἄπιστον εἶναί μοι δοκεῖ, τὸ, ἀπολιποῦσαν τὸν ἄνδρα, ἐθελῆσαι βαρβάρῳ καὶ ξένῳ συνεκπλεῦσαι. ΑΦΡ. θάρρει τούτου γε ἕνεκα. παῖδε γάρ μοι ἐστὸν [f] δύω καλὼ, Ἵμερος καὶ Ἔρως

[d] Δὴ] δὲ P. [e] Ὡς] Nullae Edd. habuerunt: ſequendam putavi auctoritatem O. [f] Δύω] δὸ Hi.

venit; quae θεσπιώδεσι, quando multi proci eas ambitioſe petunt. Homericum eſt, ἀμφ' αὐτῇ Il. Γ, 157. Τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν. In ὅτου δή τι parum ad ſententiam confert illud τι, ſed Atticae tamen elegantiae nonnihil habet; pleonaſmum iſtius voculae in ſimilibus probat *H. Stephan.* App. de D. A. p. 81. *Arrian.* H. Ind. c. 37. ἀνάπαλιν ὅτου τι καθιερή. *T. H.*

41. Ἄωρον] Ὀμφακίαν. *Ariſtan.* ἄωρα τὰ ὄψα καιρὸν τρυγώμενα. *Interp. Ariſtoph.* Acharn. dixi alibi. Habes hanc hiſtoriam Dialog. Mort. & lib. Ver. Hiſt. *J. B.*

57. Βαρβάρῳ] Phrygi: notum. Iidem Barbaricarii & Phrygiones l. 7. Cod. *De palat. ſacr. largit.* *J. B.*

59. Παῖδε] Miniſtros ſemper hos Veneri præſto fuiſſe tradit *Heſiodus* Theog. 201.

Τῇδ' Ἔρος ὡμάρτησε καὶ Ἵμερος ἕσπετο καλός.

& in raptu Helenæ utrumque ſibi adfuiſſe affirmat Paris in ſuo cum ea ſermone apud *Homerum* Il. Γ. 442. *E. L.*

Ibid. Δύω καλώ] Male antea δύο καλῶ. *J. B.*

Ibid. Ἵμερος & Ἔρως] Dixi ad illud *Petron. tu deſiderium, tu voluptas.* Sequens Dialogus totus Homericus eſt. *J. B.*

Ἵμερος καὶ Ἔρως] *Eratine*, inquit *Mart. Capella* IX. p. 306. (nam minus placet utriusque Leid. Codicis *Erotime*,) *Cypridis filia, & Himeros Cupidinis adſecutor* (Graecorum ὀπαδὸν interpretatur) *item Terpſis e famulitio Dianae concinentes gratiſſime intravere primum: ſed puer monauliter ſonabat. Poſt hos pſallentes Pitho, Voluptas & Gratiae admixtis lyrae vocibus.* Ibi *Lucianum* hujus Dei meminiſſe notat *Grotius.* Megaris in templo Veneris praeter ipſius Deae ſimulacrum, Πειθὼ καὶ ἑτέρα θεὸς, ἣν Παρήγορον ὀνομάζουσι ἔργα Πραξιτέλους· Σκόπα δὲ Ἔρως καὶ Ἵμερος & Πόθος &c. apud *Pauſan.* I. p. 105. *Pothi* a Scopa facti meminit etiam *Plin.* H. N. XXXVI, 5. p. 634. teſtatus eum cum Venere & Phaëthonte Samothraciae ſanctiſſimis religionibus coli. Ceterum quod *Barneſius* ad *Eugenii* Epigr. in Anacreontem p. 367. παῖδε exponendum eſſe contendit non *filios* ſed *famulos*, nihil eſt: vide modo *Cornut.* de N. D. cap. 24. 25. De Himero ad Epithalamium Anacreonticum LXII. quod Anacreonti, qui recte ſapit, nemo tribuat, idem *Barneſius.* Anonymus ille, ex quo carmen hoc protulerunt *H. Stephanus* & *Andr. Schottus* Obſ. Hum. II. 61. *Theodorus* eſt *Prodromus* in Amaranto p. 465. *T. H.*

Ἔρως· τάττω σοι παραδώσω ἡγεμόνε τ ὁδῦ. γενησομένω. καὶ ὁ μὲν Ἔρως, [a] ὅλως παρελθὼν ἐς αὐτὴν, ἀναγκάσει τ γυναῖκα ἐρᾶν· ὁ δ' Ἵμερος αὐτῷ σοι παρίχυθείς, τοῦθ' ὅπερ ἐστὶν, ἱμερτόν τε ποιήσει, καὶ ἐράσμιον· καὶ αὐτὴ δὲ συμπαρῶσα δεήσομαι καὶ τ Χαρίτων [b] ἀκολουθεῖν· καὶ ἅτως ἅπαντες αὐτὴν [c] ἀναπείσομεν. ΠΑΡ. ὅπως μὲν [d] ταῦτα χωρήσει, ἄδηλον, ὦ Ἀφροδίτη· πλὴν ἐρῶ γε ἤδη τ Ἑλένης, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως καὶ ὁρᾶν αὐτὴν οἴομαι, καὶ πλέω εὐθὺ τ Ἑλλάδος, καὶ τῇ Σπάρτῃ ἐπιδημῶ, καὶ ἐπαίνειμι ἔχων τ γυναῖκα, καὶ ἄχθομαι, ὅτι μὴ πάντα ταῦτα ἤδη ποιῶ.

ΑΦΡ. Μὴ πρότερον ἐραθῇς, ὦ Πάρι, πρὶν ἐμὲ τ προμνήστριαν, καὶ νυμφαγωγὸν, ἀμείψασθαι τῇ κρίσει. [e] πρέπει γὰρ κἀμὲ [f] νικηφόρον ὑμῖν συμπαρεῖναι, καὶ ἑορτάζειν ἅμα καὶ τοὺς γάμους καὶ τὰ ἐπινίκια. πάντα γὰρ ἔνεστί σοι, τ ἔρωτα, τὸ κάλλος, τ γάμον· ταῦτα οὖν μήπω πρίασθαι. ΠΑΡ. δέδοικα μή με [h] ἀμελήσεις μετὰ τ κρίσιν. ΑΦΡ. βούλει ἐπομόσωμαι; ΠΑΡ. μηδαμῶς, ἀλλ' ὑπόσχου πάλιν. ΑΦΡ. ὑπισχνοῦμαι δή σοι τ Ἑλένην παραδώσειν γυναῖκα,

Eros : utrosque tibi tradam duces viæ futuros. Et Cupido quidem se totum insinuabit in eam, cogetque mulierem amare : Himerus autem tibimet ipsi circumfusus, quod scilicet ipse est, desiderabilem te faciet atque amabilem. Egomet etiam una adero, ac rogabo Gratias, ut nos comitentur : atque ita omnes certe Helenam permovebimus. PAR. Quorsum ista evadent, non liquet, Venus : attamen amo jam Helenam, & nescio quo pacto videre illam mihi videor, & navigo recta in Græciam, redeoque compos mulieris, idque me male habet, quod nondum hæc omnia facio.

16. VEN. At tu ne prius ames, Pari, quam mihi conciliatrici & pronubæ gratiam retuleris sententia secundum me data : decet enim me victricem vobis una adesse, ac festum agere simul nuptiarum & victoriæ meæ : omnia quippe licet tibi, amorem, formam & nuptias pro isto pomo comparare. PAR. Metuo, ne me negligas post judicium. VEN. Vin' jusjurandum interponam? PAR. Neutiquam : sed promitte denuo. VEN. Recipio enimvero tibi Helenam me traditurum esse uxorem, eam-

a Ὅλως] ὅλῳ O. b Ἀκολουθεῖν] συνακολουθεῖν O. c Ἀναπείσομεν] ἵνα πείσωμεν. P. Marg. *AIW.* d Ταῦτα] Priores Edd. τάχα. Ταῦτα itidem in Marg. *AIW.* e Πρέπει γὰρ] πρέποι γὰρ ἂν P. πρέπει γὰρ ἂν *J. V2.* f Νικηφόρον] καινηφόρον εἶναι ὑμῖν π—. G. P. νικηφίφορον vitiose *J.* g Τούτου] τουτοὶ O. h Ἀμελήσεις] ἀμελήσῃς O. quod magis ultatum. i Βούλει] βουλει δῆ *J. V2.* βουλει τέ σοι. O.

75. Κἀμὲ καινηφόρον] * Φιλόχορος ἐν Β Ἀτθίδι φησιν, ὡς, Ἐριχθονίου βασιλεύοντος, πρῶτον κατίσησαν αἱ ἐν ἀξιώμασι παρθένοι φέρειν τὰ κανᾶ τῇ Θεᾷ, ἐφ' οἷς ἐπέκειτο τὰ πρὸς τὴν θυσίαν τοῖς τε Παναθηναίοις καὶ ταῖς ἄλλαις πομπαῖς. *V.*

* Φιλόχορος ἐν Β Ἀτθίδι] Exc. G. β Ἀτθίδι fatetur tamen se reperisse in Cod. Mf. ἐν βάτθιδι. C. M. *f.* Ἀτθίδος. *M. du S.*

Haec totidem verbis extant in *Harpocrat.* & *Suid.* V. Κανηφόροι. *T. H.*

66. Καὶ ἅτως ἅπαντες] Καὶ ἅτως ex O. assumpsimus; in Impr. enim non comparet. *M. du S.*

67. Ὅπως μὲ τάχα χωρήσει, ἄδηλον, ὦ Ἀφροδίτη] Ut olim legendum conjeceram, inveni postea, ut non pauca alia, in Mf. Ὅπας μὲ ταῦτα χωρήσει ἄδηλον, ὦ Ἀφροδίτη. *quomodo haec successura sint obscurum est, Venus. J. G. G.*

Ibid. Ταῦτα] Ex Ed. *J.* & Mff. Gr. P. L. & Ox. pro τάχα, quod in reliquis vitiose legitur. *M. du S.*

74. Προμ. & νυμφ.] Vox altera declarat alteram. Alias νυμφαγωγὸς est vir ille, qui secundas contrahenti nuptias, quo ipsi pertingere nefas, e patris ædibus ducit sponsam. Sin autem tunc primum contrahit, ipsi sponso licet inde petere, sed amico sibi, in eo obeundo munere, assumpto, qui ideo παράνυμφος aut πάροχος dicebatur. Vide de hac re *H. Steph. Suidam*, & alios. *E. L.*

75. Πρέποι γὰρ ἂν . . .] Καινήφοροι virgines nubiles — *Hartung.* p. 658. πρέποι, pro πρέπει ex P. Cod. *M. du S.*

Πρέπει γὰρ] Vulgatam non movi : neque tamen damnandum, πρέποι γὰρ ἂν κἀμὲ· ut in *Platonis* Alc. I. p. 432. C. πρέποι γὰρ ἄν που καὶ σοὶ τὸ καλῶς ἀκηλέγεσθαι· Καινηφόρον habuit etiam *Scholiastes*: quae nulla est causa, cur Veneri νικηφόρῳ praeferenda videatur : huic opti-

eamque porro te secuturam esse, atque Ilium ad vos profecturam: ipsa ego adero, & adjutrix ero ad hæc omnia. PAR. Etiam Amorem & Himerum & Gratias adduces? VEN. Ne dubita: Pothum & Hymenæum insuper adsumam. PAR. Quin ergo ea conditione ut trado tibi pomum, sic tu accipe.

καὶ ἀκολουθήσειν γε ἐπ' αὐτὴν, καὶ ἀφίξεσθαι σὰς ὑμᾶς εἰς τὴν Ἴλιον· καὶ αὐτὴ παρέσομαι, καὶ συμπεράξω τὰ πάντα. ΠΑΡ. καὶ τὸν Ἔρωτα, καὶ τὸν Ἵμερον, καὶ τὰς Χάριτας [k] ἄξεις; ΑΦΡ. θάρρει, καὶ τὸν [l] Πόθον καὶ τὸν Ὑμέναιον [m] πρὸς τούτοις προσλήψομαι. ΠΑΡ. ἐκεῖνο [n] δίδωμι τὸ μῆλον, ἐπὶ τούτοις λάμβανε.

XXI.

MARTIS ET MERCURII.

ΑΡΕΩΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

MARS.

1. AUdistin', o Mercuri, qualia minitatus sit nobis Jupiter, quam superba & absurda? Si voluero, inquit, ego ex cœlo catenam demittam; vos inde suspensi si detrahere me magna vi conten-deritis, frustra laborabitis; non enim profecto detraxeritis. Ego contra si voluero sursum attrahere, non vos solum, sed & terram simul ac mare adducta in sublime tollam: & cetera, quæcumque ipsemet audivisti. Ego autem, si singulos

ΑΡ.

ΗΚουσας, ὦ Ἑρμῆ, οἷα ἠπείλησεν ἡμῖν ὁ Ζεὺς, ὡς ὑπεροπλικὰ καὶ ἀπίθανα; ἢν ἐθελήσω, φησὶν, ἐγὼ μὲν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ σειρὰν καθήσω, ὑμεῖς δ' ἢν ἀπερεμαθέντες καλασπᾶν [o] βιάζησθέ με, μάτην πονήσετε· οὐ γὰρ δὴ καθελκύσετε. εἰ δὲ ἐγὼ θελήσαιμι ἀνελκύσαι, οὐ μόνον ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ τὴν γῆν ἅμα, καὶ τὴν θάλασσαν συναρτήσας μετεωριῶ. καὶ τἆλλα ὅσα καὶ σὺ ἀκήκοας. ἐγὼ δὲ, ὅτι μὲν καθ' ἓν ἀπάν-

k Ἄξεις] ἕξεις O. *l* Πόθον] Πειθὼ *AIW*. *m* Πρὸς] ἔτι πρὸς O. *n* Δίδωμι τὸ μῆλον] δίδωμι σοι τὸ μ. *J. V2*. Quod sequitur ἐπὶ τούτοις λαμβ. deest in O. *o* Βιάζησθε] Ita *J.* & *V2*. Reliquae βιάζεσθε minus recte.

ptime respondet ἑορτάζειν τὰ ἐπινίκια· *Hartungus* Dec. I. c. VIII. §. 37. nihil aliud adfert, quam *Scholiastae Theocriti* locum ad Eid. II, 66. ubi docetur virgines vel nubiles vel potius nupturas τῇ Ἀρτέμιδι καινηφορεῖν ἐπὶ ἀφοσιώσει τῆς παρθενίας, ἵνα μὴ νεμεσηθῶσιν ὑπ' αὐτῆς. Hoc quid valeat ad καινηφόρον firmandam, non video. Etsi pompam nuptialem καινηφόρον, vel etiam plures, quod sane fieri potuit, καινηφόροι prosequerentur, cur hoc sibi munus praecipuum Venus deposcere voluisset, quae tandem ratio commoda proferetur? At multum ad ejus honorem referebat, si hisce nuptiis, quas ipsa Paridi se conciliaturam esse promittit, victis formae rivalibus, interesset νικηφόρος. Gr. Cod. lectionem ita possis refingere: πρ. δ' κ. νικηφόρον, οἶμαι, ὑμῖν παρεῖναι *T.H.*

76. Νικηφόρον] In Mf. scribitur πρέπει δὲ καὶμὲ καινηφόρον εἶναι ὑμῖν παρεῖναι· sed vulgatam non damno. *J.G.G.*

79. Τουτουί] Mf. Ox. pro τούτου. *M.du S.*

81. Βούλει ἔν σοι] Mf. Ox. habet τί σοι. *J.* ἔν. Desunt in *Fl. H.* & *Wech.* Ego hanc inde concinnavi scripturam. *M.du S.*

81. Ἐπομόσομαι] Conspirant Edd. cunctae: nihilominus legendum ἐπομόσωμαι propter ἵνα, quod intelligitur: πάνυ γὰρ ἀμαθὲς ἐπὶ τῷ μέλλοντι ἵνα, ἢ ἐὰν, ἢ ἂν, ἢ ὅταν τιθέναι, monente *Thoma Magistro*. Dial. M. X. §. 8. βούλει μικρὸν ἀφέλωμαι ϕ τῆς ὀφρύων. *Aristoph.* Ran. v. 420. Equit. v. 52. Βούλει ὦδε θῶ σοι δόρπον; Idem in Timone vitium correximus §. 37. n. 18. *T.H.*

84. Ἐπ' αὐτὴν] Hoc a *Luciano* profectum esse non credo: an ἐπακτήν; ut *Long.* III. p. 81. γυναῖκιον ἐπακτὸν ἐξ ἄσεως· imo potius ἔτι αὐτήν. *T.H.*

88. Πόθον] Hunc Deum haud temere alibi reperias. Consule *Eust.* Od. Λ. *M.du S.*

93. Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ σειρὰν κ.] Haec mutuatur ex *Homero* Il. Θ, 17. & sequ. *J.C.*

99. Συναρτήσας] Mallem fere συναρπάσας· nisi expresserit illum *Homeri* versum Il. Θ, 25. Σειρὴν μέν κεν ἔπειτα περὶ ῥίον Οὐλύμποιο Δησαίμην· nam συναρτᾶν est συνάπτειν, ut veteres exponunt. *T.H.*

ἁπάντων ἀμείνων καὶ ἰσχυρότερός ἐστιν, οὐκ ἂν ἠρνηθείην· ὁμοῦ δὲ τῶν τοσούτων ὑπερφέρειν ὡς μὴ [a] καλαβαρήσειν αὐτὸν, κἂν τὴν γῆν κἂν τὴν θάλασσαν προσλάβωμεν, οὐκ ἂν πεισθείην.

compares, omnibus fortiorem esse & validiorem, inficias non iverim: sed una junctis tot Diis superiorem esse, ut pondere nostro ne deducere quidem eum valeamus, etsi terram & pontum adsumserimus, haud sane mihi persuaserim.

ΕΡ. Εὐφήμει, ὦ Ἄρες. οὐ γὰρ ἀσφαλὲς λέγειν τὰ τοιαῦτα, μὴ καί τι κακὸν ἀπολαύσωμεν ἐκ φλυαρίας. ΑΡ. οἴει γάρ με πρὸς πάντας ἂν ταῦτα εἰπεῖν, οὐχὶ δὲ πρὸς μόνον σέ, ὃν ἐχεμυθεῖν ἠπιστάμην; ὁ γοῦν μάλιστα γελοῖον. ἔδοξέ μοι ἀκοῦσαι μεταξὺ ἐκ ἀπειλῆς, οὐκ ἂν δυναίμην σιωπῆσαι πρὸς σέ. μέμνημαι γοῦν οὐ πρὸ πολλοῦ, ὁπότε ὁ Ποσειδῶν, καὶ ἡ Ἥρα, καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἐπαναστάντες, [b] ἐπεβούλευσαν ξυνδῆσαι αὐτὸν λαβόντες, ὡς παντοῖον ἦν δεδιὼς, καὶ ταῦτα τρεῖς ὄντας· καὶ εἰ μή γε ἡ Θέτις κατελεήσασα ἐκάλεσεν αὐτῷ σύμμαχον Βριάρεων ἑκατόγχειρα ὄντα, κἂν ἐδέδετο αὐτῷ κεραυνῷ, καὶ βροντῇ. ταῦτα λογιζομένῳ ἐπῆλθέ μοι γελᾶν ὑπὸ τῆς καλλιρημοσύνης αὐτοῦ. ΕΡ. σιώπα· εὐφήμει. οὐ γὰρ ἀσφαλὲς οὔτε σοὶ λέγειν, οὔτε ἐμοὶ ἀκούειν τὰ τοιαῦτα.

2. MERC. Bona verba, Mars: non enim tutum eloqui talia, ne quid etiam mali redundet ad nos ab ista garrulitate. MARS. Num tu putas ad omnes me promiscue hæc dicturum, non tibi soli, quem linguæ temperare posse noveram? Quod igitur ridiculum maxime visum fuit mihi audienti inter illas minas, non possim reticere ad te: memini equidem non ita diu, quando Neptunus, & Juno, & Minerva seditione mota structisque insidiis voluerunt eum vincire comprehensum, quam varios in colores fuerit mutatus præ metu, idque trium tantummodo: quod ni Thetis miserata vocasset ipsi auxiliatorem Briareum centimanum, vinculis constrictus foret cum ipso fulmine ac tonitru. Ista mecum perpendens teneri non poteram, quin riderem magniloquentiam ejus. MERC. Tace: fave linguæ: nam tutum haud est nec tibi loqui, nec mihi audire talia.

XXII. PAN.

a Καλαβαρήσειν] καλαπονήσειν *J.* b Ἐπεβούλευσαν.] ἐπεβούλευον *J.*

5. Κἂν τὴν θ.] Pone tantum καὶ. diversus est usus, quando iterantur hae particulae, neque huc congruit. *T.H.*

7. Εὐφήμει] *Apul.* Milesi. I. *Parce, inquit, in feminam divinam, ne quam tibi lingua intemperante noxam contrahas:* ibi *Pricaeus* p. 25. & hoc ipsum & plura similia notavit. *T.H.*

15. Ὁ Ποσειδῶν &c.] Narrat Neptunum, Junonem & Minervam conspirasse in Jovem, eumque constituisse in vincula conjicere, utque metu hujus coitionis Jupiter perculsus in varias se formas verterit. Respicit ad *Homeri* locum, in Iliad. A. v. 398.

Ὁππότε μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι,
Ἥρή τ' ἠδὲ Ποσειδάων, καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.

Cum ipsum vincire dii alii voluerunt
Juno & Neptunus & Minerva. *J.G.G.*

16. Ἐπεβούλευσαν] Ed. *J.* pro ἐπεβούλευσαν quod in reliquis est. *M. du S.*

Ἐπεβούλευσαν ξυνδῆσαι] Opinabar olim supplendum ξυνδῆσαι αὐτὸν βουλόμενοι frustra: verbi ἐπιβουλεύειν haec structura satis est familiaris. *Aristoph.* Plut. v. 1112 — ταῦτ' ἐπιβουλεύει ποιεῖν Ἡμᾶς — *Demosth.* in Lacr. p. 952. D. ἐπεβούλευον μηδὲν ὑγιὲς ποιεῖν. *Aristoteles* apud *Schol. Theocr.* ad Eid. XV, 64. Τὸ Δία μυθολογεῖ ἐπιβουλεύειν τῇ Ἥρᾳ μιγῆναι· perperam editur μιγῆναι. Plura suppeditabit *H. Stephanus.* *T.H.*

44. Δακὼν τὸ δάκτυλον] Hoc est, *quid unguem mordes?* Multi solent unguem admordere, cum quidpiam animo quaerunt, quod non possunt illico invenire. *Horatius* de poëta versus non facile faciente I. Sat. 10. — *in versu faciendo Saepe caput scaberet, vivos & roderet ungues.* *J.C.*

45. Τὴν Ἰκ. λ. Πηνελόπῃ] Hujus mulieris filium etiam *Hyginus* facit CCXXIV. Cujus Icarii filia fuerit non reperio. Spartana erat. *M. du S.*

Τὴν Ἰκαρίου λέγω Π.] Hinc poëtis Ἰκαριώτης. *Propertio Icariotis, Quaeque terunt fastus, Icarioti, tuos,* III El. 11. *Icarum* dicas, *Icarium* an *Icarionem*, nihil est horum, quod veterum auctoritate destituatur: maxime tamen *Homero* duce vulgatum *Icarius.* Generis origo nobilissima, quaeque vel ab AEolo, vel altius

XXII.

PANIS ET MERCURII.

ΠΑΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

P. A N.

r. SAlve, pater Mercuri. MERC. Imo & tu quoque: ſed quomodo ſim ego tuus pater? PAN. Non tu Cyllenius es Mercurius? MERC. Ita ſane: at quo pacto filius meus es? PAN. Per adulterium ſum ex amore tibi natus. MERC. Profecto hirco prius aliquo adulterante capram: meus enim qui fieri poteſt ut ſis cum cornibus, & naſo tali, & barba hirſuta, cruribusque bifidis ac hircinis, & cauda ſuper nates. PAN. Quicquid in me ridiculi dixeris, tuum ipſius filium, o pater, probris ac dedecore afficis: quin potius temet ipſum, qui tales gignis & procreas; ego vero culpa vaco. MERC. At quam tu tandem dicis matrem tuam? numquid imprudens in capra ſtuprum commiſi? PAN. Non capram quidem ſtuprasti; ſed fac, ut in memoriam redeas, ſi forte in Arcadia puellæ ingenuæ vim intuliſti: quid commorſo digito quæris, multumque hæſitas? Icarii filiam inquam, Penelopen.

Π A N.

ΧΑῖρε, ὦ πάτερ Ἑρμῆ. ΕΡΜ. νὴ καὶ σύ γε. ἀλλὰ πῶς ἐγὼ σὸς πατήρ; ΠΑΝ. οὐχ ὁ Κυλλήνιος Ἑρμῆς ὢν τυγχάνεις; ΕΡΜ. καὶ μάλα. πῶς οὖν υἱὸς ἐμὸς εἶ; ΠΑΝ. μοιχίδιός εἰμι, [c] ἐξ ἔρωτός σοι γενόμενος. ΕΡΜ. νὴ Δία, τράγου ἴσως τινὸς μοιχεύσαντος αἶγα. ἐμὸς γὰρ πῶς, κέρατα ἔχων, καὶ ῥῖνα τοιαύτην, καὶ πώγωνα λάσιον, καὶ σκέλη δίχηλα, καὶ τραγικά, καὶ ὑπὲρ τὰς πυγὰς; ΠΑΝ. [d] ὅσα ἂν ὑποσκώψῃς εἰς ἐμέ, τὸ σεαυτοῦ υἱόν, ὦ πάτερ, ἐπονείδιστον [e] ἀποφαίνῃ· μᾶλλον δὲ σεαυτόν, ὃς τοιαῦτα γεννᾷς, καὶ παιδοποιεῖς· ἐγὼ δὲ ἀναίτιος. ΕΡΜ. τίνα δὲ καὶ φῂς σε μητέρα; [f] ἦπου ἔλαθον αἶγα μοιχεύσας ἔγωγε; ΠΑΝ. οὐκ αἶγα ἐμοίχευσας, ἀλλ' ἀνάμνησον σεαυτόν, εἴποτε ἐν Ἀρκαδίᾳ παῖδα ἐλευθέραν ἐβίασω. τί δακὼν τὸ δάκτυλον ζητεῖς, καὶ ὅλως πολὺ διαπορεῖς; τὴν Ἰκαρίου λέγω Πηνελόπην.

EPM.

e Ἐξ ἔρωτος] ἐξαίφνης *J.* notaturque in margine *AIW.* d Ὅσα] ὁπόσα P. *J. V2. AIW.* e Ἀποφαίνῃ] ἀποφαίνεις P. *J. V2. AIW.* f Ἦπου] μήπου C.

tius ab Atlante, aut, ſi mavis, ipſo Jove repeti poteſt. Prius exponit *Apollodor.* I. p. 27. inter AEoli & Enaretes filios Perierem recenſens. Ex iſto Periere, qui Meſſenem obtinuit, & Gorgophona Perſei filia natus eſt Icarius cum fratribus Aphareo, Leucippo & Tyndareo p. 43. notat ibi, multos non AEoli facere filium Perierem, ſed Cynortae; διόπερ, inquit, τὰ περὶ τὸν Περίηρους ἐκγόνων ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ γένει δηλώσομεν. Praeſtitit fidem lib. III. p. 211. totamque gentis ſeriem ab Atlante, vel Taygete Atlantis filia & Jove deduxit. Verum ab iis, quae p. 215. ſcribuntur, Εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες Ἀφαρέα μὲν καὶ Λεύκιππον ἐκ Περιήρους γενέσθαι τοῦ Αἰόλου. Κωόρτου δὲ Περιήρη τόνδε, Οἰβάλου· Οἰβάλου δὲ καὶ Νηΐδος νύμφης Βατείας Τυνδάρεων, Ἱπποκόωντα, Ἰκαρίωνα, quanquam neminem illa ſuſpicio tetigerit, ne *Meurſium* quidem in Regn. Laconn. c. III. ab iis, inquam, recidenda ſunt, niſi plane fallor, Περιήρην, τόνδε inſeruit aliquis, quem diligentia parum felix decepit, ex praecedentibus, ubi ſane Κωόρτου δὲ Περιήρης· ſed meminiſſe debuerat, diverſam aliorum in hoc loco commemorari ſententiam, qui Aphareum & Leucippum Periere natos eſſe AEoli filio referebant: his certe auctoribus Cynortae non Perieres, ſed OEbalus fuit filius; itaque *Pauſan.* III. p. 203. 204. neque mirum; quippe qui ſimul tradant, eandem utrosque Gorgophonen habuiſſe uxorem, teſte *Pauſan.* IV. p. 283. unde jam planius intelligitur, quod ait p. 204. εἶναί τε Ἀφάρεα τὸν Περιήρους ἀδελφὸν Τυνδάρεῳ πρὸς μητρός. Hac de re ſcriptorumque diſſidio componendo quae poterant obſervari multo plura, lubens praetermitto. Icarius ergo ſeu Perieris ſive OEbali filius in matrimonio habuit vel nominibus diverſis unam, vel plures uxores: Dorodochen Orſilochi, aut, ex Pherecyde, Aſterodiam

ΕΡΜ. εἶτα τί παθοῦσα ἐκείνη ἀντ' ἐμοῦ τράγῳ σε ὅμοιον ἔτεκεν;

ΠΑΝ. Αὐτῆς ἐκείνης λόγον σοι ἐρῶ· ὅτε γάρ με ἐξέπεμπεν ὅπι τ' Ἀρκαδίαν, ὦ παῖ, μήτηρ μέν σε, ἔφη, ἐγώ εἰμι, Πηνελόπη ἡ Σπαρτιάτις· τὸν πατέρα δὲ γίνωσκε θεὸν ἔχων Ἑρμῆν τὸν Μαίας καὶ Διός. εἰ δὲ κερασφόρος καὶ τραγοσκελὴς εἶ, μὴ λυπείτω σε· ὁπότε γάρ μοι [a] σιωπῶν ὁ πατὴρ ὁ σὸς, τράγῳ ἑαυτὸν ἀπείκασεν, ὡς λάθοι· καὶ ἀφ' τοῦτο ὅμοιόν σε ἀπέδης τῷ τράγῳ. ΕΡΜ. νὴ Δία, μέμνημαι ποιήσας τι τοιοῦτον. ἐγὼ οὖν ὁ ἐπὶ

MERC. Et quid tandem est rei, quod, quum illa mihi deberet, hirco te similem peperit?

2. PAN. Ea ipsa quæ dixit, enarrabo tibi. Quando me ablegabat in Arcadiam, Fili, mater quidem tua, inquit, ego sum Penelope Spartana: at patrem scito deum habere te Mercurium Majæ & Jovis filium: quod autem cornutus, hircinisque pedibus es, id tibi ne dolori sit: quando enim mecum congrediebatur pater tuus, hircum se adsimulavit, ut lateret: ea est causa, cur similis evaseris hirco. MERC. Sane commemini feciisse me tale quiddam. Ergo ego, cui for-

[a] Συιῶν] συείη F.

Eurypyli filiam ipsi jungit *Schol. Homer.* ad Od. O, 16. Periboeam, νύμφῃ Νηΐδι (nihil erat ista aetate nymipharum connubiis familiarius) *Apollodorus*, ex ea natos enumerans quinque masculos, unam feminei texus Penelopen: fororem ejus Iphthimen, Eumelo nuptam colligunt ex Od. Δ, 797. nescio quam recte; mihi quidem ratio constat, cur olim in *Homero* scriptum fuisse statuam; Εἴδωλον ποίησε, Μεδησι[κ]άστην νυκτὶ γυναικὶ Ἰφθίμῃ, κούρῃ μεγαλήτορος Ἰκαρίοιο. Ulysses vero, qui inter Helenae procos nomen fuerat professus, Tyndareo mirum in modum fluctuanti pollicetur, si nuptias Penelopes sibi conciliet, tale se consilium adlaturum, quod metum ejus omnem ac dubitationem expediat: rem totam persequitur *Apollodor.* III. p. 217. T. H.

54. Τράγῳ ἑαυτὸν ἀπείκασεν] Ita *Philargyr.* ad *Virgil.* Ecl. II, 32. *Hic autem natus est Mercurio in arietem converso, & Penelope uxore Ulyssis, Schol. Theocr.* ad Eid. VII, 109. & *Serv.* ad AEn. II, 44. Sed quia non immerito paulo quis acutior miretur, quomodo pulcerrima eademque castissima Penelope adduci potuerit, ut hirco se subimitteret, admodum solerter tantae difficultati vel *Nonnus* vel *Maximus* mederi conatus est in Συναγ. Ις. ad *Gregorii Nazianz.* Stel. I. p. 141. καὶ ἐκπλήσας αὐτὴν μαγείᾳ εἰς ἔρωτα αὐτοῦ ἐκίνησε, καὶ ἀχρειωθὴ ὑπὸ τῷ τράγου· nonnihil sane Penelopes honori consultum vides, quae culpam praestare non tenetur, quam fascinata magicis artibus ac mentis non compos admisit. Pater Mercurius, ne nescias, tertius est, tertio quoque Jove natus & Maja, ut monet *Cicer.* de N. D. III. §. 56. filius Pan, quem hic Lucianus inducit, omnium Panum ultimus: nam venerandae vetustatis multo plures extiterunt, aliisque orti parentibus: vide modo *Schol. Theocr.* ad Eid. I, 3. 125. Scriptorem Arg. I. ad Pythion. *Pindari*, quorum alter ad alterum emendandum juvat, *Apollodor.* I. p. 13. *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 772 Noster hicce cum Herculc Alcmenes filio Deorum apud Graecos agmen clausserunt, quod credere licet adfirmanti *Herodoto* II, 145. quum contra AEgyptiorum antiquissimus esset Pan, καὶ τὰ ὄκτω τῶν πρώτων λεγομένων θεῶν· & *Herodotus* quidem, qui studio vetustatis barbaris adversus Graecos saepe favisse deprehenditur, quanti Deorum huncce novissimum fecerit, haud obscure declarat c. 146. καὶ Πανός γε περὶ οὐκ ἔχουσι εἰκαίῃ (οἱ Ἕλληνες) ὅτε ἐτράφθη γενόμενον· mirandum sane fabulam alias excogitandi quidvis foecundissimam hac in parte claudicare: Athenienses tamen, dummodo sit iste Pan idem, qui noster, quod dubitare nonnullos scio, quis esset quamque salutaris apud Marathonem adjutor haud ingrati didicerunt. At grande mortis ejus arcanum patuit demum sub Imperatore Tiberio: quum enim ex insula Paxis audita vox esset, magnum Panem obiisse, eaque res Romam relata cunctorum animos ipsiusque Tiberii advertisset, philologi, momento gravissimae quaestionis expenso, conjecturunt, hunc esse Mercurii & Penelopes filium; ut refert *Plutarch.* de Orac. Defect. p. 419. Nolo sagacissimis hominibus adversari, tametsi qua fortuna, quove consilio in Paxos, Arcadia relicta, devenerit moribundus Pan, ignorare me fatear; nisi quod desertis locis, atque insulis etiam cum valde delectatum fuisse ferant: vide *AEschyl.* Pers. v. 447. & Schol. Cur autem κερασφόρος fuerit & τραγοσκελὴς, commoda plane causa est, & probabilis, quam a matre acceptam Mercurio patri exponit: haec figura AEgyptio juxta & nostro Pani communis; utrumque enim γράφουσί τε δὴ & γλύφουσι αἰγοπρόσωπον & τραγοσκελέα, teste *Herodoto* II, 46. talemque carmine depinxit *Sil. Ital.* XIII, 326. Hinc Pan διθύραμβος Thespidi Tragicorum vetustissimo apud *Clem. Alex.* Strom. V. p. 370. D. at tu Thespidem observa quadraginta vel quinquaginta minimum annis pugnam Marathoniam praecessisse, post quam primum cognitus, & in civitatem familiamque Deorum numerosissimam ab Athenienses adscitus fuit Pan: vel Thespis igitur ritus in Arcadia solennes descripsit, vel

forma ſpiritus facit, adhuc imberbis ipſe, tuus pater dicar, & ludibrium debebo omnibus ob elegantiam prolis?

3. PAN. Atqui pudori nec probro ero tibi, pater: muſices enim peritus ſum, & fiſtula ludo valde argutum quiddam; Bacchusque nihil me ſine facere poteſt: imo ſodalem & thiaſi ſocium conſtituit me, duxque ipſi ſum chori. Quod ſi greges meos ſpectes, quotcumque circa Tegeam & per Parthenium habeo, multum lætabere. Nuper etiam auxilio Athenienſibus lato tam ſtrenue rem geſſi Ma-

κάλλει μέγα φρονῶν, ἔτι ἀγένειός αὐτὸς ὢν, σὸς πατὴρ κεκλήσομαι, καὶ γέλωτα ὀφλήσω [b] πᾶσι παῖδά σε ἐπὶ τῇ εὐπαιδίᾳ;

ΠΑΝ. Καὶ μὴν οὐ καταισχυνῶ σε, ὦ πάτερ· μουσικός τε γάρ εἰμι, καὶ συρίζω πάνυ καπυρόν· καὶ ὁ Διόνυσος οὐδὲν ἐμοῦ ἄνδρα ποιεῖν δύναται, ἀλλὰ ἑταῖρον καὶ θιασώτην πεποίηκέ με· καὶ ἡγεῖται αὐτῷ ὁ χορός. καὶ τὰ ποίμνια δὲ εἰ θεάσαιό μου, ὁπόσα περὶ Τέγεαν καὶ ἀνὰ τὸ Παρθένιον ἔχω, πάνυ ἡσθήσῃ. ἄρχω δὲ καὶ τῆς Ἀρκαδίας ἁπάσης. πρώην δὲ καὶ Ἀθηναίοις συμμαχήσας, ὅτως ἠρίστευσα ἐν Μα-

ρα-

[b] Παῖδα] περὶ Δι. Ηε.

vel fabulae ipſi tributae falſum nomen mentiebantur, quod voluit Vir Maximus. Κεροβάτου vocabulum ad caput Panis an ad pedes pertineat, quamque virtutem habeat propriam, valde diſſentiunt Grammatici, quos lege ad *Ariſtoph.* Ran. v. 232. ego *cornipedem* reddere non verear: excidit Etymologo, quem vix eſt, ut intelligas, niſi repoſueris p. 504. v. 2. Κεροβάτης, ὁ τὰ ἀκροτήρια τῶν ὀρέων βαίνων &c. κερώνυξ pari ratione *Dionyſio* Perieg. v. 995. ubi itidem neſcio quid *Scholiaſtes* & *Euſtathius* tricantur. *Plato* ſuperne glabellum fecit, qualis, inferiore ſaltem corporis parte obtecta, vel Penelopae placere potuiſſet, in Crat. p. 280. E. Πὰν αὐτόλος, δίφυὴς Ἑρμοῦ υἱός, τὰ μὲν ἄνωθεν λεῖος, τὰ δὲ κάτωθεν τραχὺς, καὶ τραγοειδής. Porro, ſi *Lucianum* audis, Ulyſſi nullam injuriam fecit Penelope, quippe in Arcadia virgo compreſſa, antequam nuberet: imo in Lyceo templum eſſe Panos, in quo natus adſeratur, ſcripſit *Lactant.* ad Stat. Theb. II, 206. ſecus *Herodotus* ſenſit: nam ſi Πανὶ τῷ ἐκ Πηνελόπης ἐλάσσων ἔτεα ἐγὶ τῶν Τρωϊκῶν, ut ait II, 145. eum oportet in lucem prodiiſſe finito bello Trojano, dum longinquis erroribus jactatus Ulyſſes domo aberat: in eadem illi opinione fuerunt verſati, quorum abſurdam interpretationem *Virgilii* Georg. I, 16. profert *Servius*, cujus adnotatio, ut intelligi poſſit, levi manu parumper adjuvari debet: *Nemus linquens patrium*] *Pindarus Pana ex Penelope Ulyſſis filium dicit:* (hoc, ne credas inauditum, commemorat etiam *Schol. Theocriti*) *unde multi patrium pro paternum accipiunt, eo quod Pan non Arcas ſit, ſed Ithaceſius; ut a patre, non a patria vox haec videatur detorta. Vel, quia in Arcadia genitus:* adde *Serv. Daniel.* ad AEn. II, 44. Jam praeterea ſi quis forte paulo ſeverior Luciano, quod hunc Penelopes filium Bacchi ſodalem ac conſortem faciat, minus obſervatae temporum rationis dicam ſcribat, excuſationem ſibi paratam habebit ex aliorum, quos ſane multos laudare poteſt, errore ſimili; re enim vera Bacchi in Indiam expeditio, cui Pan interfuit furentium copiarum dux, centenis aliquot annis hujus Panis nati aetatem antevertit. Sed in his ſcilicet fabuloſis intra veniam peccare cenſentur, qui, dum ordinem temporis ac limites refigunt, crimen illud ingenio & lepore compenſant. *T. H.*

62. Μουσικὸς γάρ εἰμι] Sic in Bacch. & Δικαιοσυν. Copioſe *Nonn.* Dionyſ. Interpret. *Theocriti*, & *Virgil.* *J. B.*

Ibid. Πάνυ καπυρόν] Λαμπρὸν, ἡδὺ, ut in Schol. *Theocr.* Idyll. 7. καπυρὸν σῶμα, λαμπρὸν, ἡδὺ, μεταφορικῶς. τὰ γὰρ ἐξοπτὰ τῶν ἐδεσμάτων ἡδύνει τὴν γεῦσιν. Tangit aliam interpretationem, & haec verba *Micyll.* interp. In quibusdam libris legitur λιγυρὸν· ſed καπυρὸν verbum ruſticum, ut in *Longi* ποιμεν. εὐφημῶς autem ἐκάλεσεν καπυρὸν τὸ τραχὺ καὶ τὸ ἄγροικον τοῦ συρίγματος, ὃ ἂν γένοιτο οἷον ἐκ κεραμέου σκεύους διατεθρυμμένου. *Ieſtarum ſonitus.* Qua de re viri Clariſſimi *Iſaac. Caſaub.* ad *Suet. Theod. Marcil.* ad *Perſ.* *J. B.*

Καπυρόν] *Dulce.* *F. G.*

Π. Καπυρόν] *Theocrit.* Idyll. VII. *Virgil.* Ecl. II. & IV. *M. du S.*

Πάνυ καπυρόν] Πάνυ καπυρὸν γελάσας *Longus* habet II. p. 34. ibi *Jungermannum* & *Mollium* hic *Luciani* locus non fugit: quod adfertur ex Epigrammate, *Noſſidis* eſt Anth. III. c. 6. Ep. 16. Καὶ καπυρὸν γελάσας ὑφαμείσεαι. Fluctuare Viros Eruditos in conſtituenda vocis poteſtate minime miror, quippe quam adſequi non licet, niſi primam ejus vim atque originem habeas exploratam: eo ne *Salmaſius* quidem pervenire videtur potuiſſe ad *AEl. Spartian.* p. 45. Nobis hic longioribus eſſe non libet. *T. H.*

68. Ἀθ. συμμ.] Quod ait *Gilb. Cognatus, Pana majore, quam humana ſtatura exercitui Graecorum praeiiſſe* (Vide *Homer. hymn. in Pana*) nusquam alibi reperio. Lapſus fortaſſe memoriae eſt; nam id dicitur de Pane in bello Giganteo. *E. L.*

Ἀθ. συμμ.] Vide *Pauſ.* Att. *M. du S.*

70. Ἀρι-

ραθῶνι, ὥς τε καὶ ἀριστεῖον [a] ἠρέθη μοι, τὸ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλαιον. ἢν γὰρ ἐς Ἀθήνας ἔλθῃς, εἴσῃ ὅσον ἐκεῖ ὄνομα.

orathone, ut virtutis præmium attributa sit mihi, quæ sub arce est, spelunca: si ergo Athenas veneris, intelliges quantum ibi Panis sit nomen.

ΕΡΜ. Εἰπὲ δέ μοι, γεγάμηκας, ὦ Πάν, ἤδη; τοῦτο γὰρ, οἶμαι, καλοῦσί σε. ΠΑΝ. ἠδαμῶς, ὦ πάτερ· ἐρωτικὸς γάρ εἰμι, καὶ οὐκ ἂν ἀγαπήσαιμι συνὼν μιᾷ. ΕΡΜ. [b] ταῖς αἰξὶ δηλαδὴ [c] ἐπιβαίνεις. ΠΑΝ. σὺ μὲν σκώπτεις· ἐγὼ δὲ τῇ τε Ἠχοῖ καὶ τῇ [d] Πίτυϊ σύνειμι, καὶ ἁπάσαις ταῖς τοῦ Διονύσου Μαινάσι, καὶ πάνυ σπουδάζομαι πρὸς αὐτῶν. ΕΡΜ. οἶδα ἔγωγε, τί χαρίσῃ, ὦ τέκνον, ταπρῶτα αἰτοῦντί μοι; ΠΑΝ. πρόστατε, ὦ πάτερ, [e] ἡμεῖς δὲ ἴδομεν ταῦτα. ΕΡΜ. καὶ προσιθί μοι, καὶ φιλοφρονοῦ· πατέρα δὲ ὅρα μὴ καλέσῃς με, ἀκουόντοσέ γε τινός.

4. MERC. At, quæso, dic mihi, duxistin' jam uxorem, o Pan? hoc enim, opinor, nomine te compellant. PAN. Neutiquam, Pater: sum enim lascivior aliquantulum; nec contentus sim una, quacum rem habeam. MERC. Capras videlicet inis. PAN. Tu quidem irrides: ego vero & Echo & Pityn ineo, & cunctas Bacchi Mænadas, ac valde color ab ipsis atque observor. MERC. Scin' igitur, quid mihi gratificabere, fili, jam primum petenti a te? PAN. Impera, pater: nos autem viderimus ista. MERC. Et accede ad me, & comitate blanda complectere: patrem vero vide ne appellaris me, audiente saltem aliquo.

XXIII. APOL-

a Ἠρίθη] ἠρέθη F. ἠρέθη A1. f. V2. b Ταῖς] ταῖς ἓν f. V2. c Ἐπιβαίνεις] ἐπιχειρεῖς A. P. f. Marg. A1W. d Πίτυϊ] Πυθοῖ A. P. L. f. e Ἡμεῖς] Hic praefigebatur in margine A1W. Ep. ea persona mox deleta: tum ἰδῶμεν. In P. εἰδ.

70. Ἀριστεῖον] Extat ea de re *Simonidis* epigramma quod statuæ illi inscriptum fuisse videtur:

Τὸν τραγόπουν ἐμὲ Πᾶνα, τὸ Ἀρκάδι, τὸ κατὰ Μήδων
Τὸν μετ' Ἀθηναίων στήσαλο Μιλτιάδης.

Pott. 306. f. & 390. f. V. & A. G. IV. 871. Innotuisse tum primum Athenienſibus docent *Clem. Alex.* p. 18. C. & *Noster* Δικ. c. 9. Μακραὶ dicebatur spelunca; vide omnino *Eurip.* Ἰω. p. 697. B. *M. du S.*

74. Τοῦτο] id est, Πᾶνα. *F. G.*

75. Ἐρωτικὸς γάρ εἰμι] Sic Pan dictus φιλοπαρθένος, *Achill. Tat.* lib. 8. & ἐρωτικὸς. *Long* lib. 2. *J. B.*

77. Ἐπιχειρεῖς] Ex A. P. & Ed. *J.* nisi quod in hac mendose legitur ἐπιχορεῖς. In reliquis est ἐπιβαίνεις. Vide Dial. seq. finem & *Epist. Div. ad Saturnium.* Echo cur fingatur Pana amasse, vide *Polyæn. Strat.* I. p. 10. Meminit & *Moschus* apud *Stob.* in Grot. *Flor.* 247. *M. du S.*

Ἐπιβαίνεις] Probissimam lectionem nullus equidem mutavero cum ἐπιχειρεῖς. De Pane non aliter jocatur Mercurius, quam si totus foret hircus. In hac re propria sunt βαίνειν & ἐπιβαίνειν *Poll.* V, 92. *Long.* III. p. 79. οἱ τριοὶ ἔβαινον ἄλλος ἄλλην, & ἐπαναβαίνειν Athen. XIII. p. 605. F. *Pausan.* V. p. 448. solet quidem *Aristoteles* ἐπιβαίνειν ἐπὶ τὴν ἵππον sed apud alios saepius invenias ἐπιβαίνειν τὴν ἵππον vel τῇ ἵππῳ utrumque in Hippiatricis: p. 57. ἐὰν κακογενὴς ὀχεῖον ἐπιβῇ *inscenderit* Rei Veterinariae Scriptores. Hinc βάτης & ἀναβάτης idem qui ὀχυτής· nam ἐπιβάτης vix usitatum credo. *T. H.*

78. Τῇ τε Ἠχοῖ καὶ τῇ Πίτυϊ] Hinc Pan ὀρεσκεύλου πόσις Ἀχῆς Anthol. IV. p. 476. a *Theaetero* dictus; ubi *Brodaeus* hujus loci meminit, & praecedentium. Pinus amatae & in arborem versae fabula nihil est notius. Quod praeter Ed. *J.* nonnulli Codd. pro Πίτυϊ praebent Πυθοῖ, id quidem quale sit, non percipio: recte jamdudum monuit *Jungermann.* ad *Long.* p. 215. hunc *Luciani* locum proferens: *ubi male quidam cusis* Πυθοῖ. Eundem vide p. 207. At si unius literae mutatione vitiosam scripturam expoliveris Πειθοῖ, praeferenda videri potest receptae, atque ab ipso *Luciano* profecta: Pitho sane in comitatu Magnae Deae, cujus μεγάλας θεᾶς κύνα παλιοδιπτὸν Panem vocavit *Pindarus* apud *Aristotel.* Rhet. II. p. 111. ideoque junguntur in re sacra faciunda; *Demosth* Πρ. Δημ. LXIII. ἐθυσάμην δὲ καὶ τῇ Πειθοῖ καὶ τῇ Μητρὶ τῶν Θεῶν καὶ τοῖς Ἀπόλλωνι. *Hermesianacti* Gratiarum una Pitho, teste *Pausania* IX. p. 781. Pan vero σεμνῶν Χαρίτων μείλημα τέρπνον, quod ex *Pindaro* profert *Scholiastes* ejus ad Π. Γ, 139. Imo, ne de nuptiis hisce vel minimum dubitetur, Iynx Panis & Pithûs filia: *Schol. Lycophr.* ad v. 309. Ἡ Ἰυγξ γυνὴ ἦν πρότερον, θυγάτηρ Πειθοῦς καὶ Ἠχοῦς καὶ Πανός· plures adnotavit testes *Kusterus* ad *Suid.* in Ἰυγξ. Echo, quae sibi jus matris itidem vindicet, nihil hic moramur. Jam suspicari non absurdum est, librarios solenni facinore Πειθοῖ ignotius immutasse in Πίτυϊ. Quae paulo post leguntur, ἡμεῖς δὲ ἴδωμεν ταῦ-

τα,

XXIII.

APOLLINIS ET BACCHI. ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΔΙΟΝΥΣΟΥ.

A. POL.

1. QUid autem dicamus? eademne matre natos, Bacche, fratres esse Cupidinem, Hermaphroditum & Priapum, dissimiles plane forma, & vitæ institutó? etenim hic quidem undiquaque pulcer arcum tractat, & potentia non mediocri circumdatus omnibus imperat: iste muliebris, semivir, & ambigua facie; haud plane dignoscas, ephebus sit an virgo: ille vero etiam ultra decorum virilis, Priapus inquam. BAC. Nihil est, quod mireris, Apollo: neque enim Venus hujus discriminis causa, sed patres inter se dispares: ubi

ΑΠΟΛ.

ΤΙ ἂν; λέγοιμεν ὁμομήτριος, ὦ Διόνυσε, ἀδελφοὺς εἶναι Ἔρωτα, καὶ Ἑρμαφρόδιτον, καὶ Πρίαπον, ἀνομοίους ὄντας τὰς μορφὰς, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα; ὁ μὲν γὰρ κάγκαλος, καὶ τοξότης, καὶ δύναμιν ἐκ μικρὰν πεπιεσμένος, ἁπάντων ἄρχων· ὁ δὲ θῆλυς, καὶ ἡμιάνδρος, καὶ ἀμφίβολος τὴν ὄψιν. οὐκ ἂν [f] ἀκριβῶς εἴπῃ ἔφηβός ἐστιν, εἴτε καὶ παρθένος· ὁ δὲ καὶ πέρα τοῦ εὐπρεποῦς ἀνδρικὸς ὁ Πρίαπος. ΔΙΟ. μηδὲν θαυμάσῃς, ὦ Ἀπολλον· ἐκ γὰρ ἡ Ἀφροδίτη αἰτία τούτου, ἀλλὰ οἱ πατέρες ἀφ' ὧν γεγενημένοι· ὅπου γε καὶ

[f] Διακριβῶς] Ἀκριτως C. Atticorum more: Ἀκριτως F.

89. Καὶ Πρίαπον] Ὁ Πρίαπος ὑπερμιγεὶς εἶχεν αἰδοῖον ὑπὲρ ἡμιόλιον τοῦ λοιποῦ σώματος ὄν. Τινὲς φασὶ τὸν Πρίαπον εἶναι * τοῦ Διόνυσου, ἐπιβελικῶς αὐτοῦ τούτου δηθεν Πρίαπου καλουμένου. Ἄλλοι μὲν Διονύσου μὲν υἱὸν, † μητρὸς δὲ τῆς Ἀφροδίτης ἢ Διώνης. Μνασέας δὲ ὁ Παταρεὺς ἑρμαφρόδιτον τὸν Πρίαπον λέγει. Ἄλλοι δὲ Ἀφροδίτης υἱὸν, ἣν ἔρριψεν αὐτὸν εἰς ‡ λειμῶνας ἐπὶ τῇ ἀμορφίᾳ τοῦ μηδέπω αἰδοῦς ἐχομένη. εἶχε γάρ, φασὶ, γλῶσσαν μεγάλην, καὶ γαστέρα ἐς αἰδοῖον. λεχθῆναι δὲ ἐπὶ αὐτῷ, ὅτι σημαίνει τὸ ἄγαλμα αὐτοῦ, ὡς ὁ κρατῶν γλώσσης καὶ γαστρὸς ἐς μίξεως ἄμεμπτον ἕξει τὸν βίον. *V.*

Τὸ δὲ αἰδοῖον αὐτοῦ ὑπὲρ ἡμιόλιον τοῦ λοιποῦ σώματος γενέσθαι φασί. C. M.

* Τὸν Διόνυσον] τῷ Διονύσῳ. *V.* *M. du S.*
Male mutarunt in Ed. *A.* supplendum fuerat ex Scholio ad Jov. Trag. §. 6. τὸν αὐτὸν τῷ Διονύσῳ. *T. H.*

† Μητρὸς ἢ Ἀφρ. ἢ Διώνης] Διώνης correxerat etiam *Matth. Sladus*: ἢ pro ἢ *M. du Soul.* Ego secutus sum lectionem Scholii ad Jov. Trag. Ceterum de Dione verumne sit, dubitari potest: *Schol. Theocr.* ad Eid. I, 21. Τὸν Πρίηπον νύμφης Ναΐδος ἢ Χιόνης καὶ Διονύσου φασὶν υἱὸν. Quid si rectius in hoc nostro Scholio pro Διώνης legatur Χιόνης; Corruptus sine dubio *Strabo* XIII. p. 879. A. ἴσως τῷ λέγεσθαι Διονύσου καὶ Νύμφης τῶν Θεῶν, ὁρμησάντων ἐπὶ τὸ τιμᾶν αὐτὸν τῶν ἀνθρώπων· illa τῶν Θεῶν, quantumcunque interpretando mollire conetur *G. Cuper.* ad Marm. Ant. p. 300. orationem vitiant: nescio an melius sit futurum restituto Νύμφης τῆς Χιόνης· scabritiem verborum certe sustuleris. Venere tamen ortum esse Priapum plures ferunt; ipsique Lampsaceni, tanti numinis cultores praecipui, persuasissimum habebant teste *Pausan.* IX. p. 771. *T. H.*

‡ Λειμῶνας] Λιμένας prima manus: mox factum λειμένας, & hinc λειμῶνας, quod in *V.* est. *J. G.*
Sed vide Schol. ad Δ. Τρ. ubi recte λειμῶνας. *M. du S.*

ται, mihi sane non placent, neque adeo videntur integra. *T. H.*

79. Πίτυϊ] *Suid.* in Pitys: *Nonn.* Dionys. lib. 2. *Propert.* lib. 1. Male in quibusdam Πυτοῖ. In Anglic. Πυθοῖ. *J. B.*

Πίτυϊ] Pityn ajunt puellam fuisse a Pane simul & Borea adamatam, quæ quoniam Pani magis favebat, a Borea illisa in scopulum mortem obibat: at ne tota periret Tellus ex eo quod reliquum erat arborem produxit, quam Latini appellant *pinum*, cujus ramos coronatus pastorum Deus gestare amat. *E. L.*

Πυθοῖ] Angl. P. L. & Ed. *J.* Reliqui Πίτυϊ. *M. du S.*

87. Τί ἂν λέγοιμεν ὁμ.] Non aptissime cohaerent: distinctione separanda censeo, τί ἂν λέγοιμεν; ὁμομητρίους ἀδελφοὺς εἶναι. Alioqui non absurde scribi poterat, Τίς ἂν λέγοι ὁμομ. &c. De his fratribus dissimillimis vide *P. Burmann.* ad *Ovid.* Metam. IV, 288. ubi *Luciani* meminit: de Hermaphrodito *Diodor. Sic.* IV. p. 150. B. *T. H.*

95. Πέρα τοῦ εὐπρεποῦς] Διὰ τὸ ὑπερμιγεῖσθαι τοῦ αἰδοίου. Dixi alibi: vocant ἀκροπόθια· de qua dictione alibi. *J. B.*

καὶ ὁμοπάτριοι πολλάκις ἐκ μιᾶς γαστρὸς, ὁ μὲν ἄρσην, ἡ δὲ θήλεια, ὥσπερ ὑμεῖς, γίνονται. ΑΠ. ναί· ἀλλ' ἡμεῖς ὅμοιοί ἐσμεν, καὶ τὰ αὐτὰ διπτηδεύομεν· τοξόται γὰρ ἄμφω. ΔΙΟ. μέχρι μὲν τόξου τὰ αὐτὰ, ὦ Ἄπολλον· ἐκεῖνα δὲ οὐχ ὅμοια, ὅτι ἡ μὲν Ἄρτεμις Ξενοκλονεῖ ἐν Σκύθαις· σὺ δὲ μανίαν, καὶ ἰᾷ τοὺς κάμνοντας. ΑΠ. οἴει γὰρ τὴν ἀδελφὴν χαίρειν τοῖς Σκύθαις, ἥγε καὶ παρεσκευάσθαι, ἤν τις Ἕλλην ἀφίκηται ποτὲ ἐς τὴν Ταυρικὴν, συνεκπλεῦσαι μετ' αὐτῆς, μυσαττομένη τὰς σφαγάς; ΔΙΟ. εὖγε ἐκείνη ποιοῦσα.

Ὁ μὲν γάρ τοι Πριάπῳ, γελοῖον γάρ τι σοι διηγήσομαι, πρώην ἐν Λαμψάκῳ γενόμενος, ἐγὼ μὲν παρῄειν τὴν πόλιν, ὁ δὲ ὑποδεξάμενός με, καὶ ξενίσας παρ' αὐτῷ, ἐπειδὴ ἀνεπαυσάμεθα ἐν τῷ συμποσίῳ ἱκανῶς ὑποβεβρεγμένοι, κατ' αὐτὰς πως [b] μέσας νύκτας ἐπαναστὰς ὁ γενναῖος· αἰδοῦμαι δὲ λέγειν. ΑΠ. ἐπείρα σέ; ΔΙΟ. τοιοῦτόν γε. ΑΠ. σὺ δὲ τί πρὸς ταῦτα; ΔΙΟ. τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἐγέλασα; ΑΠ. εὖγε, τὸ μὴ χαλεπῶς, μηδὲ ἀγρίως· συγγνωστὸς γὰρ, εἰ καλόν σε ὕτως ὄντα ἐπείρα. ΔΙΟ. τοῦτο μὲν ἦν ἕνεκα καὶ ὅπι σὲ ἂν, ὦ Ἄπολλον, ἀγάγοι τὴν

sane eodem geniti patre sæpius ex uno utero hic masculus, illa femina, quemadmodum vos, nascuntur. A P. Profecto: sed nos tamen similes, & eadem studia tractamus, quippe ambo arcus usu periti. B A C. Usque ad arcum, eadem utique, Apollo: sed ista jam dissident, quod Diana hospites mactet apud Scythas: tu autem vaticineris, & sanes ægrotos. A P. Putanne sororem delectari Scythis, quæ ita se jam compararit, ut, si quis Græcus pervenerit aliquando in Tauricam, abitura sit simul cum eo navi, aversata cædes. B A C. Jure quidem illa merito.

2. Verum ad Priapum ut redeam, ridiculum enim quiddam tibi narrabo, qui nuper Lampsaci fuerim: igitur præteribam urbem; hic autem quum hospitio me excepisset, postquam requievimus, in convivio satis vino rigati, tum nocte admodum media insurgens bonus ille: sed pudor vetat dicere. A P. Tentabat te. B A C. Rem tenes. A P. Tu autem quid ad hæc? B A C. Quid aliud quam risi. A P. Laudo, quod nihil iracunde tu, nec ferociter: nam venia dignus est, si te tam pulcrum tentavit. B A C. Istius quidem rei causa vel tui tentandi, Apollo, faciat peri-

a Ξενοκλονεῖ] Ita recte V2. S. A. In F. A. J. P. fuit ξενοκλενεῖ. b Μέσας νύκτας] μέσας τὰς νύκτας. J. V2.

8. Ἥν τις Ἑ. .] Oresti fabulam tangit, cum quo ausugit *Eur.* *M. du S.*

17. Ὑποβεβρεγμένοι] Sic in Gall. βαθείας ἤδη ἐσπέρας ὑποβεβρεγμένοι. *Heliod.* lib. 1. & 2. *Casaubon.* ad *Athen. Herald.* ad *Mart.* *J. B.*

Ὑποβεβρεγμένοι] Inter cognatae significationis verba primo loco ponit *Poll.* VI, 25. ὑποβεβρέχθαι, λελουμένοις πεπωκέναι, σεσωσμένοις μέθη, μεθύειν. *Long.* II. p. 60. γέροντες ὑποβεβρεγμένοι ibi plura *Jungermann.* p. 213. *Luciani*, in quo sæpius occurrit, bene memor: *Mollius* inverecunde, quem plane descripsit *Des. Heraldum* ad *Martial.* I. Ep. 71. nec satis intellectum, ne nominare quidem fuit dignatus. *Heliodoro* λελουμένοι ἤδη καὶ πρὸς τὸ ὑδρικώτερον ἀναφερόμενοι, qui jam ulterius provecti vino permaduerunt V. p. 255. Eleganter *Alexis* loquendi modum parumper inflexit, Θασίοις καὶ Λεσβίοις οἰναρίοις τὰ ἡμίσεα τὸ λοιπὸν ὑποβρέχειν μέλλοντι apud Athen. II. p. 47. D. *Thasiis Lesbiisque vinulis quod diei reliquum est commadefacere*, sive, *quod superest diei Thasiis vinulis largiter hauriendis ducere.* Quae autem paulo ante praecedunt, πρώην δὲ Λαμψάκῳ γενόμενος, ad Bacchum retulerunt Interpretes, quos sum secutus: de Priapo si quis malit intelligere, non valde refragabor; neque etiam si porro vertendum existimet, *nuper Lampsaci natus*: revera enim ea in urbe hi natum, nutritum alii Priapum tradiderunt. Vid. *Schol. Apollon. Rhod.* ad I, 932. *Etymol.* in Ἀβαρνίδα· *Serv.* & *Philargyr.* ad *Virgil.* Georg. IV, 111. Idem est, qui Bacchus, ex quorundam sententia: Bacchi filium ex Venere sunt qui faciant, cujus gravidae ventrem quum manu venenata Juno tetigisset, hunc scilicet improbae naturae puerum edidit; quem tamen utcumque πρὸς τῆς εὐπρεποῦς ἀνδρικὸν verecundae Nymphae nunquam reformidarunt. Alias matres tribuit *Schol. Theocriti* ad Eid. I, 21. de patre res non minus est incerta: in hoc quidem dialogo nusquam Bacchus hunc sibi honorem vindicat. *T. H.*

20. Τί γὰρ ἄλλο ἢ ἐγέλασα;] V. *Clem. Alex.* 16. C. *M. du S.*

21. Εὖ-

periculum : tu enim formoſus & comatus; ut vel ſobrius te Priapus adoriatur. AP. At cavebit, Bacche, ne ſollicitet: habeo enim cum coma etiam arcum.

πεῖραν· καλὸς γὰρ σὺ, καὶ κομήτης, ὡς [c] καὶ νήφοντα ἄν σοι τὸν Πρίαπον ἐπιχειρῆσαι. ΑΠ. ἀλλ' οὐκ ἐπιχειρήσει γε, ὦ Διόνυσε· ἔχω γὰρ μεθ' ἧς κόμης καὶ τόξα.

XXIV.

MERCURII ET MAJÆ.

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΜΑΙΑΣ.

M E R C.

1. ESTne enim aliquis, mater, in cœlo deus miſerior me? MAJ. Ne dixeris, Mercuri, tale quicquam. MERC. Ne dixerim, qui tot negotia ſuſtineo ſolus, laſſitudine confectus, inque tot miniſteria diſtractus? mane quidem mox atque ſurrexi, everrere ſympoſium oportet, & poſtquam inſtravi concionem, tum ordine diſpoſui ſingula, apparere Jovi, & perferre quoquo verſus nuncios ab eo ſurſum deorſum indies ingens ſpatium emetientem: quumque rediero adhuc pulverulentus, apponenda eſt ambroſia: prius vero quam recens emtus ille pincerna veniret, ego etiam nectar infundebam. Quod autem omnium eſt moleſtiſſimum, ne nocte quidem dor-

E P M.

ΕΣτι γάρ τις, ὦ μῆτερ, ἐν οὐρανῷ θεὸς ἀθλιώτερος ἐμοῦ; ΜΑΙ. μὴ λέγε, ὦ Ἑρμῆ, τοιοῦτον [d] μηδέν. ΕΡΜ. τί μὴ λέγω, ὃς τοσαῦτα πράγματα ἔχω, μόνος κάμνων, καὶ πρὸς τοσαύτας ὑπηρεσίας ἀφοσιώμενος; ἑωθεν μὲν γὰρ ἐξαναστάντα σαίρειν τὸ συμπόσιον δεῖ· καὶ ἀγορώσαντα τὴν ἐκκλησίαν, εἶτα εὐθετήσαντα ἕκαστα, παρεστάναι τῷ Διΐ, καὶ ἀφφέρειν τὰς ἀγγελίας τὰς παρ' αὐτοῦ ἄνω καὶ κάτω ἡμεροδρομοῦντα· καὶ ἐπανελθόντα ἔτι κεκονιμένον ἀμβροσίαν ἐγκατιθέναι τὴν. πρὶν δὲ τὸν νεώνηλον τοῦτον οἰνοχόον ἥκειν, καὶ τὸ νέκταρ ἐγὼ ἐνέχεον. τὸ δὲ πάντων δεινότατον, ὅτι μηδὲ νυκτὸς καθεύδω

[c] Καὶ νήφοντα ἄν σοι] νήφοντά σοι ἴσως τὸν Πρ. *J.* νήφ. σοι ἂν τὸν Πρ. *V2.* [d] Μηδέν] μηδὲ ἕν τι *J.* pejus ἓν τι *V2.*

21. Εὖγε, τὸ μὴ] Scribendum eſt, εὖγε, ὅτι μὴ καλλιπῶς. *T.H.*

25. Καὶ νήφοντα] Sic Thraſo apud Ter. *Ego iſtum Eunuchum vel ſobrium.* *A.V.*

27. Ἐπιχειρήσει] Sic bis antea dixit ἐπειρᾶ. Sic *Euſtath.* lib. 5. Iſm. & Iſm. καί τι δρᾶν ἐπιχείρουν ἐρωτικώτερον. *Heliod.* lib. 1. ἐπειρᾶτο τινὸς τῶν ἀθεμίτων. Sic Latinis *tentare.* ſic Dial. XXII. ταῖς αἰξὶν ἐπιβαίνεις. Cod. doctiſſimi *Golmani* ἐπιχειρεῖς. *J.B.*

29. Ἐστὶ] Hic Dialogus omnino turbatus in MSS. *J.B.*

38. Ἡμεροδρομοῦντα] Significat Mercurius ſe non meliore eſſe conditione, quam ſint Graecorum ἡμεροδρόμοι· qualis notiſſimus ille Phidippides, vel Φιλιππίδης ὁ ἡμεροδρομήσας, cujus etiam *Noſter* meminit in libello ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ προσαγ. πῶλ. c. 3. Δρομοκήρυκας *Harpocration* interpretatur ἡμεροδρόμους, jure merito propterea reprehenſus ab *Henr. Valeſio*; eſt enim ſine dubio diverſum genus, quod *Lambinum* etiam fugit ad *Corn. Nepot.* Miltiad. c. IV. Ne *Livius* quidem ſatis accurate, cenſente *Valeſio*, lib. XXXI. c. 24. *ſpeculator, hemerodromos vocant Graeci, ingens die uno curſu emetientes ſpatium.* Summi ſcriptoris verba fere uſurpavi, ut Luciani mentem, quod ſatis erat difficile, vertendo aliquatenus adſequerer. *T.H.*

40. Νεώνηλον] Jure vocat Ganymedem, cujus rapti pretium dederat Jupiter vel equos immortales, ut cum *Homer.* Il. Ε, 265. & *Apollod.* II. p. 123. plerique tradunt; vel vitim auream, ut ex Cycli poetis refert *Schol. Euripid.* ad Oreſt. v. 1392. *T.H.*

41. Νέκταρ ἐγὼ ἐνέχεον] *Alcaeus* & *Sappho* huic muneri Mercurium inter Deos praefecerant, ut *Athenaeus* docet I. p. 39. A. X. p. 425. D. quae ab *Euſtathio* ſunt deſcripta ad Il. Υ. p. 1205. Od. I. p. 1633. Si ab hoc miniſterio Mercurius abiit poſt Ganymedem in coelos ſublatum, ſibi non conſentit *Lucianus*, quando in initio Charontis dicentem facit; γέλωτα παρέχοιμι καὶ αὐτὸς οἰνοχοῶν· multo ſerius haec ſcena eſt acta. *T.H.*

δω μόνῳ τῶν ἄλλων, ἀλλὰ δεῖ με καὶ τότε τῷ Πλούτωνι ψυχαγωγεῖν, καὶ νεκροπομπὸν εἶναι, καὶ παρεστάναι τῷ δικαστηρίῳ. ἐμὲ γὰρ ἱκανά μοι τὰ τῆς ἡμέρας ἔργα, καὶ παλαίστραις εἶναι, καὶν ταῖς ἐκκλησίαις κηρύττειν, καὶ ῥήτορας ἐκδιδάσκειν, ἀλλ' ἔτι καὶ νεκρικὰ συνδιαπράττειν μεμερισμένον.

mio solus Deorum; sed oportet me tunc quoque Plutoni umbras deducere, defunctosque prosequi, & adesse ad tribunal. Mihi scilicet non satis sunt, quæ de die facio, quum in palæstris versor, in concionibus præconem ago, rhetoras edoceo, sed præterea quæ ad mortuos spectant administranda sunt mihi in tot partes obeundas divisо.

Καίτοι τὰ μὲν τῆς Λήδας τέκνα παρ' ἡμέραν ἑκάτερον ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν ᾅδου εἰσίν. ἐμοὶ δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ ταῦτα κἀκεῖνα ποιεῖν ἀναγκαῖον. καὶ [a] οἱ μὲν Ἀλκμήνης καὶ Σεμέλης υἱοὶ, ἐκ γυναικῶν δυστήνων γενόμενοι, εὐωχοῦνται ἀφρόντιδες· ὁ δὲ Μαίας τῆς Ἀτλαντίδος ἀφικνοῦμαι αὐτοῖς. καὶ νῦν ἄρτι ἥκοντά με ἀπὸ Σιδῶνος ἄγει τῆς Κάδμου θυγατρὸς, ἐφ' ἣν πέπομφέ με ὀψόμενον ὅ, τι πράττει ἡ παῖς, μηδὲ ἀναπνεύσαντα, πέπομφεν αὖθις ἐς τὸ Ἄργος ἐπισκεψόμενον

2. Atqui Ledæ liberi alternis uterque in cœlo & apud inferos degunt: mihi autem singulis diebus & hæc & ista sunt facienda. Alcmenæ & Semelæ filii, ex mulieribus misellis procreati, epulantur curarum expertes: ego Maja Atlantis filia natus ministro illis. Quin imo jam modo venientem me Sidone a Cadmi filia, ad quam me miserat visurum, quid agat puella, antequam respirassem, legavit iterum Argos, ut visitarem Da-

a Οἱ μὲν . . . υἱοὶ] Ita *B2.* reliquae omnes ὁ μὲν Ἀ. καὶ Σ. υἱός. Ferri poterat, καὶ ὁ μὲν Ἀλκ. υἱὸς ϵ Σ.

44. Ψυχαγωγεῖν] Hinc Mercurius ψυχαγωγὸς, νεκρόπομπος, ψυχόπομπος, πομπαῖος, πομπεύς. quod facere credebatur virtute virgæ, de qua D. Deor. VII. Mort. XXIII. *Julian.* Imp. passim. Eadem virtus Plutonianæ virgæ, *Pindar.* Od. 9. Olympion. Eadem Horarum virtus: *Theocr.* Idyll. 15. *J. B.*

47. Κηρύττειν] Unde id munus Mercurio assignavit tot in locis *Lucianus.* *M. du S.*

50. Τὰ μὲν τῆς Λήδας τέκνα, παρ' ἡμέραν ἑκάτερον ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν ᾅδου εἰσίν] Non satisfacit *Benedictus: Ledæ filii alternis vicibus apud superos atque inferos versantur*, vel, ut alii, *alternis inter ipsos vicibus agitant.* Etsi enim vera ista, tamen non ad *Lucianum*, qui exprimere destinata tempora voluit, nempe *alternis diebus.* Quod nisi constaret, ac sic definite loqueretur, non posset infra Diogenes Polluci dicere σὸν γάρ ἐστιν οἶμαι τὸ ἀναβιῶναι αὖριον, velut dubitans de certo tempore, sed certe scire se dixisset aliquando reversurum in vitam: non Mercurius Apollini, ὁ μὲν χθὲς ἡμῶν ξυγγενόμενος, ἐκεῖνος Κάστωρ ἦν. Mox pessime in hac editione repetitum ex prava Salmuriensi καὶ ὁ μὲν Ἀλκμήνης καὶ Σεμέλης υἱὸς, quum sequatur γενόμενοι εὐωχοῦνται ἀφρόντιδες, & recte habeant priores οἱ υἱοί. *J. G.*

53. Οἱ . . . υἱοὶ] *B2.* οἱ . . . . υἱοὶ. quod a Cl. *Gronovio* monitum. In reliquis ὁ . . . υἱός. Parvi refert utro modo legas. *M. du S.*

Οἱ μὲν Ἀ. ϵ Σ. υἱοὶ] Si in poeta quopiam dithyrambico versaremur, aut ex ejusmodi carmine verba forent desumta, tolerari posset Alcmanicum schema: nunc nihil est expeditius, quam ut eam lectionem amplectamur, quam lex orationis prosæ flagitat. *T. H.*

56. Καὶ νῦν ἄρτι ἥκοντά με ἀπὸ Σιδῶνος ἄγει τῆς Κάδμου θυγατρὸς ἐφ' ἣν πέπομφέ με, ὀψόμενον ὅ, τι πράττει ἡ παῖς] Haec non quilibet intelligat. Est enim fabula, quam tangit, non ex protritis, & pervulgatis. Narrant & Jovem cum ex femore Dionysum peperisset, sublatum jussisse ad Inonem Cadmi filiam, Semeles sororem, perferri, & ὡς κόρην, *pro puella* ibi educari: vid. *Apollod.* III. Biblioth. Itaque dicit Mercurius se nunc eo missum esse a Jove visum, quid ageret illa puella, nimirum Dionysus. *J. G. G.*

57. Ἀπὸ Σιδῶνος] Fabulam illam, quam voluit *Grævius*, si tetigerit *Noster*, nihil est, quod prius credamus, quam illum intelligi noluisse: quae enim acies quantumvis perspicax per hanc satis planam orationem ad illud arcanum pervadat? Imo vero facile potest probari, nihil *Luciano* fuisse minus in mente, quum haec scriberet: apud *Apollod.* III. p. 171. Jupiter enixus Bacchum Mercurio tradit, ὁ δὲ κομίζει πρὸς Ἰνὼ ϵ Ἀθάμαντα, καὶ πείθει τρέφειν ὡς κόρην· atqui Athamas & Ino procul aberant Sidone, ut ex *Pausania* atque aliis est manifestum. Vel haec esse valde corrupta oportet, vel, quod potius credo, *Lucianum* memoriae vitio, dum his ludicris animum relaxat, parum attentum pro sorore Cadmi filiam posuisse. *T. H.*

Ibid. Τῆς Κάδμου θυγατρὸς] Ἀδελφῆς forte: id est, τῆς Εὐρώπης τοῦ Ἀγήνορος. *F. G.*

62. Ἀντιόπ.] Vide 192. C. & Not. Lyci Thebarum regis uxor fuit Æsopi filia, vel, ut alii volunt, Nycteï.

Danaën : tum inde in Bœotiam, inquit, profectus in transitu Antiopam viſe. Jamque plane confectus animum deſpondi: atque adeo, ſi mihi facultas foret, perlibenter equidem poſtulaverim vendi, ut in terris ſolent, qui malam ſervitutem ſerviunt. MA. Mitte iſta, fili: oportet enim cuncta morigerari patri te juvenem. Nunc igitur, ut miſſus es, propera, quantum potes, Argos: deinde in Bœotiam, ne plagas etiam tardior accipias: nam in iram & bilem proclives ſunt qui amant.

Δανάην· εἶτ' ἐκεῖθεν ἐς Βοιωτίαν, φησὶν, ἐλθὼν, ὃν παρόδῳ τ' Ἀντιόπην ἰδέ. καὶ ὅλως ἀπηγόρθυκα ἤδη. εἰ γᾶν μοι δυνατὸν ἦν, ἡδέως ἂν ἠξίωσα πεπρᾶσθαι, ὥσπερ οἱ ἐν γῇ κακῶς δουλεύοντες. MAI. ἔα ταῦτα, ὦ τέκνον. χρὴ γὰρ πάντα ὑπηρετεῖν τῷ πατρὶ, νεανίαν ὄντα. καὶ νῦν ὥσπερ ἐπέμφθης, σόβει ἐς Ἄργος, εἶτα ἐς τὴν Βοιωτίαν, μὴ καὶ πληγὰς βραδύνων λάβοις· ὀξύχολοι γὰρ οἱ ἐρῶντες.

XXV.

JOVIS ET SOLIS.

ΔΙΟΣ ΚΑΙ ΗΛΙΟΥ.

J U P.

1. QUalia patraſti, Titanum peſſime! perdidiſti quæ in terris ſunt omnia,

Ζ Ε Τ Σ.

Οἷα πεποίηκας, ὦ Τιτάνων κάκιστε; ἀπολώλεκας τὰ ἐν τῇ γῇ ἅπαντα, μει-

ctei. Hanc Jupiter in Satyrum converſus gravidam fecit, quæ Zethum & Amphionem ex eo compreſſu peperit. *E.L.*

63. Ἀπηγόρθυκα] *Eraſmus*, *Benedictus*, alii, quod mireris, *ſe pariturum negare*, *recuſare* Latine reddiderunt; quae ſignificatio ne unquam apud Graecos in hoc verbo haereat, magnopere vereor. Alibi melius in ipſo *Luciano* res eſt geſta: notiſſima virtus verborum ἀπαγορεύειν, ἀπειπεῖν, ἀπειρηκέναι, ἀπαυδᾶν, quando quis labores ac pericula ſuſtinere nequit, eorumque gravitate fatigatus & victus ſuccumbit, animumque deſpondet. Praeter Lexicographos cumulum exemplorum collegit *Petr. Faber* Agon. I. c. 8. *T.H.*

Ibid. Ἤδιον ἂν ἠξ. πεπρᾶσθαι] Ut ſervi ob nimiam dominorum aſperitatem poſſint petere, ut vendantur, Antoninus Pius conſtituit §. 1. Inſt. L. 2. D. *de his qui ſui vel alien. jur. s.* Quod antea quoque Athenis obtinuiſſe docet *Grot.* Flor. Sparſ. ad d. §. 2. *A.S.*

64. Ἠξ— πεπράσθαι] Athenis ſervo juſta de cauſa πράσιν αἰτεῖν licebat, & dominos iniquos ut ſe venderent adigere. *M. du S.*

Ἠξίωσα πεπρᾶσθαι] Servis apud Athenienſes, ſi nimis immiti dominorum atque intolerabili ſaevitia premerentur, conceſſum fuit poſtulata venditione dominum mutare. Hoc erat πρᾶσιν αἰτεῖν vel αἰτεῖσθαι, teſte *Poll.* VII, 13. qui quando monet, ὁ δὲ ΟΙ ΝΥΝ φασὶ τοὺς οἰκέτας πράσιν αἰτεῖν &c. oſtendere videtur, formulam loquendi veterem poſt Antonini Pii Reſcriptum in communem uſum rediiſſe. Cur autem *Plutarch.* περὶ Δεισιδ. p. 166. D. ſcribat, ἴσι δ' οὐ δούλοις πόμῳ ἐλευθερίαν ἀπαγορεῦσι πρᾶσιν αἰτεῖσθαι, καὶ δεσπότῃ μεταβάλλειν ἐπιεικίστερον, mihi quidem non ſatis expeditum, qui parum videam, quid eo pertinere poſſit conſequendae libertatis deſperatio; niſi forte δούλους τὴν ἐλευθερίαν ἀπαγορεύοντας ampliore paulo ſenſu capiamus ſervos crudelitate dominorum atque injuriis eo redactos, ut de libertate omnino deſperent, atque ob intolerabilem ſaevitiam vendi cupiant. Inter leges Atticas ex hoc ſolo loco *S. Petitus* p. 178. repoſuit; praetermiſit, ſtudione an temere, *J. Meurſius* in Themide: *Plutarchus* certe non aliter loquitur, quam de re ſui temporis & nota & uſitata, parique modo *Philo* Jud. de Vit. Contempl. p. 892. C. Therapeutae, ut quiete fruantur, non mutant urbes, ὥσπερ οἱ πράσιν αἰτούμενοι ὥσπερ τὸ κεκλημένων ἀτυχεῖς ἢ κακόδουλοι, (*Noſter* appellat κακῶς δουλεύοντας. *Eunap.* in AEdes. p. 81.) δεσποτῶν ἀπαλλαγὴν σὺν ἐλευθερίαν ἑαυτοῖς ἐπορίζοντες· ad accuratius examen iſta revocare nunc quidem non lubet. *Luciani* meminit ad *Pollucem* Eruditiſſ. *Kuhnius*, & *Th. Marcilius* ad §. 1. Inſtit. *de his quæ ſui vel al. j. ſ.* ipſius rei *Iſ. Caſaubon.* ad *Sueton.* Jul. Caeſ. c. 2. *Fabrottus* ad *Theophil.* *T.H.*

69. Ὀξύχολοι οἱ ἐρῶντες] Sic in Contemp. c. 1. Cætera hujus Dialogi pete Catapl. c. 1. *J.B.*

ΔΙΟΣ ΚΑΙ ΗΛΙΟΥ.] Binos, qui ſequuntur, dialogos, quos longe hinc in volumen ſecundum primae Edd. dimoverant, recte poſteriores in hanc commodam ſedem revocarunt: ordo ſcriptorum *Luciani* in vetuſtis Codd. ab edito multum diverſus. Si quis nec Bavium odit & Maevium amat, illum legere jubeo de-

μειρακίῳ ἀνοήτῳ πιστεύσας τὸ ἅρμα, ὃς τὰ μὲν κατέφλεξε, πρόσγειον ἐνεχθεὶς, τὰ δὲ ὑπὸ κρύους διαφθαρῆναι ἐποίησε, πολὺ αὐτῶν ἀποσπάσας τὸ πῦρ· καὶ ὅλως οὐδὲν ὅ,τι οὐ ξυνετάραξε, καὶ ξυνέχεε. καὶ εἰ μὴ ἐγὼ ξυνεὶς τὸ γιγνόμενον, κατέβαλον αὐτὸν τῷ κεραυνῷ, οὐδὲ λείψανον ἀνθρώπων ἐπέμεινεν ἂν, τοιοῦτον ἡμῖν τὸ καλὸν ἡνίοχον καὶ διφρηλάτην ἐκπέπομφας. ΗΛ. ἥμαρτον, ὦ Ζεῦ· ἀλλὰ μὴ χαλέπαινε, εἰ ἐπείσθην υἱῷ πολλὰ ἱκετεύοντι· πόθεν γὰρ ἂν καὶ ἤλπισα τηλικοῦτον γενήσεσθαι κακόν; ΖΕΥΣ. οὐκ ᾔδεις, ὅσης ἐδεῖτο ἀκριβείας τὸ πρᾶγμα, καὶ ὡς, εἰ βραχύ τις ἐκβαίη τῆς ὁδοῦ, οἴχεσθαι πάντα; ἠγνόεις δὲ καὶ τῶν ἵππων τὸν θυμὸν, ὡς δεῖ συνέχειν ἀνάγκῃ τοῦ χαλινοῦ; εἰ γὰρ ὀνδοίη τις, ἀφηνιάζουσιν εὐθύς· ὥσπερ ἀμέλει καὶ τοῦτον ἐξήνεγκαν, ἄρτι μὲν ὑπὸ τὰ λαιὰ, μετ' ὀλίγον δὲ ὑπὸ τὰ δεξιὰ, καὶ ἐς τὸ ἐναντίον δρόμου ἐνίοτε, καὶ ἄνω καὶ κάτω ὅλως ἔνθα ἐβούλοντο αὐτοί· ὁ δὲ οὐκ εἶχεν ὅ, τι χρήσαιτο αὐτοῖς.

ΗΛ. Ταῦτα μὲν πάντα ἠπιστάμην, καὶ διὰ τοῦτο ἀντεῖχον ὑπολύ, καὶ οὐκ

adoleſcentulo inſipienti concredito curru; qui hæc exuſſit, prope terram latus, illa frigore corrumpi fecit, multum inde abducto igne: utque paucis dicam, nihil eſt, quod non conturbarit, & confuderit: ac niſi animadverſa re dejeciſſem illum fulmine, ne reliquiæ quidem hominum reſtarent: talem nobis optimum illum aurigam, & currus agitatorem emiſiſti. SOL. Peccavi, Jupiter: ſed ne acerbius feras, ſi morem geſſi filio multum ſupplicanti: unde enim ſperare potui tantum fore mali? JUP. Non tu ſciebas, quanta indigeret accuratione hæc res, &, ſi quis tantillum evagetur a via, actum eſſe de omnibus? ignorabasne porro equorum animos, utque deceat continere ſumma vi fræna? ſi quis enim relaxet, habenas aſpernantur ſtatim: quemadmodum videlicet iſtum quoque diſtulerunt nunc ad ſiniſtra, poſt paulo ad dextra, interdum etiam in contrariam, quam quo curſus ferebat, partem; tum ſurſum & deorſum, ac plane quo vellent ipſi: hic interea nihil habebat, quod equis faceret.

2. SOL. Iſthæc equidem omnia noram, ac propterea renitebar diu, nec com-

88. Ἀφνιάζουσιν εὐθύς] Τοὺς χαλινοὺς ἀποῤῥίπτουσι. *V.*

deſcriptam Phaëtontis fabulam apud *Nonnum* Dionyſ. lib. XXXVIII. utilius opera *Manilio* dabitur I, 733. taceo *Lucretium* V, 298. ubi *Lambinus* adeatur, & ingenium *Ovidii* hac in parte plus etiam ſolito luxurians. Tragici tam diligenter in hoc fuerunt argumento verſati, ut ab iis fabulae notitiam eſſe petendam moneat *Schol. Homer.* ad Od. P, 208. ubi vide *Barneſium*. *Proclus* ad Tim. *Plat.* p. 33. 34. fabulam, ſive, ut ait, hiſtoriam Phaëtontis φυσικῶς & φιλοσόφως explanavit. *T. H.*

98. Ἀναβεβασάμην] *Scheffer.* de Re Vehic. I, 17. p. 232. poſito *Luciani* loco hunc in modum pergit: *Micyllus ita vertit:* In currum impoſitum ſubmonui, quo facto oporteret inſiſtere viae. *Verum* ἀναβεβασάμενον *non eſt* impoſitum; *nec ad Phaëtontem refertur, ſed ad Solem. Quare mallem:* tollens vero ipſum in currum &c. *Philoſtratus pro eo uſurpavit* ἀναλέμενον. Non miror cenſuram iniquam hominis quidem docti, & de re literaria bene meriti, ſed qui Graeci praeſertim ſermonis indolem habebat minime perſpectam. Alia quædam hujus dialogi tangit p. 221. 212. 224. Ἐς ἅρμα ἐσβεβάσθαι *Herodot.* I, 60. ἀναβεβάσθαι τοὺς παῖδας ἐπὶ ἵππους. c. 63. Plato Πολ. V. p. 662. ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὰς ἁπήνας τέκνα καὶ γυναῖκας *Apollod.* III. p. 197. ἀναβιβάζειν ἐπὶ τὸν τροχὸν τοὺς ἀπογραφέντας. *Andocid.* de Myſter. p. 6. ſed horum exempla ſunt obvia. Illud in Interpretibus, opinor, juſtius reprehendere licet, quod βεβηκέναι dederint *viae inſiſtere*, quum ſit, *firmo certoque gradu nixum conſiſtere, illum corporis ſtatum componere, qui ab equis animoſis & fraena mordentibus non facile turbetur:* ἐστηκέναι βεβαίως *Ariſtidi* T. III. p. 427. A. Ita non tantum τὸ βεβηκέναι a Graecis, verum & βεβηκέναι per ſe ſumitur, hinc οἱ γόνασι βεβηκὼς, *genubus innixus:* ἀνὴρ βαρὺς vel ἑδραῖος καὶ βεβηκὼς, σεμνοπρεπὴς τὴν ἀγωγὴν καὶ βεβηκὼς, μόνιμος καὶ βεβηκυῖα μάχη, σύνθεσις ἀξιωματικὴ & αὐστηρὰ & σφοδρὰ & βεβηκυῖα· ἡ κεφαλὴ ἐσταλμένη ἐπ' αὐχένος, ejusque generis apud optimos ſcriptores multo plura, quorum poteſtas genuina ſaepe in verſionibus obſcurata delitescit. *T. H.*

6. Τοσούτου] Par. mendoſe τοσοῦτον. *M. du S.*

13. Αὐτὸς εἶχέ τ' ἄντυγος] *Micyllus, jugum curvus:* hoc ferre non potuit *Benedictus*, ſubſtituens, *gyrum rotae.* Credo Phaëtontem metu occaecatum, &

committebam ipsi mei currus agitationem. Postquam tandem instando expugnavit & lacrimis, & mater Clymene una cum eo, permisi currum ut conscenderet, & monendo docui, quomodo oporteret firmo gradu consistere, quousque sursum immissis habenis in sublime ferri, tum deorsum rursus vergere, quoque pacto compotem esse habenarum, ac minimum concedere animis equorum. Addidi porro, quantum esset discrimen, nisi per rectam viam ageret. Hic vero, quippe puer, quum conscenderat tantum ignem, & prospexerat in profundum immense patens, stupore perculsus fuit, ut par est: equi autem, ubi senserunt non adesse me, qui currum insistens regerem, contemto adolescentulo, præcipites extra viam ruerunt, & gravia ista fecerunt: at Phaethon, habenis e manu dimissis, opinor metuens, ne excuteretur, ipse arreptam tenebat antygem. Sed & ille jam, quam meruit, habet pœnam, & mihi, Jupiter, satis est supplicii luctus.

3. JUP. Satis esse ais, talia qui fueris ausus? nunc tamen ignosco tibi: in posterum vero si quid simile deliqueris, aut talem aliquem successorem tibi emiseris, confestim experiere, quantum igne tuo fulmen

ὀπίσθιον αὐτῷ τ' ἔλασιν· ἐπεὶ δὲ καλελιπάρησε δακρύων, ϗ ἡ μήτηρ Κλυμήνη μετ' αὐτοῦ, ἀναβιβασάμην ὀπὶ τὸ ἅρμα ὑπεθέμην, ὅπως μὲν χρὴ βεβηκέναι ἑαυτὸν, ἐφ' ὁπόσον δὲ ἐς τὸ ἄνω ἀφέντα ὑπερενεχθῆναι, εἶτα ἐς τὸ κάταντες αὖθις ὀπινεύειν, ϗ ὡς ἐγκρατῆ εἶναι τ' ἡνιῶν, ϗ μὴ ἐφιέναι τῷ θυμῷ τῶν ἵππων. εἶπον δὲ ϗ ἡλίκος ὁ κίνδυνος, εἰ μὴ ὀρθὴν ἐλαύνοι· ὁ δὲ (παῖς γὰρ ἦν) ὀπιβὰς τοσούτου πυρὸς, ϗ ὀπικύψας ἐς βάθος ἀχανὲς, ἐξεπλάγη, ὡς τὸ εἰκός. οἱ δὲ ἵπποι, ὡς ἠσθοντο οὐκ ὄντα ἐμὲ τ' ὀπιβεβηκότα, καταφρονήσαντες ϗ μειρακίου, ἐξετράποντο τ' ὁδοῦ, ϗ τὰ δεινὰ ταῦτα ἐποίησαν. ὁ δὲ τὰς ἡνίας ἀφεὶς, οἶμαι δεδιὼς μὴ ἐκπέσῃ, αὐτὸς εἶχε τ' ἄντυγος. ἀλλὰ ἐκεῖνός τε ἤδη ἔχει τ' δίκην, καὶμοὶ, ὦ Ζεῦ, ἱκανὸν τὸ πένθος.

ΖΕΥΣ. Ἱκανὸν λέγεις, τοιαῦτα τολμήσας; νῦν μὲν οὖν συγγνώμην ἔπονέμω σοι· ἐς δὲ τὸ λοιπὸν, ἤν τι ὅμοιον ἀβουλήσῃς, ἢ τινὰ τοιοῦτον σεαυτοῦ διάδοχον ἐκπέμψῃς, αὐτίκα εἴσῃ, ὁπόσον ϗ σοῦ πυρὸς ὁ κεραυνὸς πυρω-

& quid ageret in miserrimo casu nescium eo manus admovisse, unde vitae periculum erat manifestum. Quid ἄντυξ esset, ignorarunt: exponit *Schol. Homer.* ad Il. E, 262. — ἐξ ἄντυγος ἡνία τεύων] Ἐξάρας (lege ἐξάψας) τὰς ἡνίας τ' τοῦ ἅρματος περιφερείας· λέγει δὲ τοῦ κύκλου τοῦ ὑποπεπηγότος ἐν τῷ ἅρματι πρὸς τὸ ἀνατείνειν (nihil hactenus succurrit melius, quam πρὸς τὸ ἡνία τείνειν, quod ab *Homero* sumtum) τῷ ἐπιβάτῃ· v. 728. ubi poëta magnifice describit coelestem Junonis currum — δισσαὶ δὲ περίδρομοι ἄντυγες εἰσί, quae scilicet τ' δίφρου vel sellam curulem superne ambiant: *Schol* αἱ περιφέρειαι τοῦ ἅρματος αἱ παραπεπηγυῖαι τὰ ἐπὶ τοῦ δίφρου ἡμικύκλια, ὅθεν ϗ τὰ ἡνία ἐξάπτονται· αἱ περιφέρειαι τοῦ ἁρματείου δίφρου. Eadem ἐπιδιφριὰς, ad quam Rhesi equos *Homerus* adligavit Il. K, 475. ibi quoque e *Scholiis* eximendum est leve vitium *Etymologo* duce. Ἐξ ἐπιδιφριάδος πυμάτης] Ἐκ τοῦ ἑκάτου μέρους τοῦ ἁρματείου δίφρου τ' περιφερείας, ἡ (scilicet περιφέρεια· prave legitur ὁ, quasi pertineret ad μέρος) ϗ ἄντυξ ἡ ἐπιδιφριὰς καλεῖται. Est ergo ἄντυξ orbiculus summae curuli sellae additus eamque cingens; sed proprie tamen ejus cacumen aliquod eminentius ex anteriore parte, vel, geminum ad utrumque latus, cui, si consistere currum oporteret, habenae circumligari possent. *Euripid.* Hippol. v. 1188. Μάρπτει δὲ χερσὶν ἡνίας ἀπ' ἄντυγος vid. Schol. χισὰν ἄντυγα vocat in Rhes. v. 1373. Hinc jam patet, non aliam Phaëtonti fuisse causam, cur ἄντυγα missis habenis apprehenderet quam ne excuteretur: δεδιὼς, inquit *Lucianus*, μὴ ἐκπέσῃ. Plus una vice vocabulum occurrit apud *Nonnum* in ejusdem casus enarratione: sed istius quidem hominis auctoritati nihil tributum volo, qui non tantum voces inauditas & ridiculas ipse fingit ac componit, sed veteres etiam perlicenter in aliam longe, quam olim fuerint usurpatae, significandi ditionem migrare jubet. De ἄντυγι perquam jejune *J. Scheffer.* R. V. I. c. 7. p. 74. Porro in *Luciano*, quanquam sententia sit perspicua, orationem onerare mihi videntur οἶμαι & αὐτός. Multa similia *Diodor. Sic.* IV. p. 210. A. & verbis propemodum iisdem: τ' μὲν Φαέθοντα ἐλαύνοντα τὸ τέθριππον μὴ δύνασθαι κρατεῖν τ' ἡνιῶν, τὰς δὲ ἵππους καταφρονήσαντας τοῦ παιδὸς ἐξενεχθῆναι τοῦ συνήθους δρόμου. Ejus generis, si hoc ageremus, aut eorum usus aliquis appareret, magna proferri poterat copia. *T. H.*

24. Ἐπὶ

πυρωδέστερος. ὥστ' ἐκεῖνον μὲν αἱ ἀδελφαὶ θαπτέτωσαν ἐπὶ τῷ Ἠριδανῷ, ἵνα ὥρ ἔπεσεν ἐκδιφρευθείς, ἠλέκτρου ἐπ' αὐτῷ δακρύουσαι, καὶ αἴγειροι γιγνέσθωσαν ἐπὶ τῷ πάθει· σὺ δὲ συμπηξάμενος τὸ ἅρμα (κατέαγε γὰρ καὶ ὁ ῥυμὸς αὐτός, καὶ ἄτερος τῶν τροχῶν συντέτριπται) ἔλαυνε, ὑπαγαγὼν τοὺς ἵππους· ἀλλὰ μέμνησο τούτων ἁπάντων.

sit magis ignitum. Illum ergo sorores sepeliant ad Eridanum, ubi cecidit quadrigis excussus, electri super eo lacrimas effundentes, & populi fiant ob huncce casum. At tu refecto curru (infractus enim est temo ejus, alteraque rotarum contrita) cursum redordire subjunctis equis. Ut tamen memor sis horum omnium.

XXVI.

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ. APOLLINIS ET MERCURII.

Α Π. Α Ρ.

ΕΧεις μοι εἰπεῖν, ὦ Ἑρμῆ, πότερος ὁ Κάστωρ ἐστὶ τούτων, ἢ πότερος ὁ Πο- 1. POtin ut mihi dicas, Mercuri, uter Castor sit horum, aut Pollux?

α γὰρ καὶ] δὲ F.

24. Ἐπὶ τῷ πάθει] Dederant Interpretes, *prae dolore*: parum accurate. Πάθος est ipsius Phaëtontis fulmine icti praecipitatique casus: *Pausan.* I. p. 10. καὶ σφίσι (Γαλάταις) ἀφ' ὧν τὰς χώρας ῥεῖ ποταμὸς Ἠριδανός, ἐφ' ᾧ τὰς θυγατέρας τοῦ Ἡλίου ἀδύρεσθαι νομίζουσι τὸ περὶ τὸν Φαέθοντα τὸν ἀδελφὸν πάθος. Rem describit Apollon. Rh. IV, 507. Ἔνθα ποτ' αἰθαλόεντι τυπεὶς πρὸς ἕσπερα κεραυνῷ Ἠμισέας Φαέθων πίσεν &c. hunc si contuleris, statim apparebit, unde fuerit translatus *Varronis Atacini* versus, quem *Quinctilianus* servavit. J. O. I. c. 5. p. 56. *Quum te flagranti dejectum fulmine Phaeton.* Plura *Noster* περὶ τοῦ Ἡλίου. ubi nonnulla dicemus. *T. H.*

ΑΠΟΛ. ΚΑΙ ΕΡ.] Hic Dial. ex *Theocrito*, ut & seq. totus fere est in his Dialogis *Theocritus*. *J. B.*

35. Ὅτι οὗτος μέν . . . .] Pollucem intelligit; sic enim *Homerus* canit Il. Γ, 237.

Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα.

Adde *Plut.* 863. & Od. Λ. 229 & *Nostrum* Ἐρωτ. 16. ἡμιστρεμμίτους vocat *Hom.* Od. Λ. 302. *M. du S.*

36. Τὰ ἴχνη τῶν τραυμάτων] *Caestuum cicatrices Tertullianus* dixit de Spectac. c. 23. & propius *caestuum vestigia*, de quibus ad lib. de Pall. notavit *Salmas.* p. 306. nam *caestuum vulnera* egregie *Plinio* restituta H. N. XXI. c. 19. a *J. Fr. Gronovio*, sunt recentia, quae cicatricem nondum duxerunt: ibi hunc ipsum Luciani locum Vir summus, quamquam haud plane commodum, protulit. Sunt autem ἴχνη & *vestigia* vulnerum aut flagellorum vel aperta & adhuc cruore manantia, ut in *Livio* II, 23. *ostentare tergum foedum recentibus vestigiis verberum*; vel jam sanata & cicatricibus obducta: quemadmodum Alexander apud Macedonas gloriatur: ἐδὲ ὅπλον τί ἐστιν ἢ οὐκ χειρὸς ἢ τῶν ἀφισμένων ἔγε σὸν ἴχνη ἐν ἐμαυτῷ φέρω *Arrian.* Ἀ. Ἀ. VII. p. 286. Eleganter *Augustin.* Ep. XLVIII. *Quasi vero si quisquam vir fortis pro patria dimicans multa adversa vulnera exciperet, & peritissimo medico, qui haec ista curare valeret, ut cicatrices nullae apparerent, ipse potius diceret, sic se velle sanari, ut magis essent in corpore suo vestigia vulnerum, tanquam tituli gloriarum.* Utrovis modo sumere licet in *Poll.* VIII, 79. Ἔχων ἐπὶ τῷ προσώπου τὰ ἴχνη τῶν πληγῶν, τὰ σημεῖα τῶν ὕβρεως, τὰ διάγμαλα &c. *AEschin.* in Ctesiph. p. 84. v. 22. de Demosthene: τὰ τῶν κονδύλων ἴχνη τοῦ τοῦ Μειδίου ἔχειν ἔτι φανερά. Saepius etiam de verberum flagellorumque notis, quae mancipiis haerent inustae: *Plato* in Gorg. p. 357. C. μαστιγίας αὖ εἴ τις ἦν, καὶ ἴχνη εἶχε τῶν πληγῶν ἐλὰς ἐν τῷ σώματι ἢ ὑπὸ μαστίγων ἢ ἄλλων τραυμάτων *Petron.* c. 126. p. 600. *matronae quae flagellorum vestigia osculantur.* Venuste Zeno apud *Diogen. L.* VII, 23. τῶν γνωρίμων τινες παιδάριον μοιχωτισμόν θεασάμενος, πρὸς αὐτὸν, Ὁρῶ, ἔφη, σου τῷ θυμῷ τὰ ἴχνη sic ἴχνη τινὰ ἐμοίχευσε, junguntur ab *Arriano* Epict. II, 18. p. 224. Noster quoque in Catapl. §. 24. ἴχνη καὶ σημεῖα τῶν ἐγκαυμάτων στίγματα praecesserunt. Haec tamen non impediunt, quo minus juxta cum Eruditissimis Viris *Cujacio* & *Schultingio Ulpianum* in Fragm. Tit. I. §. 11. corruptum existimem, loquendique modum, *quibus vestigia scripta fuerunt*, tolerari non posse. Castoris & Pollucis similitudinem formae celebrarunt veteres: ideo *Devonius* etiam de Bell. Troj. II, 177. *noverat alter Cum Polluce error* —. In tabulis tales & statuis fingebantur. *Aelian.* apud *Suid.* in Διόσκουροι· ταυτέοι μεγάλοι, γυμ-

νοὶ

lux? nam equidem ut discernam eos, non est. MERC. Heri qui nobiscum fuit versatus, is Castor erat: hic, Pollux. AP. Quo pacto dignoscis? similes enim. MERC. Eo quod hic, Apollo, habet in facie vestigia vulnerum, | quæ accepit ab adversariis pugilatu certans; ea maxime, quibus est a Bebryce Amyco vulneratus, quando Jasoni socius navigabat: alter autem nihil tale præfert, sed purus est atque integra facie. AP. Gratum inprimis fecisti, qui me docueris hæc indicia: ceteroquin alia cuncta sunt paria, ovi dimidium segmentum, eique addita superne

λυδεύκης; ἐγὼ γὰρ οὐκ ἂν διακρίναιμι αὐτούς. ΕΡΜ. ὁ μὲν χθὲς ἡμῖν ξυγγενόμενος, Κλεῖνος Κάστωρ ἦν, οὗτος δὲ Πολυδεύκης. ΑΠ. πῶς διαγιγνώσκεις; ὅμοιοι γάρ. ΕΡ. ὅτι οὗτος μέν, ὦ Ἀπόλλον, ἔχει ἐπὶ τῷ προσώπῳ τὰ ἴχνη τῶν τραυμάτων, ἃ ἔλαβε παρὰ τῶν ἀνταγωνιστῶν πυκτεύων, καὶ μάλιστα, ὅποσα ὑπὸ τοῦ Βέβρυκος Ἀμύκου ἐτρώθη, τῷ Ἰάσονι συμπλέων· ἕτερος δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἐμφαίνει, ἀλλὰ καθαρός ἐστι, καὶ ἀπαθὴς τὸ πρόσωπον. ΑΠ. ὤνησας, [b] διδάξας τὰ γνωρίσματα· ἐπεὶ τἆλλα πάντα ἴσα, τοῦ ὠοῦ τὸ ἡμίτομον, καὶ ἀστὴρ ὑπεράνω, καὶ ἀκόντιον

[b] Διδάξας] διδοὺς F. quod nisi Mss. auctoribus mutandum non fuerat.

νοῦ τὰς παρειὰς ἑκάτερος, ὅμοιοι τὸ εἶδος· ubi γυμνοὺς τὰς παρειάς, quibus nulla genas lanugo vestit. T. H.

38. Ὑπὸ τοῦ Βεβρ. Α. . .] Quidam Castorem a Lynceo occisum tradidere. V. *Theocr.* Idyll. XXVII. vel XXII. Cogn. 23. *Val. Flacc. Argon.* IV. *Stratum Bebryciis Amycum suspexit arenis.* M. du S.

42. Τὸ ὠοῦ τὸ ἡμίτ.] De pileo intellige. M. du S.

Τοῦ ὠοῦ τὸ ἡμίτ.] Quum singularem in enumerandis Dioscurorum insignibus ac ministeriis curam *Lucianus* adhibuerit, alienum non videbitur, si nos ejus exemplo invitati, quaedam paulo saltem reconditiora promamus: nam Meursianae diligentiae sectatori justi voluminis materia suppeteret. Pileos intelligi τοῦ ὠοῦ τὸ ἡμίτομον, quod primo loco ponit *Lucianus*, quibus Castores utebantur, in aperto est positum, indeque *Catullum* appellasse *pileatos fratres*: figura sane pileorum dissectum per medium ovi putamen referebat. Hinc remedium est *Apuleio* petendum Metam. X. p. 254. *Castor & Pollux, quorum capita cassides obtatae stellarum apicibus insignes contegebant*: tu si scripseris *ovatae*, quemadmodum *ovata species Plinio* H. N. XV, 21. & XXXV, 1. *ut ovatus esset Numidicus*, suam manum agnoscet Afer, & lubens suis auctoribus donabit membranarum, *orbatae*; vetustarum Edd. *aeratae*; *Brantii*, *jubatae*: ingerebat C. Fl. ipsam veritatem, quam tamen unius solum literae solenni mutatione obscuratam, *Elmenhorstius*, nescio quo pacto ad *obbam* delatus, expedire non potuit: atque hæc tam plana videtur emendatio, ut, quin aliis itidem in mentem venerit, vix dubitem. Castores autem Spartani jure pileos insigne patrium gestabant: ovi similitudinem quid credibilius est, quam ab eorum fabulosis natalibus, quos *Homerus* quidem ignorat, certe nusquam commemorat, fuisse derivatam? vide *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 506. Ὧν ὀστράκου τρόπιλος ἐντὶλωμηδὸς Κόρσῳ σκιπάσαι — qui locus vetat, ne cum Eruditiss. *Pottero* in versu 89. Κιλυφάων τροπίλου (ita legendum puto) ὠστρακωμένην, interpretando de cochlea cogitemus: ὄστρακα poëtis, ut Grammatici veteres docent, vel ova, vel ovorum testae: *Hesych.* Ὀστράκων· Ἀπτῆνα, τυτθόν, ἄρτι γυμνὸν ὀστράκων· ἀντὶ τοῦ ὠῶν, τινὲς δὲ κελύφων· eo modo constituendus est hic *AEschyli*, quod ex *Photii* Lexico didicimus, locus, neque aliter existimasse *Salmasium* pateret, si genuinam summi Viri manum operi suscepto longe impar *Schrevelius* fuisset adsecutus. Haec etiam causa, cur ova per se Dioscuros, ut notum, indicarent. *Tertull.* de Spect. c. 8. in Hippodromo Constantinopolitano locus τοῖς τοῦ Διὸς ἀναπεμφθεῖσι κούροις, ἔνθα καὶ νῦν οἱ καμπτῆρες (καμπτοὶ ediderat *Douza*) δηλοῦσι τὰ τῶν ἐφόρων γνωρίσματα διὰ τῶν ἐπικειμένων ὠῶν τοῖς χαλκοῖς ὀβελίσκοις teste *Codino* in Orig. Const. p. 6. B. Imo, ne miraculi fides apud posteros ullam in partem laboraret, in Leucippidum templo Spartae ovum erat a lacunari suspensum, taeniis, quippe res sacerrima, velatum: εἶναι δὲ φασὶν ὠὸν ἐκεῖνο, ὃ τεκεῖν Λήδαν ἔχει λόγος· nimirum ad aetatem usque *Pausaniae* perduraverat vivacissimus ille cortex, III. p. 247. Veruntamen eam ab ovo sumtam rationem invertit prorsus *Is. Vossius* ad *Catull.* p. 91. fabellam natalium exinde videri conflictam statuens, quod toti ex ovo dissecto, id est, ex pileolis, quae gestant, prodire videantur. Sane subtilissimum eum fuisse fabellarum consarcinatorem oportet, qui ab initio tam tenui processerit ad commentum originis mirificae penitus singulare. Jam quod ibidem adfirmat, apud Spartanos pileum non libertatis tantum, uti apud Romanos & Macedonas, sed & nobilitatis fuisse indicium, id quidem leve, at minus tamen accuratum: fefellerunt Virum Magnum Excerpta *Serani* de Vit. *Hippocr.* qui pileatum in multis simulacris Hippocratem ideo conspici testatur, quia pileus sit σύμβολον εὐγενείας, non secus quam in Ulysse: atqui Spartanorum haec εὐγένεια omnium erat communis atque eadem, non familiae cujusdam aut gentis propria: pileo distinguebantur ab Hilotibus,

τιον ἐν τῇ χειρὶ, ὁ ἵππος ἑκατέρῳ stella, jaculum in manu, & equus utrique al-

quos κωνῆν geſtare voluerant : ſimiliter *Schol. Ariſtot.* ad Rhet. I. jungit ἐλευθερίαν & εὐγένειαν· ἐν Λακεδαίμονι τὸ κομᾶν, inquit, σημεῖον ἐλευθερίας καὶ εὐγενείας. Pileis Caſtorum ovatis impoſitus ἀστὴρ ὑπερέχων· talem ornatum pulcre nummi praeferunt, quos ex ditiſſima Soceri mei *Jac. Wildii* nomiſmatotheca jam olim depromtos iterari juſſit ad *Sext. Empir.* p. 558. Vir praeclarus *J. Alb. Fabricius.* Si cauſam quaeras, ipſa rationum, quae reddi poſſint, copia rem primo adſpectu liquidam obfuſcant. Stellulas, quae in graviſſimo tempeſtatis furore tranſtra navium & antennas perſultant, proſperi curſus ſalutares praenuncias, Caſtorumque numini ſacratas Διοσκούρους appellarunt: *Heſych.* Διόσκουροι, ἀστέρες οἱ τοῖς ναυτιλλομένοις φαινόμενοι· feruntur quoque in Lyſandri navi conſpectae, quum ad pugnam illam memorabilem, vel potius victoriam, qua res Athenienſium attritae conciderunt, prodiret: *Plutarch.* T. I. p. 439. ἦσαν δέ τινες, οἱ τοὺς Διοσκούρους ἐπὶ Λυσάνδρου νεὼς ἑκατέρωθεν, ὅτε τὸ λιμένος ἐξέπλει πρῶτον ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἄστρα τοῖς εἰδόσιν ἐπιλάμψαι λέγοντες· quod adeo non ſprevit, virtutive ſuae adverſum cenſuit Lyſander, ut in rei bene geſtae memoriam Delphis dedicaret χρυσοῦς ἀστέρας τῶν Διοσκούρων, qui omine ſiniſtro paulo ante Leuctricam cladem diffugerunt, eodem teſte *Plutarcho* T. I. p. 443. T. II. p. 397. F. Hinc *fratres Helenae lucida ſidera*; *gemina Ledae ſidera*; Λακεδαιμόνιοι ἀστέρες *Callimacho* Λ. Π. v. 25. &, quod inuſitatius, *ſtella* pro Tyndaridis apud *Ovid.* in Ib. v. 514. modo locus iſte vitio careat. Neutiquam abhorret, ut praecipui muneris inſigne capitibus impoſitum oſtentarint. Nec tamen non ſtella videri poteſt ſignum ἀποθέωσεως honorumque divinorum, quos, ſi *Apollodoro* conſtat fides apud *Clem.* Strom. I. p. 322. B. adepti ſunt anno tertio & quinquageſimo, poſtquam in Deorum ordinem adſcriptus fuit Hercules. Referat aliquis, nec minore juris ſpecie, ad originem a Jove ductam, quem ſunt, qui tradiderint adſumta ſtellae forma Ledam vitiaſſe: obviam raro fabulam diſcimus ab auctore *Homil. Clem.* V. §. 13. Jupiter ἀστὴρ γενόμενος Κάστορα καὶ Πολυδεύκην ἐξέφηνεν· ne vero teſtem in tanto miraculo ſolitarium graveris, *Tzetzen* adjungam, ſive magis *Scholiaſten Lycophronis* antiquum ad v. 88. 511. ὅτι τὸν Λήδας ἐγεννήθησαν Κάστωρ μόνος καὶ Πολυδεύκης, οὐ ἀστέρος μοιρῇ μεγίστου αὐτῇ Διός· quid jam propius, quam ut parentem ſtella deſignet? Verum aliò ducunt, & arcanum nobis abſtruſius recludunt ipſi veteres: dignus eſt, quem audiamus *Sext. Empir.* IX. §. 37. ut Hercules, inquit, Thebanus in priorum Herculum, ſic Tyndaridae eſſe in priſcorum nomen & titulos Dioſcurorum inſeruerunt: καὶ τοὺς Τυνδαρίδας δὲ φασι τὴν τῶν Διοσκούρων δόξαν ὑπελθεῖν πάλιν νομιζομένων εἶναι θεῶν· hic, quae ſaepe ſibi viciſſim nocent, voculae ſunt commutatae; legendum enim πάλαι. Deinde vetuſti ſapientes ſupernum hujus univerſi infernumque hemiſphaerium dixere Διοσκούρους· idque adeo poëtam, in cujus adyto ſapientiae, quicquid ipſi fuerint commenti, nullo negotio reperiunt, ſubindicaſſe, quum eos ἑτερημέρους vocat Od. Λ, 302. cum his ferme conſpirat *Philo Jud.* de Decal. p. 752. B. καὶ τὰ ἄλλα ἀστέρων ἑκάστου τὰς ἐπωνυμίας μυθογράφοι παρέδοσαν (perperam ediderunt μυθογράφοις ſic autem vocat poëtas, praeſertim Orphicos) οἱ πρὸς ἀπάτην ἀκριβῶς τετεχνασμένα πλάσματα συνφαίνοντες ἔδοξαν περὶ τῶν τοῦ ἀνομάτου θεοῦ κεκομψεῦσθαι, τότε ὁρατὸν εἰς ἡμισφαίριον τὸν λόγῳ διχῇ διαιρεῖσθαι, τὸ μὲν ὑπὲρ γῆς, τὸ δ' ὑπὸ γῆς Διοσκούρους ἐκάλεσαν, τὸ περὶ τὰ ἑτερημερίας αὐτῶν προστεταγμένα διήγημα· eum in modum ex C. MS. poſtrema cum *D. Hoeſchelio* ſunt legenda ad *Phrynich.* p. 111. neque alio ſpectat *Euripidis Scholiaſtae* locus ad Oreſt. v. 465. ubi poſtquam expoſuerat, quomodo Pollucis precibus inductus Jupiter Caſtori quoque tribuerit immortalitatem, eosque παρ' ἡμέραν ζῆν ἀμφοτέρους, addit, ὃς καὶ ἀλληγοροῦσιν εἰς ἡμέραν καὶ νύκτα. Verum eſt, priſcos ſeu Theologos, ſive philoſophos juſtorum coeli motuum, quod eorum pace dixerim, haud quaquam peritos, in hemiſphaeria diviſiſſe mundum bina, quae alii fixa & ſtabilia, Jovis Plutonisque regno diſcreta, in quibus orbes ſuos ſidera conficiant, alii rotatione volubili circumacta crediderunt: utrovis pacto nihil admodum obſtat, dummodo per utrumque axis verticem diſſecta ponas, quo minus Dioſcurorum, quos ſapientes illi vocarunt, ἑτερημερίαν alternasque vices animo informes. *Julianus* tamen Orat. IV. p. 147. cujus locum *Euſtathium* non fugit ad *Homer.* p. 410. 1686. nihil hanc rationem eo valere contendit, opinionemque illam exagitat tanquam inanem atque ex Theologis perverſe intellectis hauſtam: in ejus explicanda mente, quam intricatiorem & maculis aliquot pravae lectionis inſuper obſcuratam *Petavius* certe non percepit, operam haud abutemur: nunc ſatis eſt ad rem noſtram, ſi hoc quoque teſte *Empirici* fides adfirmetur. Ab Orphicorum autem hæc emanaſſe ſcriptis eo minus eſt dubitandum, quod illi mundi figuram eſſe ſtatuerunt ovatam, ὠοειδῆ, ut praeter alios *Achill. Tatius* docet in Iſag. p. 127. B. 130. C. quomodo hemiſphærium ingentis illius ovi erit ἡμίτομον· nam primigenium iſtud ovum, rerum omnium originem, quod eadem ſacerrimorum hominum ſecta venditavit, quamvis huc pertineat, prudens omitto: illud potius obſervandum videtur, *Alexidis* venuſtiſſimi jocum in *Athen.* lib. II. p. 60. A. B. minus patere, niſi eorum, quae modo tradidimus, adjumento aditus aperiatur. Sextus porro, ut eo redeamus, πάλιν, ait, τὴν ἐπιτιθέασιν αὐτοῖς, καὶ ἐπὶ τούτοις ἀστέρας, αἰνισσόμενοι τὴν ἡμισφαιρίαν καλασκιήν. Ergo Ledae filiorum in pileis cur ſtellae micuerint fruſtra quaerimus, ſi haec jam olim inſignia Dioſcurorum veterum ſibi vel ipſi vindicarint, vel liberali poëtarum dono acceperint. Et ſane alios ante Tyndaridas extitiſſe Dioſcuros ex *Cicerone* manifeſtum eſt de N. D. III. §. 53. quem locum dubito an hunc in modum diſtingui oporteat & legi: *Primi tres, qui appellantur Anaces Athenis, ex Jove Rege antiquiſſimo & Proſerpina nati, Tritopatres* (vel *Tritopatores*) *Zagreus, Eubuleus, Dionyſius. Tritopatreus*, quod

albus : quo factum eſt, ut ſæpe hunc ap- ἀληθὴς· ὥστε πολλάκις ἐγὼ τὸ μὲν πρόσει-
πον

quod vulgatur, unius fuiſſe nomen induci non poſſum, ut credam: de Tritopatoribus autem, quos reſtituendos eſſe auguror, quique Athenis eximia religione culti, quam diverſæ fuerint ſententiæ, demonſtrat inſignis *Suidae* locus in Τριτοπάτορες· ſimilia plane, ſed paulo brevius, in *Etymologo:* emendationi vero ſtabiliendæ quæ faciunt plura nunc prætereo. Eosdem fuiſſe Tritopatoras, qui θεοὶ μεγάλοι, Samothraces, Corybantes, Cabiri, ut liquido adfirmare non ſuſtineo, ita ſuſpicari licet: ἀνάκων vel ἀνάκτων commune nomen: refert *Pauſan.* X. p. 896. Amphiſſenſes ἄγων τιλιτὴν Ἀνάκτων καλουμένων παίδων· quinam hi ſint, parum ait conſtare, dum nonnulli Dioſcuros, alii Curetas, alii, qui ſupra ceteros ſapere ſibi videantur, Cabiros putant: horum orgia qui celebrant ſacerdotes, eximie nominari Ἀνακτοτελίσας, oſtendit *Clem.* Protr. p. 12. C. Ea res utcumque definiatur, hoc tamen eſt ſatis exploratum, θεοὺς μεγάλους Samothracum, ſive Cabiros, jam dia ante quam Tyndaridæ naſcerentur, & dictos fuiſſe Διοσκούρους, & exiſtimatos. Notus in publicum *Philonis Byblii*, quem *Euſebius* ſervavit, locus Praep. Euang. p. 36. A. 37. D. 39. C. ibi naſcuntur ἐν τῇ Σύδυκ (Σάδυκον vel Σάδοκον appellat *Damaſcius* apud *Phot.* p. 573. Σανδύκου *Apollodor.* III. p. 239.) Διόσκουροι, ἢ Κάβειροι, ἢ Κορύβαντες, ἢ Σαμοθράκες eosdem in honore fuiſſe non vulgari apud Atticæ regionis incolas, multis indiciis deprehendi poteſt; nam Κιφαλῆσιν, ut docet *Pauſan.* I. p. 77. οἱ Διόσκουροι νομίζονται μάλιστα μεγάλους· τοὺς γὰρ σφᾶς οἱ ταύτῃ θεοὺς ὀνομάζουσι· jam vero per pagos quæ colebantur numina, fuiſſe vetuſtiſſima nobis compertum eſt. Idem illud antiquitatis Græcæ penu Methapum teſtatur Athenienſem ὑπὸ Θηβαίοις τοὺς Καβείρων τὴν τιλιτὴν καλεσήσασθαι V. p. 281. Apud *Gruter.* p. 319. Inſc. 2. Gaji mentio reperitur Acharnenſis Ἱερέως γενομένου θεῶν μεγάλων Διοσκόρων Καβείρων. Unde autem hic cultus Cabirorum ad Atticos pervenerit, facile poteſt inveſtigari, ſi vera ſunt, ut equidem arbitror, quæ ſcribit *Herodot.* II, 51. Pelaſgos, Ἀθηναίοισι συνοίκους γενομένους ἐν τῇ χώρῃ, initia Deorum Samothracum inſtituiſſe primos: fieri ſane vix potuit, quin Athenienſibus, cum quibus tanto tempore vixerunt, eadem impertiverint ſacra, quæ poſtea neſcio quis error traduxit ad Tyndaridas; eorum profecto in Hymnis Orphicis, qui vetuſtioris Theologiæ diſciplinam continent, ratio habetur nulla: nam quod in Εὐχῇ v. 21. legitur, Καὶ μεγάλους σωτῆρας ὁμοῦ, Διὸς ἄφθιτα τέκνα, falluntur, qui ad Caſtoras trahunt: quales σωτῆρες intelligendi ſint, declarat Hymnus in Curetas XXXVII. ubi — κόσμου σωτῆρες ἀγαυοὶ, Οἵ τε Σαμοθρᾴκλῃ ἱερὴν χθόνα ναιετάουσι Κινδύνους ζητῶν ἀπερύκειν πολιοπλανήτων· illaque inprimis obſervanda. Κουρῆτες, Κορύβαντες ἀνάκτορες, εὐδύνατοί τε, Ἐν Σαμοθρᾴκῃ ἄνακτες, ὁμοῦ Ζηνὸς κόροι αὐτοί. Πυκιναὶ ἀέναοι, ψυχοτρόφοι, ἀεροειδεῖς, Οἵ τε κὴ ἐράνιοι Δίδυμοι κλῄζεθ' ὑπ' Ὀλύμπῳ. Verum ne Samothraciæ quidem, quam optimo titulo videbantur tenere, poſſeſſionem Cabiris integram Tyndaridæ reliquerunt; opinione ſaltem vulgi, quam velut compertam ſecutus eſt *Ovid.* I. Triſt. X, 45. *Vos quoque Tyndaridae, quos haec colit inſula, fratres, Mite, precor, duplici numen adeſte viae:* forte etiam *Plutarch.* in AEmil. p. 267. F. Perſeus Macedoniae rex victus διέπλωσεν εἰς Σαμοθράκην, καὶ λαφύγων ἐπὶ τοὺς Διοσκούρους ἱκέτευεν· quanquam in hac hiſtoria ſub initium lib. XLV. *Livius* nullum Samothracum Deorum nomen, ſive rem incertam tutius in medio relinqui centens, ſive religione deterritus, commemoret; niſi quis in eam ſuſpicionem veniat, Dioſcuros c. 6. librariorum opera in Deos abiiſſe: *fortunam Dioſcurosque, quorum in templo erant, nulla ope ſupplicem juvantes, accuſans.* Attamen iſtam vulgi perſuaſionem merito repudiat *Varro* de L. L. IV. p. 17. *Nam neque, quas Ambracia* (nondum cur ſcriptura vetus mutari debeat, rationem invenio) *ante portas ſtatuit duas virileis ſpecies aheneas, dei magni; neque, ut volgus putat, hi Samothraces Dii, qui Caſtor & Pollux.* Non ſolos autem Cabiros, ſed Caſtores etiam Magnos Deos Inſcriptiones praebent, & ſæpius uſu venit, ut vix, utri ſint intelligendi, diſcernere queas; quemadmodum apud Clitorios quod fanum eſſe memoratur Διοσκούρων, καλουμένων δὲ θεῶν μεγάλων a *Pauſan.* VIII. p. 639. Sed Cabiris ne in coelo quidem per Tyndaridas eſſe licuit quietis, nihilque propius eſt factum, quam ut de ſigno Geminorum coloni veteres proturbati plane dejicerentur: adfuerunt injuſtae cauſae auctores ſane graves, *Eratoſth.* Cataſt. c. X. quem *Hyginus* paene interpretatur Poët. Aſtron. II. c. 22. & *Caeſar Germanicus*, ut *Tertullianum*, *Iſidorum* & alios momenti minoris præteream. Qui pro Diis Samothracibus propugnent, illi longe quidem pauciores, at, ſi pondus teſtium non numerum aeſtimes, minime ſpernendi, *Onomacritus*, ſive quis alius Orphicorum Hymnorum ſcriptor placeat, & *Nigidius*, Aſtronomiae veteris conſultiſſimus, apud *Schol. German.* quibus *Ampelium* adjungo lib. Mem. c. III. ſed ut in transitu vix digno beneficium tamen demtae maculae conferam: *Gemini, qui Samothraces nominantur eſſe* (haec ejus ætati in barbariem vergenti condonanda eſt Latinitas) *quorum argumentum nefas eſt pronunciare praeter eos* (*aliis praeter eos*; niſi malis *praeter eis*, hoc eſt, prætereamquam iis, quomodo non raro ſolent Latini recentiores) *qui initiis praeſto ſunt:* juvit nos *Schol. Germanici*, ex quo fere deſcriptum illud *Ampelii* caput corrigi pluribus in locis poteſt. Nos hac vice cum Tyndaridis actione legitima non experiemur, pro tempore contenti, ſi ſatis fuerit probatum, nullam in ſe temeritatis culpam ſuſcepiſſe *Sextum Emp.* qui dicere non veritus ſit raptos ab iis honores alienos. Nunc ad inſignia *Luciano* commemorata revertimur. Spicula praeferunt itidem nummi & monumenta lapidum: de equis albis notatum eſt a *J. Daviſio*, viro doctiſſimo, ad *Cicer.* de N. D. II, 2. p. 105. hujus etiam loci non oblito. Equos iis a Mercurio diſtributos *Steſichorum* docere prodit *Tertull.* de Spect. c. 9. plenius ex eodem vate & nominibus quatuor equorum additis *Etymol.* &

του Κάστορα, Πολυδεύκην ὄντα· τὸ δὲ τῷ Ζ pellarim Caſtora, qui Pollux erat; illum, Pol-

Suidas in Κύλλαρος, qui ſibi collati mutuam operam praeſtant: in illo pro Ἥραν δ' Ἐξάλιθον, quo nomine nullum equum noverit antiquitas tota, repone δὲ Ξάνθον, ſponſore *Philargyrio*, qui pro Grammatico ſatis arroganter ſcribit ad Georg. III, 89. *poëtas Graeculos fabulari*, Xanthum & Cyllarum equos Neptunum Junoni dediſſe, illam Caſtori & Polluci. Verba *Polyaeni*, quia vitio carere non videntur, producam: is Ariſtomenem cum facinoris ſocio, ut Lacedaemonios mentita ſpecie falleret, ſumſiſſe Caſtorum habitus refert II. c. 31. §. 4. λευκῶν ἵππων ἐπίβησαν ἀμφω, καὶ ταῖς κεφαλαῖς πιλίοις χρυσοῦς ἀστέρας· perſpicuum eſt deficere vocabulum aliud, cui convenire proxime debeat πιλιδίους· nam κεφαλαῖς πιλιδίοις ἀστέρας, quamvis ξίφος πιλεῖσθαι me non fugiat, plane durum eſt: jam ſi πίλους interjungas, ταῖς κεφαλαῖς πίλους πιλιδίοις καὶ χρ. ἀ. res erit in vado; ſicut *Homer.* Il. M, 320. — ἔδουσι τε πίονα μῆλα οἶνον τ' ἔξαιτον — de quo genere plura docet *Euſtath.* p. 907. confirmat ſimilis *Pauſaniae* locus, ubi, quod hic Ariſtomeni ejusque amico, Meſſeniis Gonippo & Panormo tribuitur lib. IV. p. 344. *Philo Jud.* L. ad C. p. 1003. πίλους ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐλάμβανε, ὁπότε ἀσκοῖτο εἰς Διοσκούρους· neque ſolet aliter *Polyaenus*, πίλιον κεφαλῇ πιλιδίῳ VI. c. 12. Porro ſalutaris eorum, quam navigantibus praeſtiterunt, cura, ut eſt quidem illa, praeſertim apud poëtas, cognitiſſima, ſic tamen unde ad eos quamve ob cauſam defluxerit, parum conſtat. Initio ſciendum eſt, eandem obiiſſe Deos Samothracas provinciam: praeter Hymnum Orphêum, cujus ſupra meminimus, *Apollonium Rh.* I, 918. ejusque *Schol.* plena teſtatur tot tabulis votivis Samothracia, quas Diagoras ille Melius, homo ſapiens, irridebat, aſpernatus tam futile divinae providentiae documentum. Quid ergo? an denuo Caſtoras imminuti Cabirorum juris reos tenemus? Hac quidem in parte ſuccurrit aliquantum *Diodor. Sic.* IV. p. 172. A. & tanti criminis invidiam deprecatur: operae pretium eſt rem memoratu dignam cognoſcere. Quum orta tempeſtate Argonautae ſummo verſarentur in diſcrimine, Orpheus dicitur ſolus initiatus ποιήσασθαι τοῖς Σαμοθρᾳξὶ τὰς ὑπὲρ τῆς σωτηρίας εὐχὰς εὐθὺς δὲ τῷ πνεύματι ἐνδόντος, καὶ δυοῖν ἀστέρων ἐπὶ τὰς τῶν Διοσκούρων κεφαλὰς ἐπιπεσόντων omnes ſtupore defixos divinitus exiſtimaſſe praeſentiſſimum periculum eſſe depulſum: διὸ καὶ τοῖς ἐπιγινομένοις τὸ θεοδσίμου γενομένης τῆς ἀφετείας ἀεὶ τοὺς χειμαζομένους τῆς πλεούσης εὐχὰς μὲ τίθεσθαι τοῖς Σαμοθρᾳξὶ, τὴν δὲ τῶν ἀστέρων παρουσίαν ἀναπέμπειν εἰς τὴν τῶν Διοσκούρων ἐπιφάνειαν· id quidem a poſteris non adeo fuit obſervatum, quin plerique obliterata velut Samothracum Deorum memoria, ad Dioſcuros preces ac vota ſolos allegarent. Narrationem vero, quam ſine dubio *Diodorus* ex vetuſto quodam expeditionis Argonauticae ſcriptore hauſit, amplectitur etiam *Valer. Flacc.* I, 570. is enim, quandoquidem prior *Varro Atacinus Apollonium* paene de verbo ad verbum verterat, ut non ex *Quinctiliano* tantum, *alieni operis interpretem* cum appellante, ſed pluribus etiam indiciis, iisque certiſſimis, exploratum habemus, alios ſibi, quorum imitatio celebri argumento novitatis gratiam conciliare poterat, auctores delegit. *Strabo* diſcrepat I. p. 83. ideoque τοὺς Διοσκούρους ἐπιμελητὰς τῆς θαλάσσης λαχόντας, καὶ σωτῆρας τῶν πλεόντων ſtatuit, quod primi longas navigationes inſtituiſſent: addit inſuper *Ampelius*, *eos principes mare tutum a praedonibus praeſtitiſſe*: nimirum uterque ſecutus eſt illorum auctoritatem, qui, quum merito poſt fabulas latere rerum veteri memoria geſtarum ordinem putarent, non una rate Argonautas, ſed claſſe inſtructiſſima maria prius inacceſſa perluſtraſſe arbitrabantur: ab his pelagi tentandi rudimentis auſos fuiſſe Graecos nobilem illam in Trojam expeditionem ſuſcipere. *Hygini* fides ſi potior eſt, Neptuno debent Dioſcuri honeſtiſſimae curae beneficium: nam *equos quibus utuntur donavit, & dedit poteſtatem naufragis ſaluti eſſe*: quod ſane non poteſt non veriſimillimum videri; quis enim credat invito vel inconſulto Neptuno tantum in mare ac tempeſtates cuiquam potuiſſe juris concedi? Paulo tamen aliter *Serv.* ad Georg. I, 12. *Caſtor & Pollux*, *quia eorum velociſſimae ſtellae ſunt*, *equos in tutela habere dicuntur*. Verum *Iſocrates*, ut quaeſtiſſimis Helenam ſuam encomiis excoleret, ſorori Tyndaridas acceptum referre voluit, non ſolum quod Deorum in numerum ſint adſcripti, ſed hujus etiam adminiſtrandae provinciae decus p. 218. B. Helena jam divinos honores adepta πρῶτον μὲ τοὺς ἀδελφοὺς ἤδη καλουμένους ὑπὸ τῆς παρθενίης εἰς θεοὺς ἀνήγαγε· βουλομένη δὲ πίστιν ποιῆσαι τὴν μεταβολὴν, ὅτως αὐτοὺς τὰς τιμὰς ἐναργεῖς ἔδωκεν, ὡς' ἀμυνόμενους ὑπὸ τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ κινδυνευόντων σώζειν, εἴτινες ἂν εὐσεβῶς αὐτοὺς ἐπικαλέσωνται. Haec ille; poëtis tamen, quorum fingendi licentiam ferme ſuperavit, iratis, *Euripide* certe, in cujus Hel. v. 1680. Caſtores, quam ipſi a Jove jam fuerant conſecuti, ſorori promittunt immortalitatem: neque ſecus in Oreſt. v. 1637. & 1690. Helenam in coelum ſubvehit Apollo Κάστορί τε Πολυδεύκει τ' ἐν αἰθέρος στυγνᾶς Σύθακον ἐσημένῳ ναυτίλοις σωτῆριον, & Σὺν Τυνδαρίδαις τοῖς Διὸς υἱοῖς Ναύταις μεδίουσαν θαλάσσης. A reliquis *Euripidem* diſſidere notat *Scholiaſtes*: Ὅτι ἡ Ἑλένη τοῖς χειμαζομένοις κατὰ θάλατταν ἵπποις ἐπὶ κατὰ Εὐριπίδην σεσημείωται· ὁ μέντοι Σωσιθεος ἰμπαλιν εἴρηται ὡς ὑμνωδὸς αὐτὴν ἐπιφάνειας. Equidem haud ſane commemini, an quiſquam praeterea Helenam in hac cura fratribus adſociarit: quin contra dirum ejus ſidus, quando ſolitarium apparet, navigantibus eſſe perniciosiſſimum ſcribit *Solin.* c. 1. nec niſi menſtruo cruore ſolo averti poſſe: prius a *Plinio* confirmatur H. N. II, 37. alterum non dixerim an ab ullo alio. *Stat.* Theb. VII, 791. *Non aliter caeco nocturni turbine Cori Scit peritura ratis, quum jam damnata ſororis Igne Therapnaei fugerunt carbaſa fratres*: merentur adſcribi, quae *Lutatius* obſervat: *Quia nautae, cum ſtellam Helenae viderint* (*quae Urania dicitur, cujus tanta eſt vis incendii, ut malum cavet, & navis ima pertundat, ut etiamſi aes ſit, hoc calore ſolvatur*) *ergo ſi haec ſtella navi inſederit*,

Pollucis nomine. Verum dic mihi etiam Πολυδεύκεος ὀνόμαλι· ἀτὰρ εἰπέ μοι καὶ τόδε,

vit, sciunt se nautae sine *dubio perituros: contra Castorum sidera sunt navigantibus salutaria.* Ad eum *Papinii* locum *Barthio Euripidis* emendandi conatus male succesſit. Ergo minime dubitandum, quin navis in mari deprensa Dioscurorum tutius quam Helenae praesidio committatur: credere fas est oculato testi, & philosopho quidem *Maximo Tyrio* ad finem Dial. XXVII. εἶδον δὲ κὴ Διοσκούρους ἐπὶ νεὼς, ἀστέρας λαμπρὸς, εὐθυπλοίας τὴν ναῦν χειμαζομένην. Tragicus autem, fabulae in quamcunque formam vertendae libertatem sibi vindicans, ut scenae serviret, Helenae munus tribuere non fuit veritus, cujus alibi ne verbo quidem usquam fecerat mentionem; quum de solis tamen Tyndaridis saepissime testetur: vide Electr. v. 1241. egregie Chorus v. 992. — βροτῶν ὡ ἀλὸς φοβίοις Τιμὰς σωτῆρας ἔχουσι, exquisita loquendi formula, quae aliud quiddam indicat, quam vulgatum illud τιμὰς ἰσοθέους ἔχειν· ut enim Sacas Xenophonteus K. Π. I. p. 6. τιμὴν ἔχει προσάγειν τοὺς δορυφόρους Ἀγυιάτας, sic & Dii τιμὰς ἔχειν dicuntur, *munus aliquod obire ad hominum utilitates comparatum*, quo diligenter administrato cultum eorum demereantur: non aliter in *Isocrate*, τιμὰς ἐναργεῖς διδόναι, *Aristotele* Polit. VII. c. 16. θεῶν ἀποθεράπεια τὸ ἐλλιπέστατον τὴν περὶ τὰ γενέσεως τιμήν· multum ab hac elegantia capienda Interpretes abfuerunt. Quam itaque noster irrisor vocat ἀγαθὴν κὴ σωτήριον τέχνην, illae sunt Scenico philosopho τιμαὶ σωτῆρες βροτῶν· σωτῆρες autem τιμαὶ similiter, atque χθόνα σωτῆρα κακῶν in Med. v. 360. νυμφαὶ σωτῆρες *Sophocl.* Phil. v. 1467. λωβητῆρες Ἐριννύες Antig. v. 1086. ubi vide *Schol.* Ceres μαστὴρ *Carcin.* apud *Diodor. Sic.* V. p. 201. A. in *Alexandri AEtoli* versu apud *Macrob.* Saturn. V. c. 22. Ὥπιν βλητῆρα οἰῶν malim prae eo, quod *Salmasius* dedit βλήτειραν οἰῶν, etsi mollius hoc ad aures accidat: addenda est praeclara *Jos. Scaligeri* observatio ad *Manil.* V, 632. cujus vestigia pressit dicam an suppressit *Salmas.* ad Ov. *Simm.* p. 246. A procuratione navigantium tam utili σωτῆρες eximie dicti sunt Castores, ut jam pridem est observatum: *Sext. Empir.* IX. §. 86. τοὺς Διοσκούρους ἀγαθούς τινας εἶναι δαίμονας, σωτῆρας εὐσέλμων νεῶν· ubi, qui quidem obtuso non sit sensu, & parum exercitato, vetusti poëtae verba facile quis odorabitur. Neque hic solum, sed saepius alibi, quando de Dioscuris fit sermo, loca vatum antiquorum adhiberi deprehendes, quae, quantumcunque eos, qui supersunt, excusseris, frustra quaeras: velut in *Plutarch.* T. II. p. 1103. C. μήτε τοὺς Διοσκούρους αὐτοὺς ἀφίξεσθαι ἐπιχθονίων τε μαλάξοντας βίαιον πόντον, ἀκτίας τε ἀνέμων ῥιπάς in *Aristide* T. I. p. 83. ubi Asclepiadas celebrat, quorum de genere humano merita constent non minora, quam Castorum, Διοσκούροις ἰσομοίρους, οἱ πολλὰς μὲ ἤδη τρικυμίας κατεπαύσαλε, πολλοὺς δὲ κὴ σιλπνοὺς λαμπτῆρας ἐν τε νήσοις κὴ κατ' ἤπειρον ἀνήψαλο· utrobique vestigia se produnt orationis ligatae, & supra sermonem pedestrem surgentis. Quinetiam Grammatici, homines in nugis acuti, Graecum Pollucis nomen eo trahunt: id enim continere πολὺ δῦνον, multam dulcedinem suavitatemque beneficiorum, quae ab iis & viventibus & dein coelestium ordini adscriptis ad mortales permanarint: ista memorantem *Apollonii Scholiasten* ad I, 1037. *Etymologus* excerpsit in Ἀδδυκής. Verum ne quis ita existimet, nullo delectu quibusvis hominibus, modo implorarentur, adjutores praesto fuisse Castoras; imo probis, ut par erat, justisque solis operam navabant: *Schol. Pindar.* ad N. I, 103. δοκοῦσι γὰρ ἐπιφανόμενοι κατὰ τὸ πέλαγος σώζειν τοὺς δικαίους· quod si cui levior hujus Grammatici videatur auctoritas, audiat ipsos Dioscuros, *Euripide* interprete, in Electr. v. 1350. Διὰ σ' αἰθερίας στείχουσι πλάκος Τοῖς μὲ μυσαροῖς σὺν ἐπαρήγομεν· Οἵοισι σ' ὅσιον ἐς τὸ δίκαιον Φίλον ἐν βιότῳ, τούτους χαλεπῶν Ἐκλύουσι μόχθων σώζομεν. Neque porro nimium erant faciles, nec virium suarum in quotidianis periculis inconsulto prodigi; sed ad incitas plane redactos oportebat, & mersa paene navi fundum petentes, qui salutarem eorum opem essent experturi: quapropter vocat eos Ἀνθρώπων σωτῆρας ἐπὶ ξυροῦ ἤδη ἐόντων *Theocrit.* Eid. XXII, 6. & 17. Ἀλλ' ἔμπης ὑμεῖς τε κὴ ἐκ βυθοῦ ἕλκετε ναῦας Αὐτοῖσι ταύταισιν ὀιομένοις θανέεσθαι· quod omnino videtur *Horatius* imitari voluisse IV. Od. VIII, 31. *Clarum Tyndaridae sidus ab infimis Quassas eripiunt aequoribus rates.* Propius etiam ipsum sacrificii genus, quod in mare porrici moris erat ad auxilium eorum implorandum, describsit Homeridarum aliquis Hymn. XXXII. Hinc ducta figura historiae veritatem *Libanius* obumbravit in Paneg. Jul. p. 176. B. ὅτε δὴ τὴ θαλάσσης ἀναταραχθείσης ἐκ πνευμάτων συκοφαντικῶν, κὴ σκάφους τὸ μὲ καθαδυντος, τὸ δὲ ὑποκλυζομένου, κὴ τῷ κύματος ὑπὲρ τὰ τοίχων αἰρομένου (Interpres mirifice: *fluctu jam muros superante:* lege ὑπὲρ τὸ τοῖχον, *fluctu jam latus navis superante*) Διοσκούρους ἄνωθεν ἐκ κοινοῦ βουλυτηρίου πέμψαντες ἐξήρπασαν τὸ κλυδωνίου τὸ πλοῖον· quae ex rerum gestarum monumentis illustrare tempus nos vetat: alterum potius addam *Libanii* locum p. 624. B. qui, antequam intelligi possit, sanandus est hunc in modum: Ἴσμεν δὴ ἐ τοὺς Διοσκόρους, οἷς ἂν ὦσιν εὐμενεῖς, μέχρι λιμένων ἀποπέμποντας αὐτούς τε κὴ τὸ γόμον· ἀλλ' ὁ τὲ μὲ ῥέονται κλυδωνος, τοῖ δὲ προΐενται· interpres, qui sentinam errorum paucis virtutibus excusare nequit, non versionem hic, sed monstrum peperit; sententia *Libanii* talis: *novimus etenim & Castoras, quibus sint propitii, ad portus usque prosequi & ipsos & navim mercibus oneratam; non autem eos solent ex hoc fluctu liberare, isti mergendos permittere.* Inde causa nobis est comperta, cur abscessus, quas medici παρωτίδας appellant, quum sub ipsis auribus post graves morbos oriuntur, salutis praenuncios, Διοσκούρους etiam dixerint; nam qui rationem a numero repetunt, & *gemellos* interpretantur, longe aberrare certum est. *Galen.* Op. Ιατρ. Παρωτίδες εἰσὶ τοῖς ὄσιν ἀποσήματα· ταῦτα ἔνιοι Διοσκούρους ἐκάλεσαν· ἐπὶ πυρετοῖς γινόμεναι τὰ πολλὰ τῶν πυριτῶν ἀπαλλάσσουσι. Hoc est βιβλίον illud ἰατρικὸν, unde usum illum vocis Διόσκουροι medicum adnotavit *Eustath.* ad Il. Γ. p. 410. non *Cassius*, ut visum fuit *Joh. Meursio* Misc. Lacon. I. p. 21.

δε, τί δήποθε οὐκ ἄμφω ξύνεισιν ἡμῖν, ἀλλ' ἐξ ἡμισείας ἄρτι μὲν νεκρός, ἄρτι δὲ θεός ἐστιν ἄτερος αὐτῶν.

illud, quid tandem sit causæ, cur ambo simul nobiscum non sint, sed partitis vicibus nunc mortuus, nunc Deus est alter eorum.

ΕΡΜ. Ὑπὸ φιλαδελφίας τοῦτο ποιοῦσιν· ἐπεὶ γὰρ ἔδει ἕνα μὲν τεθνάναι τῶν Λήδας υἱέων, ἕνα δὲ ἀθάνατον εἶναι, ἐνείμαντο ἑτέρῳ ἑτέρου τὴν ἀθανασίαν. ΑΠ. οὐ ξυνετὴν, ὦ Ἑρμῆ, τὴν νομὴν, εἴτε οὐδ' ὄψονται ἑτέρους ἀλλήλους, ὅσῳ ἐπόθεν, οἶμαι, μάλιστα· πῶς γὰρ ὁ μὲν παρὰ θεοῖς, ὁ δὲ παρὰ τοῖς φθιτοῖς ὤν; πλὴν ἀλλὰ, ὥσπερ ἐγὼ μαντεύομαι, ὁ μὲν Ἀσκληπιὸς ἰᾶται, σὺ δὲ πα-

2. MERC. Fraternus amor suasit, ut hoc facerent: quoniam enim oportebat unum oppetere mortem Ledæ filiorum, alterum immortalem esse, inter se diviserunt eo pacto ipsi immortalitatem. A P. Haud prudenti, Mercuri, partitione; siquidem ne videbunt quidem sese, quod desiderabant, ut puto, maxime: quî enim hoc fieri possit, quum hic apud Deos, iste apud defunctos per vices sit. Attamen, sicuti ego vaticinor, Æsculapius medetur, tu luctari do-

Prorsus autem perverse Dioscuris additum fuisse nomen παρωτίδων sibi persuasit *Is. Vossius* ad *Catull.* p. 289. quanquam hoc quidem leve est peccatum atque ignoscibile prae eo, quod commisit *G. Cuperus* in Harpocr. p. 148. haec scribens: *Quin & παρώτιδες, i.e. anguli oculorum, qui aures spectant, vel forte tegmen, quo aures muniebant pugiles, quod ex auctoribus & statuis eleganter illustrat Eruditissimus Fabrettus, quia Pollux pugilatu & caestibus spectatus fuit. Διόσκουροι vocantur:* in quibus ea, quae monui, nihil inesse sani satis demonstrant. Illud insuper non videtur praetereundum, fieri non raro, ut, quum stellae Castorum ab antiquis commemorantur, Grammatici vix expediant, utrum, quae per transtra navium & antennas adhaerent sint intelligendae, an Gemini: sic fluctuare videas commentatores *Horatii* veteres ad I. Od. III. & XII. lib. III. Od. XXIX, 64. Pro geminis facit *Germanicus*: *Sunt Gemini, quos nulla dies sub Tartara misit, Sed coelo semper nautis laetissima signa Ledaeos statuit juvenes pater ipse Deorum.* Denique nonnihil Achilli debent Castores, qui particulam occupatissimae curae in se derivari fuerit passus: eos saltem, qui prope insulam Achilleam tempestate jactati laborabant, in fidem suam recepit, iisdemque, quibus illi, signis numen praesens indicare non fuit dedignatus. Audiamus *Arrianum* testem gravissimum Per. P. E. p. 14. qui, dum in Achillis insulae descriptione liberalissime versatur, haec inter alia instituto nostro minime aliena prodit: οἱ δὲ ὑπὲρ λέγουσι φανῆναι σφισιν ἐπὶ τῷ ἱστῷ, ἢ ἐπ' ἄκρῳ τῷ κέρως τῆς Ἀχιλλέα, καθάπερ τοὺς Διοσκούρους· τόσον δὲ μόνον τῶν Διοσκούρων μεῖον ἔχειν τὴν Ἀχιλλέα, ὅσον οἱ μὲν Διόσκουροι τοῖς ναυλαχοῦ πλωίζομένοις ἐναργεῖς φαίνονται, καὶ φανέντες σωτῆρες γίνονται· ὁ δὲ τοῖς πελάζουσι ἤδη τῇ νήσῳ. Non dissimilis extat *Maximi Tyrii* locus Diss. XXVII. cum quo si *Philostratum* contuleris Her. c. XVI. operae non poenitebit: *Arriani* ad *Maximum* jam meminerat *D. Heinsius*. Ceterum de stellulis istis salutaribus, quae Castorum apud Graecos, postmodum apud Pontificios Sanctorum nominibus insigniri meruerunt, naturalibusque earum causis multa subministrat *Fromond.* Meteorol. II. c. 2. Haec paulo uberius tradere visum fuit, ut curas juveniles expolirem: nec fraudi mihi fore spero, si in eâdem denuo palaestra desudarim, in qua jam ante Viri literarum laude praestantes, *L. Bisciola* Hor. Subs. IV, 16. *G. Joh. Vossius* de Orig. & Progr. Idol. *Raph. Fabrett.* ad Column. Traj. *Ez. Spanhem.* ad *Callimach.* aliique plures exerceri voluerant. T.H.

49. Ἐξ ἡμισείας] Hic Fl. distinguit, quasi jungi deberent a sequentibus separata οὐκ ἄμφω, ἀλλ' ἐξ ἡμισείας· parum commode. Notissimus est *Homeri* locus Od. Λ, 302. sed in cujus intellectu veteres discrepant: sunt qui diebus alternis stationem coeli inferorumque inter se mutasse Castorem ac Pollucem arbitrantur; atque ita fere Latini poëtae *Virgil.* AEn. VI, 121. *Ovid.* Fast. V, 717. *Quod mihi das uni, coelum partire duobus*: mox: *Dixit, & alterna fratrem statione redemit*: signate *Silius Ital.* XIII, 804. de Scipione, quem veteres heroas spectatum ad inferos miserat: *Victuram hinc cernit Ledaei Castoris umbram; Alternam lucem peragebat in aethere Pollux*: ubi vide Doctiss. *Drakenborch.* idem paene voluit IX, 295. sed, quo vitio nonnunquam laborat, molesto atque intricato dicendi genere mentem vix expediens: *Alternusque animae mutato Castore Pollux*: ingenio *Minucius Felix* indulsit breviter, ut solet, compacta sententia: *Castores alternis moriuntur, ut vivant*: meminit hujus opinionis *Eustathius*, eamque tanquam minus probabilem repudiat; ἕτεροι, inquit, ἐκ πάνυ πιθανῶς νοοῦντες. Alii utrosque simul Castores per dierum vices alternasse statuunt vitae mortisque conditionem: hi magno se auctore tueri possunt *Pindaro* N. I, 103. quanquam alio ducat, sed perperam, *Benedicti* Paraphrasis: observat ibi *Scholiastes* Lyricorum principem ἀπεπεπτωκέναι τοῖς εἰς τὴν Νεκυομαντείᾳ λεγομένοις περὶ τῶν Διοσκούρων & prolatis poëtae versibus, ὅτε κατὰ μὲν τὸ ΔΙΕΣΚΕΥΑΚΟΤΑ παρ' Ὁμήρῳ παρ' ἡμέραν αὐτοὺς ἀναθιήσκειν &c. quae nunc quidem, tametsi nodos habeant vindice non indignos, aliorum indu-

doces exercitator in hoc genere optimus, Diana obstetricatur, ceterorumque Deorum singuli habent artem quandam aut Diis aut hominibus utilem, quid hi nobis operis facient? an inertes epulabuntur tam grandi natu? MERC. Neutiquam, illis hæc est mandata provincia, ut ministrent Neptuno; & obequitare decet pelagus, & sicubi nautas hieme vexatos viderint, considere in ea navi, illaque vectos servare. A P. Bonam, Mercuri, & salutarem narras artem.

60 ὁλαίειν διδάσκεις, παιδοτρίβης ἄριστος ὤν, ἡ δὲ Ἄρτεμις μαιεύεται, καὶ τἄλλων ἕκαστος ἔχει τίνα τέχνην, ἢ θεοῖς ἢ ἀνθρώποις χρησίμην, ὅτοι δέ τί ποιήσουσιν ἡμῖν; ἢ ἀργοὶ εὐωχήσονται, τηλικοῦτοι ὄντες; ΕΡ. ὠδαμῶς, 65 ἀλλὰ πρόσταξιν αὐτοῖν ὑπηρετεῖν τῷ Ποσειδῶνι, καὶ καθιππεύειν δεῖ τὸ πέλαγος, καὶ ἄν πῃ ναύτας χειμαζομένους ἴδωσιν, ἐπικαθίσαντας ἐπὶ τὸ πλοῖον, σώζειν τοὺς ἐμπλέοντας. ΑΠ. ἀγαθήν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ σωτήριον 70 λέγεις τὴν τέχνην.

dustriae commissa diligentius perscrutari non juvat: accedit *Apollod.* III. p. 219. Ζεὺς ἀμφοτέροις παρ' ἡμέραν καὶ ἐν θεοῖς εἶναι καὶ ἐν θνητοῖς ἔδωκε. Parvus Homeri Commentator judicium suum non interponens utriusvis explicationis lectori potestatem fecit: Ἑτερήμεροι] παρ' ἡμέραν ἀμφότεροι, ἢ μίαν ὧδε μίαν ἡμέραν ζῶντες; modo tamen has partes fuerat secutus: ὥστε παρ' ἡμέραν ἀμφοτέρους ὅτε μὲ ἐν Ὀλύμπῳ διατρίβειν, ὅτε δὲ ἐν Ἀΐδαο. Fuere Viri Docti, quos diffidium illud antiquorum non perspectum in errorem impulit. Subscribere priori sententiae Samosatensis Noster idcirco debuit, ne sub Apollinis persona irridendae partitionis acumen amitteret. Similiter ac *Lucianus* ἐνίκησε τὴν ἀθανασίαν, *Schol. Homeri* νίκησας πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὴν ἀφθαρσίαν. Fraternam illam animorum conjunctionem Castoris ac Pollucis multi celebrarunt: *Pindarum* & *Ovidium* inter se si compares, hic quem fuerit imitatus, non amplius ambiguum erit: ita versatur in eadem re *Philo* περὶ Ἀρ. καὶ Πρ. p. 1004. A. ut Judaeum haud ferme agnoscas. Alio spectat elegans Alcibiadis dictum apud *AElian.* V. H. XIII, 38. *T. H.*

63. Οὗτοι δὲ τί π. ἡμῖν] Invectum videtur illud δὲ ab iis, qui non intelligebant, haec ordine orationis perpetuo superioribus esse adnectenda; pendent enim ab isto initio, πλὴν ἀλλὰ, ὥσπερ ἐγὼ &c. ὅτοι τι ποιήσουσιν ἡμῖν; ubi patet vacare prorsus δὲ malit tamen aliquis δὴ, quod, quia commode ponitur, neque ego repudio. Munus Dianae virginis obstetricium haud sane jocis, & asperioribus quidem, caruit. *Noster* pro amore, quo numina Gentilium prosequebatur, singulari Junonem ipsam fecit hoc in negotio falsе ridentem D. XVI. neque patres Ecclesiastici praeterire potuerunt, quin officium intactae puellae parum, ut videbatur, decorum perstringerent. Attamen modo nata nihil egit prius, quam hoc ipsum, quasi salutarem artem in utero fuisset commeditata. *Apollodorum* audi I. p. 13. Latona γενεᾷ πρώτῳ Ἄρτεμιν, ὑφ' ἧς μαιωθεῖσα ὕστερον Ἀπόλλωνα ἐγέννησε· quantum eo nomine sorori debuerit Apollo, accurate *Libanius* exposuit T. II. p. 662. A. verbo quidem lectissimo, προεκτρέχει μὲ Ἄρτεμις τῷ Ἀπόλλωνι, ne ejus, quae puerperis opem esset latura, difficilem fuisse partum credas: non dissentit *Servius* tum aliis in locis, tum ad Ecl. *Virgilii* IV, 10. ubi Lucinam accipit Dianam, advocato *Terentio*, cujus est in Andr. A. III. Sc. I. *Juno Lucina fer opem:* in Comoedia Graeca *Menandri* ibi posuerat Ἄρτεμιν, testibus *Donato* & *Eugraphio.* Haec adeo visum fuit observare, ut, si forte, succurram *Tatiano* istis in verbis §. 12. p. 31. quae ad Lucianea valde congruunt: Ἀφροδίτη δὲ γάμου πλανᾶται ἥδεται· μάγος ἐστὶν Ἄρτεμις· θεραπεύει ὁ Ἀπόλλων· Dianam magam fando quis audivit? Hecaten si scripsisset, nihil erat, quod nos moraretur: quamvis enim pro eadem utramque Theologi veteres habeant, multum tamen abest, ut munia longe disparata poëtae aliique scriptores confundant: simili modo Dianam etsi Lunam interpretentur, fuitne tamen unquam repertus, qui Dianam Endymionis amore captam dixerit? Non me fugit quorsum tendat *Gisb. Cuperus* in Inscr. & Marmor. Illustr. p. 270. sed ego, ut quidem mihi videor, meliorem a *Tatiano* gratiam inibo, si suum Dianae munus reddam, proque maga secundis totius antiquitatis suffragiis obstetricem esse jubeam: μαῖα δ' ἐστὶν Ἄρτεμις· causa corruptelae proxima recentioribus literarum γ & ι pronunciatio, quo mendi genere vix dici potest, quot adhuc veterum loca laborent; ut in *Hesychio*, Παῖον, ἀσφαλὲς, βέβαιον· pro Πάγιον· Λοῖα, ὀλίθρια· pro Λοίγια· ἦγε & ἦιε, ἀγὼν & αἰὼν in membranis saepe commutata: ἔργωλας nullius pretii vocabulum in Apollon. Rh. I, 1132. pro ἐριώλας, quod usurpat ipse IV, 1778. Sed exemplis parco. *T. H.*

Ena-

Ἐνάλιοι Διάλογοι. Dialogi Marini.

I.

ΔΩΡΙΔΟΣ ΚΑΙ ΓΑΛΑΤΕΙΑΣ. DORIDIS ET GALATEÆ.

Δ Ω Ρ. D O R.

Καλὸν ἐραστὴν, ὦ Γαλάτεια, φασὶ τὸν Σικελὸν τοῦτον ποιμένα ὀπτιμεμηνέναι σοί. ΓΑ. μὴ σκῶπτε, Δωρί· Ποσειδῶνος γὰρ υἱός ἐστιν, ὁποῖός ἂν ᾖ. ΔΩ. τί οὖν, εἰ καὶ τοῦ Διὸς αὐτοῦ παῖς ὢν ἄγριός ἐστω καὶ λάσιος ἐφαίνετο, καὶ, τὸ πάντων ἀμορφότατον, μονόφθαλμος, οἴει τὸ γένος ὀνῆσαί ἄν τι αὐτὸν πρὸς τὴν μορφήν; ΓΑ. ἀλλὰ τὸ λάσιον αὐτοῦ, καὶ, ὡς φῂς, ἄγριον ἄμορφόν ἐστιν· ἀνδρῶδες γάρ· ὁ, τε ὀφθαλμὸς ὀπιπρέπει τῷ μετώπῳ, οὐδὲν ἐνδεέστερον ὁρῶν, ἢ εἰ δύ' ἦσαν. ΔΩ. ἔοικας, ὦ Γαλάτεια, οὐκ ἐραστὴν, ἀλλ' ἐρώμενον ἔχειν τὸν Πολύφημον, οἷα ἐπαινεῖς αὐτόν.

1. PUlcrum amatorem, o Galatea, ajunt, Siculum istum pastorem, insanire in te. GAL. Ne cavillare, Dori: Neptuni enim filius est, qualiscumque sit. DOR. Quid ergo? si vel Jovis ipsius filius ferus adeo & hirtus videretur, quodque omnium est maxime deforme, unoculus, censenne genus ipsi profuturum esse ad formam? GAL. Neque hirtum illud ejus, &, ut ais, ferum omni plane pulcritudine destituitur, est enim virile: & oculus decorat frontem, nihil deterius cernens, quam si duo essent. DOR. Videre, Galatea, non amatorem, sed amatum habere Polyphemum, prout quidem laudas eum.

2. GAL.

Ἐνάλιοι Διάλογοι εἰσὶ, ἐν οἷς τὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ μυθευόμενα διαπαίζει. G.

2. Ἐπιμεμηνέναι σοι] Commode *Lucianus* eam locutionem adhibuit, quae gravissimi amoris, furorique proximi vim contineat: nam vetustus ille Polyphemus, ut testis est *Theocrit.* Eid. XI, 10. qui hoc in genere auctoritatis est inprimis luculentae, quum Galateam amaret, Ἤρατο δ' ὅτι ῥόδοις, ὐ μάλοις, δὲ κιχίνοις (tueri lectionem illam ut possis, blanditur tamen *D. Heinsii* σελίνοις, quae & praecedentibus aptius conveniunt, & personae Cyclopis) Ἀλλ' ὁλοαῖς μαλίαις — Ergo recte quadrat ἐπιμεμηνέναι τῇ Γαλατείᾳ. Usus verbi frequentissimus & *Homero* notus Il. Z, 160. perinde ac ἐπιμαίνεσθαι τινὶ vel τινὶ, ἐμμαίνεσθαι, ἐπιμανῶς, ἐπιμανῶς, ἐμμανῶς ἔχειν. *Luciano* Doris una Nereidum, in quo sequitur *Homerum* Il. Σ, 45. aliis eodem nomine Oceani filia, Galateae mater: *At mihi, cui pater est Nereus, quam caerula Doris Enixa est* — *Ovid.* Metam. XIII, 742. consentiens cum *Hesiodo.* Fabulae, cujus in *Homero* & *Euripidis* Cyclope nullum extat vestigium, auctorem Philoxenum tradidit *Duris* (Θοῦριος editur) apud *Schol. Theocr.* ad Eid. VI, 7. Polyphemus ἀφ' ἣν εὐθυσίαν τῶν θριαμβάτων καὶ τῆς γαλακτοποσίας Galateae fanum ad AEtnam dedicarat: rationem ejus rei quum Philoxenus Cytherius in Siciliam delatus ad Dionysium exputare non posset, finxit Polyphemum ἱρὸν τῆς Γαλατείας· certe Galateam istius poëtae drama, sive Cyclopem veteres laudant, quod unum fuerit opus, an duplex ac diversum, disquirendi locus non est: vide Athen. I. p. 6. 7. ubi narratiunculam invenies haud inficetam de Philoxeno ad mullum in mensa appositum in aurem loquente. Porro, quemadmodum *Euripides* & *Noster*, sic cujuscumque ordinis scriptores Polyphemum ad AEtnam collocare solent: hoc ab *Homero* prorsus abhorret, si *Cluverium* audimus, qui multis contendit in oppositio Siciliae latere sub Eryce monte Cyclopas consedisse: eum vid. Sic. Ant. II. c. 15. *T.H.*

3. Δωρὶ] Nymphae nomen, filiae Oceani, & uxoris Nerei. *Hesiod.* in Theog. Interdum pro ipso mari accipitur. *Virgil.* Ecl. X. *Doris amara suam non intermisceat undam.* *G.C.*

17. Ἀπὸ τῆς σκοπῆς] Mss. L. & Ox. & Ed. *F.* rectius quam quod in reliquis σκοπιᾶς. *M. du S.*

Ἀπὸ τῆς σκοπιᾶς] Σκοπὴ & σκοπιὰ tam pari sunt atque eadem prope potestate, ut ubi membranae dissentiunt, quod in his vocibus fieri saepius animadverti, utra fuerit a Scriptoribus profecta, discernere non liceat. Σκοπὴ & ipse prospectus apud *Nostrum* in Ἔπισκ. & specula, unde acies oculorum quaquaversum emitti possit: τις τῶν ὀξυθηκούντων ἀπὸ τινος σκοπῆς. *Strab.* VI. p. 409. C. ἀπὸ σκοπῆς θεωρεῖν, κατιδεῖν *Plutar-*

2. GAL. Haud certe amatum: verum illam nimiam obprobandi libidinem vestram non fero: quin mihi videmini ex invidia illud facere, quia pascens aliquando, quum a specula ludentes nos videret in littore, ad imos pedes Ætnæ, qua parte inter montem & mare longe litus protenditur, vos ne adspexit quidem; ego contra ex omnibus ipsi pulcerrima sum visa: ideoque soli etiam mihi adjecit oculum: illa vos pungunt; indicio enim sunt, me forma meliorem esse, & amore dignam: at vos despectæ fuistis. DOR. Tu si pastori & lumine defecto pulcra fuisti visa, ideo te talem putas, cui invideamus? atqui quid aliud in te laudare potuit, quam candorem tantummodo? hanc, opinor, ob causam, quod adsueverit caseo & lacti: cuncta igitur his similia ducit pulcra.

3. Ceterum ubi volueris discere, qualis tibi sit facies, a rupe quadam, si quando

ΓΑ. Οὐκ ἐρῶμαι· ἀλλὰ τὸ φάνυ φιλονεικικὸν τοῦτο οὐ φέρω ὑμῶν· καί μοι δοκεῖτε ὑπὸ φθόνου αὐτὸ ποιεῖν, ὅτι ποιμαίνων ποτὲ, ἀπὸ τῆς [a] σκοπιᾶς παίζούσας ἡμᾶς ἰδὼν ἐπὶ τῆς ἠιόνος ἐν τοῖς [b] πρόποσι τῆς Αἴτνης, καθὸ μέλαξυ τὸ ὄρος καὶ τὴ θαλάττης αἰγιαλὸς ἀπομηκύνει, ὑμᾶς μὲν οὐδὲ προσέβλεψεν· ἐγὼ δ' ἐξ ἁπασῶν ἡ καλλίστη ἔδοξα· ἡ καὶ μόνη ἐμοὶ ἐπέιχε τὸ ὀφθαλμόν· ταῦτα ὑμᾶς ἀνιᾷ· δείγμα δὲ ὡς ἀμείνων εἰμὶ, καὶ ἀξιέρασ[c]τος· ὑμεῖς δὲ παρώφθητε. ΔΩ. εἰ ποιμένι, καὶ [c] ἐνδεεῖ τὸ ὄψιν καλὴν ἔδοξας, ὀπίφθονον οἴει γεγονέναι; καίτοι τί ἄλλο σοὶ ἐπαινέσαι εἶχεν, ἢ τὸ λθικὸν μόνον; καὶ τοῦτο, οἶμαι, ὅτι ξυνήθης ἐστὶ τυρῷ καὶ γάλακτι. πάντα οὖν τὰ ὅμοια τούτοις ἡγεῖται καλά.

Ἐπεὶ τάγε ἄλλα ὁπότ' ἂν ἐθελήσῃς μαθεῖν, οἷα τυγχάνεις ἔσα τὸ ὄψιν, ἀπὸ τῶ-

a Ἀπὸ τῆς σκοπιᾶς] σκοπῆς O. L. *f.* b Πρόποσι] ποσί O. c Ἐνδεεῖ τὸν ὄψιν, καλὴ] Ita P. Post ὄψιν F. καὶ ἰδ. Priores Edd. ἐνδεεῖ καλὴ τὸν ὄψιν.

tarcho frequens: ita verbum σκοπιωρεῖσθαι in *Aristoph.* Vesp. v. 360. *Hermippum* exponere monet *Scholiastes*. Neque tamen *Luciano* ignotum, minusve usitatum σκοπιά· apud *Platonem* ejusque imitatores ὥσπερ ἀπὸ σκοπιᾶς proverbii habitum accepit, de quo commodius alibi dicetur: *Anyta* Anth. VI. c. XXIV. Ep. 6. Φριξοκόμαι τόδε Πανὶ καὶ Αὐλίασιν Φίλο Νύμφαις Δᾶφνον ὑπὸ σκοπιᾶς (melius erit ὑπὸ σκοπιᾷ vel σκοπιὰν· nisi forte malis ἐπὶ σκοπιᾷ) Θεύδοτος οἰονόμος. *Theocrit.* Eid. IX, 7. & *Schol.* Propius etiam accedit, quod Eid. I, 69. Αἴτνας σκοπιὰν usurpet, ἀδιαφορωτικῶς, ait *Schol.* ἀντὶ τῆ τὴν ὑψηλὴν Αἴτνην· quomodo *Dionysius Perieg.* σκοπὴν Ἐμπεδόκλεους, Ἀρμενόνθου. Haec mihi ratio constitit, cur Fl. plurimarumque Edd. scripturam non putaverim postponendam. Describtio τῆ προπόδων τῆς Αἴτνης protensique juxta litoris vera locique naturae conveniens: Αἴτνης παρωρείας dixit *Philippus Thessal.* in Epigr. apud *Salmas.* ad Solin. p. 73. *T.H.*

18. Ἐν τοῖς πρόποσι] Ut in Tim. ἐν τῇ ὑπωρείᾳ, & alibi. *F.B.*

22. Ἐμοὶ] Abundat. *M.du S.*

23. Ταῦτα ὑμᾶς ἀνιᾷ] *Heliod.* lib. 1. *F.B.*

25. Ἐνδεεῖ τὸν ὄψιν] Voces illas, quia Codd. addicebant, sedem commutare jussi. Vel in ordine vulgato ἐνδεεῖ jungendum erat ad τὸν ὄψιν· nam ἐνδεὴς per se positum nullius hic est usus. Paulo ante, ὠδὲν ἐνδιέστερον ὁρᾶν, ἢ σὲ δὲ ἦσαν. *T.H.*

Ibid. Τὸν ὄψιν] Mss. Ox. & P. τὸν ὄψιν, non cum καλὴ conjungunt sed cum præcedenti ἐνδεεῖ· quod probarem, nisi vulgatam tuerentur plurima alia apud nostrum loca; ut mox & supra Θ. κρ. c. 7. & ἰσ. β. c. 36. εἰκ. c. 3. & καλλ. c. 10. ex quibus constat familiarem hanc Luciano phrasin, quam & ideo hic servatam volui. Sic etiam *Polyænus* Strat. VIII. p. 602. C. τὴν ὄψιν ἀσφαλῆ. Juntina καλὴν τὴν ὄψιν. *M.du S.*

29. Καὶ γάλακτι] Τρόπος ἐτυμολογικός. *F.B.*

32. Οἷα τυγχάνεις ἔσα τὴν ὄψιν] Negat quidem *Servius* ex mari effigiem ullo pacto posse reddi: sed *Lucianus* hic aliter sentit, & in Alcyone, *Nonne vides*, inquit, *ut superiora sint serenitate conspicua, fluctibus autem sedatum mare ac tranquillum, ὅμοιον, ὡς εἰπεῖν, κατόπτρῳ*, id est, *speculo, ut sic dicam, consimile. Theocrit.* in Bucol. Eid. VI.

Καὶ γάρ θην ἐδ' εἶδος ἔχω κακὸν, ὡς με λέγουσι.
Ἡ μὲν πρὰν ἐς πόντον ἐσίδλεπον, ἦς δὲ γαλάνα.
Καὶ καλὰ μὲν τὰ γύνεια, καλὰ δ' ἐμὶν ἃ μία κώρα &c.

Quod est hujusmodi:

Nec sum tam forma turpis, quam dicor: in unda
Nuper enim vidi ipse meos de littore vultus,
Cum nulli flarent tranquilla per aequora venti.

Hinc illud *Maronis* sumtum est: — *nuper me in littore vidi* | *Quum placidum ventis staret mare* —. *G.C.*

πέτρας τινὸς, εἴποτε γαλήνη εἴη, ἐπικύψασα ἐς τὸ ὕδωρ, ἴδε σεαυτὴν ὡδὶ ἔχουσαν ἢ χρόαν λευκὴν ἀκριβῶς· οὐκ ἐπαινεῖται δὲ τοῦτο, ἢν μὴ [a] ἐπιπρέπῃ αὐτῷ καὶ τὸ ἐρύθημα. ΓΑ. καὶ μὴν ἐγὼ μὲν ἡ ἀκράτως λευκὴ ὅμως ἐραστὴν [b] καὶ τοῦτον ἔχω· ὑμῖν δὲ οὐκ ἔστιν ἥν τινα ἢ ποιμὴν, ἢ ναύτης, ἢ πορθμεὺς ἐπαινεῖ· [c] ὁ δὲ Πολύφημος τάτε ἄλλα καὶ μουσικός ἐστι.

ΔΩ. Σιώπα, ὦ Γαλάτεια· ἠκούσαμεν αὐτοῦ ᾄδοντος, ὁπότε ἐκώμασε πρώην ἐπὶ σὲ· Ἀφροδίτη φίλη, ὄνον ἄν τις ὀγκᾷ ἔδοξε. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ πηκτὶς, οἷα! κρανίον ἐλάφου γυμνὸν τῶν σαρκῶν· καὶ τὰ μὲν κέρατα, πήχεις ὥσπερ ἦσαν ζυγώσας δὲ αὐτὰ, καὶ ἐνάψας τὰ νεῦρα, οὐδὲ κόλλοπι προσγράψας, ἐμελῴδει ἄμουσόν τι, καὶ ἀπῳδὸν, ἄλλο μὲν αὐτὸς βοῶν, ἄλλο δὲ ἡ λύρα ὑπήχει· ὥστε οὐδὲ κατέχειν τὸ γέλωτα ἐδυνάμεθα ὅτι τῷ ἐρωτικῷ ἐκείνῳ ἄσματι. ἡ μὲν γοῦν Ἠχὼ οὐδ' ἀποκρίνεσθαι αὐτῷ ἤθελεν, οὕτω λάλος ὢν, [d] βρυχωμένῳ· ἀλλ' ἠχύνετο, εἰ φανείη μιμουμένη τραχεῖαν ᾠδὴν, καὶ καταγέλαστον.

tranquillum fuerit mare; prona in aquam despectans, contemplare temet ipsam, nihil aliud, quam colore candidam exquisite: illud autem non laudatur, nisi eniteſcat candori immixtus rubor. GAL. Atqui illa ego mere candida tamen amatorem vel istum habeo; at vestrum nulla est, quam seu pastor, sive nauta, seu portitor laudet. Polyphemus autem & aliis rebus excellit, & musicus est.

4. DOR. Tace, Galatea; audivimus illum canentem, quando comessatum ibat nuper ad te: ita mihi Venus sit propitia, ut asinus aliquis rudere fuit visus: tum ipsa lyra qualis! cranium cervi nudum carnibus; cornua quidem quasi manubria erant, quibus quum jugum addidisset, atque alligasset nervos, quos nulla clavicula tetenderat, modulabatur agreste quiddam & absonum, dum aliud ipse vociferaretur, aliud lyra subsonaret. Itaque ne continere quidem risum poteramus in amatorio isto cantico: nam Echo multum aberat, ut respondere ipsi vellet, tam garrula, rugienti; sed pudebat eam, si visa fuisset imitari asperum cantum & ridiculum.

5. Imo

a Ἐπιπρέπῃ] ἐπιπρέπει O. b Καὶ τοῦτον ἔχω] ἔχω τοῦτον. O. Pro καὶ F. & Marg. Ald. ἢ. c Ὁ δὲ] ὁ δὲ γε O. d Βρυχωμένῳ] Cunctae Edd. βρυχομένῳ male: est enim a βρυχάομαι.

48. Κάλλοπι] Ἤλῳ τῷ κιθάρᾳ. V.

33. Εἴποτε γαλήνη εἴη] Apud *Theocrit.* Eid. VI, 35. Cyclops: Ἢ γὰρ πρὰν ἐς πόντον ἐσιδέλπετον ἢς δὲ γαλάνα· dubito an *Noster* eo respexerit: modo certe, ubi nihil in Galatea, quod jure laudaret, habuisse Polyphemum adseverat Doris, praeter candorem, tum ipsum Galateae nomen, tum illud *Theocriti* cogitavit Eid. XI, 20. Λάσκετέ μοι πανταχᾶς ποτιδρομάδες· quod *Ovidius* ingenio suo magis confisus, quam imitandi successu, paulisper immutavit, *Mollior & cygni plumis & lacte recento.* Qui Galateae toti, ejus utique lacertis convenit candor: tales pinxisse *Valerium Flaccum* omnino mihi persuadeo I, 135. *Hanc Panope, Doroque soror, laetataque fluctu Prosequitur niveis pariter Galatea lacertis: Antra petens Siculo revocat de litore Cyclops:* nam quod cum Codicibus Edd. habent, *nudis*, nihil aliud est, quam nudum epitheton, nullaque venustate Galateae lacertos exornans. Tum *Antra petens* ita distinxi, ut copulandum sit cum Cyclope, quod *Pius* satis recte explicuit: miror aliter fuisse visum *N. Heinsio*, Viro sagacissimo. *T H.*

44. Ἀφροδίτη φίλη] Leg. Ἀμφιτρίτη, ut Reviv. c. 47. Cætera ex *Theocr.* Potuisset retineri Ἀφροδίτη· sed verius est marinas nymphas aliud dixisse. *J. B.*

45. Οἷα;] Facili medicina, sic interpungendo, credo sanatum locum: cui geminum si requiras adi *Philops.* c. 25. *M. du S.*

Οἷα!] *Graevius* ad Θ. Δ. VII. legendum esse statuit accentu mutato, αὐτὴ δὲ ἡ πηκτὶς οἷα κρανίον ἐλάφου· quod interpretatur: *ipsa lyra solummodo erat cranium cervi.* Vellem hinc manum Vir egregius abstinuisset: diu nobis erit expectandum interea dum locutionem esse Graecam probet; ne dicam, parum concinne voculam, quae propria sit poëtis, in orationem prosam intrudi. Recte, quod & ipse jam pridem videram, Doctiss. *M. du Soul* sola distinctione nativum huic loco lumen reddidit. Apud *Theocritum* & *Philo-*

stra-

5. Imo ferebat etiam amabilis iſte in ulnis ludicrum, urſæ catulum, hirſutia ſibi plane ſimilem. Quis non invideat tibi, Galatea, talem amatorem? GAL. Quin ergo, Dori, monſtra nobis tuum, formoſiorem ſcilicet, ac doctius canentem, quique cithara ludere melius ſciat. DOR. At amator quidem nullus eſt mihi; neque me amabilem eſſe arroganter præ me fero: talis autem, qualis eſt Cyclops, fœtidum alarum odorem ſpargens, tanquam hircus, crudivorus, ut ajunt, & cibum capiens, qui eo deferuntur, hoſpites, tibi eveniat, tuque mutuum ames illum.

Ἔφερε δὲ ὁ ἑπέρας ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἀθυρμάτιον ἄρκτε σκύλακα, ἢ τὸ λάσιον αὐτῷ προσεοικότα. τίς ἐκ ἂν φθονήσειέ σοι, ὦ Γαλάτεια, τοιᾶτε ἐραςᾶ; ΓΑΛ. ἐκοῦν, Δωρὶ, δεῖξον ἡμῖν τ σεαυτῆς, καλλίω δηλονότι ὄντα, καὶ ᾠδικώτερον, ἢ κιθαρίζειν ἀμείνον ὁπισάμμον. ΔΩ. ἀλλ' ἐραςὴς μὲν ἐδεὶς ἔςι μοι, ἐδὲ σεμνύνομαι ἑπέραςος εἶναι τοιᾶτος δὲ, οἷος ὁ Κύκλωψ ἐςὶ, κινάδρας ἀπόζων ὥσπερ ὁ τράγος, ὠμοφάγος, ὥς φασι, ἢ σιτεμψυχος τὺς ὁπιδημοῦντας τῆς ξένων, σοὶ γένοιτο, ἢ σὺ ἀντερῴης αὐτᾶ.

II.

CYCLOPIS ET NEPTUNI.

ΚΥΚΛΩΠΟΣ ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

C Y C.

1. PAter, qualia ſum paſſus ab illo ſcelerato hoſpite, qui, quum inebriaſſet, excaecavit me dormientem aggreſſus. NEP. Quis iſta, Polypheme, eſt

K Y K.

Ὦ Πάτερ, οἷα πέπονθα ὑπὸ τᾶ καλαράτε ξένε· ὃς μεθύσας ἐξετύφλωσέ με, κοιμωμένῳ ἐπιχειρήσας. ΠΟ. τίς δὲ ὁ ταῦτα

ſtratum fiſtula canit Cyclops: *Naſo*, *Sumtaque arundinibus compacta eſt fiſtula centum*: ne ſcilicet ad corporis modulum longus junctarum tot arundinum ordo non reſponderet; quibus tamen ſi vel mediocriter ludere ſcivit Polyphemus, artificem eum habuero non vulgarem. Citharam huic monſtro tradiderat *Philoxenus*, teſte *Schol. Ariſtoph.* ad Pl. v. 290. iſtiusmodi forte, qualem hic irridet *Lucianus*. *T.H.*

48. Κόλλοπι] Id eſt, *clavicula*. *F.G.*

50. Ἄλλο δ' ἢ λύρα ὁ.] V. Anacr. *Od.* I. *M. du S.*

57. Ἀθυρμάτιον ἄρκτου σκύλακα] Vid. *Paul. Leopard.* Emend. II. c. 6. Ἀθύρματα non tantum catuli Melitaei, atque ejus generis animalia oblectamenti cauſa delicatius habita, ſed & Deorum ἀθύρματα, quibus ſibi conſecratis delectari putabantur. Polyphemi formam urſi decebant, ludicrum venuſtiſſimum; ingenium, quod eos non ſibi, ſed dominae Galateae ſervaret. Apud *Theocrit*, Eid. XI, 41. — τρίφω δέ τοι ἔνδεκα νέβρως, Πάσας ἀμφοφόρως, ἢ σκύμνως τέσσαρας ἄρκτων. In *Ovidii* Metam. XIII, 834. perquam facete: *Inveni geminos, qui tecum ludere poſſint*, (expreſſit ἀθύρματα) *Inter ſe ſimiles vix ut dignoſcere poſſis, Villoſae catulos in ſummis montibus urſae; Inveni, & Dominae, dixi, ſervabimus iſtos.* Unum urſi catulum, quem in ulnis ferret, ſufficere putavit *Lucianus* ſuos ſine dubio ſecutus auctores. Tum καὶ minus opportune poſitum: ſcripſerat *Noſter*, κατὰ τὸ λάσιον &c. Saepe λάσιος in hoc dialogo Polyphemus; neque diffitetur ipſe apud *Theocritum*, Αἰ δέ τοι αὐτὸς ἐγὼ δοκέω λασιώτερος ἦμεν. Illum ego verſiculum ab ea ſede, quam in Edd. mihi ſaltem viſis occupat, retractum immigrare jubeam poſt verſum tertium & trigeſimum, ubi melius ſententiae ſerviat; nam quo loco nunc haeret, viciniam plane conturbat. In *Philoſtrati* Cyclope Icon. II. c. 18. multa ſunt ſimilia. Prope finem dialogi cur non, κινάδρας ἀπόζων, ὥσπερ οἱ τράγοι; *T.H.*

Ibid. Ἄρκτου σκύλακα] Vide omnino *Theocritum* Id. XI, 41. Sed & totum perlege venuſtiſſimum poematium huc apprime faciens. *Ovid.* Met. XIII. 834. *M. du S.*

64. Κινάδρας ἀπόζων] Sic philoſophus Lucianeus κινάδραν ὀσφρόμενος Dial. M. X. § 8. Sic κινάδρας ἀπόζοντα, Dialog. ἑταιρ. Κινάδρας, δυσωδίαν τ τράγων. *Heych.* Interpr. *Ariſtophan.* ad illud Plut. Αἰγῶν τε κιναδρώντων μέλη, vult etiam κινάδραν eſſe τ μαχαλῶν δυσωδίαν.

Valle ſub alarum trux habitare caper.

κινάδρας. *Catull.* *J.B.*

68. Ὦ Πάτερ] Hic Dial. ex Homero. *J.B.*

τα τολμήσας, ὦ Πολύφημε; ΚΥ. τὸ μὲν πρῶτον ΟΥΤΙΝ ἑαυτὸν ἀπεκάλει· ἐπεὶ δὲ διέφυγε, καὶ ἔξω ἦν βέλους, Ὀδυσεὺς ὀνομάζεσθαι ἔφη. ΠΟ. οἶδα ὃν λέγεις, τὸν Ἰθακήσιον· ἐξ Ἰλίου δ' ἀνέπλει. ἀλλὰ πῶς ταῦτ' ἔπραξεν, ὃς τάλα εὐθαρσὴς ὤν.

ΚΥ. Κατέλαβον ἐν τῷ ἄντρῳ, ἀπὸ τῆς νομῆς ἀναστρέψας, πολλούς τινας, ὑπεξελεύσεως ἀπλοΐστοις τοῖς προμνίοις· [a] ἐπεὶ γὰρ ἐπέθηκα τῇ θύρᾳ τὸ πῶμα (πέτρα δὲ ἦν μοι παμμεγέθης) καὶ τὸ πῦρ ἀνέκαυσα, ἐναυσάμενος ὃ ἔφερον δένδρον ἀπό τινος ὄρους, ἐφάνησαν ἀπορύπτειν αὐτοὺς πειρώμενοι· ἐγὼ δὲ συλλαβὼν αὐτῶν τινας, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, κατέφαγον λῃστὰς ὄντας. ἐνταῦθα ὁ πανηγύτατος ἐκεῖνος, εἴτε ΟΥΤΙΣ, εἴτε Ὀδυσσεὺς ἦν, δίδωσί μοι πιεῖν φάρμακόν τι ἐγχέας, ἡδὺ μέν, καὶ εὔοσμον, ὑπερβολόταλον δὲ, καὶ ταραχωδέστατον· ἄπαντα γὰρ εὐθὺς ἐδόκει μοι περιφέρεσθαι πιόντι, καὶ τὸ σπήλαιον

ausus? CYC. Initio semet Utin appellitabat: at postquam effugit, extraque teli jactum erat, Ulyssem sibi nomen esse dixit. NEP. Novi, quem dicas, Ithacensem illum: ex Ilio domum revehebatur. Quomodo tamen ista patravit, qui haud valde forti sit animo?

2. CYC. Deprehendi in antro a pastu reversus aliquam multos, insidiantes nimirum gregibus: ubi autem opposui januæ operculum (hoc saxum mihi est ingens) ignemque feci succensa, quam ferebam arbore a monte, id agere videbantur, ut absconderent sese. Tum ego correptos eorum quosdam, ut æquum erat, commanducavi, quippe latrones: ibi vaferrimus ille sive Utis, sive Ulysses, dat mihi bibere medicamentum infusum, suave quidem, & odoris boni, sed idem insidiosissimum ac turbulentissimum: etenim cuncta statim videbantur mihi circumagi, hoc potu hausto, ipsaque spelunca sursum deorsum ver-

te-

a Ἐπεὶ γὰρ ἐπέθηκα τῇ θύρᾳ τὸ πῶμα] ἐπεὶ δὲ ἔθηκα τῇ θύρᾳ τὸ πῶμα. Sic priores Edd. b Ὑπερβολόταλον] Ita G. P. J. V2. ὑπερβουλύτατόν τι priores Edd.

73. Ἔξω ἦν βέλους] *In tuto, citraque periculum.* Hoc proverbium frequens est apud *Lucianum* in Vot. in Baccho, in Dial. Ven. & Cupidinis. G.C.

79. Ἐπεὶ δὲ ἔθηκα] Lege, ut bene Codex antiquus præ se fert, ἐπεὶ γὰρ ἐπέθηκα τῇ θύρᾳ τὸ πῶμα. Dein idem liber procul dubio rectius pro vulgato ὑπερβουλύτατον, scribit ὑπερβούλοταν· sic & apud *Synes.* ὑπερβουλόταλα: sed alibi quoque apud *Lucianum* hoc vocabulum occurrit, nusquam, si recte memini, ὑπερβουλύτης· sed ὑπερβολὸν non infrequens est Græcis scriptoribus. J G.G.

Ἐπεὶ γὰρ ἐπέθηκα] Restituendam putavi Gr. Cod. lectionem tum alias ob causas, tum propterea maxime, quod illud ἐπιτιθέναι Homericum sit Od. I, 240. Αὐτὰρ ἔπειτ' ἐπέθηκε θύρετρον μέγαν ὑψόσ' ἀείρας· mox, πέτρην ἐπέθηκε θύρησι. v. 313. Ῥηδίως ἀφέλων θυρεὸν μέγαν. αὐτὰρ ἔπειτα Ἄψ ἐπέθηκ', ὡς εἴ τε φαρέτρῃ πῶμ' ἐπιθείη. Ἐπιτιθέναι de claudenda janua Græcis usitatum, τιθέναι non item. Τὸ πῶμα (in πῶμα non ipsas membranas, sed *Graeci* in manum aberrasse suspicor) quod ad exitum antri fuit admotum, θυρεὸν Poëta vocat, qua de voce, quæ postmodum in aliam longe significandi ditionem migravit, multa Grammatici. T.H.

88. Ὑπερβολόταλον] Agnoscunt hanc scripturam Ed. J. Mss. Gr. & P. sic scribitur etiam sub *Tim.* c. 33. In vulgatis ὑπερβουλυτόταλον. utrumve apud Xenoph. legitur nempe ὑπερβούλυτον. Cyrop. VIII. p. 130, 37. & 388, 24. δυσπιθ—. M. du S.

Ὑπερβουλύτατόν] Quem tibicinem huic voci solum supposuerat *H. Stephanus*, intervertunt libri veteres offerendo ὑπερβούλοτατον. Est quidem in compositis ὑπερβάλλω per sane quam familiare: *Xenoph.* K. Π. VIII. p. 130. v. 37. ὡς εὐπιβουλύτοτέρας ταύτης οὔσης (τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς) Ἱππ. p. 561. v. 42. δυσπιβουλύτότεροι εἰσὶν ἀφανεῖς ὄντες· de Ages. p. 388. v. 24. ubi cumulata videas ejusmodi vocabula: νομίζων εὖ τοῦ τοιούτῳ τὸ, τι ἀτρεμὲς καὶ ἀνεκπλητότατον & ἀθορυβητότατον καὶ ἀταραχητότατον καὶ δυσπιβουλύτότατον εἶναι. *Synes.* de Regn. p. 13. A. τίς δὲ ἰδιώτης καὶ μικρὰ πράττων ἀθέμιστός τε & ἀνεπιβουλευτότερος ἐκείνου βασιλέως &c. Verum extra compositorum hanc formam simplex ὑπιβούλυτος reperire non dabitur; quod in quamplurimis aliis usu venit. Si quis θορυβητὸς, ἁμαρτητὸς, quorum in *Xenophonte* composita vidimus, ostenderit, illi per me licebit in *Lucianum* revocare ὑπιβουλυτότατον. Interim nihil alienum me facturum existimavi, si certissimæ fidei verbum scriptori nostro redderem: in Tim. p. 173. v. 39. τὸ κάκιστον τῦτο & ὑπιβουλότατον κτῆμα ὁ πλῆτος. *Stob.* e *Dione Chrys.* Λῃστὴν κακὸν καὶ ὑπιβουλότατον. Idem Or. X. p. 144. D. ὡς ἔχθιστον & ὑπιβουλότατον. T.H.

93. Ἀποξύσας τὸ μοχλὸν] Ex *Budæo H. Stephan.* in Th. L. Gr. T. II. p. 1134. Ἀποξύω, *extenuo, derado,* acuo.

tebatur; nec amplius omnino apud me eram; denique in somnum devolutus sum. Ibi ille, raso ad acuendum vecte, & ambusto insuper, lumine me privavit dormientem: ex eoque tempore cæcus sum tibi, Neptune.

3. NEP. Quam tu altum obdormivisti, fili, qui non exsilueris, dum oculus effodiebatur. Ulysses autem quo pacto effugit: nam, ut mihi quidem certo persuadeo, non potuit amovere petram a janua. CYC. Imo ipse abstuli, ut magis eum caperem exeuntem: nam quum consedissem juxta januam, venabar manibus expansis, solas prætermittens oves ad pastum, præcipiensque arieti quæcumque par erat illum facere pro me.

4. NEP. Intelligere mihi videor sub isto latentem eum clam egressum fuisse. Quin tu ceteros Cyclopas quanto poteras clamore advocasses adversum eum. CYC. Convocavi, pater & venerunt: sciscitati autem insidiatoris nomen, ubi ego dicebam Utin esse, atra me bile percitum ducentes confe-

αὐτὸ ἀνεφρέφελο, χ᾽ οὐκ ἔτι ὅλως ἐν ἐμαυτῷ ἦμιμι· τέλος δὲ ἐς ὕπνον καλεσπάθην. ὁ δὲ, ἀποξύσας τ᾽ μοχλὸν, χ᾽ πυρώσας [c] γε προσέτι, ἐτύφλωσέ με καθεύδοντα· χ᾽ ἀπ᾽ ἐκείνυ
95 τυφλός εἰμί σοι, ὦ Πόσειδον.

ΠΟ. Ὡς βαθὺν ἐκοιμήθης, ὦ τέκνον, ὃς οὐκ ἐξέθορες μέλαξὺ τυφλούμενος. ὁδ᾽ ὃν Ὀδυσεὺς πῶς διέφυγεν; ὃ γ᾽ ἂν εὖ οἶδ᾽ ὅτι ἐδυνήθη ἀπωσιπῆσαι τ᾽ πέτραν ἀπὸ τ᾽ θύρας.
ΚΥ. ἀλλ᾽ ἐγὼ ἀφεῖλον, ὡς μᾶλλον αὐτὸν λάβοιμι ἐξιόνλα· χ᾽ [d] καθίσας πρὸ τ᾽ θύραν ἐθήρων τὰς χεῖρας ἐκπετάσας, μόνα παρεὶς τὰ πρόβαλα ἐς τ᾽ νομὴν, ἐντειλάμενος τῷ κριῷ, ἐπόσα ἐχρῆν πράτλειν αὐτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ.

ΠΟ. Μανθάνω ὑπ᾽ ἐκείνοις, ὅτι γε ἔλαθεν ὑπεξελθών σε· ἀλλὰ τοὺς ἄλλους γε Κύκλωπας ἔδει βοηθῆσαι ἐπ᾽ αὐτόν.
ΚΥ. συνεκάλεσα, ὦ πάτερ, χ᾽ ἦκον. ἐπεὶ
100 δὲ ἤρετο τ᾽ βοηθεύοντος τὸ ὄνομα, κἀγὼ ἔφην ὅτι ΟΥτις ἐστὶ, μελαγχολῶν οἰηθέν-

c Γε] Deest in P. d Καθίσας] καθήσας F. cujusmodi typorum peccata in ea Ed. occurrunt plura, ut in initio hujus dialogi μισθήσας pro μισθύσας, non digna sane, quae commemorentur.

97. Ἐξίθορις] Ἐξεπήδησας. G.

acuo. Lucianus, ὁ δὲ ἀποξύσας τ᾽ μοχλὸν & πυρώσας γε προσέτι, κατετύφλωσε με καθεύδοντα. Quibus addit de suo, *sed videndum est an* ἀποξύω *possit etiam pro* ἀποξύνω *accipi, id est, acuo*: quidni? modo potestate secundaria, *deradendo*, quemadmodum in lignis fieri debet, *exacuo*. Vereor tamen, quanquam lectioni vulgatae controversiam non moveo, ne *Lucianus* reliquerit ἀποξύσας ab *Homero* sumtum Od. I, 326. — ἀποξῦναι δ᾽ ἐκέλευσα· mox: — ἐγὼ δ᾽ ἐθέρσησα δόρατος Ἄκρον, ἄφαρ δὲ λαβὼν ἐπυράκτεον ἐν πυρὶ κηλέῳ. *Euripid.* Cycl. v. 455. Ὃν φασγάνῳ τῷ δ᾽ ἐξαποξύνας ἄκρον Εἰς πῦρ καθήσω — Illud *Homeri* ἐθέρσησα *Scholiastes* interpretatur: ἀπῶξησα· tum ἐπυράκτεον, ἐπύρουν εἰς τὸ δαλὸν ποιῆσαι. Distinctionem, quae perperam in nonnullis Edd. posita *Benedictum* deceperat, recte collocavit *Budaeus*: ceterum unde promserit κατετύφλωσε, quod in earum Edd. quas tractamus, nulla comparet, equidem ignoro: *Stephanus* certe verbum istud compositum, tametsi probae notae, in Thesauro nusquam recensuit. T. H.

Ibid. Μοχλὸν] *Palo*, *Virgil.* AEn. III. — & *telo lumen terebramus acuto.* G. C.

Ibid. Πυρώσας γε, προσέτι ἐτύφλ.] Καὶ πυρώσας γε προσέτι, ἐτύφλ. *Exacuto vecte & praeterea igne succenso.* Sic est interpungendum & vertendum. F. C.

2. Καὶ καθίσας] Usque ad μόνα aberant a Ms. F. B.

6. Μανθάνω ὑπ᾽ ἐκείνοις, ὅτι γε ἔλαθεν] Sic inepte distinguit haec editio ex Salmurienfi; at debebat μανθάνω, ὑπ᾽ ἐκείνοις ὅτι γε ἔλ. F. G.

Μανθάνω ὑπ᾽ ἐκείνοις, ὅτι γε ἔλ.] Haec interpunctio, qua Fl. caret, a posterioribus est profecta: si quid esset in ea momenti; debuerat scribi: *μανθάνω ἀπ᾽ ἐκείνων, ex iis, quae narras, intelligo.* Ut *Gronovius* voluit, ita plane *Va.* & ferri potest, ὑπ᾽ ἐκείνοις, scilicet προβάτοις: sed potius habuero, ὑπ᾽ ἐκείνῳ, nimirum κριῷ, ut *Homero*, cujus paene verba Lucianus expressit, sit consentaneum: vid. Od. I, 444. *Nonnus* sive *Maximus Synag.* Is. ad *Gregor. Nazianz.* Stel. II. p. 172. διέφασε δὲ μισθύσας τ᾽ Κύκλωπα, χ᾽ τυφλώσας αὐτὸν, χ᾽ ὑπὸ τὸ ἔριον ἑνὸς κριοῦ καταχρεμάσας ἑαυτὸν, χ᾽ ἐξελθὼν σὺν τῷ κριῷ ἕτως ἀπίδρα. T. H.

οἰηθέντες με, ὤχοντο ἀπιόντες. ἔτω κατεσοφίσατό με ὁ κατάρατος τῷ ὀνόματι. καὶ ὃ μάλιστα ἠνίασέ με, ὅτι καὶ ὀνειδίζων ἐμοὶ τὴν συμφορὰν, [a] οὐδ' ὁ πατήρ, φησιν, ὁ Ποσειδῶν ἰάσεταί σε. ΠΟ. θάρσει, ὦ τέκνον, ἀμυνῶμαι γοῦν αὐτὸν, ὡς μάθῃ ὅτι, εἰ καὶ πήρωσίν μοι ὀφθαλμῶν ἰᾶσθαι ἀδύνατον, τὰ γοῦν τῶν πλεόντων, τὸ σώζειν αὐτοὺς καὶ ἀπολλύναι, ἐπ' ἐμοὶ πρόσεστι· πλεῖ δὲ ἔτι.

stim abierunt: sic me circumventum detestabilis ille decepit nomine: quodque maximo mihi fuit dolori, etiam exprobrato mihi oculi damno, ne pater quidem, inquit, Neptunus sanabit te. NEP. Bonum animum habe, fili; ulciscar ipsum, ut discat, quamvis cæcitati oculorum mederi non possim, fortunam tamen navigantium, ut servem eos aut perdam, in mea esse potestate: navigat autem adhuc.

III. AL-

[a] Οὐδ' ὁ πατήρ] Od. I, 525. Ὡς οὐκ ὀφθαλμῶν γ' ἰήσεται οὐδ' Ἐνοσίχθων.

19. Τὸ σ. αὐτ. καὶ ἀπολλύναι] Haec male cohaerent, & subaeratum quiddam tinniunt; neque adeo dubito, quin primum in margine a studioso lectore adpicta deinde perrepserint in contextum orationis. Laborant itidem ἐπ' ἐμοὶ πρόσεστι· si scriptum foret, τὰ γοῦν τῶν πλεόντων ἐπ' ἐμοὶ ἐστι, *mea in manu ac potestate fortuna navigantium est*, nihil ultra desideraremus. Ἐμοὶ πρόσεστι, abjecto ἐπὶ, satis quidem Graecum, verum ad sententiam hujus loci neutiquam opportunum: nec fieri tamen potuisse non credas, ut ex utraque lectione varia vulgaris illa fuerit conflata. Nihil tamen expeditius arbitror, quam ut πρὸς ortum putetur ex πάντως, cujus in vetustis libris tale est scripturae compendium πτος. Ergo vel genuinum erit, vel *Luciano* saltem non indignum: τὰ γοῦν τῶν πλεόντων ἐπ' ἐμοὶ πάντως ἐστι· horum sensum ut explanaret, addidit aliquis, τὸ σώζειν αὐτοὺς καὶ ἀπολλύναι, quae nunc dilucide patet quam sint nullius pretii, si quadratae orationi interjiciantur. T.H.

21. Τί τοῦτο &c.] Hic secutus est poëtarum fabulas, qui Arethusam venatricem Dianæ comitem fuisse tradunt, ab Alpheo adamatam; cui quum ille vim adhibere pararet, eaque effugere non posset, Dianae miseratione in fontem sui nominis esse conversam, occultissimisque meatibus & per subterraneos cuniculos, ne amatoris undis pollueretur, in Siciliam usque fugisse, tandemque in ea parte Syracusanae urbis, quae Ortygia dicitur, magna aquarum vi erupisse, Alpheumque amatae Nymphae desiderio eodem esse insecutum. *Virgil.* III. AEn.

— *Alpheum fama est huc Elidis amnem*
Occultas egisse vias subter mare, qui nunc
Ore Areshusa tuo Siculis confunditur undis.

Verum haec fabulosa esse constat, quum Alphei aquae nusquam absorbeantur, ut docet *Strabo* lib. VI. ejusque ostium manifeste videatur inter Ichthyn promontorium & Haliartum oppidum. Caeterum fabulam Alphei & Arethusae refert *Ovid.* Metam. V. & *Lucanus* ejus meminit in III.

— — *Populisque per aequora mittens*
Sicaniis Alpheus aquas — —

Silius Ital. lib. XIII.

Hic Arethusa suum piscoso fonte receptat
Alpheon, sacrae portantem signa coronae.

Sed longe venustissime *Papinius* in Epith. Stell. & Viol. v. 203.

— — *Tumida sic transfuga Pisa*
Amnis in externos longe flammatus amores
Flumina demerso trahit intemerata canali.
Donec Sicanios tandem perlatus anhelo
Ore bibat fontes. Miratur dulcia Naïs
Oscula, nec credit pelago venisse maritum. G.C.

Τί τοῦτο] Mirum est quod de Alpheo flumine narrat *Achill. Tat.* lib. I. ὅταν δὲν ἡ τῶν Ὀλυμπίων ἑορτὴ, πολλοὶ μὲ εἰς τὰς δύνας τοῦ ποτάμου καθίστασιν ἄλλα ἄλλα δῶρα, ὁ δὲ εὐθὺς πρὸς τὴν ἐρωμένην κομίζει, καὶ ταῦτά ἐστιν ἔθνα ποτάμου. F.B.

Τί τοῦτο, ὦ Ἀλφειέ;] Multa notari poterant, quae diligentiam aliorum effugerunt; sed contenti erimus indicio *Ph. Cluverii*, qui Sic. Ant. p. 156. 157. quicquid fere ad hanc fabulam a veteribus est traditum, pro solita sedulitate studiose collegit. Quae plurimis est Arethusa, Dianam nonnulli dixerunt: insignem enimvero temeritatem fluvii cum maximis minime comparandi, qui tam nobiles nuptias & supra sortem suam sperare fuerit ausus! Vide *Schol. Pindar.* ad N. A, 1. quod si habuisset in promtu *Fulv. Ursinus* in Virg. cum Gr. Scr. C. p. 275. cavisset sibi, ne Telesillae versum apud *Hephaest.* p. 36. Ἄ δ' Ἀρτεμις, ὦ κόραι, φύγουσα τὸν Ἀλφεὸν, mutatum iret in Ἄ δ' Ἀρέθουσ', ὦ κόραι. Ἀλφειὰ vel Ἀλφειῶσα Dianae cognomen, de quo *Is. Casaubon.* Anim. ad *Athen.* VIII. c. 7. T.H.

Ibid. Ἀλφειέ] Alpheus fluvius in Elide Peloponnesi regione, per quam funditur, quem *Pausanias* lib. V. tradit occultis meatibus subter mare labi, & in Arethusam Siciliae fontem desinere. *Suidas* multo luculentius ejusdem fluminis naturam, cursum & αὔξησιν describit. G.C.

22. Οὔτε ἀναμίγνυσαι..] V. *Philostr. Imag.* p. 812. & *Pausan.* Ἠλιακ. oraculum Apollinis in eam rem affe-

III.

ALPHEI ET NEPTUNI. ΑΛΦΕΙΟΥ ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

N E P.

1. QUid hoc eſt rei, Alphee? ſolus aliorum illapſus in pelagus nec commiſceris ſalo, ut quidem mos eſt fluviis omnibus, nec requieſcis te diffuſus; ſed per mare concretus, ac dulci ſervato liquore, non permixtus præterea purusque properas, neſcio quo pacto in profundum te demergens, ut gaviæ ſolent & ardeæ: & videris emerſurus alicubi, teque denuo in lucem prolaturus. A L P. Amatorium hoc quiddam eſt, o Neptune: quare ne arguas: amore captus enim & tu fuiſti ſæpius.

Π Ο Σ.

Τί τῦτο, ὦ Ἀλφειὲ, μόν⟨ος⟩ τ᾽ ἄλλων ἐμπεσὼν εἰς τὸ πέλαγ⟨ος⟩ ὔτε ἀναμίγνυσαι τῇ ἅλμῃ, ὡς ἔθος πολλοῖς ἅπασιν, ὔτε ἀναπαύεις σεαυτὸν ἁλχυθεὶς, ἀλλὰ ἁλὸς ὑπὸ τ᾽ θαλάττης ξυνεχ⟨ό⟩μενος, καὶ γλυκὺ φυλάττων τὸ ῥεῖθρον, ἀμιγὴς ἔτι καὶ καθαρὸς ἐπείγῃ, ὐκ οἶδ᾽ [b] ὅπῃ βύθιος ὑπαδὺς, καθάπερ οἱ λάροι καὶ ἐρωδιοὶ; καὶ ἔοικας ἀνακύψειν πῃ, καὶ αὖθις ἀναφαίνειν σεαυτόν. A Λ. ἐρωτικόν τι τὸ πρᾶγμά ἐστιν, ὦ Πόσειδον, ὥστε μὴ ἔλεγχε. ἠράθης δὲ καὶ αὐτὸς πολλάκις.

ΠΟ.

[b] Ὅπου] ὅποι *J. V2.*

ferentem, p. 153. *M. du S.*

24. Οὔτε ἀναπ.] Ex Ed. Salm. male diſtinctum puto ὔτε ἀναπαύεις, σεαυτὸν ἁλχυθείς, quum rectius non diſtinguatur ab *Bourdelotio*. Neque ſane id poteſt notare *neque diffuſis aquis te ipſum cohibes*; nam qui ſe diffundit, quomodo is ſe cohibet? ſed *diffuſus te reficis*. Ludit enim in notione & Græci verbi ἁλχυθῆναι & Latini *diffundere*, nempe pro exhilarare. Quæ tota eſt elegantia hujus loci. *J. G.*

Ἀναπαύεις σεαυτὸν ἁλχυθείς] *Gronovio* remittimus acumen illud quæſitum in ἁλχῦσθαι, quod ſi *Luciano* potuiſſet in mentem venire, multo minus elimata forent, quam nunc ſunt, ejus ſcripta. Non alia τῷ ἁλχῦσθαι eſt poteſtas, quam quæ Geographis, ubi de fluminibus in mare labentibus habetur ſermo, familiariſſima: *Strab.* VI. p. 416. E. de hoc ipſo Alpheo: τό, τε ἁλὺ τοσῦτον πόρρω συμμένειν τὸ ῥεῦμα τῦ ποταμῦ μὴ ἁλχιόμενον τῇ θαλάττῃ &c. παυσανίας μυθῶδης. V. p. 325. C. Padus ἁλχιόμενος εἰς πολλὰ μέρη κατὰ τὰς ἐκβολάς. Tum συμμένειν in *Strabone*, quod *Luciano* ξυνεχ⟨ό⟩μενον ἀμιγὴς itidem, quum de Alpheo loquuntur, frequens: ἐντεῦθεν δήκειν κατὰ γῆς ῥεῦμα μέχρι τ᾽ Σικελίας ἀμιγὲς τῇ θαλάττῃ ἁλφεῶ τὸ πότιμον ὕδωρ. *Strabo. Libam.* T. I. p. 4. A. φυλάττων ἀμιγὲς ⟨ἐν⟩ θαλάττῃ τὸ ῥεῦμα. perquam elegantem orationis figuram hinc traxit T. II. p. 345. A. qui Ionen in Syria condiderunt Argivi μετ᾽ εὐδαιμονίας ἐπάσης ᾤκουν ἐν μέσῃ τῇ βαρβάρῳ πόλει Ἑλλάδα, παρεχόμενοι ⟨δ᾽⟩ τερπνοτάτας τὰ ἤθη καθαρὰν ἐν τοσαύτῃ νότῳ τῇ πύλῃ, κατὰ τ᾽ ἐκ᾽ Ἀλφειῷ γειτνιάντα μῦθον, ὃς ὐκ Πελοποννήσου πρὸς Σικελίαν ᾔει. τ᾽ πλημμυρὲς ἁλφ θαλάσσης μίσης ὑπομιγῆ πρὸς τὴν θάλατταν. *T. H.*

27. Οὐκ οἶδ᾽ ὅπου] Hoc Neptunum praeterire non poterat maris univerſi dominum: quapropter malim, ⟨σὺκ⟩ οἶδ᾽ ὅπως. Ἀναφαύειν retinui: multis enim doceri poteſt exemplis, quae alibi proferentur, junctа per copulam καὶ verba non ſemper temporibus concordare. Mox ſuſpectum mihi eſt ἔλεγχε· nihil in Neptuni verbis, quod criminationem ullam redoleat: tale quiddam potius requiritur, quale ad finem eſt hujus dialogi, ἐπειγόμῦόν με κατέχεις, ὦ Πόσειδον· id enim aegre videtur ferre Alpheus, Neptunum moleſto colloquio ſua gaudia morari: tu me properantem, ait, certe debebat, ne interpelles; noſti mores amantium & feſtinationem, ut qui ſaepe jam eodem igne contabueris. *T. H.*

28. Οἱ λάροι] *Larum Gaza* vertit *gaviam*, cujus mentionem facit *Plinius* inter maritimas & aquaticas halcyonem & mergum X. c. 32. Idem c. 74. ejusdem libri, *aquaticae anates & gaviae*. Λάρον latine quidem commode reddi non poſſe dicit in *Laro hiante Eraſmus*. *G. C.*

Ibid. Ἐρωδιοὶ] Aves, quarum tria genera ponuntur ab *Ariſtot.* Haec avis urinatur, ſicut & λάρος. *G. C.*

29. Ἀναφαύειν σεαυτόν.] Filum orationis perſuadet omnino Lucianum ſcripſiſſe ἀναφανεῖν. *Neſcio ubi, ſicut gaviae & ardeae, demerſus in profundum, alicubi videris emerſurus, teque ipſum rurſus exſerturus.* *J. J.*

Ἀναφανεῖν] Cl. *Jenſii* emendationem in textum recipere viſum eſt. *M. du S.*

ΠΟ. γυναικὸς, ὦ Ἀλφειὲ, ἢ νύμφης ἐρᾷς, ἢ καὶ τῶν Νηρηίδων αὐτῶν μιᾶς; ΑΛ. οὐκ· ἀλλὰ πηγῆς, ὦ Πόσειδον. ΠΟ. ἡ δὲ, ᾧ σοι γῆς αὕτη ῥεῖ. ΑΛ. νησιῶτίς ἐστι Σικελικὴ· Ἀρέθουσαν αὐτὴν καλοῦσιν.

ΠΟ. Οἶδα οὐκ ἄμορφον, ὦ Ἀλφειὲ, τὴν Ἀρέθουσαν, ἀλλὰ διαυγής τέ ἐστι, καὶ διὰ καθαροῦ ἀναβλύζει, καὶ τὸ ὕδωρ ὑπιπτέπει ταῖς ψηφίσιν, ὅλον ὑπὲρ [a] αὐτῶν φαινόμενον

NEP. Mulierem, Alphee, an nympham amas? anne magis Nereïdum ipsarum unam? ALP. Nequaquam; sed fontem, Neptune. NEP. Hic tamen ubi terrarum tibi fluit? ALP. Insularis est Siculus: Arethusam vocitant.

2. NEP. Novi sane non invenustam, Alphee, Arethusam: imo enim est pellucida, puroque solo scaturit, & aqua lapillis illudens nitet, totaque super eos appa-

ret

[a] Αὐτῶν] αὐτὰς *J. V2.* Marg. *AIW.* quod praetulero.

34. Ἡ δὲ ᾧ σοι γῆς αὕτη (πηγὴ) ῥεῖ;] Manifestum est, quandoquidem ἡ δὲ idem significat, quod αὕτη, postremum illud redundare, orationemque satis potuisse subsistere hoc modo, ἡ δὲ, ᾧ σοι γῆς ῥεῖ; Longe tamen abest, ut hic aliquid resecandum, quamlibet redundans, arbitremur; quin istiusmodi pleonasmus & elegans & frequens est. Sic infra in Catapl. ubi Megapenthes, ab assentatoribus suis venenato poculo interemptus, & Clotho apud inferos colloquuntur, Clotho ait, τὸ γὰρ τελευταῖόν σοι ποτὸν ἐνεχθὲν, ἐκεῖνο δηλαδὴ κατέπεμψέ σε. Patet τὸ ἐκεῖνο redundare; nam sine hoc sensus est plenissimus, *Ultimum enim tibi datum poculum te huc demisit.* In de Saltatione: Τὸ δὲ ἄνθος αὐτῆς (ὀρχήσεως) καὶ τὸ τελειώτατον καρπὸν ὥσπερ νῦν μάλιστα ἐς τὸ ἀκριβέστατον ἀποτετέλεσται, τοῦτο νῦν ὁ ἡμέτερος λόγος διεξέρχεται. Et hic τοῦτο abundat; sufficit namque si ita intelligas, *Saltationis vero florem, & fructum absolutissimum, qui nunc cum maxime ad summam perfectionem venit, oratio nostra nunc persequitur.* In de Dea Syria, Ἄλλοι δὲ, Σεμιράμιδος τὴν Βαβυλωνίην, τὸ δὴ πολλὰ ἔργα ἐν τῇ Ἀσίῃ ἐστὶ, ταύτῃ καὶ τόδε τὸ ἱρὸν νομίζουσι. Hic quoque redundat ταύτῃ· hac enim ratione constat oratio, *Alii vero Babyloniam Semiramidem, cujus sane multa opera in Asia sunt, hoc etiam templum sacrasse existimant.* Sic in Cynico: Ὑμεῖς δὲ, τῷ δὴ ἀπληστίαν τε, καὶ ἀκρασίαν ἀρτάζοντι πάντα, τούτῳ μάλιστα ἔοικατε. Omnino & hic non requiritur τὸ τούτῳ ad sensum, qui sine illo satis foret concinnus, *Vos autem maxime similes estis homini, per inexplebilem cupiditatem & intemperantiam omnia diripienti.* Quid plura ex Nostro loca adscribam? AElianus quoque non raro eamdem amat redundantiam. Sic lib. XII. Ποικιλ. 19. Τὴν ποιητρίαν Σαπφὼ τὴν Σκαμανδρωνύμου θυγατέρα, ταύτῃ καὶ Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος σοφὸν ἀναγράφει. Planum est, omisso τῷ, ταύτῃ, nihil de sensu detrahi. Sic lib. XIII. cap. 1. de Atalanta, φυγεῖν ἐθέλουσαν, ἀλλ' ἐντεῦθεν ἐκ τοῦ ἂν τις αὐτὴν κατέλαβε. Si & hic simpliciter dicamus τὸ, αὐτὴν redundare, nihil necesse erit cum Viris doctis vel aliam lectionem circumspicere; vel id exponere, quasi φυγεῖν ἐθέλουσαν esset Attice pro φυγεῖν ἐθελούσης. Eodem plane modo sequitur illic non multo post, τὸ δὲ ὑπερογκον τοῦ σώματος, ἐδεῖτο τοῦτο εἶχε. Sic cap. 15. καὶ Κόρσιβον δὲ, καὶ Μελιτιάδην ἐκείνους ἀνοήτους φασίν.

Quemadmodum Latini in usurpando per pleonasmum pronomine faciant cum Graecis, erudite ad *Livii* XXV, 27. docet *ὁ πάνυ J. Fr. Gronovius.* Cujus exemplis ex *Catone, Livio, Plauto, Caesare, Suetonio, Plinio, Arnobio*, adductis, haec addas licet ex aureo purae Latinitatis flumine, *Cicerone.* Apud hunc in II. de Oratore 63. legas, *Nummium divisorem, ut Neoptolemum ad Trojam. sic illum in campo Martio nomen inveniisse.* cap. 77. *Reliquae duae, sicuti sanguis in corporibus, sic illae in perpetuis orationibus fusae esse debebunt*; duae nimirum illae res, *conciliare*, & *permovere*, ut praecesserat. Manifesto in duobus his exemplis, in altero *illum*, in altero *illae*, una cum τῷ, *sic*, sine ullo sensus intertrimento abesse possint. Clarissime quoque τὸ, *haec* supervacuum est in his apud eumdem, I. de Oratore 23. *Sin autem ea, quae observata sunt in usu, ac ratione dicendi, haec ab hominibus callidis, ac peritis animadversa, ac notata, verbis designata, generibus illustrata, partibus distributa sunt, (id quod fieri potuisse video) non intelligo, quamobrem,* &c. Sic redundat τὸ, *ea* in his lib. III. cap. 13. *Tantaque insolentia ac turba verborum, ut oratio, quae lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem & tenebras afferat.* Ita & scriptor ad Herennium IV, 9. superfluum ponit τὸ, *ii*, dum ita scribit: *Nam rerum imperiti, qui minuscujusque rei de rebus ante gestis exempla petere non possunt, ii per imprudentiam facillime deducuntur in fraudem.* Iterum Cicero bis in una periodo hac loquendi ratione utitur IV. in Verrem 52. *At jam illa omitto, quae dispersa a me multis locis dicentur, ac dicta sunt: forum Syracusanorum, quod introitu Marcelli purum a caede servatum est, ID adventu Verris Siculorum innocentium sanguine redundasse: portum Syracusanorum qui tum & nostris classibus, & Carthaginiensium clausus fuisset, EUM, isto praetore, Cilicum myoparoni, praedonibusque patuisse.* Eodem modo & *ibi* redundat apud eumdem lib. I. in Verrem 22. *Cum quidem viderent* socii *in foro populi R. quo in loco antea, qui sociis injurias fecerant, accusari & condemnari solebant, ibi esse palam posita ea, quae ab sociis per scelus ablata, ereptaque essent.* Nam profecto sine τῷ *ibi* constare haec possit oratio. Hic locus omnino est geminus ejus Liviani, ad quem notabat ea, quae dixi, Vir Magnus. *J. J.*

Hh

ret argentea. ALP. Ut tu vere noſti fontem Arethuſam, Neptune: ad illam ipſam ergo me confero. NEP. At abi, & eſto felix in amore. Imo iſtud etiam mihi expone; ubi Arethuſam vidiſti tu, qui Arcas es, quum illa ſit Syracuſis? ALP. Feſtinantem me detines, o Neptune, quæ nihil ad rem faciunt ſciſcitando. NEP. Bene mones: quin tu perge ad dilectam; quumque emerſeris a mari, mutua conſpiratione miſcetor fonti, & unam in aquam coite.

χεγυροειδές. ΑΛ. ὡς ἀληθῶς οἶδα τ' πηγήν, ὦ Πόσειδον· παρ' [b] ἐκείνην ὧν ἀπέρχομαι. ΠΟ. ἀλλ' ἄπιθι μᾶ, καὶ εὐτύχει ἐν τοῦ ἔρωτι. ἐκεῖνο δέ μοι εἰπὲ, πῶς τ' Ἀρέθουσαν εἶδες, αὐτὸς μὲν Ἀρκὰς ὤν, ἡ δὲ ἐν Συρακούσαις ἐστίν; ΑΛ. ἐπειγόμενόν με κατέχεις, ὦ Πόσειδον, περίεργα ἐρωτῶν. ΠΟ. εὖ λέγεις· χώρει νυν τὰ ἀγαπωμένου καὶ ἀναδὺς ἀπὸ τ θαλάττης [c] ξυναυλίᾳ μίγνυσο τῇ πηγῇ, καὶ ἓν ὕδωρ γίνεσθε.

ME-

[b] Παρ' ἐκείνην] ἐκείνην *F. V2. AtW.* Reliquae Edd. vitioſe ἐκείνης. [c] Ξυναυλίᾳ μίγνυσο] ξυναπεμίγνυσο. C. P.

Ἠδὴ πᾶ . . . αὕτη ῥ.] Ut hanc ſcripturam vindicaret multa Cl. *Jenſius*; ſed non ſatis ſimilia. Accedit propius quod legitur ſupra, & *Dial. Ven. & Cup.* αὐτὴ μᾶ γᾶ ἡ Ῥέα, πότε ἂν ἐκείνη χολὴν ἀγάγοι ἐπ' ἰμοὶ, ὅλη ἔσα ἐν τᾷ Ἀττῃ; ſed nondum ſic acquieſco. Suſpicor autem pro αὐτὴ, πηγὴ legendum. Adde *Mer.* c. 15. τοὺς Αἰγυπτίων αὐτοὺς, qui locus mihi etiam ſuſpectus, ut in nota videbis. *M. du S.*

Ἡ δὲ, πᾶ σοι γῆς αὕτη ῥεῖ; Ἡ δὲ non eſt idem plane, quod αὕτη· ſic enim ſcribendum fuerat, ἥδε δὲ πᾶ σοι &c. Cape quaſi poſuiſſet *Lucianus*, ἡ δὲ Ἀρέθουσα· ſequi ſolet ὅτ@ in hoc ſtructurae genere creberrime: *Liban.* in Dian. p. 670. A. ὁ δ' ἐπιτερᾶμμένῳ τὰς τ φοιτητῶν εἰσόδους ὅτ@ εἰσιόν πως τοτε. *Noſter* πᾶς δεῖ Ἰσ. συγῥ. c. 5. τὸ δὲ (πρᾶγμα) οἶδά που κὠ αὐτὸς, ὦ ἑταῖρε, ὡς ὁ τ εἰμιταχειρίσων τᾶτ' ἐγι. de Luct. οἱ δὲ τᾶ μέσου βίου πολλοί ὄντες ὅτοι. Itaque nullus eſt ſuſpicioni de vitio locus. *T. H.*

38. Διαυγὴς τέ ἐγι &c.] Non poterat accuratius, ſi ſpectator adfuiſſet, quod minime negavero, *Lucianus*. Addam *Senecae* locum egregium ex Conſol. ad Marc. c. 17. *Videbis celebratiſſimum carminibus fontem Arethuſam, nitidiſſimi ac perlucidi ad imum ſtagni, gelidiſſimas aquas profundentem; ſive illas ibi primum naſcentes invenit, ſive immerſum terris flumen integrum ſubter tot maria, & a confuſione pejoris undae ſervatum reddidit.* Haec quin corrupta ſint, nemo dubitat: ad veſtigia priſcae lectionis, neque minus tamen, quam magnus *J. Fr. Gronovius*, timide, conjicio: *ſive illas ibi primum naſcens invenit, ſive in ipſum penetrans flumen* &c. nam & Qu. Nat. VI. c. 8. ſimiliter fere dixit; *Alpheum, celebratum poëtis, in Achaia mergi, & in Sicilia rurſus transjecto mari effundere amoeniſſimum fontem Arethuſam.* Brevius etiam de fontis amoenitate teſtatur oraculum: Ἀνδρας θ' οἱ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης. *Nonnus* Συναγ. Ἰσ. ad *Gregor. Nazianz.* Stel. I. p. 152. τὸ δὲ ὕδωρ τ Ἀρεθούσης ἀκραιφνές τε κὠ καθαρὸν κὠ γλυκύ. Ergo merito vitii poſtulatur *Athenaei* locus II. p. 42. C. μόνον δ' ἀτέραμνον τ ἀλυκῶν τὸ τ Ἀρεθούσης· de quo vide *Caſaubonum* in Anim. *T. H.*

39. Ἀναζωλύζει] Inde ἀναζωλύσις πηγαί. ἀναπηδᾷ, ἀναδρύει, *Heſych.* verb. ἀναπηδᾷ. *J. B.*

42. Παρ' ἐκείνης] Ἐκείνῳ forte. *F. G.*

Παρ' ἐκείνης ἐν ἀπέρχομαι] Vult haud dubie Alpheus, ſe ad Arethuſam contendere; at verba dicunt contrarium. Apertum itaque mendum, legendumque una litera mutata, ἐκείνῳ. Παρά τιν@ ἀπέρχεσθαι eſt *venire ab aliquo*, ut ſupra pag. 141. Παρα τ Ἀμφιτρύων@ γυναικες, ſcil. ἐκπεμφθείς. At παρά τινα ἀπέρχεσθαι eſt *ire ad aliquem*, ut paullo poſt in eodem hoc Alphei & Neptuni dialogo, Χώρει νυν τὴν ἀγαπωμένην. & paſſim; ſic in Timone: Ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἂν ἀπέλθοιμι, ὦ Ζεῦ, παρ' αὐτόν. ὁπόταν ἀπίω παρά τινα πεμφθεὶς ὑπὸ τᾶ Διός. In his iiſdem Deorum dialogis. Ἐγὼ δὲ νυν τὴν σελήνην ἀπελθών. Κόρης ἕτω καλῆς φοιτώσης ὀνησεραι παρά σε. Et ſexcenties alibi. *J. J.*

Ἐκείνῳ] Sic reſtituimus, ſecuti Ed. *J.* quae ſola recte hanc vocem habet; reliquae enim ἐκείνης, contrario prorſus & abſurdo ſenſu. *M. du S.*

49. Ξυναυλίᾳ μίγνυσο] Quod Codex unus & item alter praebent σωαναωίγνυσο, vix crediderim lectionem eſſe variam, ſed potius vulgatae lectionis interpretamentum: ξυναυλίᾳ μίγνυσο quin reſtiſſimum ſit nullus dubito, quippe eruditius quam ut a *Luciano* non ſit profectum. Ξυναυλίαν vocant *tibicinum concentum*, τὴν ὑπὸ δύο ἐπιτελουμένην αὔλησιν· ὅταν γὰρ δύο αὐλῶσι, ξυναυλία λέγεται, ut ſcribit *Heſych.* hinc apud *Long.* II. p. 62. αὐλῶν τις ἂν φήθη σωαυλούντων ἀκούειν. Ejusmodi σωαυλίαν, ſive συμφωνίαν τινα τ αὐλητῶν ἐν Παναθηναίοις σωαυλούντων commemorat *Poll.* IV, 83. Strictius alioquin uſurpari ſolet, quando Choro cantanti tibiae modos adtemperat choraulus, qui quidem mos apud veteres obtinebat; nam poſtmodum chori praecinentem tibicinem voce ſubſequebantur: *Athen.* XIV. p. 617. C. itaque eſt intelligendum, quod adjungitur a *Polluce*: οἱ δὲ τὴν σωαυλίαν εἶδ@ προσαυλήσεως οἴονται, ὡς τὴν αὐλῳδίαν· & Segm. 107. vide *Henr. Valeſ.* ad Exc. ex *Diodoro Sic.* p. 51. Paulo etiam diſcrepat *Semus*, qui τὴν σωαυλίαν τι ποτ' ἐγὶν ἐμφανίζει hunc in modum, teſte *Athen.* XIV. p. 618. A. ἀγὼν συμφωνίας ἀμοιβαῖ@ αὐλοῦ κὠ ῥυθμοῦ χωρὶς λόγου τᾷ προσμελῳδοῦντ@· niſi deſcripſerit ibi, quod verius opinor, certum aliquod σωαυλίας genus in ſacris De-

IV.

ΜΕΝΕΛΑΟΥ ΚΑΙ ΠΡΩΤΕΩΣ.

MENELAI ET PROTEI.

ΜΕΝ.

Ἀλλὰ ὕδωρ μέν σε γίνεσθαι, ὦ Πρωτεῦ, οὐκ ἀπίθανον, ἐναλίου γε ὄντα, καὶ δένδρον ἔτι φορητόν· καὶ ἐς λέοντα ὁπότε ἀλλαγείης, ὅμως οὐδὲ τοῦτο ἄπιστον. εἰ δὲ καὶ πῦρ γίνεσθαι δυνατὸν ἐν τῇ θαλάττῃ οἰκοῦντα, τοῦτο πάνυ θαυμάζω, καὶ ἀπιστῶ. ΠΡ. μὴ θαυμάσῃς, ὦ Μενέλαε· γίγνομαι γάρ. ΜΕ. εἶδον καὶ αὐτός. ἀλλά μοι δοκεῖς, εἰρῆσθαι γὰρ πρὸς σέ, γοήτειαν τινὰ προσάγειν τῷ πράγματι, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξαπατᾶν τῶν ὁρώντων, αὐτὸς οὐδὲν τοιοῦτο γιγνόμενος.

MEN.

1. AT aquam te fieri, o Proteu, haud improbabile, quippe marinum; & arborem, id quoque ferri poteſt: quin in leonem quando mutaris, ne id quidem plane extra fidem eſt: verum, ſi & ignis fieri poſſit, qui in mari habitet, id valde admiror, ac minime credo. PRO. Ne mireris, Menelae: nam ita res eſt, fio. MEN. Vidi ipſe equidem: ſed videre mihi, quod pace tua dictum velim, præſtigias quasdam admovere huic rei, oculosque fallere ſpectantium, dum ipſe nihil tale fis.

2. PRO.

liis adhibitum; nam quae proferuntur, ex ejus Deliade ſunt depromta: ſed quae illis in verbis uberiore luce indigent, nunc ne attingere quidem animus eſt. *Schol.* ad *Gregor. Nazianz.* Stel. II. p. 106. Συναυλία ἐστὶν, ἡνίκα δύο ἢ καὶ πλείους αὐλήσωσι συναυλοῦσιν ἅμα, εἴτε ὁμοίων, εἴτε διαφόρων, ὁ μὲν καλάμῳ, ὁ δὲ κέρατι, ὁ δὲ σὺν χαλκῷ ἐναυλεῖ. Λέγομεν δὲ συναυλίαν καὶ κιθάρας ἅμα συγκρουομένης αὐλῷ καὶ συμφθεγγομένης. haudquaquam abſurde, ut eum bono duci obſecutum fuiſſe facile appareat: de cithara quod monet, certum eſt; erant enim & νόμοι κιθαριστηριοι, οἷς καὶ προσήνλουν, meminitque *Athenaeus* τῶν τῶν αὐλῶν πρὸς λυραν κοινωνίας. Hinc pronus ad figuratam orationis formam patet aditus, quum duo pluresve in eandem rem conſentiunt, ac mutuis animorum ſtudiis conſpirant: quoniam vero tibiae funebres, ideo factum, ut in communi luctu & deploratione praecipue συναυλία ponatur. *Philoſtr.* Icon. I. c. 11. p. 781. λέγεται γὰρ ξυναυλιαν τῷ θρήνου τοῖς κύκνοις ὁμολογῆσαι (Ζέφυρος) *Libanius* de Nicomedia terrae motu ſubverſa p. 207. B. νῦν ἴδοις καὶ πέτραις δοθῆναι δάκρυα, καὶ ὄρνισι νοῦν εἰς συναυλίαν τῷ πένθους. *Syneſ.* Ep. IV. p. 159. D. νῦν πρὸς ἐρήμοις ἀκταῖς συναυλίαν ὀλοφυρόμεθα. Praciverat iis *Ariſtoph.* Equit. v. 9. — δεῦρό νυν πρόσελθ', ἵνα ξυναυλίαν κλαύσωμεν Ὀλύμπου νόμον. ubi vide *Schol.* Diverſa in re *Ariſtid.* T. III. p. 708. B. ὡς' ἀλεεινὸν τὸ χρῆμα τῶν συναυλίας εἶναι τῶν τε σοφιστῶν καὶ τῶν ἑταίρων· praeceſſerat, καὶ δῆτα ἡδὺς ἦν ὁ κορυφαῖος ἰὼν κατόπιν τοῦ χοροῦ. *Heſychius* adfirmat ξυναυλίαν dici πᾶσαν πρᾶγμα διστόν· quod ita capiendum, ſi concinant inter ſe duae res ac congruant. *Lynceus* apud *Athen.* III. p. 109. E. τοιαύτην (ὁ ἐχαρίτης) ἐνθρυπτόμενος ἔχει πρὸς τὴν γλυκὺν συναυλίαν. *Luciani* quae fuerit mens, vertendo declaravi: nam quod priores Interpretes dederant, *eodem alveo cum fonte illo miſceaberis*, aegre, quorſum ſpectet, perrideas. Aliunde ductum συναυλία, quum *cohabitationem* & *conſortium* ſignificat: veluti de matrimonio *Ariſtot.* Pol. VII. p. 212. ἐρισαίνες χειμῶνος τὴν συναυλίαν ποιεῖσθαι τοιάνδε *Lambinum* in συνουσίαν mutantem repudiamus: tales συναυλίαι γερουσικαὶ, quas bene reſtituit *Anaxandridae Caſaubonus* in *Athen.* II. p. 48. A. Finitimum eſt ὁμαυλία & ὁμαυλος. *T. H.*

Μ. καὶ Π.] Quare Menelaum hic cum Proteo colloquentem inducat facile vident qui *Odyſſ.* librum IV. legerunt. *M. du S.*

ΠΡΩΤΕΩΣ] Proteus Deus marinus, Oceani & Tethyos filius. Iliaci belli tempore, quum AEgyptus rege careret, in regem adſumtus eſt, quem AEgyptii Cetea appellabant. Hunc artium peritum fuiſſe tradunt, *Homer.* Od. IV. & *Virgilius* item IV. Georg. & in varias ſe formas vertere ſolitum; ut nunc animal, quandoque arbor aut ignis, aut aqua, aut quid aliud videretur. Quod figmentum *Diodorus* lib. II. ſecutus *Herodotum*, ad AEgyptiorum regum morem refert, quibus familiare fuit leonis aut tauri vel draconis priorem partem in capite geſtare, nec non arborem, quin ignem quoque principatus inſignia. Idem *Lucianus* in Comm. de Saltat. Protea illum in varias ſe demutantem rerum facies non fere alium intelligit, quam ſaltatorem eximium, ad effingendum quicquid omnino collibuiſſet, veluti Empuſa, docilem. *Heraclitus Ponticus* diverſam his colligit allegoriam. A Proteo natum eſt adagium hoc, Πρωτέως ποικιλώτερος, id eſt, *Proteo mutabilior*; quod in vafrum & verſipellem competit. *Plato* in Ione: ἀλλὰ ἀτεχνῶς ὥσπερ ὁ Πρωτεὺς πανδοδαπὸς γίγνῃ, id eſt, *ſed prorſus Proteï in morem in omnem ſpeciem verteris, ſurſum ac deorſum te ipſum diſtorquens.* G. C.

58. Εἶ-

2. PRO. Et quæ tandem fallacia in rebus tam manifeſtis reſideat? non tu apertis oculis es contuitus, quas in formas memet ipſe converſum fecerim? ſin fidem non habes, idque negotium falſum eſſe videtur, inanis ſcilicet quædam ſpecies ante oculos conſiſtens, tum tu, ubi ignis factus fuero, admove mihi, vir fortiſſime, manum: probe ſcies, videarne ſolum talis, an facultas etiam urendi tunc mihi adſit. MEN. Non tutum eſt hoc experimentum, o Proteu. PRO. Tu quidem mihi, Menelaë, videris polypum vidiſſe nunquam, quæque hujus piſcis ſit natura, ignorare. MEN. Imo polypum vidi: at naturam ejus libenter didicerim a te.

3. PRO. Ad quamcumque petram acceſſerit, aptaveritque acetabula, & adglutinatis hæſerit cirris, illi ſimilem ſe reddit,

ΠΡ. Καὶ τίς ἂν ἡ ἀπάτη ὅτι τὰ ὄντως ἐναργῶν γένοιτο; οὐκ ἀνεῳγμένοις τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδες, ἐς ὅσα μεταπεποίηκα ἐμαυτόν; εἰ δὲ ἀπιστεῖς, καὶ τὸ πρᾶγμα ψευδὲς εἶναι δοκεῖ, φαντασία τις πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἱσταμένη, ἐπειδὰν πῦρ γένωμαι, [a] προσένεγκέ μοι, ὦ γενναιότατε, τὴν χεῖρα· εἴσῃ γάρ, εἰ ὁρῶμαι μόνον, ἢ καὶ τὸ [b] κάειν τότε ὅμοιον πρόσεστιν. ΜΕ. Οὐκ ἀσφαλὴς ἡ πεῖρα, ὦ Πρωτεῦ. ΠΡ. σὺ δέ μοι, Μενέλαε, δοκεῖς οὐδὲ πολύπων ἑωρακέναι πώποτε, οὐδ' ὁ πάσχει ὁ ἰχθὺς οὗτος εἰδέναι. ΜΕ. ἀλλὰ τὸν μὲν πολύπων εἶδον. ὰ πάσχει δέ, ἡδέως ἂν μάθοιμι παρὰ σοῦ.

ΠΡ. Ὁποίᾳ δ' ἂν πέτρᾳ προσελθὼν ἁρμόσῃ τὰς κοτύλας, καὶ προσφὺς ἔχῃ τὰς πλεκτάνας, ἐκείνῃ ὅμοιον ἀπεργάζεται ἑαυτὸν,

a Προσένεγκέ μοι] προσένεγκαί μοι. *Al. J. V2. S.* b Κάειν] Ita vetuſtae Edd. eaque reperitur in *Xenophonte* ſcribendi ratio: vid. *H. Stephan.* Theſ. T. II. p. 174. *P.* male καεῖν. *S.* κάειν.

58. Εἶδον] Non videtur tamen apud *Homerum Od.* Δ. 456. & ſeqq. Sed v. 418. prædixerat futurum. *M. du S.*

65. Εἰ δὲ ἀπιστεῖς] Videtur ſcribendum eſſe, εἰ δὲ ἀπιστεῖς, καὶ τὸ πρᾶγμα ψεῦδος εἶναι δοκεῖ φαντασία τις πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἱσταμένη. *Quod ſi non credis, & haec res tibi videtur falſa quaedam ſpecies, quae oculis objicitur.* In vulgatis male legitur πρᾶγμα ψεύδες. *J. G. G.*

Ibid. Ψεύδες εἶναι] Poterat etiam legi ψεῦδος, cujus ἐπεξήγησις, φαντασία τις &c. Sed nihil eſt cauſae, cur commoda verba & aperti ſenſus ſollicitemus. *Heſych.* Φαντασία, τὸ μὴ ὂν ἀληθὲς, ἀλλὰ σκιά τι. De Proteo, ejusque multiplici in omnes formas converſione particulam vide Polluceae declamationis, quam *Philoſtratus* excerpſit de V. S. II. c. 12. ubi ſophiſticis coloribus miraculum illud Homeri pingitur. *T. H.*

72. Πολύπων] De polypi vario ingenio meminit *Plinius* IX. c. 29. Præterea *Plutarch.* in libello περὶ πολυφιλίας, ex *Theognide.*

Πουλύποδος νόον ἴσχε πολυπλόκου, ὃς ποτὶ πέτρῃ,
Τῇ προσομιλήσῃ, τοῖος ἰδοῦν ἐφάνη.

Id eſt,

Mentem habeas vafri polypi, qui protinus illa,
Se quibus admorit, ſaxa colore refert.

Idem *Lucianus* in eo, qui περὶ Ὀρχήσεως inſcribitur, ex *Pindaro* opinor: ποντίου δρυὸς πετραίου νόον ἴσχων. *G. C.*

76. Ὁποίᾳ ἂν πέτρᾳ] *Ælian. V. H.* prin. *Plin.* IX, 19. XXX, 9. *M. du S.*

77. Κατὰ τὰς πλεκτάνας] Differunt, ſi accuratius loquaris, κοτύλαι, κοτυληδόνες, *acetabula, caliculi* polyporum, & πλεκτάναι, πλόκαμοι, σπεῖραι, τρίχες, recentioribus Graecis καρφία vel *clavi, crines, cirri, pedes, brachia, flagella*, ut adverſus *Hermolaum* egregius ille *Pintianus* obſervavit ad *Plin.* H. N. IX. c. 29. quod prodeſſe potuerat *N. Heinſio* minus in hac re circumſpecto ad *Ovid.* Met. IV, 267. Attamen, ubi mentio κοτυλῶν vel κοτυληδόνων obvenerit, ſaepe Grammatici ſolent interpretari πλεκτάνας. *Schol. Homer.* ad Od. E, 433. *Luciani* ad M. Ἐγκ. *Oppiani* ad Hal. II, 233. 282. 312. *Heſych.* opportune *Euſtath.* ad Od. E. p. 1541. Κοτυληδόνες, αἱ τῶν πολυπόδων πλεκτάναι ἀπὸ μέρους. τουτέστιν, ἀπὸ τῶν βραχυτάτων κοτυληδόνων, αἱ πρανεῖς ταῖς πλεκτάναις ὑπόκεινται ὅμοιαι οὖσαι κοτυλιδίοις κοιλοῖς, ἀφ' ὧν ἡ παρονομασία· apud eum quae de polypo praecedunt, cuncta ſuppeditavit *Athen.* VII. p. 316. 317. ex ejusdem libro XI. p. 479. B. emendandum, quod habet ad Il. X. p. 1182. v. 45. κοτυληδόνες αἱ ὑπὸ ταῖς πλεκτάναις αὐτῶν ἐπιφύσεις· male vulgatur ἐπιχύσεις. Ex iſta vero Grammaticorum interpretandi fere perpetua conſuetudine ſuſpicio mihi fuit oborta, fieri potuiſſe, ut κατὰ τὰς πλεκτάνας a margine tandem delatum fuerit in ipſa *Luciani* verba: accedebat vel maxime, quod hae voces nec ſenſu nec ſtructura ſatis viderentur conſtare: cur enim poſt ἁρμόζειν τὰς κοτύλας καὶ προσφῦναι ἔχεσθαι onus illud orationis limpidae ſupervacuum adderetur κατὰ τὰς πλεκτάνας; aut, ſi addi omnino voluiſſet *Lucianus*, cur

τὸν, ᾗ μεταβάλλει τ᾽ χρόαν, μιμούμενος τ᾽ πέτραν, ὡς ἂν λάθῃ τὺς ἁλιέας, μὴ διαλάτλων, μηδὲ φανερὸς ὢν ὃ τοῦτο, ἀλλ᾽ ἐοικὼς τῷ λίθῳ. ΜΕ. Φασὶ ταῦτα· τὸ δὲ σὸν πολλῷ πιθανοξότερον, ὦ Πρωτεῦ. ΠΡ. οὐκ οἶδα, ὦ Μενέλαε, τίνι ἂν ἄλλῳ πιστεύσειας, τοῖς σεαυτῦ ὀφθαλμοῖς ἀπιστῶν; ΜΕ. εἶδον εἶδον· ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα τερατῶδες, τ᾽ αὐτὸν πῦρ ᾗ ὕδωρ γίγνεσθαι.

mutatoque colore scopulum imitatur, ut fallat piscatores nihil diversus, propterea-que nec conspicuus, sed plane similis isti lapidi. MEN. Ista narrant: tuum autem illud multo est incredibilius, Proteu. PRO. Nescio profecto, Menelae, cui sis alteri fidem habiturus, quam tuis ipsius oculis denegas. MEN. Videndo sane vidi: sed res est portentosa, idem ut ignis & aqua fiat.

V.

ΠΑΝΟΠΗΣ ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΗΣ.

PANOPES ET GALENES.

ΠΑΝ.

ΕΙδες, ὦ Γαλήνη, χθὲς, οἷα ἐποίησεν ἡ Ἔρις ἐν τῷ δείπνῳ ἐν Θετταλίᾳ, διότι μὴ καὶ αὐτὴ ἐκλήθη ἐς τὸ συμπόσιον; ΓΑΛ. ἐγὼ ξυνειστιώμην ὑμῖν ἔγωγε· ὁ γὰρ Ποσειδῶν ἐκέλευσέ με, ὦ Πανόπη, ἀκύμαντον ἐν τοσούτῳ φυλάττειν τὸ πέλαγος. τί δ᾽ ἦν ἐποίησεν ἡ Ἔρις μὴ παροῦσα; ΠΑ. ἡ Θέτις γὰρ ὁ Πηλεὺς ἀπεληλύθεισαν ἐς τ᾽ θάλαμον, ὑπὸ τ᾽ Ἀμφιτρίτης καὶ τ᾽ Ποσειδῶνος παμφθέγκτες. ἡ Ἔρις δ᾽ ἐν τοσούτῳ λαθοῦσα πάντας, ἐδυνήθη

PAN.

1. VIdistin', Galene, heri, qualia designarit Eris inter coenam in Thessalia, quod non & ipsa fuerit vocata ad convivium? GAL. Equidem haud una vobiscum fui: Neptunus enim jussit me, Panope, nullis fluctibus agitatum ac tranquillum interea servare pelagus. Quid ergo fecit Eris, quae non aderat? PAN. Thetis & Peleus abierant in thalamum ab Amphitrite & Neptuno deducti. Eris interim clam omnibus (poterat autem facillime, dum

non potius structura liquidiore ταῖς πλεκτάναις extulisset? Quare, nisi quis eruditior moretur, equidem haud intercedo, quin eo abeant, unde malum pedem intulerunt. De polypo autem qui cognoscere cupit, illi legendos suadeo *Gesnerum*, *Aldrovandum*, *Rob. Constantinum* in Suppl. Ling. Latin. *Leon. Allatium*, ad *Eustathii* Hexaëm. p. 100. atque alios. Ad *Lucianum* proxime convenit *Ovidius* Hal. v. 30. *At contra scopulis crinali corpore segnis Polypus haeret, & hac eludit retia fraude, Et sub lege loci sumit mutatque colorem, Semper ei similis, quem contigit* — ut magis etiam conveniat, parvula mutatione confici potest: *Ut sub lege loci sumat, mutetque colorem*: nimirum, *hac fraude, ut sumat* &c. *T. H.*

86. Ἰδὼν, εἶδον] An scribendum, εἶδον, εἶδον; *F. G.*

Ἰδὼν εἶδον] *Intuitus vidi*, hoc est, cum semel vidissem iterum vidi. Suspecta tamen mihi est haec lectio, & vera fortasse sit εἶδον, εἶδον, *vidi, vidi. J. C.*

Ἰδὼν εἶδον] Agitatus inter eos, qui de stylo N. T. scripserunt, fuit hic locus. Ut Graecorum illud Interpretum Exod. III, 7. ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου, repetitum a Stephano A. A. VII, 34. pure Graecum probaret *Pfochenius* Diatr. §. 52. testem excitavit *Lucianum*, illum quidem in hac causa minime contemnendum. *Gataker*us eo, quem sibi adversarium delegerat, eruditione longe major Diss. de N. Instr. Styl. c. IX. ita versatur in repellendo isto Luciani loco, ut facile per multas ambages circumeundo declaret, expeditum sibi non fuisse, quod recta via responderet. Quanquam eorum, qui orationem N. T. Graecam esse castigatissimam contendunt, opinio perquam mihi semper ridicula fuit visa, haec tamen loquendi formula, etsi rarissima, quin pauculis quibusdam veterum exemplis, quae ex *Xenophonte* & *Polybio* diligentissimus *Raphelius* adnotavit, possit confirmari, nequaquam inficiamur: nam quod in accuratissima praefatione *Sylburgius* ex *Pausania* protulit ἰδὼν οἶδα, est illud ab hoc genere sane diversum: ceterum prudenter scriptum judico, quod adjecit: *ejusmodi phrases occurrunt etiam in Sacris Literis ex Hebraica consuetudine petitae*: nam saepenumero contingit, ut locutio quaedam native Graeca a LXX. Interpretibus & N. T. Scriptoribus, mutata paululum potestate, ad Hebraeam apte exprimendam adhibeatur: quo

dum hi quidem biberent, illi saltarent, alii vel Apollini citharam pulsanti, vel Musis canentibus adhiberent animum) impulit in convivium malum quam pulcerrimum, aureum totum, Galene: erat inscriptum: PULCRA ACCIPIAT: id autem provolutum quasi de industria pervenit ubi Juno, Venus & Minerva decumbebant.

2. Tum eo Mercurius sublato postquam perlegit inscripta, nos quidem Nereïdes conticuimus: quid enim oportebat facere, Deabus præsentibus? at hæ sibi quæque vindicabant, suumque esse malum contendebant: quin etiam, nisi Jupiter diremisset eas, ad manus res perveniisset. Ille tamen, ipse quidem, inquit, judicium non interponam ea de re (quanquam hoc ut faceret, istæ magno opere laborarent) abite vero in Idam ad Priami filium, qui certe noverit dignoscere pulcriorem formarum elegans spectator; neque is profecto judicaverit male. GAL. Quid ergo Deæ, Panope? PAN. Hodie, puto, petunt Idam; & aliquis adfuturus erit mox, qui nunciet nobis victricem. GAL. Jam nunc tibi dico, non alia vincet, Venere quidem certante, nisi valde sit arbiter hebeti oculorum acie.

δὲ ῥᾳδίως, τ῀ μὲ πινόντων, ἐνίων δὲ χρεττόντων, ἢ τῷ Ἀπόλλωνι κιθαρίζοντι, ἢ ταῖς Μούσαις ᾀδούσαις προσεχόντων τ῀ νοῦν, ἐνέβαλεν ἐς τὸ συμπόσιον μῆλόν τι πάγκαλον, χρυσοῦν ὅλον, ὦ Γαλήνη· ἐπεγέγραπτο δὲ, Η ΚΑΛΗ ΛΑΒΕΤΩ. Κυλινδούμενον δὲ τοῦτο, ὥσπερ ἐξεπίτηδες, ἦκε ἔνθα Ἥρα τε, καὶ Ἀφροδίτη, καὶ Ἀθηνᾶ κατεκλίνοντο.

Καὶ πειδὴ ὁ Ἑρμῆς ἀνελόμενος ἐπελέξατο τὰ γεγραμμένα, αἱ μὲ Νηρηίδες ἡμεῖς ἀπεσιωπήσαμεν· τί γὰρ ἔδει ποιεῖν, ἐκείνων παρουσῶν; αἱ δὲ ἀντεποιοῦντο ἑκάτη, καὶ αὐτῆς εἶναι τὸ μῆλον ἠξίουν. καὶ εἰ μή γε ὁ Ζεὺς διέτμησεν αὐτὸς, καὶ ἄχρι χειρῶν προὐχώρησε τὸ πρᾶγμα. ἀλλ' ἐκεῖνος, αὐτὸς μὲν ἐγὼ κρινῶ, φησὶ, περὶ τούτου (καίτοι ἐκεῖναι αὐτὸν δικάσαι ἠξίουν) ἄπιτε δὲ ἐς τ῀ Ἴδην πρὸς τ῀ Πριάμου παῖδα· ὃς οἶδέ τε διαγνῶναι τ῀ καλλίονα, φιλόκαλος ὤν, καὶ οὐκ ἂν ἐκεῖνος κρίναι κακῶς. ΓΑ. τί οὖν αἱ θεαὶ, ὦ Πανόπη; ΠΑ. τήμερον, οἶμαι, ἀπίασι πρὸς τ῀ Ἴδην. ΓΑ. καί τις ἥξει μοι μικρὸν ἀπαγγέλλων ἡμῖν τ῀ κρατῆσαν; ΠΑ. ἤδη σοι φημὶ, οὐκ ἄλλη κρατήσει, ἢ Ἀφροδίτης ἀγωνιζομένης, ἢν μή τι πάνυ ὁ Δαναΐτης ἀμβλυώττῃ.

TPI-

quo quidem pacto aliam utique formam induit: *Luciano* quidem sartum tectum relinquimus suum illud ἰδὼν εἶδον. *T. H.*

7. Ἐπελέξατο] Hunc *Luciani* locum *Budaeus* notavit in Comm. L. G. p. 660. Ab Ionibus ea potestate verbum ἐπιλέγεσθαι celebratur, adeoque in *Herodoto* frequens, ut *Suidas* in Ἐπελέξαντο. VIII, 128. Τοῖσι δὲ στρατηγοῦσι ἐπιλεξαμένοισι τὸ βιβλίον. Eum qui libenter imitatur, *Pausanias* saepius itidem habet IX. p. 762. de quo loco adsentior *Sylburgio*: nec non pari significatione συλλέξασθαι & ἐπιλέξασθαι. Ἀναγινώσκειν & ἐπιλέγεσθαι inter se commutat *Dion. Cass.* LX. p. 665. Idem est ἀναλέγεσθαι. *Eunap.* in Liban. p. 174. καὶ ὁ νῦν ἔχων ἀναλεγόμενος ἕκαστον αὐτῶν ἴσεται, *singula scriptorum ejus qui legerit peritus judicandi, venustatem orationis animadvertet*: aberrat Interpres laudatissimus. *Callimach.* Epigr. XXIV. — Πλάτωνος Ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμα· ἀναλεξάμενος. *T. H.*

11. Διέτμησεν αὐτὰς] Commodius αὐτὰς scribi puto, quam lectionem agnovisse videtur *Benedictus*: *ac nisi Jupiter ipsas diremisset.* Paulo post κρίναι legas an κρίνεις nihil prorsus interest. Tum personas esse male collocatas, eoque modo, quem Doctiss. *Jensius* approbavit, ordinandas censeo. Quid si porro formulam Atticam scriptori nostro reddamus, τήμερον εἶσι pro τήμερον οἶμαι; οἶμαι dubitationem aliquam habet, quae videtur hinc removenda, praesertim quia sequitur; καί τις ἥξει μοι μικρόν. *T. H.*

17. Κρίναι] Mallem κρίνει, ut θ. κρ. c. 2. de eadem re, οὐκ ἂν οὕτω δικάσειε κακῶς. *M. du S.*

18. Τί οὖν αἱ θεαὶ, ὦ Πανόπη &c.] Ita personis haec vulgo leguntur distincta. Ego vero nullus dubito, quin ab τήμερον usque ad ἤδη σοι φημὶ, sint omnia Panopes verba; sequentia autem Galenes esse putem, sine interrogatione. Hoc modo ergo concinnanda: Γα. Τί οὖν αἱ θεαὶ, ὦ Πανόπη; Πα. τήμερον οἶμαι ἀπίασι πρὸς τὴν Ἴδην. καί τις ἥξει μοι μικρὸν ἀπαγγέλλων ἡμῖν τὴν κρατοῦσαν. Γα. ἤδη σοι φημὶ οὐκ ἄλλη κρατήσει, ἢ Ἀφρ. ἀγ. *Quid igitur Deae, dic Panope?* Pa. *hodie, opinor, discedunt ad Idam; ac veniet quis paullo post, nuncians nobis victricem.* Ga. *Immo jam affirmo tibi; nulla alia superior erit, certante Venere*, quam ipsa Venus. Attentus lector existimet. Vitiosa personarum notatio haud dubie inde contigit, quod librarii inter Γ, quae litera Galenen, & Γ (sic enim antiqui pingebant Π) quae Panopen designabat, non rite distinxerint. *J. J.*

VI.

ΤΡΙΤΩΝΟΣ, ΑΜΥΜΩΝΗΣ, ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

TRITONIS, AMYMONES, ET NEPTUNI.

ΤΡΙ.

Ἐπὶ Ψ Λέρναν, ὦ Πόσειδον, ϖαρθένος καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑδρευσομένη ϖαρθένος, ϖάγκαλόν τι χρῆμα· ἐκ οἶδα ἔγωγε καλλίω ϖαῖδα ἰδών. ΠΟ. ἐλευθέραν τινὰ, ὦ Τρίτων, λέγεις, ἢ θεράπαινά τις ὑδροφόρος ἐστίν; ΤΡ. οὐκ οἶδεν· ἀλλὰ Δαναοῦ ἐκείνου θυγάτηρ, μία Ψ ϖεντήκοντα καὶ αὐτὴ, Ἀμυμώνη τοὔνομα· ἐπυθόμην γοῦν, ὅτις καλοῖτο, καὶ τὸ γένος. ὁ Δαναὸς δὲ σκληρα-

1. AD Lernam, Neptune, accedit quotidie aquatum virgo, res plane pulcerrima: haud equidem scio formosiorem me puellam vidisse. NEP. Ingenuamne dicis, o Triton, an famula quædam est ad aquam ferendam? TRI. Nequaquam: sed Danai istius filia, una quinquagenarum & ipsa, Amymone nomine: scisciatus enim sum & quomodo vocetur, & genus. Danaus autem durius habet filias, &

32. Ὁ Δαναὸς δὲ] Τούτων Ψ ϖεντήκοντα ϖατήρ. V.

25. Ὑδρευσομένη] Sic solebant antiquissimi Graeci, ut constat ex *Homero*, puellas sub vesperam ad fontem mittere; quem morem apud Orientales etiam obtinuisse, intelligimus ex Genes. XXIV, 11. ubi vide, quae adnotavimus. Quod cum ita sit, sine ratione habet postea *Lucianus* de Danao: Σκληραγωγεῖ τὰς θυγατέρας ϖρὸς αὐτουργίαν διδάσκει, καὶ ϖαμπόλιον ὕδωρ ἀρυσομένας. Atqui is omnium mos erat antiquissimis temporibus. *J.C.*

33. Καὶ αὐτουργίαν διδάσκει] Leg. *Sueton.* August. *J.B.*

Αὐτουργίαν] *Antonimus* I. §. 5. ϖαρὰ τοῦ τροφέως accepisse se scribit τὸ Φοινίκιον, καὶ ὀλιγοδρὲς, καὶ αὐτουργικόν ibi *Gatakerus* hunc *Luciani* locum profert, deque re ipsa plura commentatur. Jungi solent αὐτουργοὶ & αὐτοδιάκονοι, αὐτουργία & αὐτοδιακονία, quas virtutes Christianis commendat *Clem. Alex.* Paedag. III. c. 4. Alias αὐτουργοὶ, qui opus rusticum ob pauperiem ipsi faciunt. Mox commodius videtur, καὶ ϖαμπόλιον ὕδωρ γε ἀρυσομένας pro τε. Quod *Graevius* monet jungi debere, ἀόκνους ϖρὸς τὰ ἄλλα, Interpretes non praeteriit. *T.H.*

34. Ὕδωρ] V. *Apollod.* XIV. *M. du S.*

36. Μακ. ἔ. τὴν ὁδ. ἐξ Α. εἰς Λ.] Ad *Statii* Theb. I, 360. ubi operosa vehementis est procellae descriptio, *Barthius* notat, dicere *Papinium*, *tempestatem hanc fuisse maximam, & multum regionis inundasse, quae Argos & Lernam simul tetigerit loca non exiguis inter se spatiis distantia.* Nihil est, ne fallaris, in *Statio*, quod spatium illud haud exiguum ulla ratione designet: hunc tamen addit, quasi probandi causa, *Luciani* locum, & tum porro: *Sed pro regia puella aquatum eunte via longa non ideo sit pro tempestate:* id quidem haud absurde, quod utique pro regia puella, aquam petitura, longior aliquanto via censeri possit; quanquam id satis excusatur ea cautione, quam a moribus atque instituto Danai desumtam *Lucianus* adhibet. Aliqui non tantum erat hoc intervallum, quam Antisthenes, quippe vir & philosophus, ma'uerit etiam quotidie Socratis audiendi gratia, stadia numerum XL. ex Piraeeo in Asty conficeret: propius autem Argis aberat Lerna: nam, ut ait *Pausan.* II. p. 197. ἀπέχει δὲ Ἀργείων Ψ ϖόλεως τεσσαράκοντα καὶ ὁ ϖλείων σταδίοις ἀπὸ Λέρνης θάλασσα· quam intercapedinem, spatium inter Piraeeum & Asty interjectum aequantem, occupare longis muris ad mare ductis instituerant Argivi bello adversus Lacedaemonios, testibus *Thucydide* V. c. 82. 83. & *Diodor. Sic.* XII. p. 327. C. in quo vitiose legitur Ἀγιὰς χωρίον pro Ὑσιὰς. Paulum vero a mari distabant ab ea parte, quae spectat in Laconicam, Lerne, ab altera Temenium: idcirco memorat *Pausanias* τὴν θάλασσαν τὴν μεταξὺ Τημενίου καὶ Λέρνης p. 198. Temenium autem, finiente *Strabone* VIII. p. 566. B. ἀπέχει τῶν Ἄργους ἐξ καὶ εἴκοσι σταδίους ὑπὲρ Ψ θαλάσσης. Huic intervallo quod scribit *Plin.* H. N. IV, 5. fere consentaneum est: *Amnes, Inachus, Erasinus, inter quos Argos Hippium cognominatum: supra lacum Lerne a mari* CIↃCIↃ *pass.* Ita si legas, satis huic loco consultum arbitror: nam *Is. Vossius* ad *Pompon. Mel.* p. 205. mea quidem sententia labitur, & *Strabonem* parum concinne cum *Plinio* confert: illud autem *coco* optimi, quem laudat, libri sui, etsi foedatum, plane, quod dedimus, exhibet CIↃCIↃ P. qui faciunt stadia XVI. haec si addideris ad stadia XXVI. quae itidem inter

Ar-

& ad opus ſuis manibus faciundum inſtituit, atque etiam mittit aquam hauſturas: ad cetera porro miniſteria condocefacit, ut impigræ ſint.

γωγεῖ τὰς θυγατέρας, καὶ αὐτουργεῖν διδάσκει, καὶ πέμπει ὕδωρ τε ἀρυσομένας, καὶ πρὸς τἄλλα παιδεύει ἀόκνους εἶναι αὐτάς.

ζεν αὐταῖς, κάλλιστος Φαινόμενος· λευκός τε γὰρ ἦν ἀκριβῶς, καὶ τὰ κέρατα εὐκαμπὴς, καὶ τὸ βλέμμα ἥμερος. ἐσκίρτα οὖν καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ ἡδέος, καὶ ἐμυκᾶτο ἥδιστον, ὥστε τὴν Εὐρώπην τολμῆσαι καὶ ἀναβῆναι αὐτόν. ὡς δὲ τοῦτ' ἐγένετο, δρομαῖος μὲν ὁ Ζεὺς ὥρμησεν ὑπὲρ τὴν θάλατταν φέρων αὐτὴν, καὶ ἐνήχετο ἐμπεσών· ἡ δὲ πάνυ ἐκπεπλαγεῖσα τῷ πράγματι, τῇ λαιᾷ μὲν εἴχετο τοῦ κέρατος, ὡς μὴ ἀποπεσεῖν· τῇ ἑτέρᾳ δὲ ἠνεμωμένον τὸ πέπλον ἐσώζετο.

debat pulcerrimusque videbatur: etenim albus erat perfecte, cornibusque scite intortis, & vultu placido: lascivius ergo subsultabat in litore, mugiebatque suavissime, sic ut Europa auderet etiam inscendere taurum. Quod ubi factum est, tum cursu citatissimo Jupiter ad mare festinavit ferens illam; jamque natabat illapsus. Europa vero mirifice perculsa eo negotio lævâ apprehenderat cornu, ne defluereret; alterâ vento agitatum peplum continebat.

ΝΟ. Ἡδὺ τοῦτο θέαμα, ὦ Ζέφυρε, εἶδες καὶ ἐρωτικὸν, νηχόμενον τὸν Δία, φέρονθα τὴν ἀγαπωμένην. ΖΕ. καὶ μὴν τὰ μετὰ ταῦτα ἡδίω πολὺ, ὦ Νότε· ἢ τε γὰρ θάλαττα εὐθὺς ἀκύμων ἐγένετο, καὶ τὴν γαλήνην ὑπεστρωσαμένη λείαν παρεῖχεν ἑαυτήν. ἡμεῖς δὲ πάντες ἡσυχίαν ἄγοντες, οὐδὲν ἄλλο ἢ θεαταὶ μόνον τῶν γιγνομένων, παρηκολουθοῦμεν· ἔρωτες δὲ ὑποπετόμενοι μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, ὡς ἐνίοτε ἄκροις τοῖς ποσὶν ὑπτιάζειν τοῦ ὕδατος, ἠμμένας τὰς δᾷδας φέροντες, ἦδον

3. NOT. Jucundum illud spectaculum, Zephyre, vidisti, & amatorium, nantem Jovem, portantemque dilectam. ZEP. Imo quæ postea consequuntur jucundiora multo, Note: nam pelagus statim fluctibus vacavit, flustroque ad se attracto læve sedatumque se præbuit: nos autem omnes quietem agentes, nihil aliud quam spectatores solum eorum, quæ fiebant, adsectabamur. Amores porro juxta volantes paululum supra mare, sic ut nonnunquam summis pedibus delibarent aquam, accensas faces ferentes canebant simul hymene-

82. Ἠνεμωμένον] Ἀνέμῳ πεπληρωμένον. G.

tam. II, 855. *Cornua vara quidem; sed quae contendere possis Facta manu:* quam iisdem illis particulis, quas excludere *cornua vara* censuit *Burmannus*, certissime confirmari arbitror. Ad Fast. V, 607. *Neapolis* ad *Nasonis* locum *Luciani* verba comparavit; quae vestigia premere nobis non lubet. *T. H.*

82. Ἀπολιθάνοι] Quanquam omnes editiones servent, neque huic verbo lex formandi adversetur, usus tamen poscit ἀποληθαίνοι. *T. H.*

91. Ἔρωτες δὲ παραπετώμενοι] Haec talem in modum tamque graphice describuntur a *Luciano*, ut, quin artificem pictoris alicujus, qui fabulam Europae coloribus expresserat, manum animo fuerit secutus, vix dubitari possit. Magno autem consensu Edd. ὑποπετώμενοι· quae quidem scribendi ratio apud alios etiam rarius invenitur, sed nunquam fere, quin vel exarati manu libri, vel vulgati discrepent; nam longe est usitatius πετόμενος quam πετώμενος, πέτεσθαι quam πετᾶσθ. *T. H.*

95. Αἱ Νηρ. ...ἐπὶ τ. θλφ.] V. *Spanh.* 229. *M. du S.*

97. Τῶν τριτώνων γένος] Describit Pausanias in *Boeot.* *M. du S.*

1. Παροχουμένῳ . .] P. & L. In aliis παροχούμενος. Sed melius ad Amphitriten refertur. *M. du S.*

8. Ὁ μὲν ταῦρος ἐκεῖτο ἐφαίνετο] R. *Bentleius* ad *Horat.* III. Od. XXVII, 48. Bellum autem amatorem Jovem, qui ominis, ut videtur, causa Europae vitium adtulerit eodem in antro Dictaeo, ubi fuerat natus: quin & platanum ostentabant ἐν τῇ Γορτυναίᾳ πρὸς πηγῇ τινι, ἣ δὲ φυλλοῦται· μυθολογοῦσι δὲ, ὡς ἐπὶ (mutandum in ὑπὸ) ταύτῃ ἐμίγη τῇ Εὐρώπῃ ὁ Ζεύς. *Theophr.* H. P. I. c. 15. Fabulae condonamus, quando regionum terminos liberius nonnunquam refigit: in Gortynia certe sita non erat Dicte, neque adeo Dictaeum antrum: & tamen Europae cultu Gortynii praecipue gloriabantur; sic ut ipsa urbs primum Ἑλλωτὶς fuerit appellata eo nomine, quo Cretes Europam vocabant: *Stephan.* in Γόρτυν, ubi vide *Berkelium*. Si quis cupiat, multo plura suppeditabit *Joh. Meursius* in Creta. Vix est, ut operae pretium ferat, qui *Nonni* Dionys. librum primum ejusdem fabulae gratia legerit. Ἐφ' ᾧ, τι & ἐφ' ὅτῳ ex iis sunt, quorum utrum scripserit *Lucianus*, adseverari liquido nequit. *T. H.*

15. Γρῦπας] Ludit, ut puto, *Lucianus*, quia, ut vero simile est, in tabulis Geographicis monstra haec pingi cum reliquis solebant. Vide *Plut.* B. p. 1. Alibi cer-

menæum : Nereïdes vero emersæ adequitabant in delphinis adplaudentes, feminudæ pleræque : tum etiam Tritonum genus, & si quod aliud non terrificum visu marinorum, cuncta choreas ducebant circa puellam. Neptunus quidem conscenso curru, adsidentem lateri Amphitriten habens præcedebat hilaris, viamque faciebat natanti fratri. Denique Venerem duo Tritones ferebant in concha decumbentem, flores omnigenos inspargentem sponsæ.

4. Hæc a Phoenicia usque ad Cretam sunt facta. Postquam vero pedem in insula posuit, taurus non amplius extabat, sed prehensa manu Jupiter abduxit Europam in Dictæum antrum rubore suffusam dejectisque oculis', jam enim haud ignorabat, cujus rei gratia duceretur : tum nos impetu facto alius aliam pelagi partem concitabamus. N O T. Te beatum, Zephyre, spectaculo : at ego gryphas interea, & elephantos & nigros homines videbam.

95 ἅμα τ̃ ὑμέναιον. αἱ Νηρηίδες δὲ ἀναδῦσαι παρίππευον ὀπὶ τ̃ δελφίνων, ὀπικροτῆσαι, ἡμίγυμνοι [a] αἱ πολλαί. τό, τε τ̃ Τριτώνων γένος, ϗ εἴ τι ἄλλο μὴ φοβερὸν ἰδεῖν τ̃ θαλαττίων, ἅπαντα θιεχόρευε ἡ παῖδα· ὁ μὲν γὰ Ποσειδῶν ὀπιβεβηκὼς ἅρμασος, [b] παροχουμένην τε ϗ τ̃ Ἀμφιτρίτῃ ἔχων, προῆγε γεγηθὼς, προοδοιπορῶν νηχομένῳ τῷ ἀδελφῷ. ὀπὶ πᾶσι δὲ ἡ τ̃ Ἀφροδίτῃ δύο Τρίτωνες ἔφερον, ἐπὶ κόγχης κλαικειμένην, ἀνθη παντοῖα ὀπιπάτ̃ουσαν τῇ νύμφῃ.

Ταῦτα ὲκ Φοινίκης ἄχρι τ̃ Κρήτης ἐγένε̃το. ἐπεὶ δὲ ἐπέβη τῇ νήσῳ, ὁ μὲν ταῦρος οὐκ ἔτι ἐφαίνετο· ὀπιλαβόμενος δὲ τ̃ χειρὸς ὁ Ζεὺς ἀπῆγε τ̃ Εὐρώπην ἐς τὸ Δίκ̃αιον ἄντρον, ἐρυθριῶσαν, ϗ κάτω ὁρῶσαν· ἠπίστ̃ατο γὰ ἤδη, [c] ἐφ' ὅ, τι ἄγοιτο. ἡμεῖς δ' ἐμπεσόντες, ἄλλος ἄλλο τ̃ πελάγους μέρος διεκυμαίνομεν. N O. ὦ μακάριε Ζέφυρε τ̃ θέας. ἐγὼ δὲ γρύπας, ϗ ἐλέφαντας, ϗ μέλανας ἀνθρώπους ἑώρων.

a Αἱ πολλαί] τὰ πολλὰ. P. E. b Παροχουμένην] παροχουμένην. P. L. quod probavi. Priores Edd. παροχούμενός τε. c Ἐφ' ὅ, τι] ἐφ' ὅτῳ L. Schol. *V.*

10. Δικταῖον] Σπήλαιον ἐν Κρήτῃ ὅπου καλούμενον. *V.*

16. * Μέλανας ἀνθρώπους] Ὁ δὲ νότος ἀπὸ τ̃ Λιβύης πνέει, ἔνθα οἰκοῦσιν οἱ Αἰθίοπες. *V.*

* Ἤδη ἐπὶ νότῳ ἄγοιτο] Haec verba, quae proxime praecedentia sequuntur in Mſ. non leguntur in hoc Dialogo, nec mihi, unde petita sint, liquet. *J. C.*

Μέλανας ἀνθρώπους] Hoc Scholium in *V.* ad ἤδη ἐφ' ὅτῳ ἄγοιτο referebatur, pro quo in A. Ed. prave scriptum est, ἤδη ἐπὶ νότῳ ἀχοῖλα. Unde conqueritur Clar. Editor, se ea verba in hoc Dialogo non reperire. Reperiuntur tamen paucis ante versibus, nisi quod in Impr. nostris non quidem ἐπὶ νότῳ, quod nullibi quidem reperias, sed ἐφ' ὅ, τι pro Scholiorum ἐφ' ὅτῳ est. Nos veram, quam exponit, vocem restituimus. *M. du S.*

certe a nullo visos pronuntiat. εὐχ. c. 44. Vide tamen *Camertem* ad *Solinum* 143. l. 50. & *Spanh.* 270. & seqq. *Johnstonus* p. 151. reperiri testatur & imaginem exhibet. Ctesias agnoscit in *Ind.* c. XII. Quosdam etiam nasci in Hyperboreis montibus tradit Servius ad *Virg. Ecl.* VIII. v. 27. De quibus *Herod.* III. c. 116. IV. c. 143. & *Paus.* I, 43. intelligendos censet *Spanh.* Consule *Plin.* VIII, 21. & X, 49. XI, 31. & Ælian. *de anim.* II, 4. IV, 27. Orig. *c. Cels.* 116. A. *Hesych.* καναθρὰ. Plaut. *Aul.* IV. 8. v. 1. V. 448. C. *Philostr.* p. 229. ubi laudantur Nearchus & Megasthenes apud *Strabonem* XV. p. 706. & Arrian. *Indic.* p. 537. *Mela* III. c. 7. Clem. Alex. *Paedag.* II. p. 207. *M. du S.*

Nereï-

I.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΠΟΛΥΔΕΥΚΟΥΣ. DIOGENIS ET POLLUCIS.

Δ Ι Ο. D I O.

Ω Πολύδευκες, ἐντέλλομαί σοι, ἐπειδὰν τάχιστα ἀνέλθῃς (σὸν γάρ ἐστιν, οἶμαι, II. O Pollux, mando tibi, simulatque ad superos escenderis (tuum enim

Νεκρικοὶ Διάλογοι] Ἐν τούτοις τοῖς Λουκιανοῦ διαπαίζει βούλεται τὰ φλύαρα τὰ περὶ τῆς Ἑλλήνων περὶ τὸν ᾅδου λεγόμενα· καὶ διὰ τοῦτο Νεκρὸς εἰσάγει πρὸς ἀλλήλους διαλεγομένους, ἔνθεν δὲ Νεκρικοὺς αὐτοὺς ὠνόμασε. (1) *** Πολυδεύκει] σωιέδη τὸ μὲν Κάστορα, ὡς ὑπὸ ἀνθρώπου ὄντα, εἶναι θνητόν· τὸ δὲ Πολυδεύκεα, ὡς ὑπὸ Διὸς, ἀθάνατον. Ὅτε δὲν ἐτελεύτησεν ὁ Κάστωρ, (2) ἐλυπήθη ὁ Πολυδεύκης· καὶ ὁ Ζεὺς ἐλεήσας αὐτὸν, ὡς λέγουσιν, ἐποίησεν ὥστε τοὺς δύο ζῆν (3) μίαν μὲν ἡμέραν. Πολύδευκες] Ἄμφω μὲν ἦσην υἱοὶ Διὸς δίδυμοι ὑπὸ Λήδας τῆς Λακαίνης, θνητότητα δὲ ἀθανασίαν

(1) *** Πολ.] Hic lacuna erat in Mſ. ſed in qua multa deeſſe non videntur. *J. C.*

Imo in *V.* ſpatium eſt quatuor verſuum, & poſt eos ſcribitur Πολυδεύκην . . . . . συνέβη τὸν μὲν κα. . . . . ὡς ὑπὸ. *J. G.*

Satis apparet priorem Caſtorum fabulae partem interiiſſe totam. Quae ab illo principio, ἄμφω μὲν ἦσην &c. ſequuntur, quin ad hujus dialogi σὸν γάρ ἐστιν, οἶμαι, τὸ ἀναβιῶναι αὖριον referenda ſint, extra dubium eſt. Ceterum orti poterat ſuſpicio, quae praecedunt, in alienum eſſe locum, quod ſaepius in his ſcholiis contigiſſe memini, translata, & pertinuiſſe primum ad Δ. Θ. XXVI. ibi enim, quae a *Luciano* tractantur, hic itidem explicari patet. Pro ὑπὸ ἀνθρώπου *M. Sladus* ἀπ' vel ἀπὸ, quod neceſſarium non eſt. *T. H.*

(2) Ἐλύπησεν] Lacuna in *V.* ἐλυ . . . . . *M. du S.*

In Ed. *A.* parum dextre lacunam hanc explevit ſive *Clericus*, ſeu Scholiorum deſcriptor per ἐλύπησεν activae poteſtatis: ἐλυπήθη, quod rei & ingenio Linguae congruebat, reſtimere non ſum veritus. *T. H.*

(3) Μίαν] Lacuna in *V.* . . . . . *M. du S.*

Recte fuit ſanata: Schol. ad *Homeri* Od. Λ, 303. exponit ἑτερήμεροι, μίαν παρὰ μίαν ἡμέραν ζῶντες. *T. H.*

(4) Τῷ . . . . . κεκλημ.] Oratio crebris hiatibus deformis: neque tamen admodum eſt laborioſum haec vulnera leni manu conducere, atque redintegrare, ſic ut in ſenſu certe deſiderari nihil omnino videatur: τῷ τὸ γένος ἀνομοίῳ κεκλημένῳ· δεῖν, μηδὲ τὸν μὲν τοῖς θεοῖσι, τὸν δὲ &c. tum, τὸ τὸ γένος ἀνόμοιον, ὡς παρήμεροι vel ἑτερήμεροι &c. poſtea, ἄλλως τε συμπράττειν vel συνεργεῖν τοῖς πλέοσιν aut κινδυνεύσειν ἀνθρώποις· denique, πρὸς Πολυδεύκην λόγῳ· ἐστὶ τῷ Διογένης, ὡς δῆθεν &c. Porro quod in Ed. *A.* fuit προυρημένου, mutavi in προρρημένου. *T. H.*

Νεκρικοὶ Διάλογοι] Mortuorum hi Dialogi praeter novitatem venuſtatemque, quae eis cum praecedentibus communis, hoc ſibi habent proprium, quod ad mores magis ſpectant. Quocirca inſigniores utplurimum in Hiſtoria aut fabulis viros in iis loquentes facit: aliquando tamen fictitios prorſus & larvatos homines, praeſertim cum Romanorum artes carpit, quibus

Cruſtis & pomis viduos venentur avaros,
Excipiantque ſenes, quos in vivaria mittant.

Mortuorum Dialogos, noſtra aetate, vir clariſſimus *Fontanellus*, Lucianum imitatus, Gallice edidit elegantiſſimos, qui omnium manibus merito teruntur. *M. du S.*

3. Ἀναβιῶναι αὖριον] Pollux Jovis ex Leda filius, & Caſtoris frater; qui, cum immortalis eſſet, utpote eodem ovo cum Helena prognatus, a Jove fertur petiiſſe, ut ſibi cum fratre vita functo immortalitatem ſuam partiri liceret: qua re impetrata alternis mori traduntur & reviviſcere, de quibus *Virgil.* VI. AEn. *G. C.*

Ibid. Μένιππον] Clarus ante *Lucianum* jam ſuis Satyris hic Menippus. V. A. Gell. II. 18. *Nobilem Canem* vocat *Ter. Varro.* Cur autem tanti hunc Cynicum fecerit, (videbis enim in his ſummi herois partes agere) duo fingi poſſunt: quod popularis Luciani (uterque enim e Syria oriundus, quanquam ille quidem ἀνέκαθεν ἦν Φοινίξ, i. e. longe tantum petito genere,) & quod vix quisquam atrocius in omnes omnium ordinum homines, Philoſophos potiſſimum, tum dictis tum ſcriptis deſaeviiſſet. vide δίκ. c. 33. Quod autem Socrati, viro ſummo, accidit, ut ſine ſcriptis apud poſteros ſumma ingenii laude, per *Xenophontem* & *Platonem* dictis ejus memoriae proditis, floruerit, id propemodum & huic Menippo per *Lucianum* accidit. Is enim, quae ipſe ſcripſerat deperditis, in hisce Luciani longe, ut videtur, melius & ſapit & floret.

nim eſt, opinor, in vitam redire cras) ſicubi videris Menippum canem (inveneris autem illum Corinthi ad Craneum, aut in Lyceo altercantes inter ſe philoſophos deridentem) ut dicas ad eum, Te, Menippe, jubet Diogenes, ſi tibi ſatis, quæ ſuper terram geruntur, ſunt deriſa, venire huc multo plura irriſurum: illic etenim in ambiguo tibi riſus erat, illudque in ore multum, Quis enim omnino novit, quæ poſt vitam ſint conſecutura: hic vero non de-

τὸ ἀναβιῶναι αὔριον) ἦν πω ἴδῃς Μένιππον τὴν κύνα (εὑροις δ' ἂν αὐτὸν ἐν Κορίνθῳ κατὰ τὸ Κράνειον, [a] ἢ ἐν Λυκείῳ, τῶν ἐριζόντων πρὸς ἀλλήλους φιλοσόφων καταγελῶντα) εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν, ὅτι σοι, ὦ Μένιππε, κελεύει ὁ Διογένης, εἰ σοι ἱκανῶς τὰ ὑπὲρ γῆς καταγεγέλασται, ἥκειν ἐνθάδε πολλῷ πλείω ὀφόμενον γελασόμενον· ἐκεῖ μὲν γὰρ οὐ ἀμφιβόλως σοι ἔτι ὁ γέλως ἦν, ἐνταῦθα δὲ πάνυ [b] τὸ, τίς γὰρ ὅλως οἶδε τὰ μετὰ τὸν βίον; ἐνταῦθα δὲ πάνυ σοι

[a] Ἢ ἐν Λυκείῳ] εἰλληθερῶντα P. γρ. quam acceſſionem, ſi plures Codd. confirment, non adſperner. [b] Τὸ] P. obſ. in quibusdam Codd. deeſſe.

floret. Menippi fuere duo Cynici; antiquior hic celeberrimus; de quo *Diog. Laërt.* VI. c. 99. Junior, de quo *Philoſtratus* p. 164. *Eunapius* in proœm. p. 11. C. quem perſtringi hic & in reliquis hisce dialogis, putat doctiſſimus *Philoſtrati* interpres. Sed errat; vide ipſum *Lucianum* Menippum *veterem* diſerto a ſeſe adſcitum, ſub Dialogi perſona, aſſerentem Δικ. c. 33. & res ipſa clamat *Diogenis* fuiſſe diſcipulum. *M. du S.*

4. Ἐν Κορ. κατὰ τὸ Κρ. ἢ ἐν Λ.] Quae ipſe loca maxime coluerat Diogenes, in iis ſectatorem Menippum quaeri jubet: cum Perſarum enim rege ſuam fortunam comparans, haud ſecus atque ille hyemem Suſis, Ecbatanis aeſtatem ageret, ſe quoque mutatis ad anni tempeſtates ſedibus nunc Corinthi, Athenis alias degere dictitabat, ut oſtendit *Dio Chryſoſt.* Or. VI. Cranium autem ignotius, ideoque additum ἐν Κορίνθῳ, quod non ita capiendum, quaſi urbis ambitu contineretur; nam ſubjectus erat, ut *Pauſanias* docet, moenibus cypreſſorum lucus; ſed ea poteſtate, qua ſaepius ἐν propinquitatem ſitus deſignat. Recte *Dion* Or. IX. p. 138. D. Corinthii Diogenem πολλάκις ἐώρων ἐν τῇ πόλει ἢ περὶ τὸ Κράνιον & p. 131. A. Antiſthene mortuo μετέβη ἐς Κόρινθον, κἀκεῖ διῆγεν ἔτι σὺν αὐτῷ μισθαποδότῃ, ἔτι πω ξένῳ τινὶ καταγόμενος, ἀλλ' ἐν τῷ Κρανίῳ γυμναζόμενος· alia dicemus ad initium libri de modo conſcribendae hiſtoriae. Lyceum vero nobiliſſimum Athenas etiam non nominatas ſatis indicat: eo in gymnaſio non juventus tantum militaribus ac palaeſtricis laboribus imbuebatur, quod ex Anacharſide *Luciani* conſtat, ſed philoſophi quoque & ſophiſtae docendi diſputandique cauſa conſidebant: *Æſchines* Socrat. apud *Demetr.* περὶ Ἑρμ. §. 111. qui locus nuperos Editores effugit: Ἐκαθημεθα μὲν ἐπὶ τῶν Σάκων ἐν Λυκείῳ, ἔνθα οἱ ἀθλοθέται τὸν ἀγῶνα διατιθέασι. Quanquam eo jam ventitare ſolitus fuerat Socrates, cujus τὰς ἐν Λυκείῳ διατριβὰς *Plato* commemorat in primo Euthyphrone, Chryſippus tamen πρῶτον ἐθάρρησε σχολὴν ἔχειν ὕπαιθρον ἐν Λυκείῳ, teſte *Diogene L.* VII, 185. eam ob rem *Iſocrati* in Panath. p. 236. D. ἐν τῷ Λυκείῳ συγκαθεζόμενοι τρισὶ ἢ τέτταρες τῶν ἀγελαίων σοφιστῶν, καὶ πάντα φασκόντων εἰδέναι & p. 239. D. τοὺς ἐν τοῦ Λυκείου ῥαψῳδοῦντας &c. ut mirum minime ſit, adeundum fuiſſe Polluci Lyceum, quo Menippum inveniret ridendis philoſophorum altercationibus vacantem. Nullum autem, ne quis ſe fruſtretur, Corinthi Lyceum; ne apud *Libanium* quidem Or. VII. pro Ariſtophane Corinthio p. 219. A. quibus verbis in errorem induci poterat aliquis incautior. *T. H.*

5. Κράνειον] Ubi Diogenes ipſe fere verſabatur, atque e vivis tandem exceſſit. *Diog. Laert.* p. 158. C. ἐτύγχανε μὲν γὰρ διάγων ἐν Κρανείῳ τοῦ πρὸ τοῦ Κορίνθου γυμνασίου. & vide etiam noſtrum συγγρ. c. 3. & *Pauſan.* Corinth. κυπαρίσσων ἄλσος. Apud utrumque ita ſcribitur, non Κράνιον, ut in Impr. ſcribitur συγγρ. c. 3. & 63. Sed & illic W. Κράνειον habet. An Corinthi etiam *Lycaum* fuerit quaerant alii. Mihi ſatis eſt Menippum Athenis degentem antequam captus venderetur, Lycaeum frequentaſſe. Vide *Arrian.* in *Epict.* 337. B. *M. du S.*

11. Τὶς γὰρ ὅλως οἶδε &c.] Cynicorum ſecta, quid homine poſt mortem futurum eſſet, non valde curabat. Imo qui a Socrate ſunt profecti, ipſeque *Plato*, tametſi oratione magnifica ſtatum, qui hanc vitam ſit excepturus, ampliſſime praedicent, eo ſaepe recidunt, ut totum illud nihil eſſe praeter conjecturam, & illam ſuam ſolennem μαντείαν ultro fateantur: veruntamen, iisdem auctoribus, ea venturae conditionis ignoratio & obſcuritas prudenti numinis conſilio mortalium animis eſt impreſſa, ne ſcilicet, ſi certam gererent excellentiſſimae beatitatis perſuaſionem, morari in hac vita, non expectata naturae lege, recuſarent, & ſponte de ſtatione ſua laeti decederent; nam, quod *Heraclitum* dixiſſe ferunt, τὴν γε πειθοῦσαν ψυχὴν, ὅσα ἀνθρώπους πείθειν τελευτήσαντας, οὐδὲν ἂν κατάσχοι. Ἀθηλότητα δὲ ἀπιστίαν τοῦ μὴ τὸν τελευτὴν vocat *Themiſtius* apud *Stob.* p. 606. *Euripidis* in eam ſententiam dicta ſunt non pauca; quale eſt illud: Οὕτως ἔρως βρότοισιν ἔγκειται βίου. Τὸ ζῆν γὰρ ἴσμεν· τὸ θανεῖν δ' ἀπειρίᾳ Πᾶς τις φοβεῖται φῶς λιπεῖν τόδ' ἡλίου. *T. H.*

σῃ βεβαίως γελῶν, καθάπερ ἐγὼ νῦν· καὶ μάλιστα ἐπειδὰν ὁρᾷς τοὺς πλουσίους, καὶ σατράπας, καὶ τυράννους οὕτω ταπεινοὺς καὶ ἀσήμους, ἐκ μόνης οἰμωγῆς διαγινωσκομένους· καὶ ὅτι μαλθακοὶ καὶ ἀγεννεῖς εἰσι, μεμνημένοι τῶν ἄνω. ταῦτα λέγε αὐτῷ· καὶ προσέτι ἐμπλησάμε-

sines bona fide ridere, veluti ego nunc: & maxime quidem ubi videris divites istos, & satrapas, & tyrannos tam humiles, nulloque insigni distinctos, ex solo ejulatu dignoscendos, eosque esse molles & ignavos, quando recordantur rerum superarum. Ista dic ipsi, atque insuper, ut im-

19. Καὶ ἐν τῇ τριόδῳ Ἑκάτης δεῖπνον] Narrat Interp. *Aristoph.* in Plut. Κρώνειον ἐν τῷ Κορίνθῳ, Λυκειον γυμνάσιον παρ' Ἀθηναίοις ἐν προαστείῳ. *J. B.*

20. Ἑκάτης δεῖπνον] Mos erat divitibus, ut singulis mensibus Hecatae sacrificando in triviis panes atque alia quaedam ponerent, quae postea a pauperibus auferebantur ac devorabantur: hanc *Hecates coenam* dicebant. *Suidas* & *Athenaeus* lib. VII. Athenienses autem & theatra & conciones & caeteros conventus hominum lustrare solebant, adhibitis parvis & vilibus quibusdam hostiis, ut *Suidas* tradit: eo videtur hic alludere. Hujus rei etiam meminit *Aristoph.* in Plut. & ejus Interpres: item *Theocriti* Glossematarius. *G. C.*

Ἑκ. δεῖπ.] V. *καλαπλ.* c. 7. & *Plutarch.* 1161, 2. *M. du S.*

Ἑκάτης δεῖπνον] Declaravit hunc locum *Brodaeus* Misc. I. c. 24. 25. expilatus a *Cognato*. Utrorumque Ἑκάτης δείπνου & ὠῶν ἐκ καθαρσίου iterum est mentio in Catapl. c. VII. prioris etiam D. M. XXII. quae Viros Eruditos non fugerunt *Erasmum* Chil. in *Hecatae coena*, *Turnebum* Adv. XXVI, 7. *Wouwerium* ad *Petron.* p. 637. *Erhardum* p. 647. *Des. Heraldum* ad *Martial.* VII. Ep. 53. & denique *Ez. Spanhemium* ad *Aristoph.* Plut. v. 596. Omnes, ut fieri vulgo solet, loca quaedam veterum indicasse contenti propius investigare, quid inde colligi deberet, atque ad moris antiqui rationem explicandam conferri, neglexerunt: nos omissae curae partem aliquam explere conabimur. Superstitio sacrificulorum fraudibus incitata ut ingentem rerum impurarum numerum excogitavit, quibus pollui homines atque impiari credebantur, sic non minus fuit in lustrationibus inveniendis ingeniosa, quarum ope tanti mali labes depelli posset: lustramina vero sive purgamenta sibi persuadebant haurire penitus & combibere quicquid erat contagionis, cujus expiandae causa circumferrentur: quocirca ne contractae labis vitium ad hominem ullum permanaret, sub terra defodi, in mare, montes, loca vasta deportari, saepius in triviis abjici τὰ καθάρσια sacrorum legibus fuit constitutum. Pessimas vaferrimae religionis artes sapienter irridet ac refellit *Hippocrat.* initio libelli περὶ I. N. Hecatae vero quia velut propria credebant τὰ καθάρματα, ideo vel omne purgamentorum genus, vel aliquod saltem certis in lustrationibus usurpatum (neque enim id facile definiveris) Ἑκαταῖα dicebantur; quae si quis sciens attrectasset, cibive loco sumsisset, ille foediissimus atque aversabilis piaculum commisisse putabatur nullo piaculo luendum. Locus est *Demosthenis* insignis Orat. adv. Conon. p. 1114. D. sed insigni descriptorum flagitio mutilatus, in quo testiculis avulsis nescio quas aves importune subdiderunt: Aristo (is enim actor Cononem in jus vocaverat) audire se refert Bacchium quendam (Bacchium inquam, auctoritatem optimi Cod. Augusti. secutus; nam Κάμχιον nullum in Graecia nomen reperitur) & Aristocratem ipsumque illum Cononem ἑταίρους εἶναι μειράκια ὄντας, καὶ Τριβάλλους ἐπωνυμίαν ἔχειν, τούτους τὰ τε Ἑκαταῖα κατεδιέναι, καὶ τὰς ὄρνις τὰς ἐκ τῶν χορῶν, αἷς καθαίρουσιν, ὅταν εἰσιέναι μέλλωσιν. *Wolfius*, qui, ut institutam versionem quomodocunque impleret, *aviculas lustrales e coetibus* dedit, ingenue fassus nihil horum sibi placere, veniam meretur: reponendum est sine dubio, καὶ τοὺς ὄρχεις τοὺς ἐκ τῶν χοιρῶν, οἷς καθαίρουσι· cui quidem emendationi haud vereor, ne quis rerum Atticarum peritus non subscribat: ostendit *Harpocrat.* in Καθάρσιον, & *Pollux* VIII, 104. solitos fuisse Περιστιάρχους, antequam populi concio haberetur, καθαίρειν χοιριδίοις μικροῖς τὴν ἐκκλησίαν & τὸ θέατρον. *Etymologus* quando interpretatur Ὀξυθύμια τὰ καθάρματα τῶν νεκρῶν, quae, modo vitio careant, intelligo lustrationes placandorum manium causa factas, subjicit, ἃ δὴ & Ἑκαταῖα λέγοῦσι· nec secus apud *Harpocr.* in eadem v. *Didymus*; qui locus nonnihil intricatus mutato verborum ordine multo fiet planior, τὰ ἐν ταῖς τριόδοις, φησὶν, ὅπου τὰ καθάρσια ἔφερον, ἃ τινες Ἑκαταῖα, ὀξυθύμια καλεῖται· nam *Hesychius* etiam, Ἑκάταια, τὰ πρὸ τῶν θυρῶν Ἑκάτης ἀγάλματα· τινὲς δὲ τὰ ἐν τριόδοις. Ἑκαταῖον autem non solum purgamentum, sed & Ἑκάταιον Hecates signum aut statua, itidemque Ἑκατήσιον & Ἑκατεῖον, de qua diversa scribendi forma notat *Schol.* Aristoph. ad Vesp. v. 800. Jam porro idemne, quod τὰ Ἑκαταῖα, fuerit Ἑκάτης δεῖπνον, an aliud ac separatum, in controversiam venire potest. Sub initium cujusque mensis Hecatae coenam a ditioribus instructam, propositamque fuisse in triviis, ut ab infimae sortis hominibus diriperetur, dilucide non magis *Schol. Aristoph.* ad Pl. v. 594. quam ipse Comicus eo in loco testatur: hoc tamen non dubito quin factum fuerit lustrata domo; quam religionem singulis fere mensibus, velut intervallo temporis legitimo, qui quidem erant paulo superstitiosiores, obire consueverant: ea re *Theophrastus* quoque in descriptione δεισιδαίμονος adnumerat πρὸς τοὺς Ὀρφεοτελεστὰς κατὰ μῆνα περιόδους. Praeterea τριακάδες fuerunt Hecatae, Diis inferis & manibus, qui tum propitiabantur, sacrae: Append. Prov. Vatic. C. IV. n. 16. cujus loci comparatio persuadebit, opinor, feliciter nos exemisse difficile mendum *Harpocrationi* in Τριακὰς, τοῖς τελευτηκόσι γίνεται ἡ τριακὰς ἡμέρα, ἀφ' ἧς τὴν Ἑκάτην, pro eo, quod incepte

impleta lupinis multis pera veniat, & si quam repererit in trivio Hecates cœnam jacentem, aut ovum luſtrale, aut tale quiddam.

2. POL. At iſta renunciabo, Diogenes: ut autem noverim accuratiſſime, qua-

νον τ' ὠήραν ἥκειν θέρμων τε πολλῶν, καὶ εἰ πως εὕροι ἐν τῇ τριόδῳ Ἑκάτης δεῖπνον κείμενον, ἢ ὠὸν ἢ καθαρσίου, ἢ τι τοιοῦτο.

ΠΟΛ. Ἀλλ' [a] ἀπαγγελῶ ταῦτα, ὦ Διόγενες· ὅπως δὲ εἰδῶ μάλιστα, ὁποῖός τίς ἐστι

[a] Ἀπαγ[ε]λῶ] *ἐπ. B2.* vitioſe.

20. Ἑκάτης δεῖπνον] Τῇ Ἑκάτῃ δεῖπνα ἐτίθετο ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἐπὶ τῶν τριόδων, καθάρσια * τυχὸν τῶν ζώντων. τινὲς δὲ ὠμὰ & ἀκατασκεύαστα. Τῷ μὲν οὖν λόγῳ τῇ δείμου ταῦτα † ἀνεῖτο, ἔργῳ δὲ τῶν ἀπορρήτων εἰς ‡ εὐπορίαν. τὶ οὖν ἂν & δαίμων ἐκ τούτων σιτίσαιτο; Ἐπεὶ τοίνυν ἀπὸ τῶν δείπνων τούτων Μένιππον ὠμὰ φαγὼν ὠὰ § τέθνηκεν ἀπεπτήσας τούτῳ, λῆκωμῳδεῖ αὐτόν. *V.*

* Τυχὸν] Placuit ex C. M. adnotatum a *M. du S.* ante fuit editum τυχῶν. *T. H.*

† Ἀνεῖντο] C. M. ἀνεῖτο. *V.* ἀνείτω. *M. du S.*
Inſcitia formationis Grammaticae, qua ſape labuntur, quos minime oportebat, peperit abſurdam illam E. A. lectionem. Merito probavit ſcripturam C. M. *Moſ. du Soul.* *T. H.*

‡ Ἀπορίαν] Εὐπορίαν *V.* & mox, τὶ γὰρ ἂν. . . σιτίσαιντο. *M. du S.*

§ Τέθνηκεν ἀπεψία τούτων] C. abb. ἀπεπτήσας ἐτελεύτα. *V.* ἀπεμπτῆσαι τύτω. Fallitur Schol. non enim interfecit Menippum horum ciborum cruditas; ſed his velcebatur vulgo. Mortuus eſt autem, ut videbis nota ad B. πρ. c. 10. *M. du S.*
Prius elegit, quod reponeret *M. du S.* Ego nullam eſſe rationem cenſui, cur negligerem *V.* lectionem minima mutatione adjutam: τύτῳ, *eo quod ova cruda voraverat.* *T. H.*

te vulgatur λῆκῳ θανάτου. *Athenaeus* autem diſerte VII. p. 325. A. καὶ ταῖς τριακάσι δὲ αὐτῇ (Ἑκάτῃ) δεῖπνον φέρουσι. Videntur ergo a luſtratione aedium non purgamenta ſolum in trivia fuiſſe deportata, ſed adjectum inſuper aliud aliquid ciborum, quod inopem turbam juvaret. Alioquin ex *Plutarcho* Ἑκάτης δεῖπνον de luſtraminibus ipſis foras projectis dici manifeſtum eſt T. II. p. 290. D. canis χθονίας δεῖπνον Ἑκάτῃ πεμπόμενος εἰς τριόδους ἀποτροπαίων & καθαρσίων ἐπέχει μοῖραν· idcirco canes Ἑκάτης ἀγάλματα τὰς κύνας, inquit *Heſychius*, ὅτω φασὶ λῆκῳ τὸ ἐκφέρεσθαι Ἑκάτης κύνας· ſimilique modo in Ἄγαλμα Ἑκάτης. Quamvis *Euſtathius* ad Od. Γ. p. 1467. ſcribat, Ἑκάτης ἀγάλματα, αἱ κύνες· ταύτῃ γάρ, φασί, θύονται, idque verum ſit, accuratior tamen in *Heſychio* & propria loquendi formula ἐκφέρεσθαι, *peractis luſtrandi cerimoniis efferri, inque triviis abjici: Plutarch.* Quaeſt. Rom. p. 280. B. καὶ τῇ Ἑκάτῃ σκυλάκια μετὰ τῶν ἄλλων καθαρσίων ἐκφέρουσι· ut enim ſacra fuerunt ἐκ ἐκφορά, quorum nullam partem domo exire fas erat, teſte, ne alios hic appellem, *Ariſtoph. Schol.* ad Plut. v. 1139. ſic contra δεῖπνον illud Ἑκάτης totum foras exportandum, ut nihil inde, qui ferebant, praeter nidorem caperent: *Plutarch.* Symp. VII. c. 6. p. 708. F. ὥστε πάσχειν τοὺς διαπίνοντας, ἃ πάσχουσιν οἱ τῇ Ἑκάτῃ & τοῖς ἀποτροπαίοις ἐκφέροντες τὰ δεῖπνα, μὴ γευομένους αὐτοὺς μηδὲ τοὺς οἴκοι, πλὴν καπνοῦ & θορύβου μετέχοντας. *Ariſtophanis* eſt δεῖπνον κατὰ μῆνα προπέμπειν, vel, quemadmodum melius habet *Suidas*, κατὰ μῆν' ἀποπέμπειν. Huc pertinere mihi viſa ſunt, quae *Pollux* ſervavit VI, 83. X, 81. *Sophoclis* verba, ſive legas, Τὰς Ἑκαταίας μαγίδος δόρπον, ſeu malis, quod nunc alteri praeponendum cenſeo, Τᾶς Ἑκαταίας μαγίδος δόρπον, *Hecataeae menſae coena.* Junguntur a *Luciano* ὠὰ ἐκ καθαρσίων, quorum uſus ſcilicet in expiando familiariſſimus: neque adeo mirum eſt, de triviis pro cibo tolli conſueviſſe, quandoquidem in luſtratione confringi non ſolebant, ſed integra εἰς τὰς τριόδους ἐκφέρεσθαι, ut clare colligere licet ex *Clem. Alex.* VII. p. 713. B. ὁρᾷς γοῦν ἐκ τὰ ὠὰ λαὸν τῶν ἐκκαθαρθέντων, εἰ θαλφθείη, ζωογονεῖσθαι· ἐκ ἂν δὲ τοῦτο ἐγίνετο, εἰ ἀνελάμβανεν τὰ τῶν ἐκκαθαρθέντων κακά. Propter eandem rationem haec fercula non averſabantur nec Cynici, anilium fabellarum irriſores, nec quos paupertas ſuperſtitionem dedocuerat. *T. H.*

21. Ὧν ἐκ καθαρσίου] Καθάρσιον Graecis videtur purificatio quaedam dici. Morem quippe Athenis fuiſſe produnt concionis expurgandi atque theatra, & omnino quemlibet populi conventum. Id vero minutis fiebat porcellis, quos nominabant καθάρσια. Ejusmodi obibant munus, qui dicebantur a colluſtratione Periſtiarchi. Ova luſtrationibus apta monſtrat *Juvenalis* illud VI, 516. — *niſi ſe centum luſtraverit ovis*: ſed & in Arte II, 329. *Ovidius* ova haec luſtralia indicat illis verſibus: *Et veniat, quae luſtret anus lectumque locumque, Praeferat & tremula ſulphur & ova manu.* Sed nil tam neceſſarium quam ſulphur. *Homer.* Od. X, 481. Οἶσε θεῖον, γρηῦ, κακῶν ἀκτῆν. *Plinius* XXXV. c. 15. *Habet & in religionibus locum* ſulphur *ad expiandas ſuffitu domos.* *G. C.*

Ὧν ἐκ καθαρσίου] De ovis luſtratoriis dico alibi: καθάρσια. ἔθος ἦν Ἀθήνησι καθαίρειν ἐκκλησίαν, καὶ τὰ θέατρα, καὶ ὅλως τὰς τοῦ δήμου συνόδους μικροῖς πάνυ χοιριδίοις, ἅπερ ὠνόμαζον καθάρσια. *Suid. Scholiaſt. Ariſtoph. Caelius* c. 20. lib. 3. *Heſych.* verbo κάθαρμα. τοῦτο δ' ἐποίουν οἱ λεγόμενοι περιστίαρχοι, ὀνομαζόντες ὕστος ἢ λαὸν τοῦ περιέχειν, ἢ λαὸ τῆς ἑστίας. *Suid. Heſych.* ultimam tangit originationem. Ex his Periſtiarchis καθάρσια dicta περίστια. *Scholiaſt. Ariſtoph.* ad Concion. tangit alibi *Lucian.* *J. B.*

ἐστι τὴν ὄψιν; ΔΙΟ. γέρων, φαλακρὸς, τριβώνιον ἔχων πολύθυρον, ἅπαντι ἀνέμῳ ἀναπεπλαμμένον, καὶ ταῖς ἐπιπλοκαῖς τῶν ῥακίων ποικίλον· γελᾷ δ' ἀεὶ, καὶ τὰ πολλὰ τοὺς ἀλαζόνας τούτους φιλοσόφους ἐπισκώπτει. ΠΟΛ. ῥᾴδιον εὑρεῖν ἀπό γε τούτων. ΔΙΟ. βούλει καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐκείνους ἐντείλωμαί τι τοὺς φιλοσόφους; ΠΟΛ. λέγε· οὐ βαρὺ γὰρ οὐδὲ τοῦτο. ΔΙΟ. τὸ μὲν ὅλον, παύσασθαι αὐτοῖς παρεγγύα ληροῦσι, καὶ περὶ τῶν ὅλων ἐρίζουσι, καὶ κέρατα φύουσιν ἀλλήλοις, καὶ κροκοδείλους ποιοῦσι, καὶ τοιαῦτα ἄπορα ἐρωτᾶν διδάσκουσι τοὺς νέους. ΠΟΛ. ἀλλ' ἐμὲ ἀμαθῆ καὶ ἀπαίδευτον εἶναι φήσουσι, καταγηρᾶντα τοσοῦτον

lis est facie? DIO. Senex, calvus, pallium habens multifore, omni vento apertum, & adplicatis pannorum adsumentis varium: ridet autem semper, & ut plurimum illos arroganter mendaces philosophos illudit. POL. Facile est eum invenire ab istis quidem indiciis. DIO. Vinne vero, ad ipsos illos mandem quiddam philosophos? POL. Licet: neque hoc quidem grave mihi fuerit. DIO. Ergo in summa serio ipsis denuncia, ut desinant nugari, de rebus universis rixari, cornua generare sibi mutuo, & ejusmodi perplexas interrogatiunculas docere juvenes. POL. Sed me indoctum & disciplinæ expertem esse dicent, qui audeam incusare sapientiam eorum.

25. Τριβώνιον ἔχων πολύθυρον] Utitur hoc loco Oct. Ferrar. de R. V. P. II. lib. IV. c. 14. & J. Pricaeus ad *Apul.* Metam. I. p. 4. ubi, *scissili palliastro semiamictus.* Tale τριβώνιον erat Carionis in *Aristoph.* Plut. v. 715. qui quum se vidisse narraret, quae ab AEsculapio gererentur, *Atqui, scelus,* inquit hera, *quomodo potuisti qui te pulliolo dixeris involutum:* tum Carion: ἀλλὰ τὸ τριβώνιον. Ὁπὰς δ' εἶχεν οὐκ ὀλίγας, μὰ τὸν Δία. *Schol.* Ὁπὰς δὲ τὰς τρώγλας· commode; nam in Apophthegm. *Macarii* τριχάριον λινοῦν τρωγλωτὸν est *stichārium lineum ac lacerum:* qualia, quae Telepho mendicanti dederat Euripides, ῥάκη διόπλα καὶ κάτοπλα πανταχῆ in Acharn. v. 434. id est, ut Schol. ait, πολύτρηλα. *T.H.*

27. Ἐπιπτυχαῖς τῶν ῥακίων] Dico ad *Heliodor.* lib. 6. *J.B.*

29. Ταπολλά] *L. Bos* de Ell. Gr. p. 142. Interprete castigato, qui τὰ πολλὰ reddiderit *plerumque*, hunc versionem expressit: *ac philosophos illos arrogantes multa perstringit* Verum dixisset, si legeretur in *Luciano* πολλὰ ἐπισκώπτει· ut πολλὰ λοιδορεῖσθαι, καταγᾶσθαι· nunc nullam Interpres notam commeruit: idem est τὰ πολλὰ, quod ὡς ἐπίπολυ, ὡς ἐπίπαν, quibus utitur *Schol. Thucydidis* ad illud explicandum. Saepe *Noster*: περὶ τὴν Ἄρην ἔχει τὰ πολλὰ· τὰ πολλὰ τεραστούμενον· ληρε. τὰ πολλὰ· γελῶν τὰ πολλὰ· νῆμα ἐπιπλεγμένον γε τὰ πολλὰ· non aliter capiendum in Nigr. p. 32. v. 22. vel invito Clarisl. *L. Bos.* *T.H.*

35. Κέρατα] Per κεράλια captiosos syllogismos ad hunc modum conflatos intelligit Chrysippus: εἰ τι οὐκ ἀπέβαλες, τοῦτ' ἔχεις· κεράλια δὲ, οὐκ ἀπέβαλες· κέρατα ἄρα ἔχεις. *Quod non perdidisti habes: Cornua non perdidisti: Cornua ergo habes.* *G.C.*

Κέρατα φύουσιν] Διὰ τὸν κερατίνην λόγον, καὶ τοὺς κροκοδειλείους. De quibus in Vitar. auct. *J.B.*

Κερατα] *Ceratina & Crocodilina quaestiones & ambiguitates: Quintil.* I. *A.V.*

Κέρατα φ.] Philosophos omnes, praesertim Stoicos, hic carpit, quibus sophisticatio illa in ore frequens; *Quod non amisisti, habes: Cornua non amisisti: Ergo Cornua habes.* Vide Ἑρμ. c. 81. Unde primus, ni fallor, conjicio factum, ut postea *cornua maritis fieri* ab adulteris uxoribus diceretur; quod Artemidori jam aetate in proverbium abiisse observavit Vir eruditissimus & Amplissimus *Ez. Spanhem.* Diss. VII. p. 402. quem vide. Locus autem *Artemidori* quem laudat, extat in *Onirocrit.* l. II. c. 11. Ὅτι ἡ γυνή σου πορνεύσει, καὶ ΤΟ ΛΕΓΟΜΕΝΟΝ, ΚΕΡΑΤΑ αὐτῷ ΠΟΙΗΣΕΙ. Haeret etiam hic Cl. *Menagius* in Lex. Etym. v. *Corne.* Vetus haec Sophisticatio. *Diog. Laert.* p. 147. A. De phrasi confer Ἑρμ. c. 81. Ἀλ. c. 11. & Ἐκκλ. c. 10. B. πρ. c. 22. *M. du S.*

Ibid. Κροκοδείλους] Κροκόδειλος sophisma ex fabula mulieris AEgyptiae hujusmodi nomen habet, cujus mentionem facit *Lucianus* in Vitarum Auctione sub finem. *Quintilianus* lib. I. c. 10. *ceratinas & crocodilinas ambiguitates* appellat. Fabulam crocodili tractavimus in nostris Narrationibus lib. I. *G.C.*

Κροκοδ.] Respicit hic aliud argumentandi genus, quod a Crocodilo nomen habet. *Crocodilus*, inquiebant, *raptum puerum reddaturum se spondet verum respondenti: statimque rogat, reddituruusne sit puerum, an non.* Haec & ejusmodi ἄπορα Philosophis illa aetate, juventutis exercendae causa, aut quo illiteratos homines illaquearent, proponere solemne erat. V. Ἑρμ. c. 81. & β. πρ. c. 22. *Diog Laert.* p. 60. & *Alaobr.* Not. p. 88. Idem *Diogenes* plura ejusmodi ἀπόρους λόγους nominat 174. E. 183. F. *M. du S.*

36. Ἐρωτᾶν διδάσ. τοὺς νεῦν] Venerat olim in mentem ἐρώτων, dictio scilicet consentanea τοῖς νέοις, cui parum accurate jungitur ἐρωτᾶν. Verum minime repudiandum est ἐρωτᾶν, de philosophorum mutuis interrogationum laqueis, quibus sese invicem irretire conabantur, verbum paene proprium: nam & Noster ἐρωτήσεις ἀπόρους, καὶ λόγους ἀκαταβώδεις, καὶ ἐννοίας πολυπλόκους commemorat D. M. X. & *Plato* simili structura, Πάν-

rum. DIO. Tum tu plorare illos a me jube. POL. Et hæc ipſa, Diogenes, referam.

3. DIO. Divitibus autem, ſuaviſſime Pollucule, nuncia iſthæc a nobis. Quid, o vani, aurum cuſtoditis? quid autem vosmet ipſi cruciatis, rationem ineuntes uſurarum, & talenta ſuper talentis componentes, quos oportet uno obolo inſtructos huc venire paulo poſt? POL. Et illa dicentur ad eos. DIO. Imo etiam formoſulis illis ac robuſtis dicito, Megillo Corinthio & Damoxeno luctatori, apud nos nec flavam comam, nec grate torvos & nigricantes oculos, nec florem in facie amplius

φίας αὐτοῖς. ΔΙΟ. σὺ δὲ οἰμώζειν αὐτοὺς ποιῆσαι ἐμοῦ λέγε. ΠΟΛ. καὶ ταῦτα, ὦ Διόγενες, ἀπαγγελῶ.

ΔΙΟ. Τοῖς πλουσίοις δὲ, ὦ φίλτατον Πολυδεύκιον, ἀπάγγελε ταῦτα παρ' ἡμῶν τί, ὦ μάταιοι, τὸ χρυσὸν φυλάττετε; τί δὲ τιμωρεῖσθε ἑαυτοὺς λογιζόμενοι τοὺς τόκους, καὶ τάλαντα ἐπὶ τάλαντοις συντιθέντες, οὓς χρὴ ἕνα ὀβολὸν ἔχοντας ἥκειν μετ' ὀλίγου; ΠΟΛ. εἰρήσεται καὶ ταῦτα πρὸς ἐκείνους. ΔΙΟ. ἀλλὰ καὶ τοῖς καλοῖς γε καὶ ἰσχυροῖς λέγε, Μεγίλλῳ τε τῷ Κορινθίῳ, καὶ Δαμοξένῳ τῷ παλαιστῇ, ὅτι παρ' ἡμῖν οὔτε ἡ ξανθὴ κόμη, οὔτε τὰ χαροπὰ, [a] ἢ μέλανα ὄμματα, ἢ ἐρύθημα

[a] Ἢ] εἰσὶ. P. In enotando erratum ſuſpicor, & hoc pertinere ad φασὶ, quod paulo poſt ſequitur.

47. Ἕνα ὀβολὸν ἔχοντας ἥκειν] Ἐτίθεσαν γὰρ Ἕλληνες ἐν ταῖς ταφαῖς τῷ τεθνηκότων ὀβολὸν, τὸ ναῦλον δῆθεν τῷ Χαρώνῃ. V.

Πάντα τοιαῦτα ἡμεῖς ἐρωτῶμεν ἄφυκλα, in Euthyd. p. 193. C. Eadem ratione dicitur ἐρωτᾶν λόγους, primum, *captioſas interrogationes nectere*, ex quibus conceſſis concluſiunculae deducantur; deinde, *argumentari*: *Diogen. L.* VI, 69. 71. de Cane cognomine: τοιούτους τινὰς ἠρώτα λόγους. *Sext. Empir.* P. H. I. §. 20. ἐὰν δὲ ὁ ἀντίκρυς κατὰ τῶν φαινομένων ἐρωτῶμεν λόγους· ad quae *Stephanus*, ut ſaepe ſolet, tricatur: paulo melius *Creſolt.* Th. Rhet. II. c. 6. Igitur, quum retineri conveniat ἐρωτᾶν, nihil eſt magis appoſitum, imo nihil certius, quam *Guyeti* conjectura, τοὺς νέους· nam revera juvenum ingenia tales interrogatiunculas anguſtas ac fallaces docendo corrumpebant. *T. H.*

37. Τὸν νοῦν] Τοὺς νέους ſcribe. *F. G.*

Τὸν νοῦν] *Vorſtius* τοὺς νέους. *Menagius* τὸ νέον, malunt. In libris nihil eſt ſubſidii. Sed ecce *Baſilium* Ep. I. ſic fere etiam loquentem, καὶ αἱ νῦκτες τὰς μεθημερινὰς φροντίδας ἀναλαβοῦσαι ἐν ταῖς αὐταῖς φαντασίαις ἐξαπατῶσι τὸν νοῦν. Vide tamen Dialogum ultimum, ubi poſtrema verba ſunt: ὅρα δὲ μὴ καὶ τοὺς ἄλλους νεκροὺς ἐρωτᾷν τὰ ὅμοια διδάξῃς. *M. du S.*

39. Οἰμώζειν] Ita Graecos loqui ſolitos, ut plorare juberent eos, quos a ſe contumelioſe dimitterent, notum eſt. Hac etiam voce uſus eſt in Tragopodagra, & in ſequenti dialogo contra Menippum bis, pluribusque aliis locis. *Horat.* II. Sat. V, 69. — *invenierque Nil ſibi legatum praeter plorare* — Idem in extrema Satyra lib. I. v. 91. — *Demetri, teque, Tigelli, Diſcipulorum inter jubeo plorare cathedras.* *Cicero* in Ep. ad Quint. Fratr. ἀλλ' οἰμωζέτω· *nos modo valeamus.* *G. C.*

Οἰμώζειν] Τὸ εἶδος Ἀττικὸν ἀρχαῖον τὸ συνθέσεως. leg. *Scholiaſt. Ariſtoph.* ad illud Ἱππ. v. 431. κλάειν σε μωκρὰς κλαυσῶν. Dictio in uſu frequentiſſimo apud *Lucian.* *J. B.*

47. Ἕνα ὀβολὸν] Atqui alii teſtantur mortuis duos obolos viatici loco dari ſolitos fuiſſe. Vide *Suid.* v. ὀβολοῦ, & v. φεῦ. *L. K.*

49. Μεγίλλῳ] *Horat. Dicat Opuntiae frater Megillae.* *F. G.*

Μεγίλλῳ τε τῷ Κορ.] Vide *Plat. de Leg.* III. *Noſter* de eodem καλλαπλ. c. 22. *M. du S.*

50. Δαμοξένῳ τῷ παλαιστῇ] Damoxenum Syracuſanum, ſed pugilem, novit *Pauſan.* VIII. p. 682. quamvis fortitudine virium excellens Nemeis ludis certaverit, atque adeo nihil obſtet, quominus vicinae Corinthi potuerit morari, haud tamen adfirmavero eumdem eſſe, quem memorat *Lucianus.* Tzetzes Chil. II. v. 602. Τῷ Δαμαξένου παλαιστῇ Λουκιανὸς ὁ Σύρος Μέμνηται· λέγων ἄριστον ἐν παλαισταῖς τυγχάνειν, Οὐδὲν ἧττον τῷ Μίλωνι, καὶ παλαισῶν τῶν ἄλλων. Prave Δαμαξένου pejus *Damaxenis* Interpres: extra hunc locum alibi nusquam apud *Noſtrum*, ſi recte memini, occurrit Damoxenus. *T. H.*

52. Χαροπὰ] Χαρίεντα, ξανθὰ, γλαυκὰ, θεσχαρῆ. *Heſych.* φοβερὰ ſimpliciter interpretatur *Schol. Ariſtoph.* male. *J. B.*

Ibid. Ἢ μέλανα ὄμματα] Dixi ad *Petron.* *J. B.*

Ibid. Ἢ ἐρύθημα] Ἐρύθημα, βάμμα κόκκινον ἢ πυῤῥὸν ἢ μέλαν. ἐρύθημα, ἡ ῥίζα ἡ λεγομένη ἐρυθρόδανον. *Heſych.* verbo Ἐρυθαίνει, a quo *Suid.* qui adjungit: ἡ ῥοδάνη, ἧς ἡ ῥίζα ἐρυθρὰ, ᾗ ἐρυθραίνουσι τὰ πρόσωπα αἱ γυναῖκες, ἄγχουσα λεγεται. Sed Erythrodanum ab Anchuſa diſtinguunt *Plin. Ruell Fuſch* Erythrodanum Rubiam Latinis, Gallis *Garenſe*, in uſu eſſe fucandis foeminis non alibi legi; Anchuſa utuntur maxime, quam *orchanere* vocant Galli. Iſta ſpecie non colore differunt, ut alibi docendum erit. *J. B.*

μα ὅπῃ ἔχ προσώπῳ ἔτι ἐστὶν, ἢ νεῦρα εὐτονα, ἢ ὦμοι καρτεροί· ἀλλὰ πάντα μία ἡμῖν κόνις, [a] φασὶ, κρανία γυμνὰ ἔχ κάλλους. ΠΟΛ. ἐ χαλεπὸν ἐδὲ ταῦτα εἰπεῖν πρὸς τοὺς καλοὺς κ ἰσχυρούς.

adesse, aut nervos intentos, humerosve validos; sed omnia, quod ajunt, una Myconus, crania nuda pulcritudine. POL. Ne ista quidem molestum erit exponere apud pulcros & robustos.

ΔΙΟ. Καὶ τοῖς πένησιν, ὦ Λάκων, (πολλοὶ δ' εἰσὶ, κ ἀχθόμενοι τῷ πράγματι, κ οἰκτείροντες τ ἔνδειαν) λέγε μήτε δακρύειν, μήτ' οἰμώζειν, διηγησάμενον τ ἐνταῦθα ἰσοτιμίαν· κ ὅτι ὄψονται τοὺς ἐκεῖ

4. DIO. Porro pauperibus, o Lacon, nam sunt sane multi, & graviter ferentes illam rem, miserequeque deplorantes inopiam, dic, ne lacrimas neque ejulatum edant, enarrata, quæ hic obtinet, conditionum æqualitate; idque etiam eos esse visuros, qui

a Φασὶ] εἰσὶ L.

54. *Μία ἡμῖν κόνις*] Alludit ad defunctorum cineres, inter quos nihil apparet discriminis. G.C.

Πάντα μία ἡμῖν κόνις, φασί] Ubi sermo fit de mortuis, quorum corpora vel rogo tradita in cinerem, vel naturae lege soluta in pulverem rediguntur, frequenter adhiberi solet *κόνις*: apud *Nostrum* D.M. XVI. Herculis *σῶμα ἐν Οἴτῃ κόνις ἤδη γενόμενον* & XX. qui locus valde videri potest opportunus ad hunc fulciendum; Homeri *τ ῥαψῳδιῶν τὰ κεφάλαια χαμαὶ ἐῤῥιπτ' ἄγνωτα κ ἄμορφα, κόνις πάντα ἐ λῆρος πολυς.* *Aristid.* T. I. p. 138. B. *κεφαλὴ δὲ ἡ πρότερον χαριεστάτη, νῦν ἐν κόνει* ejus generis ex Anthologia sola proferri possent plurima. Nihil ergo videtur dubitandum, quin ad res inferorum accuratissime pertineat hoc dictum, & a vitii suspicione vel minima procul absit. *Erasmus* sane, non raro proverbiorum, quae veteribus ignota fuerant, architectus, hoc emblemate Chiliadas suas instruxit, *Omnia idem pulvis*, nullo tamen praeter *Lucianum* alio fidejussore dato: nec minus in Stromateo Magnus *Scaliger*, *Πάντα μία κόνις ἐσί*. At si, quibus incommodis haec verba premantur, consideratius examinaris, alia longe facies apparebit, multoque deformior, quam ut elegantiae Lucianeae respondeat. Primum *φασὶ* notum proverbium communique usu receptum demonstrat; cujus quis dixerit ullum inveniri vestigium in *Πάντα μία ἡμῶν κόνις*; non juvat illud incerti poetae Anthol. I. c. XIII. Ep. 14. *Πάντα γελᾷς, κ πάντα κόνις, κ πάντα τὸ μηδὲν*, nisi quis simul eundem in censum referenda putet *Πάντα γέλως, & Πάντα τὸ μηδὲν*, quae ut proverbialem formam induere posse concedam, proverbia tamen esse vehementer nego: quod autem pro *φασὶ* ex C. Long. profertur *εἰσὶ*, nihil esse aliud arbitror, quam conjecturam sentientis, vulgatae lectioni nequaquam convenire *φασί*. Deinde quorsum illud *ἡμῖν* tam inepte interjectum? quod si quis objiciat familiarem ejusmodi dativorum, qui ornandae orationi serviant, usum, atque etiam exemplorum copia pugnet, humaniter, quaeso, ferat, nihil eum nos morari. Addam, quod an aliis sim facile persuasurus, haud scio, mihi non videri inter se congruere copulata *μία κόνις* satis erat, *κόνις πάντα*· quam autem longe dissentiant, neque in idem hoc orationis membrum coïre possint *μία κόνις*, & *κρανία γυμνὰ τ κάλλους*, nemo erit attentior paulo, quin statim animadvertat. Nunc si difficultates eas simul omnes levem, vetusque adagium huic loco percommodum mutatione facillima reducam, nonnullam certe a *Luciano*, ejusque venustatis studiosis gratiam inibo. Scribendum itaque, *πάντα μία Μύκονος, φασὶ, κρανία γυμνὰ τ κάλλους*, in quibus nihil est, quod ullam in partem offendat. Proverbii potestas explorata complectitur eas res, quae diversi generis atque ordinis sine ullo discrimine eundem in locum & conditionem coguntur: *Plutarch.* Symp. I. p. 616. B. *περὶ δὲ τὰς καλακλίσεις παρόψεται τὰς διαφορὰς, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τὴν λεγομένην μίαν Μύκωνα. ἀποφήνας τὸ συμπόσιον* quum scilicet promiscue convivae nullo dignitatis servato gradu ad mensam accumbere jubentur. Similiter *Clemens* posuit in re multum dissita Str. I. p. 355. C. *ἐ γὰρ δὴ μία Μύκωνος* (ita scriptum est per *ω*, ut aliis in locis saepenumero) *ἡ πᾶσα πρὸς νόησιν γραφή*. Eruditissimi Patrum mens est talis, Sacrarum literarum explicationem & sensus non omnibus esse pari modo accommodatos, velut aliquem confusae mixturae cinnum; sed alios Christianis infantibus & lacte sustentandis, alios convenire viris ac robustiore cibo firmatis; quare hominis esse perfecti *τὰ τοιαῦτα διακρίνειν τε κ ἐκλέγειν*, quod pro vulgato *λέγειν* reponendum duco. *Themistius* Or. XXI. p. 250. C. *ἀκούετε ἓν τῷ νομοθέτου διοριζομένου τὰ μαθήματα* (*Platonis*, cujus verba protulerat) *ὧν ἐμοὶς χρεὼν εἶναι τοὺς φιλοσόφους, κ μὴ ξυγχωροῦντος συγχεῖν μηδὲ ξυμφέρειν ἀπαύλια ἀστέρι εἰς Μύκονον μίαν* non poterat clarius exhiberi paroemiae nativa virtus, quam sane non percepit *Pierius* ad *Virgil.* AEn. III, 76. De origine multum abest, ut res aeque sit comperta: nam aliud *Zenobius* tradit C. V. n. 17. ubi quae *Schottus* notat ab *Erasmo* jamdudum fuerant occupata in *Omnia sub unam Myconum*; aliud *Stephanus* in *Μύκωνος*, vel potius, quem descripsit, *Strabo* X. p. 746. A. ejus in verbis, quae profecto non sunt satis explanata, *ἐπὶ τ ὑπὸ μίαν γραφὴν ἀγόντων τὰ διηρτημένα τῇ φύσει*, praeferam ex Codd. antiquis *ἐπιγραφὴν*, ut dicere voluerit, *sub unam inscriptionem*, seu *titulum*,

quae

qui istic in vita sunt divites, nihilo meliores se. Et Lacedæmoniis tuis ista, si videtur, meo nomine exprobra, dicitoque moribus solutis eos a pristina severitate desciviſſe. POL. Cave, Diogenes, de Lacedæmoniis quicquam dixeris; equidem non patiar: quæ vero ad alios mandasti, renunciabo. DIO. Mittamus istos, quoniam ita tibi videtur: at tu, quibus ante dixi, perfer mandata mea.

πλουσίους ἐδὲν ἀμείνους αὐτῶν. ἡ Λακεδαιμονίοις δὲ τοῖς σοῖς ταῦτα, εἰ δοκεῖ, παρ' ἐμοῦ ἐπιτίμησον, λέγων ἐπιλελύσθαι αὐτούς. ΠΟΛ. μηδέν, ὦ Διόγενες, περὶ Λακεδαιμονίων λέγε· ἃ γὼ ἀνέξομαί γε· ἃ δὲ πρὸς τοὺς ἄλλους ἔφησθα, ἀπαγγελῶ. ΔΙΟ. ἐάσωμεν τούτους, ἐπεί σοι δοκεῖ. σὺ δὲ οἷς πρόειπον [b] ἀπένεγκαι παρ' ἐμοῦ τοὺς λόγους.

ΠΛΟΥ-

b Ἀπένεγκαι] ἀπένεγκε. O. Nihil intereſt, utrum probes. Similis variatio p. 299. v. 67.

quae diſpari ſunt natura, *redigere*: διηρτημένα quoque non mutavero, quanquam *Stephanus* habeat, probantibus duumviris eruditiſſimis *Caſaubono* & *Holſtenio*, διηρημένα. Sed *Euſtathio* quid fiet ad *Dionyſ.* Perieg. v. 525. qui, cujus veſtigiis tanquam certiſſimi ducis ſic inſiſtit, ut a verbis ejus latum unguem vix diſcedat, deſeruiſſe *Strabonem* videtur: ὅθεν ἐπὶ τῶν οὐκ εὖ παθόντων μιᾷ ψήφῳ, ἤγουν ἐπὶ τῶν μιᾷ δίκῃ καθαδικασθέντων λέγεται τὸ Πάντ' ἀπὸ μίαν Μύκονον, ἤγουν, πάντα ὁμοῦ κατὰ μίαν βλακῶν ἢ καθαδίκλω. Haec quidem unde ſint derivata, aut etiam derivari potuerint, ignoro, nec talem uſum in priſcis ſcriptoribus deprehendiſſe me memini: quid ergo? an, quum inveniret in *Strabone* κατὰ μίαν γραφὴν ἄγειν, poteſtate vocis γραφὴ forenſi deceptus ex formula loquendi perperam intellecta mirificam illam proverbii interpretationem conſtruxit? haud equidem ab hac ſuſpicione ſim alienus. Ad *Lucianum* ut redeam, is aptiſſime collocavit μίαν Μύκονον, ut apud inferos ſignificaret nullum eſſe nec formae nec virium diſcrimen, aequatoque jure cunctos inter ſe ſimiles ac pares. Neſcio tamen, an aliquid inſuper argutius occultetur: mentionem certe fecerat ξανθῆς κόμης, quae, tametſi in vivis pars pulcritudinis praecipua, nulla poterat amplius in nudo cranio reliddere extirpatis cum omni carne capillis. Jam vero calvities popularis morbus capita Myconiorum infamabat; adeo ut communi dicto Μυκόνιοι vocarentur calvi: notum eſt illud *Lucilii* apud *Donat.* ad *Terent.* Hec. A. III. Sc. IV. — *Myconi calva omnis juventus.* Sed hoc ſubtilius forte, quam verius. *T. H.*

55. Εἰσὶ] L. ſolus. Alii φασὶ. *M. du S.*

63. Λακ. . . . . ἐπιλελύσθαι.] Hinc argumentum petit Cl. *Olearius*, quo probet de vetere Menippo non agi, quia juniori haec tempora conveniant; ad *Philoſtr.* p. 164. Sed nihil eſt, cur de ætate Senioris mortem proxime ſequuta, qualis hic fingitur, non poſſit intelligi. *M. du S.*

65. Ἐπιλελῦσθαι αὐτοὺς] Jam tum, quando vetuſtior Menippus erat in vivis, Lacedaemoniorum mores Diogeni, quippe ſectae durioris philoſopho, jure videri poterant effeminati, a ſeverisque Lycurgi inſtitutis longe diſcedentes: nam poſt Athenas devictas, quum voluptatum deſiderium & divitiae luxuriam atque avaritiam invexiſſent, labare paulatim coepit priſtina diſciplina, & vitiis indies creſcentibus locum cedere: qua de re docet *Plutarch.* in V. Ag. & Cleom. p. 796. C. 797. C. Exinde praeceps ivit Spartanae nobilitatis decus, neque unquam, quicquid ſubinde pauci majorum virtutis capaces fuerint conati, priorem in gradum reſtitui potuit. *Clearchus* Solenſis, Ariſtotelis diſcipulus, apud *Athen.* XV. p. 681 C. memorat Λακεδαιμονίους, οἱ τὸ παλαιόταλον τὸ πολιτικῆς κόσμου συμπατήσαντες ἐξετραχηλίσθησαν. Haec eſt cauſa, cur & hujus & inferioris aetatis ſcriptores τὴν πόλιν τὴν παλαιὰν eum in modum ſaepe laudent, ut mutatae ac perditae opponant: *Clem. Alex.* Paedag. II. p. 199. C. Ἄγαμαι τῶν Λακεδαιμονίων τὴν πόλιν τὴν παλαιάν. Quod ſi ad tempus ſerius deſcendas, nihil eſt his ipſis Lacedaemoniis, maxima ſaltem eorum parte, inquinatius: vide *Philoſtr.* V. A. T. IV. c. 27. Arguti ſenſus eſt *Apollonii Tyanenſis* epiſtola LXIII. ad Ephoros, qua miſſos ad ſe viros oſtendit ab habitu corporis & veſtitu molliſſimo pro Lacedaemoniis habiturum ſe non fuiſſe, niſi traditae literae Lacedaemonios declaraſſent. Patet igitur, quanti ſit facienda *Olearii* ſuſpicio ad *Philoſtr.* p. 164. n. 5. *juniorem Menippum eſſe, qui paſſim a Luciano perſtringitur in Mortuorum Dialogis, idque prodere videri initium primi eorum dialogorum. Praeterea*, inquit, *ſub finem Dialogi illius Diogenes Polluci injungit, ut Menippo praecipiat, Lacedaemonios ob corruptos mores ut reprehendat, quod his temporibus convenientius forte, quam Menippi antiquioris.* Vix tibi perſuadeas, accurate Dialogos iſtos eum perlegiſſe, qui Menippum ibi paſſim a Luciano perſtringi ſtatuit. *T. H.*

II.

ΠΛΟΥΤΩΝ, Η ΚΑΤΑ ΜΕΝΙΠΠΟΥ.

PLUTO, SEU CONTRA MENIPPUM.

ΚΡΟΙ.

Οὐ φέρομεν, ὦ Πλούτων, Μένιππον τουτονὶ τὸν κύνα παροικοῦντα· ὥστε ἢ ἐκεῖνόν σοι κατάστησον, ἢ ἡμεῖς [b] μεταοικήσομεν εἰς ἕτερον τόπον. ΠΛΟΥ. τί δ' ὑμᾶς δεινὸν ἐργάζεται ὁμόνεκρος ὤν; ΚΡΟΙ. ἐπειδὰν ἡμεῖς οἰμώζομεν, καὶ στένομεν, ἐκείνων μεμνημένοι τῶν ἄνω, Μίδας μὲν οὑτοσὶ, καὶ χρυσίον, Σαρδανάπαλος δὲ, καὶ πολλὴ τρυφή, [c] ἐγὼ δὲ, τὰ θησαυρῶν, ὀπυγελᾷ, καὶ ἐξονειδίζει, ἀνδράποδα καὶ καθάρματα ἡμᾶς ἀποκαλῶν· ἐνίοτε δὲ καὶ ᾄδων ὀπιταράττει ἡμῶν τὰς [d] οἰμωγάς· καὶ ὅλως, λυπηρός ἐστι. ΠΛΟΥ. Ἱτί ταῦτα φασὶν, ὦ Μένιππε; ΜΕ. ἀληθῆ, ὦ Πλούτων. μισῶ γὰρ αὐτοὺς ἀγεννεῖς, καὶ ὀλεθρίους ὄντας· οἷς οὐκ ἀπέχρησε

CROE.

1. NOn ferimus, o Pluto, Menippum istum canem juxta nos habitantem: quare aut illum aliquo abire coge; aut nos migrabimus in alium locum. PLUT. Quid autem vobis mali facit, qui perinde ac vos sit mortuus? CROE. Quando nos ploramus & gemimus, istorum reminiscentes, quæ supra adfuerunt, Midas hicce auri, Sardanapalus iste multæ luxuriæ, ego vero thesaurorum, irridet, & conviciatur mancipia nos & purgamenta piacularia vocitans: interdum etiam cantando obturbat nostros gemitus: in summa, molestus est. PLUT. Quid ista dicunt, Menippe? MEN. Vera, Pluto: odi enim eos, quippe ignavos & perditissimos, quibus non satis fuit vivere male, sed & mortui re-

a ΚΑΤΑ ΜΕΝΙΠΠΟΥ] καὶ Μένιππον. C. Πλούτων ὁ Κροίσου. O. *b* Μεταοικήσομεν] Ita O. B2. W. St. Edd. reliquæ μετοικήσωμεν. *c* Ἐγὼ δὲ] Κροῖσος addit O. & Schol. *d* Οἰμωγάς] συμφοράς. O. Male: vide Necyom. §. 18.

80. Ἐγὼ δὲ Κροῖσος] Λυδὸς ὁ Κροῖσος Φρὺξ ὁ Μίδας· Ἀσσύριος ὁ Σαρδανάπαλος. V.

74. Μετοικήσωμεν] *Alio migremus*: μετοικήσομεν mendosam lectionem sequutus est Interp. *J.B.*

Μεταοικήσομεν] Mſ. Ox. Ed. B2. W. St. & Hemſt. melius quam quod in reliquis est μεταοικήσωμεν. *M. du S.*

Μεταοικήσομεν] Non est fastidienda plane lectio plurimarum Edd. μεταοικήσωμεν, ac si dicant, *pace tua liceat nobis alio migrare*: nam & modo rogaverant Plutonem, ἢ ἐκεῖνόν σοι κατάστησον. Non multum refert, utrum practuleris: malui tamen, quod Interprete rejecto mendosum pronunciat *Bourdelotius*, μεταοικήσομεν· haec enim quasi comminatio mutandarum sedium expressius ostendit, quanto opere Menippo nullum se vexandi genus abstinenti succensuerint: Necyom. §. 19. καὶ ἀφυσκίττεσθαι μετοικεῖν ἐς φέροντας τὸν Διογένην· ibi Diogenes idem negotium gerit, quod hic Menippus. *T.H.*

Ἡ ἅμαξα τοῦ βοῦν πολλάκις ἐκφέρει] *Erasmus* prolato *Luciani* loco haec addit: *Id est, Nunc id evenit, quod vulgo dici solet, Plaustrum saepenumero bovem ipsum aufert. Translata metaphora a plaustris per declive retro labentibus, unaque secum bovem auferentibus.* Labitur, ut saepius, quam a quoquam hactenus animadversum fuit, in adagiis explicandis, ingens patriae nostrae decus, cujus errores magnis virtutibus compensatos illa literarum tum primum renascentium rudimenta satis excusant. Ἐκφέρειν ea, qua voluit, potestate sumtum mihi quidem non approbabit: hic certe, si rectum foret, vertendum erat, *plaustrum bovem saepe effert, ejusque funus ducit.* Tum neque illud satis commode, nec ad ingenium linguae Graecae, quod paroemiam hunc in modum integram reddat, ἡ ἅμαξα τοῦ βοῦν ἐλαύνει· sequi debuerat Grammaticos praeeuntes, qui ἕλκει vel adjiciunt, vel supplendum esse monent: *Mich. Apostol.* C. IX. n. 66. Ἡ ἅμαξα τοῦ βοῦν] Λείπει τὸ ἕλκει· ἐπὶ τῶν ἀντεξαμαυμένως τὰ ποιούντων· *Diogenian.* C. III. n. 30. nec Graeci tantum, sed & nostrates hoc ipso similive proverbio rerum ordinem inversum praeposterumque significare

solent. Non alia *Luciani* mens; qui sane nihil hic discrepans indicare voluit ab istis praecedentibus, ἀναῤῥιφεὶς δὲ μηδαμῶς, & ἄνω ᾗ ποταμῶν τοῦτό γε. Jam si hanc sententiam nostri Scriptoris, uti decet, pro explorata teneas, locum tueri nequit supervacuum illud, quin imo putidum, πολλάκις ἐκφέρει quis unquam iis verbis aut additis, aut ad integrandam paroemiam est usus? Quocirca, ut dicam, quod res est, vehementer suspicor, adsumentum hocce ab indole proverbii tam alienum deberi incauto lectori, qui, ubi funerum ducendorum mentionem fieri videbat, istiusmodi verbum nimis liberaliter adtexuit: resecueris inutilem caudam, quanto rotundius atque ornatius exibit oratio? Νῦν δὲ τὸ τῆς παροιμίας, Ἡ ἅμαξα τοῦ βοῦν. Confer initium Dial. VIII. *T. H.*

53. Ἐπιχαιρετε] Melius ἐπιχαίνετε. *J. B.*

Ἐπιχαίνετε] *Bourdelotius* recte vidit legendum esse ἀλλοτρίοις ἐπιχαίνετε, *alienis inhiatis*: & firmant excerpta Mss. vulgatum ἐπιχαιρετε est ab hoc loco alienissimum. *J. G. G.*

Ἐπιχαίνετε] Genuina haec lectio reperitur in Mss. Gr. P. L. & Ed. *J.* Usurpat etiam *Demosth.* p. m. 278. A. In reliquis corrupte ἐπιχαίρετε eodem vocabulo usus est sub finem *Dial. praced.* οἱ δὲ προαπίτωσαν αὐτῷ μάτην ἐπιχανόντες. *M. du S.*

Ἐπιχαίνετε] Pro vulgato ἐπιχαίρετε tam promta emendatio, ut ne *Bourdelotium* quidem effugerit: suam ipse locutionem facile defendet *Lucian.* Dial. superiore, μάτην ἐπιχανόντες· & in Tim. ἐπιχαίνοντες μόνον τῷ χρυσίῳ. alterum vix Graecum; dicendum fuerat, ἀλλοτρίοις κακοῖς ἐπιχαίρετε, quemadmodum in *Jamblichi* Protr. Μόνη γὰρ αὕτη ἐπίσημον ᾗ τεχνῶν ἔστι ἐπιλαμπεῖται ἀγαθοῖς ἀλλοτρίοις, ἔστι ἐπιχαίρει κακοῖς τῶν πέλας· unde pessimum hominum genus ἐπιχαιρέκακοι sunt dicti. Ceterum est ad haeredipetarum materiam ita conveniens *Libanii* locus T. I. p. 947. A. ut describendi laborem subterfugiendum mihi non putem: Ἦν δέ τις ἀνὴρ ὢν Αἰγύπτιος φιλοχρήματος ἔτος ἐποιεῖτο φίλους, οἷς παῖδες οὐκ ἦσαν, ὅπως αὐτοῖς αὐτὸς εἴη παῖς· γενόμενος δὲ ἐξ ἀπόρου πλούσιος εἰς τὰ τῶν τελευτώντων εἰσιών, ἠχθετο τοῖς ἔτι ζῶσι τουτωνὶ τῶν πατέρων. Μακαρίζοντος δέ ποτε αὐτὸν ἀνδρὸς ἑτέρου τὰ αὐτὰ νοσοῦντος τῆς τύχης, δι' ἣν αὐτῷ πλοῦτος εἰς μέγας ὑπὸ πολλῶν ἀθροισθείη, μήπω γ', ἔφη, μὴ μακάριόν με καλεῖν πρὶν ἂν ἡ οἴδε ἀπέλθωσιν· εἰπὼν, ὧν εἰς τὰς ὑσίας ΕΚΕΧΗΝΕΙ. *Philo Jud.* de Decal. p. 763. ὁ γὰρ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπικε-

κλη-

quod proverbio vulgatur, Currus bovem saepe effert.

3. PLUT. Illa quidem, Terpsion, multo sapientius gubernantur, quam tu putas. Quae, malum, causa vos impellit, ut alienis inhietis, & orbis senibus vosmet adoptandos omnibus obsequiis ingeratis?

ἐάπευον. νῦν δὲ τὸ τῆς παροιμίας, Ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν πολλάκις ἐκφέρει.

ΠΛ. Ταῦτα μέν, ὦ Τερψίων, πολὺ συνετώτερα γίνεται, ἢ ὡς σοὶ δοκεῖ. τί δ' ὑμεῖς τί παθόντες ἀλλοτρίοις [a] ἐπιχαίνετε, καὶ τοῖς ἀτέκνοις τῶν γερόντων εἰσποιεῖτε φέροντες αὐτούς;

[a] Ἐπιχαίνετε] Ita G. P. L. & *J.* Reliquae Edd. ἐπιχαίρετε.

T. H.

χηνός.

54. Εἰσποιεῖτε φέροντες αὐτούς] Εἰσποιεῖν Graecis est, adoptandum aliquem tradere in gentem aliam ac familiam; quo pacto sensu parum distat ab ἐκποιεῖν, nisi quod illud ad familiam sit referendum, in quam quis transire jubetur, hoc ad eam, unde in alienam potestatem exit: hic fori Attici usus; saepe tamen liberior & amplior quaedam illi verbo virtus accedit. *Isaeus* pro Euphil. apud *Dionys. Halic.* T. II. p. 176. εἴπερ ξένοι ὄντα τοῦτον εἰσεποιοῦμεν ἀδελφὸν ἡμῖν αὐτοῖς. *Pausan.* IV, p. 314. Μεσσήνιοι γὰρ οὖν εἰσποιοῦσιν Ἀριστομένει Ἡρακλεῖ παῖδα ἢ Διΐ. *Heliodor.* IX. p. 449. τῷ βασιλεύοντι παῖδας ἑαυτοὺς εἰσποιοῦσι. *Lucian.* Deor. Conc. §. 4. *Bacchus*, inquit Momus non mediocriter indignans, ὅλην φρατρίαν εἰσεποίησεν ἡμῖν, *totum gregem in nostrum Deorum ordinem intulit atque inseruit.* Εἰσποιήσασθαι vero non pater tantum dicitur filium adsciscens atque adoptans, sed & judex talem adoptionem, si forte venerit in controversiam, sententia sua confirmans: utrumque reperire licet apud *Isaeum* tum in Actione pro Euphileto, cujus partem conservavit *Dionys. Halic.* T. II. p. 175. tum in ceteris orationibus, quae supersunt, & omnes in hacreditatum judiciis ac jure versantur. Hinc intelligi potest, quid sit τοῖς ἀτέκνοις τῶν γερόντων εἰσποιεῖν ἑαυτόν. Verum praeterea singularis est significandi vis in participio φέρων, quam orationis partem *Budaeus* ornatus magis causa, quam significationis poni censet C. L. G. p. 393. haud multum dissentiente *Stephano* in App. p. 78. Ad *AElian.* V. H. VIII, 14. agnoscunt παρέλκον illud Atticum *Faber* & *Kuhnius*; hic tamen, ut erat Graeci sermonis callentissimus, insuper observans *saepius significare* sua sponte, data opera, *& ubique orationi pro rei substratae indole emphasin addere: Perizonius*, hac quidem in eruditionis parte *Kuhnio* multum inferior, notat *abundare tali in constructione hoc participium, vel potius declarare impetum quendam aut certum consilium agendi id, quod agitur.* Nihil est horum, quod non suis in locis aptam sedem inveniat: haud raro ita collocatum offendes, ut illibato sensu abesse posse videatur: *Manetho*, quem ceteroquin elegantiae Graecae arbitrum non capiam V, 21. Μύθοις ὀρανίοις φέρων παρέθηκα γελοῖα. *Sopater* apud *Stob.* p. 312. Homero satis non fuit principem vocare patrem, ἀλλὰ & τὸ ἥπιον φέρων ἐπέθηκε τῷ πατρί. *Demosth.* de Pace p. 61. C. argentum, si in alteram librae lancem imposueris, οἴχεται φέρον, καὶ καθέλκυσε τὸ λογισμὸν ὑφ' αὑτό· nisi transposita legi malis, οἴχεται, καθελκύσας φέρον· quem usum, sed rarius, inesse quoque memini participiis ἄγων & ἄρας. Aliquando verbis junctum, quae vehementiorem motum continent, vim incitandi ac propellendi adjuvat: velut in istis, φέρουσα ἐνέβαλε *Herodot.* VIII. c. 87. φέρουσα ἐμβάλλειν, ἐνσῖσαι ἑαυτὸν, ἐκτραχηλίσαι φέρων, φέρων ἑαυτὸν ἀφῆκεν, ὦθησεν ἑαυτὸν φέρων· cujusmodi ex scriptore nostro multa subministrabit Index. Sed quam diversa praeterea verborum genera complectatur, depromtis ex uno *AEschine* exemplis ostendere lubet: in Timarch. p. 25. v. 4. Ἀπαγαγὼν γὰρ αὐτοὺς (ita de judicibus loquentem Demosthenem facit) ἀπὸ τοῦ περὶ Τίμαρχον αἰτιῶν ἐπέστησα φέρων ἐπὶ τὸν κατήγορον· in Ctesiph. p. 65. v. 25. καὶ εἰς τοῦτο φέρων ἐξέστησε τὰ πραγματα, ὡς &c. cum quo convenit illud *Libanii* T. I. p. 707. A. τοιγαροῦν εἰς τοῦτο μετέθηκα τὰ πράγματα φέρων. p. 66. v. 25. Callias-Chalcidensis ἀδικήσας Φίλιππον κακεῖθεν ἀποδρὰς ὑπέβαλεν ἑαυτὸν φέρων Θηβαίοις· quomodo *Plutarch.* T. II. p. 4. B. plerique parentes in quodcumque inciderint pravum mancipium τούτῳ φέρουσι ὑποβάλλουσι τοὺς υἱούς. P. 74. v. 6. Demosthenes τὴν κατὰ γῆν (ἡγεμονίαν) ἀργὸν φέρων ἀνέθηκε Θηβαίοις. v. 23. προσέμιξε φέρων τὸν κίνδυνον ἀπαρασκεύῳ τῇ πόλει· in quorum sane nonnullis tantundem fere valet, atque *ultro* & *dedita opera*. Sunt etiam locutiones, ubi propensionem animi, agendique studium apertius declarat: sicut in illo *Longini* p. 198. Ὁ πᾶς αὐτοῖς (Homero, Platoni, Demostheni) αἰὼν & βίος φέρων ἀπέδωκε τὰ νικητήρια· & *Clementis* Strom. VII p. 727. D. qui athletarum aliquem ita fuisse precatum refert: Jupiter, si mihi cuncta sunt diligenter ad obeundum certamen praeparata, ἀπόδος φέρων δικαίως τὴν νίκην ἐμοί. *Achill. Tat.* I. p. 25. εὐθὺς ἐχαρίσατο φέρων αὐτῷ τὸν ἵππον· parum discedit apud *Plutarch.* T. I. p. 633. B. quum piratae τοὺς μὲν ἄλλους διέφυγον ἡγεμόνας, Πομπήιον δὲ φέροντες αὐτοὺς μετὰ τέκνων & γυναικῶν ἐνεχείριζον· & *AElian.* H. V. VI. c. 1. Hinc jam porro ejusmodi verbis adnectitur, ut insinuandi sese applicandique ad aliquem & commendandi speciem praeferat: *Maxim. Tyr.* Diss. XXXI. p. 315. καὶ τίνι φέροντες ἑαυτοὺς ἐπιτρέψομεν; *Plutarch.* T. I. p. 155. D. Οὕτω δὲ φέρων ὁ Περικλῆς τῷ δήμῳ προσένειμεν ἑαυτόν. *Julian.* Or. VII. p. 231. B. Ἀλλά σοι μὲ, ὦ θεῶν πάτερ, ἐμαυτὸν φέρων ἀναθήσω· frequenter autem ad eos pertinet, qui in doctorum se fidem ac disciplinam tradunt: eo loquendi more delectatus *Eunapius*: de Porphyrio p. 14. προσέθετο φέρων ἑαυτὸν Plotino; p. 34. AEdesius ὅλος ἐπιδοὺς ἑαυτὸν ἀνέθηκε φέρων εἰς τὴν ἔτι λει-

τὲς; τοιγαρῦν γέλωτα ὀφλισκάνετε, πρὸς ἐκείνων καλοπρυττόμενοι· ἢ τὸ πρᾶγμα τοῖς πολλοῖς ἥδιστον γίνεται. ὅσῳ γὰρ ὑμεῖς ἐκείνους ἀποθανεῖν εὔχεσθε, τοσούτῳ ἅπασιν ἡδὺ προαποθανεῖν ὑμᾶς αὐτοῖς. καινὴν γάρ τινα ταύτην τέχνην ἐπινενοήκατε, γραῶν ἢ γερόντων ἐρῶντες· ἢ μάλιστα εἰ ἄτεκνοι εἶεν. οἱ δὲ ἔντεκνοι ὑμῖν ἀνέραστοι. καίτοι πολλοὶ ἤδη τῶν

propterea merito riſum debetis ab iis deroſſi; resque illa plerisque jucundiſſima accidit: nam quantum illos obire optatis, tantum omnibus eſt gratum, ſi vos ante moriamini. Novam profecto illam artem excogitaſtis, vetularum & ſenum amorem, tum maxime, ſi prole careant; nam quibus liberi ſunt, illi amore veſtro vacant. Quanquam multi jam eorum, qui non aman-

πομένῳ παιδείαν. p. 49. ἐπέδωκεν ἑαυτὸν φέρων τῇ χειρὶ τὴν ὁδῶν· *Damaſc.* apud *Suid.* in Σεβηριανός· τῷ Πρόκλῳ φέρων ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι· atque eum in modum eſt fere capiendum, quod *Porphyrius* apud Euſeb. H. E. VI. c. 19. de Origene ſcripſit; πρὸς τὸ βάρβαρον ἐξώκειλε τόλμημα, ᾧ δὴ φέρων αὐτόν τε καὶ τὴν σὺν τοῖς λόγοις ἕξιν ἐκαπήλευσε· quorum, quia ſummus *Valeſius* aberravit, vertendo ſenſum explanabimus: *ad barbaram Chriſtianorum & audacem diſciplinam velut in ſcopulum impactus adhaeſit, cui agglutinatus ſeque turpiter vendidit, ſuamque in philoſophiae cultu ſolertiam.* Poteramus, ſi liberet, in pluribus exemplis lapſus eruditorum hominum patefacere. Nunc quando haec poteſtas ad vultures haeredipetas tranſit, ſignificantur ſcilicet irrepere blando lenocinio, ſeſeque ingerere, ut *Petronius* ait loco percommodo c. 140. *Philumene, quae multas ſaepe haereditates officio aetatis extorſerat, tum anus & floris extincti, filium filiamque ingerebat orbis ſenibus: Cicero* pro Caecin. §. 13. *atque etiam ſe ipſe inferebat & intrudebat:* ubi neſcio quam recte aliis *ingerebat*, aut *inferebat* placuit. Saepius ita *Noſter*: πρὸς Ἀπαιδ. c. 19. εἰ μὴ σαυτὸν φέρων ταῖς τῆ γέροντι ἐκείνου λῆθηκαις παρυπέγραψας· quae huic loco ſunt ſimillima. In Lapith. paulo aliter c. 22. (τοῖς πολὺ σὺ πλουσιωτέροις) ἐδὲ πώποτε φέρων ἐμαυτὸν ἐπέδωκα. Ex his liquido apparere arbitror, quam elegans ſit & appoſita *Luciani* verborum ſententia: *Vos autem, malum! quid eſt cauſae, cur alienis inhietis, ac ſubdole irrepentes vos orbis ſenibus adoptandos ingeratis.* Nolim tamen ita quis exiſtimet, quaſi variatas illas ſignificandi figuras in participio φέρων ſolo reſidere cenſerem: hoc dixi, ab uno motus incitationis capite, prout diverſis orationum formis ac verbis aliis aptatur, prodire diverſos, ſtructura diducente, poteſtatis eleganter immutatae rivulos, quorum curſum ac virtutem conſequi non licet, niſi circumſcriptione quadam utaris ad interiores ſententiae receſſus excutiendos. *T. H.*

62. Τῶν ἐρωμένων] Tacent libri ſcripti editique: quibus etiam invitis, ſi *Luciani* mentem, & inſtitutum orationis ordinem ſequaris, particula negans videbitur inſerenda, τὸ οὐκ ἐρωμένων potior eſt Codicibus ipſa ſententiae vis perpenſa: *Rem quandam & artem*, inquit, *excogitaſtis novam, vetularum ac ſenum amorem, tum quidem maxime ſi prole careant: nam quibus liberi ſunt, eos non curatis, neque amore proſequimini. Atque adeo jam multi eorum, qui non amantur, comperta veſtri amoris verſutia, etiamſi liberos habeant, odiſſe ſe tamen illos fingunt, ut & ipſi amatores nanciſcantur.* Liquet, credo, quos dixerat ἀνεράστους, οὐκ ἐρωμένους mox appellari: tum ὡς ἐ αὐτοὶ ἐρασὰς ἔχωσι conſiſtere nequit, niſi legeris οὐκ ἐρωμένων. Σωφρονοῦντες an συνιέντες ſcribatur, parum refert: hoc tamen librorum in gratiam praetuli. *T. H.*

63. Συνίντες· ὑμῶν τὴν πανουργίαν] Scribendum Mſ. ſuadente, συνιέντες ὑμῶν τὴν πανουργίαν. *qui intelligunt veſtras artes* aut *aſtutiam.* *J. G. G.*

Συνίντες] Συνιέν— G. P. & Coll. Sed vide finem Dialogi ſequentis. *M. du S.*

67. Δωροφορήσαντες] Sic legit Interpres; ſic repoſuimus, cum male antea δωμοφορήσαντες. *J. B.*

Δωρυφ—.] Antiquam hanc & genuinam, ut putamus, lectionem repoſuimus. Extat autem in G. P. L. Fl. Ald. J. H. B. & Fr. Mutarunt P. S. & A. & fecerunt δωροφορή— V. Nyyr. c. 14. *M. du S.*

Δωρυφορήσαντες] Haud ineptum erat, quod Interpretibus & *Bourdelotio* arriſit, δωροφορήσαντες, & probae notae verbum, *Aelian.* de Anim. VIII. 11. τὸ πρόσωπον τὸ ἐρωμένου καθαίρειν, ἢ δωροφορῶν αὐτῷ θηρία πάμπολλα, & huic rei apprime conveniens, ut Polyſtratus oſtendit Dial. IX. παντοῖα μοι δῶρα προσήγετο ἐκπαγχόθεν τῆς γῆς κάλλιστα. Cur tamen lectionem priſcam moveremus, cauſa fuit nulla; praeſertim quum membranae veteres nihil innovarent: δωροφορήσαντες ergo qui divitem ſpe tabularum honorifice ſemper fuerant proſecuti, & perpetuo quaſi fatellitio ſtipaverant. Verum exemplum prodidit *Plinius* VIII. Ep. 18. Domitii Tulli, qui, *quum ſe captandum praebuiſſet, reliquit filiam haeredem, fruſtratus improbas ſpes hominum, quos ſic decipere, pro moribus temporum, prudentia eſt.* *T. H.*

70. Ἀποσμυγέντες] In cod. Mſ. οἱ δὲ ὀπτῶντες τοὺς ὀδόντας καταγελασθέντες, *illi vero deriſi frendent dentibus*, quod multo magis mihi probatur quam, quod in editis extat, ἀποσμυγέντες, *dolore ardentes*: eſt enim valde durum, & quod vix alibi reperias, hoc verbum. *J. G. G.*

Ἀποσμυγέντες] Gloſſema eſt quod in Mſ. Gr. P. & L. legitur καλαγελασθέντες. Genuina haec quam omnes impreſſi agnoſcunt. Aliud paulo eſt quod legitur in Ἐτ. Δ. VII. σὺ δὲ ἐκεῖνον μὲ ἀπεμύκτισας, ſed eodem fere redit. Certe ἀπομύττω *emungere* eſt, (vide *Iſ.* a. c. 24.) quod in utraque lingua eleganter admodum ad eos transfertur, qui cum pecuniam variis artibus ab aliquo expreſſerunt in ſinu rident, & ſibi plaudunt. Sed tum legendum foret ἀπομύγοντες, niſi forte hic figma,

amantur, intellecta veſtri amoris calliditate, etſi liberos habeant, illos odiſſe ſe fingunt, ut & ipſi amatores nanciſcantur: verumtamen in teſtamentis excludi ſolent, qui jam olim ſatellitum more fuerant ſectati; liberi autem & natura, ſicuti juſtum eſt, potiuntur omnibus: iſti vero infrendunt dentibus emuncti.

ἐρωμένων [a] σωιέντες ὑμῶν τ πανουργίαν ξ ἔρωτος, ἣν ἢ τύχωσι παῖδας ἔχοντες, μισεῖν αὐτὸς πλάττονται, ὡς ἢ αὐτοὶ ἐρασταὶ ἔχωσιν. εἶτα ὀ ταῖς διαθήκαις ἀποκλείονται μ οἱ πάλαι [b] δορυφορήσαντες· ὁ δὲ παῖς, ἢ ἡ φύσις, ὥσπερ ἔστι δίκαιον, κρατοῦσι πάντων· οἱ δὲ ὑποπρίουσι τοὺς ὀδόντας 70[c] ἀπομυγέντες.

TEP.

[a] Σωιέντες] Ita G. C. P. ἀνέντες F. Reliquae Edd. σωίντες. [b] Δορυφορήσαντες] Δωροφορήσαντες P. S. A. [c] Ἀπομυγέντες] Καταγιλασθέντες G. P. L.

70. Ἀπομυγέντες] Καταγιλασθέντες. V.

ſigma, ut in quibusdam fit, inſertum dicas. Si hæc non placet, aliam addam conjecturam: ὑποσμύχομαι uti ex *Suida* & *Heſychio* videre eſt, metaphorice *urere* eſt. Apud *Simonidem* σμύχω *de tempore* dicitur, quod omnia abſumit. *Grot.* 143. & apud *Theocrit. de Amore Flor.* 269. Vid. *Od.* Γ. 195. Δ. 672. ἐπισμυγερῶς. Si itaque levi mutatione velis ὑποσμυγέντες pro ἀπ— ſubſtituere, optime ſic etiam ſenſus ſe habebit, aut ſaltem ſatis commode. Si quis nunc, quid ſentiam, roget; dicam. Primo καταγιλασθέντες merum gloſſema mihi videtur, in textum ab iis illatum qui verbum *Luciani* qualecunque tandem fuerit, ut ſibi incognitum repudiabant. Secundo, *emungendi* mihi ſenſus, quod & gloſſema admittit, perplacet; atque adeo, aut ἀπομυγέντες, ut legitur; aut, ſi per Grammaticos non liceat, ἀπομυγέντες omnino legendum putem. *M. du S.*

Ἀπομυγέντες] Pluribus in libris extat hujus vice καταγιλασθέντες, certiſſimum genuinae vocis, qualiscumque a *Luciano* fuerit profecta, interpretamentum; qua de re dubitationem omnem tollit *Scholiaſtes Voſſianus*. Niſi animum alibi Praeſtantiſſimus *Graevius* habuiſſet occupatum, qua erat ingenii perſpicacia, pro Junone nebulam amplecti refugiſſet. Quando autem valde durum, & quod vix alibi reperias, hoc verbum pronunciat, id eo quidem magis eſt conſiderandum, quia in Luciano certe nuſquam, ſi exceperis hunc locum, occurrit. *H. Stephanum* nulla vitii tetigit ſuſpicio, ut qui explicationem, eamque non unam, tentarit Theſ. T. III. p. 891. Ejus ſententia, hoc in genere momenti non mediocris, in medium proferri meretur: Ἀπομύχω, Deuro, igni abſumo. *Metaphorice utitur* Lucian. *in dial. Terpſ. & Plut.* ὑποπρίουσι τοὺς ὀδόντας ἀπομυγέντες, cum ſtridore dentium infrendent, & prae dolore ardeſcunt, *ſeu* exardeſcunt. *Niſi malis* Extabeſcentes, Macerati & confecti dolore: *nam* σμύχω *ſignificat non ſolum* καίω, *verum etiam* μαραίνω. Haec ille: ſed antequam explorati quid conſtitui poſſit, enodanda venit paulo diligentius natura verbi & propria ſignificandi dos. Illam veteres poſuerunt non in igne luculento, qui late flammam conſpicuam ſpargat, ſed in eo, qui caecis intra viſcera corporum alimentis nutritus ſenſim ſerpit proxima corripiens, fumoque ſe tantum prodit. Idem paene verbum & pronunciandi modo, & ſignificatione Belgae ſervamus. Licet *Homerus* aliquantulum, utpote poëta, legem eam migraverit Il. I, 649. — κατά τε σμύξαι πυρὶ νῆας, vim tamen nativam recte *Scholiaſtes* declarat, ex eoque *Euſtath.* p. 781. Ἐστὶ δὲ σμύξαι τὸ καῦσαι, ἢ καπνὸν ἐκ πυρὸς ἀναδῦναι, ὃ ἐκ τύφειν λέγεται· ἐξ αὐτοῦ δὲ καὶ τὸ χόλον ὑποσμύχειν ἢ φθόνον εἰληπται· ἐκεῖθεν δὲ καὶ τὸ σμυγερὸν, ἤτοι ἐπίπονον &c. Conferunt autem τὸ τύφειν, quemadmodum & fecit *Schol. Sophocl.* ad Antig. v. 1021. exponens τὸ πρέμνα ὑποσμύχειν non equidem intercedo, quamquam & nonnihil diverſa ſit utriusque virtus, & per diverſas orationis figuratae ſemitas propagata. Radix vero ſignificandi prima in compoſito ἀφσμύχειν admodum graphice depingitur a *Gregor. Nyſſ.* T. I. p. 826. D. Εἰ τῷ ἀχύροις ὑποκυφθείσας μὲ ἐνδοθεν ἀφσμύχει τῇ καύσει τὰ ὠθούμενα, φλὸξ δὲ κατὰ τὸ φαινόμενον οὐκ ἐκδίδοται, ἀλλὰ θριμύς τις καπνὸς βιαίως ἔνδοθεν συνθλιβόμενος διεξέρχεται· paulo dilutius a *Phil. Jud.* de V. M. p. 662. B. reſtant, inquit, everſae Sodomae documenta, καὶ καπνὸς, καὶ ἔτι ἀναδιδομένη φλὸξ ἀμαυρὰ, καθάπερ ἀφσμυχομένου πυρός. Hinc clare conficitur, parvam in *Artemidoro* labem infidere II. c. 10. ubi primum οἶκοι καιόμενοι καθαρῷ πυρὶ & μὴ συμπίπτοντες fauſta portendunt: tum contra οἱ δὲ σμυχόμενοι καθαρῷ πυρὶ, καὶ καλαιθαλαύμενοι & συμπίπτοντες &c. πᾶσι πονηροί non convenit οἴκοις σμυχομένοις καθαρὸν πῦρ quapropter fulgor ille puri ignis addita negatione reprimendus eſt, ac propemodum extinguendus, ὡς καθαρῷ πυρί. Medici traducunt ad febres ſive πυρετοὺς, quorum alii ſunt θερμοὶ & ἀφσκεῖς, alii μαλακώτεροί τε & οἷον σμυχόμενοι apud *Galen.* lib. I. τ πρὸς Γλαυκ. Θεραπ. *Heliodorus* ſemel ſignificatione propria II. p. 79. καλάμους, εἴπερ τινες ἔτι σμυχόμενοι ἐκλελείφθησαν, αὐχμάμους, translata ſaepius uſurpavit: de animi doloribus & interno cruciatu I. p. 33. ὡς πάλαί γε σμυχόμενος ἐμαυτῷ, καὶ τὸ πρᾶγμα δὲ ὑποψίας ἔχον ἀπορίᾳ τ ἐλέγχων ἠσάχμαζον-

ubi

ΤΕΡ. Ἀληθῆ ταῦτα φής. ἐμοὶ γὰρ θύ-

4. TER. Vera ſunt, quæ dicis: ecce enim

ubi nemo diffitebitur aptius accedere particulam σμυχόμῳ ἐν ἐμαυτῷ· iram & aemulationem, ſed pectore preſſam atque intus reductam notat VIII. p. 374. ὁ δὲ ἐν φύσει τὴν εὐνούχων ζηλοτυπίαν νοσῶν, σμυχόμῳ δὲ ἐν πάλαι κατὰ τὸ Θεαγένους. Verum dignus eſt, quem priſtino nitori reddamus, locus lib. X. p. 484. καὶ ταῦτα εἰπὼν ὁ μὲν ἐπέβαλε τῇ Χαρικλείᾳ τὰς χεῖρας, ἄγειν μὲ ἐπὶ τὰς βωμοὺς ἐν τὴν ἐπ' αὐτῶν πυρκαϊὰν ἐνδεικνύμῳ, πλείονι δὲ αὐτὸς περὶ τοῦ πάθει τὴν καρδίαν σμυχόμῳ· poſteriora ne verterent, Interpretes deterruiſſe credo difficultatem, quam tamen tollere Vat. Cod. ope pronum eſt, modo περὶ, quod is praebet, pro περὶ adſciscamus: poſſes τῷ πάθει quaſi per ἐπεξήγησιν appoſitum ſervare; ſed rejectum liberabit orationem ingrato tractu, & ſententiae vim atque acumen argutius adſtruet: *ipſe majore, quam in aris ardebat, ſolicitudinis aeſtu confectus.* Denique locutio rarior inſolentius eſt formata VII. p. 342. ἡ δὲ Χαρίκλεια σεσηρός τι ἐν καλεσμυγμένον ὑποβλέψασα, *Chariclea vero ringens, & torvius, ut tectam indignationem facile proderet, in illam intuita.* Extat illud κατασμύχειν de amoris aeſtu, quo animus contabeſcit apud *Theocrit.* Eid. III, 17. de maerore VIII, 90. Ὡς δὲ καλεσμύχθη, καὶ ἀνετρέπετο φρένα λύπα· & in *Phalaridis* Ep. 144. ἀλλ' ὅτι ἐν τῇ ἐκείνης (uxoris defunctae) δαίμονα, εἴπερ αἴθοιτό σε ὅτῳ καλασμυχόμῳον, ἀνιᾶσθαι μὲ εἰκὸς, αὐτὴν δὲ (vel αὐτήν τε) τὴν πλείσα μὲ εὐφράνασαν τὸ ἄνδρα &c. eum in modum ſi verba nulli Interpretum intellecta levi manu refingantur, & diſtinguendo legitimum ordinem accipiant, ſenſum habebunt expeditum. *Heſychius* quem Lexicographi ſolent morem, ad vim linguae pandendam parum accommodatum, ſecutus exponit Σμύξαι & Καλασμύξαι, μαρᾶναι, καῦσαι, ἐμπρῆσαι· neque tamen non eſt commodum illud μαραίνειν, quod in virtute verbi declaranda veteres aliquando ſolent adhibere: continetur enim in τῷ σμύχειν ille quidem caecus ſub cineribusque latens ignis, ſed ita ſimul comparatus, ut carpat, conſumat lentoque morſu tabefaciat; quam poteſtatem figuratae loquendi formae maxime ſpectandam praebent. *Apollon. Rh.* III, 446. ubi Medea limis Jaſonem adſpectat amore capta Κῆρ ἀχεῖ σμύχουσα — adjuvandus eſt, auctore *Suida* in Σμυχόμῳ, binarum literarum acceſſione *Scholiaſtes*: τῇ λύπῃ τὴν ψυχὴν καιομένη ἐν ἀναλίσκουσα· nam ἁλίσκουσα, quod vulgatur, ab explicando verbo σμύχειν prorſus alienum: v. 761. — ἔνδοθι θ' ἀεὶ Τεῖρ' ὀδύνη σμύχουσα — eximie *Virgilius*, ut, quem fuit imitatus, ſuperaſſe videatur: *Vulnus alit venis & caeco carpitur igni.* In compoſitis, & Ἀφασμύχειν, *Gregor. Nyſſ.* T. II. p. 196. τῶν πένθους οἱονεὶ πυρός τινος ἐνδοθεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς διασμύχοντος. *Suid.* Διασμύχων, Ἀφ.ξύων, Ἀφ.καιών· ſed ibi, *Heſychio* duce, reſciendum eſt Ἀφ.ζέων· & περισμύχειν, *Agath.* Anth. VII. Ep. 76. Ἧς με περισμύχουσι μελῳδόνες· ſed maxime ſolet ὑποσμύχειν frequentari: *Gregor. Nyſſ.* T. I. p. 828. C. καλασθεννύειν ἔνδοθεν τὴν ὑποσμύχουσαν ἐν τῇ καρδίᾳ μνησικακίαν· *Georg. Metrop. Nicom.* in S. Deip. Ingr. in Templ. p. 1116. B. ὑπὸ τῆ ἀφανῶς ἔνδον ὑποσμυχούσης φλογὸς πυρπολεμένου. *Kuſterum* laudo, qui *Eunapio* reſtituit; ejus enim eſſe, quae *Suidas* promit in Θλαδίας, nullus ambigo: ἦν γὰρ βαρὺς ὁ σαθμὸς τῷ ὑποχθέντος χρυσίου ὑποσμύχων αὐτῶν τὰ ἔντοσθεν· legebatur ὑποσμήχων. Eadem labes *Baſilii Seleucienſis* Interpretem *Pantinum* mirifice decepit de Mirac. Thecl. II. p. 206. ὕπνῳ (ἔλαιον) καὶ αἰτήσας ἔτος ἐν ἐπαλειψάμενος· ἧ δὲ τὸ πάθος ὑπεσμηχε· τῆ μὲ ἰάσεως ἔτυχε, τῆ δὲ ἀσεβείας ὅση ἀπηλλάγη· *cujus ille copiam ſibi fieri poſtulans, ſeſeque eo inungens (quo etiam aegritudinem ſuam una abſterſit) ſanitatem nactus:* ex illa verſione cognoſce, quantum errorem ſaepe unius literae vitium pariat; reddideris ὑπέσμυχε, ſtatim extat nativus orationis color: *Quod oleum quum ille poſtulaſſet, eoque in loco inunxiſſet, ubi malum ipſum urebat.* *Heſychio* ſimul opem feramus: Ὑποσμύγει, (melius ὑποσμύχει) θλίβει, ἀνιᾷ, καλαπονεῖ, ὡς μεταφορᾶς τῶ τραυμάτων· ubi quamvis olim exiſtimarim haud inepte περὶ τραυμάτων poſſe legi, ut de vulneribus Scriptor neſcio quis verbum illud uſurparit, nunc tamen antepono ὡς μεταφορᾶς τῶ καυμάτων· ſequitur in Eodem; Ὑποσμύχουσα, ἔνδον ἐρεθίζουσα· *Suidas* amplius: ἐνδιερεθίζουσα, ὀκοκαίουσα, θλίβουσα, καταπονοῦσα· totidem vocabulis *Etymologus*, niſi quod διερεθίζουσα· nimirum veteres Gloſſographi, unde haec fuerunt deſcripta, dederant hic διερεθίζουσα, alter ἔνδον ἐρεθίζουσα, quod in *Suida* leviter corruptum. Quae adduximus exempla manifeſte monent, eorum in cenſum τὸ σμύχειν cum ſuo comitatu referri oportere, quae ligatae orationis terminis apud antiquos fere concluſa recentiores, quorum artis erat rariſſima quaeque, etiam repugnante ſevera ſcribendi norma, conſectari, in uſum communem revocarunt: vix enim in omni Scriptorum turba, quae Chriſti aetatem anteceſſit, totidem hujus verbi veſtigia deprehendas, quot ex inferioribus modo a me parce, nam longe plura ſunt ad manum, fuerunt prolata. His itaque conſideratis arduum non eſt definire *Luciani* verborum ſenſum aliquem haud plane abſurdum: *Hi autem dentibus infrendent interno ac caeco dolore macerati:* verum quantumlibet congruere videatur, non deſunt argumenta, quae huic lectioni ſtatus controverſiam optimo jure moveant. Omitto uſum Aoriſti ſecundi, nusquam certe alibi, niſi memoria fallat, mihi obſervatum. Primum indoli τῶ σμύχειν non ita videtur convenire ἅπαξ, ut in unum vocabulum commode coaleſcat: utique ſcripſiſſet potius ὑποσμυγίντες creberrimae conſuetudinis auctoritate munitum: eadem ratione inductus malo in *Zoſimo* IV. p. 264. ὡς δὲ πλέον ὑπεσμύχετο τῇ τῆ κόρης ἐπιθυμία Theodoſius pro ἐπεσμύχετο. Deinde cur non ὑποσμυχόμῳοι; aptius ſane multoque magis ad hunc locum appoſitum, ut fatebuntur, qui legitimum orationis Graecae curſum aure docta callent. Tandem magnum eſt corruptelae latentis documentum interpretatio καταγελασθέντες, quam qui vocabulo, quodcumque in *Luciano* repererat, appoſuit, hoc quidem vulgatum ὑποσμυγίντες reperiſſe nequa-

quam

enim Thucritus a me profecta quot dona κριτ@ τόσα κατέφαγεν, ἀεὶ τεθνήξεσθαι δο-

quam credi poteſt; tanto enim intervallo utraque diſſident, ut ad quandam communis ſignificatus adfinitatem nulla machina conciliari queant. Criticen ergo reſtat ut advocemus, ſi quid auxilii ſolvendo nodo conferre poſſit: blanditur enimvero mirifice perpulcra Eruditiſſimi Viri *L. Kuſteri* conjectura, qui reſcribendum monuit unius literulae detrimento ἀπομυγόντες· fateor equidem in eo verbo florem eſſe Comicum, ab iisque poëtis decerptum, quos ſtudioſe *Noſtrum* lectitaſſe conſtat. Quanquam nunc rarius inveniatur, tot Scenae antiquae monumentis abſumtis, *Polluci* tamen nihil eſt cauſae, cur fidem denegemus adfirmanti II, 78. ἤδη δέ τινες τῶν κωμικῶν τὸ ἐπὶ κέρδει ἐξαπατᾶν ἀπομύττειν εἶπον· accuratius proprietatem ſignavit, quam Grammatici: *Heſych.* Ἀπομύττειν, ἐξαπατᾶν, γοητεύειν· quod poſterius ſine dubio pertinuit ad illuſtrandum aliquem Comici locum, ubi miris praeſtigiis deluſus ſenex auro emungebatur: *Euſtath.* ad Od. Ε. p. 1761. Ἀπομυξαί τινα τὸ ἐξαπατῆσαι. Neque aliter intellexerunt προμύσσειν in *Hippocrat.* Παραγγ. p. 26. Κρίσσον ἐν σωζομένοισιν ὀνειδίζειν, ἢ ὀλεθρίως ἔχοντας προμύσσειν, modo ne vitio ſit ſcriptum pro ἀπομύσσειν· quamvis ibi quominus pro *ludibrio habere*, *ludificari* accipias, nihil obſtet. Congruit Latinorum *emungere*, quod eſt *per dolum & aſtutis technis defraudare*: ut de Comoedia ſumtum ſcias, notiſſima ſunt *Plauti Terentiique* loca: idem *Horatii* ſenſus de A. P. v. 238 — *audax Pythias emuncto lucrata Simone talentum. Lucil.* apud *Nonium* p. 36. *Quovis poſſe me emungi bolo.* Veteres aemulatus *Apollin. Sidon.* VII. Ep. 2. *Non parvo etiam corollario facilitatem credulitatemque munificentiae ſocrualis emungens.* IX. Ep. 7. *Quidam* &c. *ſcribam tuum ſeu bibliopolam copioſiſſimo velis nolis declamationum tuarum ſchedio emunxit*: ut *Hieronymum*, imitatorem antiquitatis non ſegnem, praeteream. Atque adeo haud ſcio, an in *Caecilii* verſu apud *Ciceronem* de Amic. §. 99. quandoquidem Pal. primus, *atque unxeris*, ſuppeditat, legendum ſit, *Hodie me ante omnes Comicos ſtultos ſenes Verſaris atque emunxeris lautiſſime.* Hinc ſimul patet, quanti ſit facienda *J. Gebhardi* obſervatio Ant. Lect. II. c. 23. in *Terentio Nonioque* p. 103. *Emulſi* & *emulgere* Pal. Cod. fide reponentis. Quamobrem eleganter ἀπομυγόντες, *ab eo, qui teſtamento nequiſſimos vultures excluſerat, deluſi atque emuncti*: quod ſane dici merito poterant, quibus nec opinantibus ereptus eſſet haereditatis bolus, quam improba ſpe jamdudum crevisſent. Verum hoc pacto necdum apparet, quid *Scholiaſten* deduxerit ad ſuum illud καλαγελασθέντες· quam enim explicuimus poteſtas ab iſta non parum diſſidet. Igitur ἀπομυγόντες vel alia virtute, *illudendi* nimirum *ſubſannandique*, accepit, vel in exemplari ſuo legiſſe cenſendus eſt ἐπιμυγόντες. Prius licet auctoritatis veterum fere deſtituatur, nihil tamen habet, quod genio linguae ſit contrarium; praeſertim ſi interpreteris *adducto naſo*, vel etiam, *excuſſo per nares ſpiritu irridere*: ad confirmandum facit ſimile verbum ἀπομυκαίνειν, atque ille *Clementis* ἀπομυκτισμὸς Paed. II. c. 6. *Qui ſermones*, inquit, *impudicos ac turpes non refugiunt, ſevere ſunt compeſcendi*: τοὺς χρωμένους αἰσχρολογίᾳ ἐπισκωμιστέον ἢ ὄψει δριμυτέρᾳ ἢ προσώπου σκυθρωφῇ, ἢ τῷ ἀπομυκτισμῷ καλουμένῳ· πολλάκις δὲ ἢ λόγῳ τραχυτέρῳ· ubi *ſubſannationis* explicatio adeo placuit, ut *Potterus* etiam ἀπομυκτηρισμὸν reponi potius voluerit: ego non diſcederem a vulgato, quod a μυκτὴς ſive ἀπόμυκτὴς prono curſu derivatur. *Timoni* in Sillis, teſte *Diogen. L.* II, 19. dictus fuit Socrates Μυκτὴρ, ῥητορομυκτὴς, ἀττικὸς εἰρωνεύτης· hac enim medicina iſte locus indiget. Quin *Lucianus*, minus dubitemus, offert ipſum illud verbum ἀπομυκτίζειν Ἐτ. Δ. VII. Neque tamen diffiteor non aberraturum forte, qui voci inuſitatae *faſtidiendi* virtutem, *corrugatisque naribus*, ut ſordida ſolemus, *averſandi* tribuerit; quae ſane tum *Luciani*, tum *Clementis* inſtituto ad amuſſim quadrat: ita veteres in *Horatii* formula loquendi, *naſo ſuſpendere adunco*, vel irriſionem & faſtidium junxerunt, vel utrum melius conveniret, dubitarunt: neſcio autem, an ex *Clemente* remedium ferri poſſit corruptis *Suidae* verbis, quae merito *Kuſterus* habuit ſuſpecta, Ἀπομυρίζω, ἀπεσομίζω, legendo Ἀπομυκτίζω, ἐπισομίζω. Sed alterum ἐπιμυγόντες ut *Scholiaſtes* invenerit, probabilius exiſtimo: valet enim ἐπιμύσσειν, Grammaticis monſtrantibus, *irridere*, *ſubductoque naſo & excuſſo illudere*: *Suid.* Ἐπέμυξεν, ἐξεμυκτήρισεν, ἦχον ἀφ' ἧς ῥινῶν ἐποίησεν· *Heſych.* in quo quidem utrum ordine continuo, Ἐπέμυξαν, ἐπεμυκτήρισαν, ἐπεμύχθισαν, ἐξεφαύλισαν, an ſeparatim ſit ſcribendum, Ἐπέμυξαν, ἐπεμυκτήρισαν. Ἐπεμύχθισαν, ἐξεφαύλισαν· non ſatis exploratum habeo: ad *Homerum* certe reſpexit Il. Δ, 20. Θ, 457. — αἶψ' ἐπέμυξαν Ἀθηναίη τε ἢ Ἥρη· ubi quemadmodum intelligi deberet iſtud verbum, antiqui diſſenſerunt: hos, quibus *muſſitandi compreſſaque labiis ingemendi* poteſtas arriſit, ſecutus eſt *Scholiaſtes* parvus: *Heſych.* Ἐπεμύξατο, ἐπεξένεξεν, ἐπεγόγγυσεν· illos, qui *deludere, cum acerbo riſu atque indignatione inſuper habere* reddiderunt, *Heſychius*: neutris ſuae opinionis tuendae ratio defuit, quandoquidem illud ἐπέμυξαν vel a μύζειν repeti poterat, vel a μύττειν, quae, tametſi ab eadem radice μύειν propagata, diſtare notandi proprietate jam admonuit accuratiſſimus *Sylburgius* ad *Clenard.* p. 519. Similem obſervare licet in ſono μυχθίζειν ſignificandi diſcrepantiam: apud *Aeſchylum* utique Pr. V. v. 742. Σὺ δ' αὖ κέκραγας κἀναμυχθίζῃ, quin ſit, *ducto per nares ſpiritu ingemiſcere*, *atque indignationem teſtari*, vix in dubium voces: eo ſpectat *Heſychii* Μυχθισμὸς, γεναγμὸς· nec alio fonte manantia μυττάζειν & μυτηκάζειν. Idem tamen *irridere*, & *adunco naſo ſubſannare* deſignat: *Heſych.* Μυχθίζουσι, μυκτηρίζουσι, χλευάζουσι· neque aliter *Suidas* explicuit *Meleagrum* Anth. VII. Ep. 107. Φλέξω ναί· τί μάταια γελᾷς, ἢ σιμὰ σεσηρὼς Μυχθίζεις; τάχα που σαρδόνιον γελάσεις. In *Theocriti* Eid. XX. pro μυθίζοισα utrum v. 11. an 13. ſupponi debeat μυχθίζοισα, parumper haeſito; quamvis animum inclinent ad poſteriorem locum producta *Meleagri* verba. Clare *Origenes*

δοκῶν; ἢ ὁπότε ἐσίοιμι, ὑποστένων, ἢ μύχιόν τι, καθάπερ ἐξ ὠοῦ νεοττὸς ἀτελὴς, ὑποκρώζων, ὥστ' ἔγωγε, ὅσον αὐτίκα οἰόμενος ὀπιθήσειν αὐτὸν ἐς σορὸν, ἔπεμπόν τε πολλὰ, ὡς μὴ ὑπερβάλλοιντό με οἱ ἀντεραστὰι τῇ μεγαλοδωρεᾷ· ἢ τὰ πολλὰ ὑπὸ φροντίδων ἄγρυπνος ἐκείμην, ἀριθμῶν ἕκαστα, ἢ διατάττων. ταῦτα γοῦν μοι ἢ τὸ ἀποθανεῖν αἴτια γεγένηται, ἀγρυπνία, ἢ φροντίδες· ὁ δὲ, τοσοῦτόν μοι δέλεαρ καλαπιὼν, ἐφειστήκει διαπομπεύσων πρώην ὀπιγελῶν.

consumsit semper mox morituro similis, & , quando intrarem , altum gemens, ex imoque pectore , quasi ex ovo pullus imperfectus , crocitando suspirans. Ego autem , qui non dubitarem, quin jamjam inscensurus esset sandapilam , mittebam multa , ne me superarent æmuli amatores magnitudine munerum ; ac plerumque ex cuoris insomnis jacebam dinumerans singula, disponensque : imo hæc ipsa mihi mortis extitit causa , insomnia inquam , & curæ : hic vero , tanta mihi esca deglutita , adstabat , quum terræ mandarer pridie , multo cum risu.

ΠΛ. Εὖγε, ὦ Θούκριτε, ζώης ὀπομήκιστον, πλουτῶν ἅμα, ἢ τὰ τοιαῦτα καλαγελῶν· μηδὲ πρότερόν γε σὺ ἀποθάνοις, ἢ προπέμψεις πάντας τοὺς κόλακας. ΤΕΡ. τοῦτο μὲν, ὦ Πλοῦτον, ἢ ἐμοὶ ἥδιστον ἤδη, εἰ ἢ Χαριάδης προεθνήξεται Θουκρίτου. ΠΛ. θάρρει, ὦ Τερψίων· ἢ Φείδων γε, ἢ Μέλανθος, ἢ ὅλως ἅπαντες προελεύσονται αὐτοῦ ὑπὸ ταῖς

5. PLUT. Euge , Thucrite , vitam producas quam longissime , divitiis simul abundans , & tales deridens ; neque ante tu quidem moriaris , quam fueris profecutus omnes istos adulatores. TERP. Id quidem , o Pluto , & mihi jam gratissimum erit , si etiam Chariades ante Thucritum sit moriturus. PLUT. Bono sis animo , Terpsion ; etenim & Phidon , & Melantus, & plane cuncti eum prævertent sub iisdem curis

genes in Celsi. IV. p. 187. ἀλλ' οὐκ εὔγνωμον, ἐκεῖνα μὲν μὴ γελᾶν ὡς μῦθον, ἀλλὰ θαυμάζειν ὡς οὐ μύθῳ φιλοσοφούμενα· ταῦτα δὲ μόνῃ τῇ λέξει τὴν διάνοιαν ἐκπαρεισαντα μωχθίζειν· ubi sententiae nexus qualem vim postulet , haudquaquam obscurum est. Verum minime negligendus est impressae maculae similitudine notabilis *Hesychii* locus , Ἐπισμυκτὸν , ἐπιμυκληρισμόν. Quamcumque in partem versaveris ἐπισμυχειν , nunquam inde extundes potestatem τῷ ἐπιμυκληρίζειν· idcirco nihil occurrit expeditius, quam ut vitiato codice deceptus *Hesychius* dederit ἐπισμυκτὸν , quod scribendum fuerat ἐπιμυγμόν· nisi tamen quis , me non invito , propius ad literas corruptae vocis , poëticam formam praeferat ἐπιμυκτὸν , cujusmodi multa praesertim ab Ionibus frequentantur, ἀλητὸς, ἀποδασὺς in *Hesychio*, ἀρμασὺς, ἀσπασὺς, γενετὺς, ἐδητὺς, κλισὺς & λησὺς *Herodoto*, μασὺς, ὀρχησὺς. Nunc si *Scholiasten* secutus probaveris in *Luciano* ἐπιμυγνύντες, sensus oriatur a priore nonnihil diversus : neque enim ad testatorem amplius , a quo fuerint egregie ludificati , sed ad alios istos pertinebit , de quibus modo Noster , τοῖς πολλοῖς ἥδιστον γίνεσθαι , quorum plenis cachinnis pessimi captatores excipiuntur : *Hi vero dentes prae dolore collidunt a cunctis ob destitutam haereditatis per insidias adpetitae spem irrisi ac ludibrio habiti.* Porro , me quidem arbitrum si capias , mutandum erit quoque ὑποπρίουσιν in ἐπιπρίουσι· illud insolens, atque etiam a *Stephano* neglectum praepositionem habet indoli verbi simplicis minus apte respondentem : hoc & usu crebro & ratione nititur. *Hesych.* Ἐπισμᾶν , τοὺς ὀδόντας τρίζων· pari modo *Tymnes* III. Anth. c. V. Ep. 31.— ὀδόντα Ὀξὺν ἐπιθερύχουσα. *T.H.*

85. Ζώης ἐπιμήκιστον] In plurimis hujus formae vel jungendis vel separandis varia librariorum est atque incerta ratio ; neque utrum praeferas quicquam refert. Quod editur in *Thucydid.* I. c. 1. ἐπὶ μακρότατον σκοποῦντι μοι *Dionysius* habet ἐπιμακρότατον de Comp. Verb. p. 42. Hic nihil Edd. mutant ; alibi secus : ut in Macrob. §. 1. ἐπιμήκιστον ὑμᾶς βιῶναι. §. 2. ἐπιμήκιστον δύνασθαι βιῶναι. *Aristaen.* II. Ep. 21. Ἀλλ' ὦ Δελφίδιον, ἐμὸν προκρίτου ἀγαθοῦ, ζώοις ἐπιμήκιστον, εὖ ζώοις. *Philostr.* Her. c. 9. ἢ δικαίους ἐποίει , βιῶναί τε ἐπιμηκέστατον. *Jos. Wassius* Add. praefationi Clariss. *Dukeri* ad *Thucydidem* insertis solutum scribendi morem in similibus probat, quem sane membranae quo vetustiores, eo accuratius observare solent. *T.H.*

87. Ἡ προπέμψεις] Certissimus , ut mihi quidem videtur, est nævus in voce προπέμψεις , pro quo legi posset προπέμψας· at verum *Luciani* arbitror προπέμψῃς. Neque alium , quam hunc , verborum horum sensum intelligo; *Euge , o Thucrite , vivas diutissime , dives simul & tales deridens ; neque certe prius moriare , quam ubi praemiseris omnes adulatores.* *J.F.*

Προπέμψεις,] De hoc & similibus supra affatim dictum puto ad Τιμ. c. 19. Neque est cur scripturam optimam sollicitemus. *M. du S.*

Πρα-

ris huc deducti. TER. Ista laudo: vitam producas quam longissime, Thucrite.

αὐταῖς Φροντίσιν. ΤΕΡ. ἐπαινῶ ταῦτα, ζώης ὁπιμήκιστον, ὦ Θεόκριτε.

VII.

ZENOPHANTÆ ET CALLIDEMIDÆ.

ΖΗΝΟΦΑΝΤΟΥ ΚΑΙ ΚΑΛΛΙΔΗΜΙΔΟΥ.

ZEN.

1. TU autem, o Callidemide, quomodo mortem oppetiisti? me quidem, quum parasitus essem Diniæ, & plus quam satis erat ingurgitassem, fuisse suffocatum nosti: aderas enim mihi morienti. CAL. Aderam, Zenophantes: de me vero, prorsus quiddam præter opinionem evenit. Nec tu credo non nosti Ptœodorum senem. ZEN. Orbum illum, ac divitem, quocum te plerumque noveram una esse. CAL. Illum ipsum semper observabam promittentem, me relicto hære-

ΖΗΝ.

95 ΣΥ δὲ, ὦ Καλλιδημίδη, πῶς ἀπέθανες; ἐγὼ μὲν γὰρ ὅτι ἀπέθνησκον ὧν Δεινίᾳ, πλέον ᾗ ἱκανῶς ἐμφαγὼν, ἀπεπνίγην, οἶδα· παρῆς γὰρ ἀποθνήσκοντί μοι. ΚΑΛ. παρῆν, ὦ Ζηνόφανες. τὸ δ' ἐμὸν ΙΠαράδοξόν τι ἐγένετο· οἶδα γὰρ καὶ σύ που Πτοιόδωρον τὸν γέροντα. ΖΗΝ. [a] τὸν ἄτεκνον, τὸν πλούσιον, ᾧ σε τὰ πολλὰ ἤδειν συνόντα; ΚΑΛ. ἐκεῖνον αὐτὸν ἀεὶ ἐθεράπευον, [b] ὑπιχνούμενον [c] ἐπ' ἐμοὶ τεθνήξεσθαι.

a Τὸν ἄτεκνον, τὸν πλούσιον] Τὸν γέροντα, τὸν α. τὸν πλούσιον. Ζη. ὦ σε &c. P. b Ὑπιχνούμενον] Ὑπιχνούμενον P. c Ἐπ' ἐμοὶ] Ἐπ' ἐμοὶ κληρονόμῳ. *J.*

Προπέμψεις] Eruditiss. *Dukerus* ad *Thucyd.* p. 486. n. 4. prolato hoc loco adjungit: *quod fortassis alii usitatius dicerent* προπέμψῃς· atque id ipsum rescribi voluit *Jensius*. Sed merito lectioni vulgatae suppetias venit politissimus *Wopkenius* Lect. Tull. III. c. 13. *T.H.*

92. Ὑπὸ ταῖς αὐταῖς φροντίσιν] Vereor, ut Interpretes elegantiam praepositionis habuerint perspectam. Capiendum est, quasi dixisset: omnes omnino ante eum huc advenient earumdem curarum auspiciis; iisdem illos curis comitantibus ac deducentibus. Illustrant similes loquendi formulae, ὑπὸ μάρτυσιν, ὑπὸ κήρυκι πιπράσκειν, ὁ ἑωνημένος ὑπὸ κήρυκι, προεῖναι ὑπὸ φωτὶ πολλῷ, ὑπὸ δάϊσι vel λαμπάσιν ἡμμέναις apud *Heliodor.* IV. p. 192. VII. p. 314. X. p. 519. ὑπ' αὐλοῖς ὀρχεῖσθαι, ὑπ' αὐλῷ ἢ τυμπάνοις εὔρυθμα βαίνειν *Lucian.* Δ. Θ. II. χορεύειν ὑπὸ τῷ μέλει τούτῳ σησόμεθα παίδων ἢ παρθένων *Dion Chrys.* p. 407. A. venuste *Nostter* in Tim. p. 160. ἐλεγεῖα ἄσαι ὑπὸ ταύτῃ τῇ διαλλαγῇ· quod aliis ignoratum *Tanaquillo Fabro* non latuit. Sic Latine licet efferre non tantum *ad tibias*, sed & *sub tibiis* Graecorum imitatione: *Auctor Copae: Crispum sub crotalo docta movere latus*: neque aliter *Propert.* II. El. XXXI, 35. *Deficiunt magico torti sub carmine rhombi.* Ex his simul mens patebit *Apollonii Rhodii* III, 3. Μηδείης ὑπ' ἔρωτι, *Medeae amoris auspiciis ac ductu*; & v. 971. ὑπὸ πνοιῇσιν ἔρωτος. Nisi genitivum in hac phrasi saepius adjungerent Graeci, ὑπ' αὐλητῶν, ὑπὸ φορμιγγῶν, mallem fere apud *Dion. Chrys.* p. 286. C. διδύσκεσθαι ὧν ὁ Διόνυσος, ἢ ὑπὸ κεραυνῷ ἢ βροντῇ γενόμενος, pro ὑπὸ κεραυνοῦ ἢ βροντῆς. *T.H.*

97. Δεινίου] Vide de Dinia in Toxaride. *G.C.*

5. Ὑπιχνούμενον ἐπ' ἐμοὶ τεθνηξ.] Videtur verbum excidisse in his, ὑπιχνούμενον ἐπ' ἐμοὶ τεθνήξεσθαι, quae sic transtulerunt, *id mihi fore pollicens*, ut *meo bono quamprimum moreretur*. Sed *Lucianus* reliquerat, puto, ἐπ' ἐμοὶ κληρονόμῳ τεθνήξεσθαι, *me haerede instituto brevi moriturum*. *J.G.G.*

Ἐπ' ἐμοὶ κληρονόμῳ] Acute conjecerat Cl. *Gravius* reponendam hic vocem κληρονόμῳ, quae in vulgatis deest. Reperitur autem in praestantissima Ed. *J.* Librariorum negligentiae imputandum existimo, quod in viri eximii nota, ὑπ' ἐμοὶ pro ἐπ' ἐμοὶ legitur. Nullam etiam video causam cur hac in parte a scriptura recepta, nulla addita ratione, discedere voluerit. Necessario autem leg. ὑπιχνούμενον, uti in P. recte scriptum est. *M. du S.*

Ὑπιχνούμενον ἐπ' ἐμοὶ τεθνήξεσθαι] Quod a *Luciano* relictum putat *Graevius*, totidem literis exhibet Juntina: neque negari potest, probam esse locutionem: *Artemidor.* I. c. 81. τοῦτον ἰδόντες τὸν ὄνειρον οἱ νοσοῦντες ἀπέ-

ξεσθαι. ἐπεὶ δὲ τὸ πρᾶγμα ἐς μήκιστον ἐπεγίνετο, καὶ ὑπὲρ τὸ Τιθωνὸν ὁ γέρων ἔζη, ἁπίτομόν τινα ὁδὸν ἁπὶ τὸ κλῆρον ἐξεῦρον· πριάμενος γὰρ φάρμακον ἀνέπεισα τὸν οἰνοχόον, ἐπειδὰν τάχιστα ὁ Πτοιόδωρος αἰτήσῃ πιεῖν (πίνει δ' ἁπεικῶς) ζωρότερον ἐμβαλόντα ἐς κύλικα, ἕτοιμον ἔχειν αὐτὸ, καὶ ἁποδοῦναι αὐτῷ· εἰ δὲ τοῦτο ποιήσει, ἐλεύθερον ἐπωμοσάμην ἀφήσειν αὐτόν. ΖΗΝ. τί οὖν ἐγένετο; πάνυ γάρ τι προσδοκῶν ἐρεῖν ἔοικας.

de, se moriturum. Quum autem illa res in longissimum protraheretur, Tithonumque senex annis excederet, compendiosam quandam viam ad hæreditatem excogitavi: emto nimirum veneno induxi servum a poculis, simulatque Ptœodorus petiisset bibere (bibit autem copiose) largius infusum in calicem paratum ut illud haberet, porrigeretque ipsi: hoc si fecerit, adjuravi me ipsum manumissurum. ZEN. Quid ergo factum? aliquid enim valde inopinatum narraturus videris.

ΚΑΛ. Ἐπεὶ τοίνυν λαβάμενοι ἤκομεν, δύο ἤδη ὁ μειρακίσκος κύλικας ἑτοίμας ἔχων, τὴν μὲν τῷ Πτοιοδώρῳ, τὴν ἔχουσαν τὸ φάρμακον, τὴν δ' ἑτέραν ἐμοί, σφαλεὶς οὐκ οἶδ'

2. CAL. Postquam ergo loti adsumus, duos jam puer calices in promtu habens, alterum pro Ptœodoro veneno infectum, pro me alterum, errore deceptus nescio quo pacto

11. Ἐπιεικῶς] Πάνυ. G.

ἀπέθανον ἐπὶ κληρονόμοις ταῖς θυγατράσι ita legendum est. V. c. 35. ἀπέθανεν ἡ ἀδελφὴ ἐπὶ κληρονόμῳ τῷ ἰδόντι τὸ ὄνειρον. Fateor, cum in modum si *Lucianus* scripsit, optime constare sententiam, dummodo refingas ὑπιχνούμενον *illum ipsum semper observabam, promittentem se moriturum esse me scripto relictoque haerede:* nam ὑπιχνεῖσθαι pro *sibi polliceri, speque certa rem quandam praecipere* durius videtur, & ab usu Graecorum abhorrens. Verum, quia nulli Codices, quorum nobis est copia, accedunt, verisimile fit, istam laciniam ingenio deberi *Antonii Francini*, qui Juntinae Editionis curator pluribus in locis effecit, ut magis in eo fidem, quam acumen desideremus. *Bergle-rus*, peritus Graecae proprietatis judex, aliter huic difficultati obviam ire instituit: operae pretium erit interpretationem ejus, quam lectione vulgata contentus adrulit, audire. Quum ergo ad *Alciphr.* I. Ep. 3. ubi est, καὶ ταῦτα ἐπὶ παισὶν οὖσι ζῶντες, monuisset in similibus exemplis a se productis ἐπὶ *non facile reddi aequivalente praepositione Latina*, Lucianus, inquit, *in dialogo Zenophantis & Callidemidae, ubi alter istorum qui senis cujusdam haereditatem ambierat, dicit,* ἐκεῖνον αὐτὸν ἀεὶ ἐθεράπευον ὑπιχνούμενον ἐπ' ἐμοὶ τεθνηξεῖν i. e. illum ipsum senem semper colebam, id mihi pollicens fore, ut me vivo moriatur, *sive* superstite me: *non ut interpres* meo bono, *quod Graeca secum non ferunt.* Phrasis est sane valde familiaris non tantum ἀπολειφθῆναι vel ὑπολειφθῆναι ἐπὶ παισὶν, ut *Pausan.* III. p. 259. Πολυξὼ ὑπολειπομένην ἐπὶ ὀρφανῷ παιδί. *Damascius* apud *Suid.* in Αἰδεσία· τὸ Ἑρμείου τελευτήσαντος ἐπὶ παισὶν ὀρφανοῖς ἀπολειφθεῖσα· sed etiam τελευτᾶν ἐπὶ παισὶν, *relictis, superstitibus filiis obire:* Argum. *Demosthenis* orationum, I in Aphob. & pro Phorm. *Lollius* III. Anth. VI. Ep. 46. Ὀρφανικῷ δ' ἐπὶ παιδὶ λιπὼν βίον — Castigavit *Kuhnius* ad *AElian.* V. H. XIII, 24. lapsum in hac vertenda loquendi formula *Junium*; cujus errorem ideo miror, quia bene rem gesserat in *Eunapii* AEdes. p. 70. ἐτελεύτα δὲ ἐπὶ τοῖς τρισὶ παισὶ reddens, *diem obiit ternis relictis liberis. Euripides*, quanquam oratione variata, non dissimili virtute, Διαδέκτορα πλούτου Ὡς ἔρρῃς γ' ἐκ πατέρων Ἑτέροις ἐπὶ τέκνοις Ion. v. 480. Leve vitium *Achilli Tatio* demamus; nam lib. I. p. 13. pro ἔτι πρὸ γάρ μοι τέθνηκεν reponendum est ἐπί. *Plutarch.* in Demetr. p. 889. D. ἐπὶ νηπίῳ μὲν αὐτῷ παιτάκασι τῷ πατρὸς τελευτήσαντος. Jam nihil obstare videtur, quin locutum esse brevius existimemus *Lucianum* ὑπιχνούμενον ἐπ' ἐμοὶ τεθνηξεῖν, pollicentem mihi, ut obsequii cultusque gratiam referret, se, tanquam filio superstite me relicto, atque adeo, quod ipsa res intelligi jubet, scripto haerede decessurum esse: argute autem τεθνηξεῖν, quod & captator sperabat, & ab homine sene non injuria dicitur. Ceterum Vir Ampliss. *C. van Bynkershoek* de Capt. Instit. p. 309. proposuit hoc *exemplum captatae haereditatis, & simul mortis, ut ut ea res captatori infeliciter cesserit.* T.H.

7. Ἐπεγίνετο] Placuit aliquando ἐπετείνετο vel ἐπιτείνετο, sicut in Hermot. εἰς μέσας νύκτας ἐπιταθέντος, ὡς φασι, τοῦ συνουσίας· itaque saepius ἐκτείνειν & προτείνειν de tempore in longum producto usurpantur; quemadmodum *Horatius: Vivet extento Proculeius aevo.* Nunc tamen nihil movere satius puto: *Thucydid.* I. c. 126. Χρόνου δὲ ἐπιγιγνομένου οἱ Ἀθηναῖοι τρυχόμενοι τῇ προσεδρείᾳ ἀπῆλθον οἱ πολλοί. ubi quod ex tribus Codd. adfertur ἐγγινομένου, minime spernendum est, similiter enim *Demosth.* adv. Pantaen. p. 987. C. χρόνων ἐγγεγενημένων, *quum jam multum temporis intercesserit*: & *Diodor. Sic.* V. p. 236. D. χρόνων ἐγγενομένων ἀφ' ἧς τὴν ὁμωνυμίαν δόξαι τοῦ αὐτὸν εἶναι· ipse *Thucydid.* VIII, 9. ἀφ' ἑτοιοῦς ἐγγιγνομένης, ubi vide *Dukerum.*

Long.

pacto mihi venenatam, Ptœodoro veneni puram potionem tradidit. Tum hic quidem hausit; ego e vestigio porrectus jacebam supposititium illius vice cadaver. Quid autem? riden, o Zenophantes? atqui non decebat sodalem virum irridere. ZEN. Quippe festivum hoc, Callidemide, tibi contigit. Senex vero quid ad ista. CAL. Primum quidem nonnihil est conturbatus ad casum repentinum: tum, re, ut puto, cognita, & ipse ridebat ob ea, quæ servus a poculis patrasset. ZEN. Enimvero neque tu ad compendiariam istam debueras te convertere: venisset enim tibi hæreditas via regia tutius, etsi paulo tardius.

ὅπως, ἐμοὶ μὲν τὸ φάρμακον, Πτοιοδώρῳ δὲ τὸ ἀφάρμακτον ἐπέδωκεν· εἶτα ὁ μὲν ἔπινεν, ἐγὼ δὲ αὐτίκα μάλα ἐκτάδην ἐκείμην, ὑποβολιμαῖος ἀντ' ἐκείνου νεκρός· τί τοῦτο; γελᾷς, ὦ Ζηνόφαντες; καὶ μὴν οὐκ ἔδει γε ἑταίρῳ ἀνδρὶ ἐπιγελᾶν. ZHN. ἀτεῖα γὰρ, ὦ Καλλιδημίδη, τὰ πονθᾷς. ὁ γέρων δέ τί πρὸς ταῦτα; ΚΑΛ. πρῶτον μὲν ὑπεταράχθη πρὸς τὸ αἰφνίδιον· εἶτα συνεὶς, οἶμαι, τὸ γεγενημένον, ἐγέλα καὶ αὐτὸς, οἷά γε ὁ οἰνοχόος εἰργασται. ZHN. πλὴν ἀλλ' οὐδέ σὲ τὸ ἐπίτομον ἐχρῆν τραπέσθαι. ἦκε γὰρ ἄν σοι διὰ τῆς λεωφόρου ἀσφαλέστερον, [a] εἰ καὶ ὀλίγῳ βραδύτερον ἦν.

ΚΝΗ-

[a] Εἰ καὶ] καὶ deest in G.

Long. I. p. 15. Χρόνος ὀλίγος διαγιγνεται. Paulo diversum est in Amatorio, quem *Demosthenis* titulus adscribit p. 250. E. ἴσως ἂν ἄκαιρον μῆκος ἡμῖν ἐπιγένοιτο τῷ λόγῳ. *T.H.*

Ibid. Ὑπὲρ τὸ Τίθωνον] *Erasm.* Adag. in *Tithoni senecta*, *Andr. Schott.* ad *Zenob.* C. VI. n. 18. Prov. Vatic. C. III. n. 89. *T.H.*

10. Ἐπειδὴν τάχιστα] Prava distinctio imposuit interpretibus, qui ista verba ἐπειδὴν τάχιστα ὁ Πτοιόδωρος αἰτήσῃ πιεῖν, πίνει δ' ἐπιεικῶς, ζωρότερον ἐμβαλόντα εἰς κύλικα, ἕτοιμον ἔχειν αὐτὸ, verterunt: *ut celerrime simul atque Ptoeodorus potum posceret, (bibit autem abunde) præsentius in calicem injectum in promptu haberet.* Addit *Bourdelotius* ζωρότερον *celerius* hoc loco notare, ut ex *Homero* interpretatur *Plutarchus* Symposiacôn decad. 5. Sed interpungendum est, ἐπειδὴν τάχιστα ὁ Πτοιόδωρος αἰτήσῃ πιεῖν, πίνει δ' ἐπιεικῶς, ζωρότερον, ἐμβαλόντα εἰς κύλικα ἕτοιμον ἔχειν αὐτό. *ut celerrime simul atque Ptoeodorus posceret, bibit enim copiose, meracius, immittere ut possit in calicem, paratum habeat illud*, venenum nimirum: haec jungenda, αἰτήσῃ πιεῖν ζωρότερον, cum merum poscet. *J.G.G.*

11. Ζωρότερον] *Celerius*: sic hoc loco hæc dictio sumenda, ut ex *Homero* Il. 9. interpretatur *Plutarch.* Symposiac. dec. 5. *J.B.*

Ζωρότερον ἐμβαλόντα εἰς κύλικα] Nec cur *Benedicto* placuerit *præsentius*, nec cur *Bourdelotio celerius*, causa patet ulla, quum ex proxima parenthesi palam sit notare vel plenius vel meracius; quorum prius hic commodissimum, ut in magno poculo latere aliquid & alia occurrentis inde mali causa fingi posset, prorsus ut supra in Timone de Thrasycle: ὁ παῖς μεγάλην κύλικα ὀρέξειεν αὐτῷ, τὸ ζωροτέρου δὲ χαίρει μάλιστα. *J.G.*

Ζωρότερον] Consule *Plutarch.* 1204. & *Hom. Schol.* & *Casaub.* ad *Theophr.* Ch. 144. *Aristot. de Poet.* c. 26. *Merum* Nostro haud dubie significat, uti ex Tim. c. 32. etiam patet. *M du S.*

Ζωρότερον ἐμβαλόντα] Non auscultо *Graevio* copulanti αὐτήσῃ πιεῖν ζωρότερον· si jungi voluisset *Lucianus*, non interposuisset, opinor, πίνει δὲ ἐπιεικῶς. Locutionem praeter *Athen.* X. p. 423. & *Casaubonum* illustrat *Brodaeus* ad II. Anth. c. 47. Ep. 10. Recte vero ζωρότερον ἐμβαλεῖν τὸ φάρμακον, *largius infundere venenum*; quod scilicet Callidemidae jam longa spe lassati, & compendium ingratae morae quaerentis aviditati conveniebat, ut tanto citius eo hausto Ptoeodorus interiret: ita cepisse ζωρότερον apud *Homerum* quosdam veterum Criticorum constat. Cogitet aliquis ἕτοιμον ἐγχεῖν αὐτὸ pro ἔχειν· ut Πιεῖν τις ἡμῖν ἐγχεάτω *Philem.* apud *Athen.* p. 663. F. ὁ παῖς ἐγχεάτω μοι τὴν μεγάλην φιάλην *Xenoph.* Symp. p. 512. v. 26. & τούτου τὸ φάρμακον ἐγχέαντος in *Plutarchi* Alex. p. 707. A. sed nihil est necesse; nam & mox, δύο κύλικας ἑτοίμους ἔχων. *T.H.*

20. Σφαλεῖς] Tale σφάλμα apud *Heliodor.* lib. 7. *J.B.*

23. Ἐκτάδην] Sic D. XIV. ἐκτάδην κείμενον. *J.B.*

Ἐκτάδην ἐκείμην] Comparavit *Berglerus* ad *Alciphronis* locum III. Ep. 22. p. 326. Πλαγγὼν δὲ τὸ Μελιταῖον κυνίδιον &c. κεῖται σοι τρίτην ταύτην ἡμέραν ἐκτάδην νεκρόν. Idem usurpat p. 394. & 450. καὶ ὁ μὲ ἐκτάδην κεῖται πρὸς τὴν ἐκφορὰν τῶν οἰκοι ὠδυρομένων. Ἐκτανύναι, *extendere pedes, mori.* *T.H.*

congerere: μεγαλοφρονεῖν, ὑπερηφανεύεσθαι, ἐπαίρεσθαι, σεμνύνεσθαι, θυμοῦσθαι, ὀργίζεσθαι, ἀξιοπιστεύεσθαι, δυχεραίνεσθαι, προσποιεῖσθαι, ἐναβρύνεσθαι, τρυφᾶν, ἀλαζονεύεσθαι, λυπεῖσθαι, διὰ θυμὸν μαιεωρίζεσθαι, μέγα φρονεῖν ἐφ' ἑαυτῷ, θρύπτεσθαι· in quibus citius curam, quam copiam defideres: nullum tamen eſt tot verborum, cujus vis & ratio non facile deducatur ab illa radice, quam propoſui, tumoris & ὄγκου· neque diffiteor, quantumvis ſatis magno diſcrimine diſſidere videantur, eam eſſe τῆ βρενθύεσθαι ſtructurae diverſitatem, ut varios illos poteſtatis leviter inflexae colores pro indole ſententiae non adſpernetur. Non una vice *Ariſtophanes* uſurpat: notiſſimus de Socrate locus in Nub. v. 361. Ὅτι βρενθύει τ' ἐν ταῖσιν ὁδοῖς, καὶ τὸν θέλοντα θεᾶσθαι· *Scholiaſtes* quum ſcribit, ἀπεσεμνύνεις σεαυτὸν ἐν τῷ ἁμαλῇ, καὶ ταυρηδὸν ὁρᾷς, prius ad βρενθύεσθαι, alterum pertinere cenſendum eſt ad θεᾶσθαι τὸν θέλοντα. *Diogen.* L. II, 28. antequam eum ipſum Comici verſum ponat, ita praefatur: τοῦτο δ' αὐτῷ τὸ ὑπεροπτικὸν καὶ μεγαλόφρον ἐμφαίνει καὶ Ἀριστοφάνης λέγων ἤτοι· alludunt itidem *Plato* Conv. p. 1206. quem *Athenaeus* expreſſit V. p. 216. A. & *Antoninus* VII. §. 66. quod ab Elegantiſſ. *Menagio* praetermiſſum *Gatakerus* adnotare non neglexit. Ut autem dubitare nemo poteſt, quin iſthac deſcriptione Socratem irridere voluerit *Ariſtophanes*, ſic ſpeciem hominis expingi arrogantis, & alios contracto ſupercilio deſpicientis res ipſa loquitur. Paulum alter ſcarabaeus in Pac. v. 26. — ὑπὸ φρονήματος βρενθύεταί τε καὶ φαγεῖν οὐκ ἀξιοῖ· μέγα φρονεῖ, inquit *Schol. magnificum ſe facit, multumque ſibi arrogat*: quo pacto *Athen.* XV. p. 669. B. ἵνα μὴ ὁ Οὐλπιανὸς βρενθύηται, ὡς μόνῳ ἀναπάσας τὰ κοττάβια· Lyſiſtr. v. 887. Χ' ἃ δυσκολαίνει πρὸς ἐμὲ καὶ βρενθύεται, de uxore moroſa, quae maritum faſtidio habet, ac ſuperbe tractat. Simili modo *Liban.* Decl. VII. p. 320. B. οἶδα πηλίκα βρενθύεσθαι σωηθὲς αὐτοῖς, *quam ſuperbas iras gerere conſuetum habeant.* Orat. XV. p. 437. C. καὶ οἱ μὲ ἠσέλγαινον, ὀδὲ ἐβρενθύετο. Saepius *iracunde indignari, ipſo vultus & oris habitu indignationem profiteri*: περὶ τοῦ ἐπὶ M. Σ. c. 37. ἅπαντες δ' ἦν ἀπαλλάττοντες, ἔτι καὶ βρενθυόμενοι, ὅτι μὴ πλεῖα ἔδωκας. *Athen.* IX. p. 383. F. μὴ καί τις αὐτῶν (μαγειρῶν) τὰς ὀπ Δυσκόλου Μενανδρίου βρενθυόμενος λαρυγγίσῃ τάδε. *AElian.* de Anim. V, 36. avis aſterias, εἴτις ὄκνον καλέσειεν αὐτὸν, ὅδε βρενθύεται καὶ ἀγανακτεῖ. Singularius formulam loquendi concinnavit Noſter in Tim. c. 54. βρενθυόμενός τι πρὸς αὐτὸν, *vultu compoſito ac ſevero meditabundum incedere*, qui locus eſt ad hunc conferendus. Magis eſt vulgatum, ut ἐπὶ adſciſcat: *Athen.* XIV. p. 625. B. niſi potius ipſius Heraclidae Pontici, hominis eruditiſſimi, ſint verba: οἱ Ἴωνες ἐπὶ ταῖς τῶ σωμάτων εὐεξίαις βρενθυόμενοι, καὶ θυμοῦ πλήρεις. *Themiſt.* Or. XXIII. p. 291. A. ἠκούσατε δὲ αὖ τινος τῶν ἐμῶν ἐπιτηδείων ὑψηλολογουμένου καὶ βρενθυομένου ἐπὶ τοῖς σωωνύμοις &c. Orat. XXIX. p. 346. B. ſi labem exiguam elueris, ſenſus, qui *Petavium* fugit, egregie conſtabit: Ἐπὶ δὲ αὐτοῖς τοῖς ὀλίγοις βρενθύομαι ἴσως καὶ αὐθαδίζομαι· καὶ ἐπεσόμισεν ἂν με Σωκράτης, ὡς ἀλάζονα ὄντα· *at ego me forte ob iſta pauca ſuperbus effero, mihique multum tribuo: imo tum Socrates minè, tanquam jactatori importuno, os obturaret.* Rarioris uſus eſt illud *Plutarchi* pro Nobil. §. 8. ἐξετάζωμεν, πότερον ἐκεῖνος (Ἀριστοτέλης) τοσοῦτον προυπηλάκισε τὴν εὐγένειαν, ὅσον οὗ βρενθύει· & *Zachariae Schol.* initio Dial. de Opif. Mund. Καὶ νὴ βρενθυόμενος εἶναι σοφός &c. Haec argumento ſunt, quod parce priſci ſcriptores, βρενθύεσθαι a recentioribus uſu creberrimo fuiſſe tritum. Cui placuerit in primis, *Theodoretum* reperio: vide, ne dubites, nam nihil eſt cauſae, cur plura deſcribam, Prol. Ἐκ. θεραπ. p. 463. D. Serm. V. p. 557. D. VI. p. 571. B. X. p. 628. D. I. Αἱρέσεων κακομ. c. 2. ut alia praeteream. Apud *Agathiam*, ſcriptorem pro ea aetate nitidum ac purum, multo ſaepius occurrit, quam notatum eſt a *Suida*, qui, quod exemplum primo loco poſuit, *Theophylacto* debet Hiſt. I. c. 3. Ὁ δὲ σοβαρυνόμενος πολλῷ μᾶλλον καλεσθρενθύετο, οἷα προπηλακιζόμενος τῷ ἀναξίῳ τῶ δυρήματος. Idem Ep. 69. βρενθύεται τῷ κάλλει. Finem obſervationi noſtrae *Heſychius* emendatus faciat: Βρεναιάται, δυχεραίνει, προσποιεῖται· expeditum eſt Βρενθύεται· niſi quis religioſius ordini literarum adhaerens praeferat, Βρινδᾶται, vel Βρινδᾶται· nam infra ſane legitur, Βρινδεῖν, θυμοῦσθαι, ἐρεθίζειν. In eodem malim, Βρενθύεσθαι, ἀξιοπιστεῖ, ἐπαίρεται, σεμνύνεται, quam ἀξιοπαθεῖ, βαρεῖται· quanquam de poſteriore non contendero. *T. H.*

16. Ἀλαζονείαν] W. r. In aliis ἀλαζονίαν. *M. du S.*

19. Ἐνοίας πολυπλόκους] Hinc Philoſophorum πλοκαί, quas πλεκτάνας vocavit Vit. Auct. c. 22. & alibi. *J. B.*

20. Καὶ λῆρον οὐκ ὀλίγον καὶ ὕθλους καὶ μικρολογίαν νὴ Δία, καὶ χρυσ.] Verterat *Mart. Bolerus* & *curioſitatem.* Id mutaturus *Benedictus* reddidit & *rerum minimarum diſquiſitionem.* At ſane jam ſatis expreſſit

ἀναισχυντίαν, καὶ ὀργὴν, καὶ τρυφὴν, καὶ μαλακίαν· ἢ [a] λέληθε γάρ με, εἰ καὶ μάλα σεσκρύπτεις αὐτά. καὶ τὸ ψεῦδος δὲ ἀπόθου, καὶ τὸ τύφον, καὶ τὸ οἴεσθαι ἀμείνω εἶναι τῶν ἄλλων. ὡς εἴγε πάντα ταῦτα ἔχων [b] ἐμβαίνοις, ποία πεντηκόντορος δέξαιτο ἄν σε; ΦΙΛ. Ἀποτίθεμαι τοίνυν αὐτὰ, ἐπείπερ οὕτω κελεύεις.

ter vivendi voluptatem, impudentiam, iram, luxum & mollitiem; neque enim me fallunt, quantumcumque ſtudioſe prætegas ea. Tum porro mendacium depone, atque inflatam arrogantiam, eamque de te opinionem quaſi melior ſis aliis: etenim ſi cum iſtis omnibus conſcendas, quæ te quinquaginta remorum navis accipiat? PHIL. Depono igitur iſta, quandoquidem ita jubes.

9. MEN.

a Λέληθε] Λέληθας. O. quod minime rejiciendum. b Ἐμβαίνοις] Ἐμβαίης O. idque verum puto. Propeaccedit F. ἐμβαίνῃς, cujus vice reliquae omnes ἐμβαίνοις.

28. Πεντηκόντορος] Ναῦς ὑπὸ πεντήκοντα ἀνδρῶν κωπηλατουμένη. V.

hoc philoſophi vitium per tria proxime antecedentia, quæ non ſunt ab hoc poſtremo diverſa. Itaque non miror patrem notaſſe videri nunc intelligere *avaritiam*, ut ſic potius diſtinguatur ἢ ὕθλους· ἢ μικρολογίαν νὴ Δία, ἢ χρυσίον, & non modo tacite aurum hinc inde ab diſcipulis corraſerit, ſed etiam oſtentet animo inſitam inſignem avaritiam & cupiditatem colligendi amplius, quam apud vivos celatam nuditas mortis nunc aperit. Mox ubi ſequitur ποία πεντηκόντορος abſurde vertunt *quæ quinqueremis*, quaſi bellicum quid apud inferos, quum ipſe Charon in Contemplantibus teſtetur ſe ſolum δικωπίαν ἔλκειν. *J.G.*

33. Μναῖ] Coll. P. & L. In Impreſſis μνᾶν. *M. du S.*

36. Πέλεκιν τῶν ναυπηγικῶν] Pro πέλεκιν ναυπηγικὴν eſt illa loquendi forma propria fere Atticorum: *Xenoph.* Symp. p. 521. v. 10. εἰσφέρεσθαι τῇ ὀρχηστρίδι τροχὸς τῶν κεραμεικῶν. *Theophr.* Char. Eth. c. V. Θουριακὰς τῶν ἐρογγύλων ληκύθους, ἢ βακτηρίας τῶν σκολιῶν ὦν Λακεδαίμονι. *Epicharmus* in Scirone: πηλίνων λεκίς. *Ariſtoph.* in Γήρᾳ· κοπὶς τῶν μαγειρικῶν· *Alexis*: —Ἀριστογείτονα Τὸν ῥήτορ' εἶδον λάρνακ' ἡμφιεσμένον Τῶν ἀνθρακηρῶν— Poſteriora ſubminiſtrat *Pollux* X, 87. 104. 111. *T.H.*

37. Ἐπικόπῳ] Sic vocat truncum, ſuper quo aliquid diſſecatur: vox in uſu rariſſimo. *J.B.*

Ἐπικόπῳ τῇ ἀναβάθρᾳ χρησάμενον] Valde obſcure vertitur ſic, ut verba longe recedant a Graecis: *Menippus iſte ſumta ſecuri qua naves fabricant, eam reſecabit ſcanſorio navis tabulato ſuppoſitam.* Pro ἐπικόπῳ in Mſſ. eſt ἐπικόπτῳ· ſed aut legendum eſt ἐπικοπάνῳ, aut ἐπίκοπον pro ἐπικόπανον uſus eſt *Lucianus*, ſicut illo *Menander* in Meſſania, ut auctor eſt *Pollux* Onomaſt. X, 24. Sic autem vocabatur τράπεζα μαγειρικὴ, in qua ſecabant in fruſtra carnes aſſandas, vel coquendas: pro ἐπικόπανον veteres addit dixiſſe ἐλεὸν, ξάνιον, ἐπίξηνον· dictam eſſe iſtam menſam coquorum ἐλεὸν, quia ex oleis conficiebatur, auctor eſt *Heſych.* quamvis alios ἐλεὸν ſcribere doceat, & aliunde petere hujus vocis originem: vide in ἐλεοῦσι. Apud *Pollucem* ſtultiſſime vertitur ἐλεὸν *olearia cella*: vide & lib. VI. cap. 13. ubi eadem repetit *Pollux*. Ceterum in prius laudato capite pro ἐπικόπανον Mſ. ut hic *Lucianus*, prae ſe fert ἐπ.κοπον, ſed non in verbis *Menandri*, quæ ſtatim ex ejus Meſſania affert; nec in lib. VI. c. 13. Utrumque veteres videntur uſurpaſſe ἐπ.κοπον, & ἐπικόπανον, ſed tamen non vetuſtiſſimi; recentiora enim ſunt vocabula. Sane non niſi apud novae Comoediae ſcriptores ἐπικόπανον reperiri, & quidem *Menandrum*, *Pollux* tradit locis in laudatis. Sed ἐπ.κοπον veteres quoque uſos diſcimus ex *Euſtathio* ad Odyſſ. B. v. 237. ubi ἐπίξηνον exponit ἐπ.κοπον. Τὸ δὲ παρθένιοι κεφαλὰς ἀντὶ τοῦ προτεινάντες. ἢ ὡς ἐν ἐπιξήνῳ ἤτουν ἐπικόπῳ ἤτοι ἐπικορμίῳ θέντες ὥστε κοπῆναι· qui locus admodum facit ad hujus noſtri *Luciani* explicationem. Vide quoque antiqua Scholia ad hunc locum *Homeri*, in quibus male legitur προτεινάντες ὡς ἐπιξείνῳ, ἤγουν ἐπικόπῳ, ὥστε κοπῆναι, pro ἐπιξήνῳ. Sic & male legitur apud *Heſych.* ἐπίξυλον pro ἐπίξηνον, τὸ παρ' ἐνίοις ἐπίκοπον. Ἀναβάθρα eſt ſive *ſcala*, qua in navem altiorem, aut *tabula*, qua in lintrem aut ſcapham pervenire commode poſſumus. Utitur hoc vocabulo alibi quoque *Lucianus*. Verte Luciani locum: *Menippus iſte capta ſecuri, qua naupegae utuntur, eam reſecabit, utens pro menſa, ſeu trunco, quo ſecanda imponuntur, tabula, qua ſcapha conſcenditur.* *J.G.G.*

Ἐπικόπῳ] Hujus & loci & vocabuli meminit *H. Stephan.* Theſ. T. II. p. 354. Ἐπίκοπον, inquit, *ſubſtantive, Lignum quod ſupponitur quum quid ſecuri ſecatur, ut* Budaeus *interpretatur apud* Lucian. *in Dial. Char. & Merc.* λαῶν πέλεκιν &c. *loquitur autem ibi de barba. Poteſt tamen & pro menſa accipi, ſupra quam lanii & coqui carnes concidunt, ut* ἐπικόπανον. *Antiquam autem eam vocem eſſe* Euſtathius *tradit, eique ſynonymum* ἐπίξηνον, *at* ἰδιωτικῶς *vocari* ἐπικόρμιον.

Arī-

9. MEN. At barbam iſtam quoque deponat, Mercuri, gravem ſane & hirtam, ut vides: quinque minas pili minimum pendunt. MERC. Recte mones; & iſtam remove. PHIL. Quis autem erit, qui detondeat? MERC. Menippus ille, capta ſecuri nautica, præcidet eam pro codice uſus ſcala navali. MEN. Minime, Mercuri:

MEN. Ἀλλὰ χ' ἡ πώγωνα τοῦτον ἀποθέωμαι, ὦ Ἑρμῆ, βαρύν τε ὄντα, καὶ λάσιον, ὡς ὁρᾷς· πέντε [c] μνῶν τρίχες εἰσὶ τὰλάχιστον. EP. εὖ λέγεις· ἀπόθου καὶ τοῦτον. ΦΙΛ. καὶ τίς ὁ ἀποκείρων ἔσται; EP. Μένιππος οὑτοσί, λαβὼν πέλεκυν τῶν ναυπηγικῶν, [d] ἀποκόψει αὐτόν, [e] ἐπικόπῳ τῇ ἀναβάθρᾳ χρησάμενος. MEN. Οὐκ, ὦ Ἑρμῆ, ἀλλὰ

[c] Μνῶν τρίχες εἰσὶ] Μναῖ εἰσι τρίχες. C. P. L. μνῶν τριχῶν εἰσι. O. F. Forte fuerit a *Luciano*, πέντε μναῖ εἰσι τριχῶν· etſi nec repudiandum ſit τρίχες. [d] Ἀποκόψει] Ἐπικόψει. L. [e] Ἐπικόπῳ] Ἐπικόπτῳ G. P. *A1W.* ubi praeterea notatum: Ἐπικώπῳ *forſan legendum.*

Ariſtophanis *autem* Scholiaſtes ἐπίξηνον *eſſe dicit* (ad Acharn. v. 317.) μαγειρικὸν κορμὸν, ἐφ' ὃ τὰ κρέα συγκόπτουσι. Euſtathius *exponens Homericum illud* Od. B, 237. παρθέμβοι κεφαλὰς, *ſubjungit*, προτείναντες, ἢ ὡς ἂν ἐπιξήνῳ, ἤτουν ἐπικόπῳ, ἤτοι ἐπικορμίῳ θέντες, ὥστε κοπῆναι, *in trunco in quo carnes concidi ſolent. Sed fortaſſe non minus* ἐπίκοπον *ſubſtantive dicitur, quam* ἐπίκοπος *quemadmodum apud* Poll. ἐπίξηνον, *& apud* Scholiaſtem Ariſtophanis ἐπίξηνος. *Praeterea in altero ſubintelligi poſſe videtur* κορμὸς, *aut* τράπεζα, *aut tale quid, in altero* ξύλον, *aut aliquid aliud. Sicut vero tam* ἐπίξηνος *dicitur, quam* ἐπίξηνον, *ita tam* ἑλεὸς, *quam* ἑλεὸν, *ut* Euſtathius *annotat.* Poſtea de ἐπικοπάνῳ profert, quae *Pollux* ſcripſit V, 90. X, 101. Fundum fere vides eorum, quae a *Graevio* ſunt explicata: paucis quid hoc de vocabulo ſit tenendum declarabo. Ἑλεὸν apud Homerum, vel ἑλεὸς, hoc enim numero ſolum occurrit Il. I, 215. Od. Ξ, 432. τράπεζαν eſſe μαγειρικὴν ſive *menſam coquinarem* veteres conſentiunt: eorundem auctoritate maſculinum genus accipimus; quamvis alioquin pro neutro faciat τέλεον *Ariſtophanis* in Equ. v. 152. 169. & ab utrovis aeque repeti poſſit *Poëtae* ἑλεοῦς· non aliter *Pollux*; nam & IV, 123. ubi rariorem vocis uſum exponit, Ἑλεὸς δ', ἣν τράπεζα ἀρχαϊκά, ἐφ' ἣν πρὸ Θέσπιδος εἴς τις ἀναβὰς τοῖς χορδωταῖς ἀπεκρίνατο, membranis ſi obtemperemus, Ἑλεὸν erit revocandum. *Philopono* tamen vel *Cyrillo* ὁ Ελεὸς, τὸ ἑλεοῦ, *Eleus fluvius, menſa.* Hinc ἑλεοδύται Delii δι' τὸ τοῖς ἑλεοῖς ὑποδύεσθαι ἀμικονοῦντας ἐν ταῖς θοίναις teſte Athen. IV. p. 173. A. quem deſcripſit *Euſtath.* ad Il. I. p. 773. v. 43. Dubitat *Harpocration*, an Ἑλεοκόποι *Lyſiae*, quos alii τοὺς τὰ ἕλη κόπτοντας, τὸ ε παρεμβεβλημένου, interpretabantur, indidem ſint derivandi: μήποτε δὲ ἀπὸ τοῦ ἑλεὸν, ὅπερ ἐστὶν ἐκτὸς ξυλινὸν, γέγενηται τὸ ὄνομα· ubi quid ſibi velit ἐκτὸς prorſus omiſſum a *Suida*, minime perſpicio; niſi quis reponi probet ὕρκος, vel, quod verius exiſtimo, ὅπερ ἐστὶ κορμὸς ξύλινος. De ἑλεοῖς plura *Jungermann.* ad *Poll.* X, 101. n. 44. Idem cenſetur ἐπίξηνον ſaepius in *Ariſtophanis* Acharn. v. 317. 354. 364. 365. uſurpatum: neque repugno, modo paulum accuratius, illam eſſe *culinariam*, hanc, ut *Suetonius* ait in Claud. c. 15. *menſam lanioniam* ſtatuas: *AEſchyl.* Agam. v. 1286. Βωμοῦ πατρῴου μ' ἀντ' ἐπίξηνον μένει Θερμῇ κοπείσης φοινίῳ προσφάγμασι· quorum mihi *Stanlei* verſio multo magis, quam infelix emendandi conatus placet. Ξάνιον adjungit *Pollux* origine par, ſed multo minus obvium, & Comoediae novae vocem ἐπικόπανον *Menandri* verba vel integra poſſunt ſervari, ut initium jambi faciant, vel, quod fere malim, ita legi, — ἡγεῖται μ' ὅλως Ἐπικόπανόν τι — *Codicem me plane lanionium putat, prout creberrimis me contundit plagis:* nam nihil eſt futilius ea explicatione, qua ſibi blanditur ad *Menandri* Reliquias *Philargyrius* ille *Cantabrigienſis.* Ἐπικόπανον autem an ἐπίκοπον dicas, nullum intereſt diſcrimen: plus una vice meminit *Euſtath.* ad illud Od. Γ, 443. — βοῦν ἐπικόψων, ἀντὶ τοῦ ἐπάνω τοῦ τραχήλου πλήξων· ὅθεν καὶ ἐπίκοπον ᾠδή τοῖς παλαιοῖς τὸ ἐπίξηνον, ὅπερ ἰδιωτικῶς ἐπικόρμιον λέγεται· & ad Od. Λ. p. 1692. ἐπάνω ἐμοῦ, ὡς οἷα ἐπί τινος ἐπιξήνου, ὅ ἐστιν ἐπικόρμου· cujus vocabuli infima Graecorum aetate vulgati rationem pandit Ariſtophanis Scholiaſtae κόρμος μαγειρικὸς, quos *lanionum codices* ex ulmis maxime confectos appellat *Juvenalis* antiquus Commentator ad XI, 141. *Etymol.* Ἐπίξηνον, ξύλον ἐφ' ὃ κρέα κόπτουσι, τὸ νῦν ἐπίκοπον· ᾠδὴ Ἀριστοφάνει καὶ Δημοσθένει· de *Ariſtophane* liquet; *Demoſthenis* locum hactenus quaero. Hinc in *Heſychio* reficiendum arbitror, Ἐπίξηνον, ξύλον ἐφ' ὃ τὰ κρέα τιθέντες ἔκοπλον, ὃ νῦν τὸ κρεωκόπον, vel ἐπίκοπον ξύλον· nihil enim obſtat, quo minus hunc in modum ſuppleatur, ut recte monuit *H. Stephanus*: ſic ἐπίκοπον σανίδιον, *tabella, ſuper quam aliquid inciditur: Paulus AEgin.* VI. c. 67. Leonides, ut ὀχέου ῥακώσει mederetur, ὕπτιον ἀνακλίνας τὸν ἄνθρωπον σμιλῇ κατ' ἐπικόπου σανιδίου τινὸς ἢ σκληροῦ δέρματος τὸ ῥῆγμα τὸν ἔξωθεν ἐξέτεμνε. Porro, quod *Heſychius* habet, Ἐπίζυλον, τὸ ἐπὶ ᾠδῆς προφιδὲς τοῦ ὑφαινομένου ἱματίου, καὶ τὸ παρ' ἐνίοις ἐπίκοπον, *Graevio* mutanti nondum adſentior. Idem: Κρήϊον, ἐπίκοπον, κρεοδόχον λέβητα· veterum expoſitionem tradit Homericae vocis κρεῖον ſive κρήϊον duplicem; hi *codicem coqui lanionisve* accipiebant, alii *lebetem, in quo*

λὰ πρίονά μοι ἀνάδος· γελοιότερον γὰρ τοῦτο. EP. ὁ πέλεκυς ἱκανός. MEN. εὖγε. ἀνθρωπινώτερον γοῦν νῦν ἀναπέφηνας, ἀποθέμενος αὐτοῦ τὴν κινάβραν. [a] βέλει μικρὸν ἀφέλωμαι καὶ τῶν ὀφρύων; EP. μάλιστα· ὑπὲρ τὸ μέτωπον γὰρ καὶ ταύτας [b] ἐπῆρκεν, οὐκ οἶδ' ἐφ' ὅτῳ [c] ἀνατείνων ἑαυτόν. τί τοῦτο; καὶ δακρύεις, ὦ κάθαρμα, καὶ πρὸς θάνατον ἀποδειλιᾷς; ἔμβηθι δ' ἤδη. MEN. ἓν ἔτι τὸ βαρύτατον ὑπὸ μάλης ἔχει. EP. τί, ὦ Μέ-

verum ferram mihi porrige; nam hoc quidem magis ridiculum. MERC. Securis est satis idonea. Euge; homini nunc quidem similior evasisti, dejectis ibi sordibus hircinis. MEN. Vinne paulum etiam demam de superciliis? MERC. Omnino: super ipsam enim frontem ea sustulit, nescio cujus rei gratia sese tam superbe erigens. Quid hoc? etiam lacrimaris, scelerate, & ad mortem expavescis? quin ocyus inscende. MEN. Unum adhuc gravissimum sub ala tenet. MERC. Quid-

a Βέλει] Ms. βούλει. P. b Ἐπῆρκειν] Ὑπῆρκειν O. c Ἀνατείνων] Ἀνατείνειν O. prave.

42. Τὴν κινάβραν] Κινάβρα, ἡ τῶν τράγων δυσωδία· λέγει δυσωδίαν * τῷ πάντας σιαίνειν· ἴσως δὲ ἡ κινάβραν λίγει τὴν πήραν. V.

* Πάντας μιαίνειν] Τὸ πάντας σιαίνειν Exc. G. τῷ πάντας σιαίνειν V. De voce σιαίνειν vide *Schol.* ad Tim. p. 113. *M. dn S.*

Haec vel Scholiorum descriptor vel Clericus ita concinnaverat, ut aliquem habere sensum viderentur: neque tamen eo magis, quid huc faciant, intelligas. Persuadeo mihi σιαίνειν verbum recentioris esse Graecitatis, quod corruptum ex σικχαίνειν significet *fastidium creare*, quale solet odor ingratus ac teter; at *fastidire, aversari* σιαίνεσθαι· *Cyrilli* Gl. Σιαίνομαι, *tedo (Taedeo)* Σιαντία, *fastidia.* Σιαντὸς, *teter.* Iisdem fere vocibus utitur ad σικχαίνεσθαι eiusque derivata explicanda. Fallitur *Cangius* Gl. M. & I. Gr. in Σιάνειν· nam *Nicephori* & *Joannis Moschi* σιανθεὶς non aliunde debet, quam ab hoc ipso σιαίνεσθαι repeti: utrique loco potestas adsignata plane convenit: aliena est, quam ille dedit, interpretatio, *captata animi aequalitate.* Videndum ergo, an in Schol. nostro ad Tim. p. 113. restitui commode possit, ἀπὸ τοῦ Δία σιαίνειν, propter illam συγνότητα nimirum vultusque tristitiam, qua festum illud Διάσια celebratur. Hic autem voluitne dicere? κινάβρα *proprie hircorum fœtor: praeterea notat quemvis tetrum odorem, ea quod omnibus fastidium excitet,* sive malis, *omnes fastidiant:* an potius parva mutatione legi praestat? λέγει δυσωδίᾳ αὐτὸν πάντας σιαίνειν, *ait* Lucianus *gravi fœtore philosophum cum omnibus esse fastidio.* Qui porro venit in mentem huic homini, ut κινάβραν forte vocari *peram* suspicaretur? quid dici poterat absurdius? haec tamen Etymologi verba non multum discrepantia recognosce: Κινάβρα, ἴσως κυρίως ἡ τῶν τράγων δυσωδία· λέγεται καὶ ἁπλῶς ἡ δυσωδία· ἢ καὶ ἡ πήρα· quibus, aliisque pluribus, inducor fere, ut credam non Etymologum a Scholiasta, sed ab Etymologo nostrum Scholiasten saepe describi: de pera certe vix quisquam, quid sit κινάβρα declarans, cogitare posset, nisi ad hunc locum commentaretur. *T. H.*

carnes coquantur. Tum etiam, si lectioni receptae tuto fidimus, *μάλκιον* a Pariis τὸ ἐπικόπανον vocari *Hesychius* ostendit: illi autem conjecturae, qua suspicatus fui in eodem restitui posse Ἐπίκοπον, ἐπικόρμιον, Πάφιοι aut Πάριοι, pro Ἐπίκορον, ἐπίκωπον, parum tribuo, quia forte probabilius emendes, Ἐπίκορον, ἀπίκαρτον. *Scaligero* subscribo Glossas corrigenti, *Cala*, ἐπικοπὶς, ἐπιγλυφίς. Ergo Lucianus ad praecidendam tam grandem philosophi barbam scala navali Menippum uti voluit vice codicis aut trunci lanionii, eoque magis, quod securis robustum aliquod lignum, non levem tabulam postularet. *T. H.*

40. MEN. Εὖγε. ἀνθρωπινώτερον γοῦν νῦν ἀναπέφηνας] Locus & vitio laborat, & prava distinctione; quam ob rem ignoscendum est eruditis hominibus, qui nihil hic viderunt. Primum lege ἀνθρωπινότερος, itaque verte, *Euge vero; nunc homini similior evasisti, foetidis sordibus ibi depositis.* Ἀναπέφηνας intellexerunt, quasi actionem contineret; perverse: aliud norma Graecae linguae, atque ipse *Lucianus* suadent. Θ. Δ. IV. §. 1. σὺ δ' ἄλλος ἤδη ἀναπέφηνας· Κατάπλ. c. 24. πῶς καθαρὸς ἐξ ὑπαρχῆς ἀναπέφηνας; *Xenoph.* Socr. Apol. p. 411. v. 9. ἅτε δύων τισὶ καινοῖς δαιμονίοις, οὔτε ὁμοίους, οὔτε ὁμολογῶν ἄλλους θεοὺς ἀναπέφηνε. *Suidas:* Ἀναπέφηνα, ἀπεδεχθην, καὶ ἐκ τοῦ ἀναπέφηνα. Nihil moror Philopatridis consarcinatorem. §. 3. ipse rectius §. 18. Praeterea ἀποθέσθαι in hoc dialogo nunquam dicitur, ut virtus verbi medii postulat, nisi is, qui, quae habet ipse, deponit atque a se projicit: modo, τὸ πώγωνα τοῦτον ἀποθέσθαι, &, ἀπόθου δὲ τοῦτον. Ἕρμ. c. 5. πᾶσαν ἐν ὑποτιμήσει ἀφορμὴν οὐκ ἀποδῶν ἀποθέμενος. Sic πᾶσαν ἀποθέμενον μανίαν τιμῆσαι μὲ τοὺς αὐτοκράτορας in Pass. Tarach. Prob. & Andron. p. 248. Hinc sponte sequitur, quomodo sit capiendum αὐτοῦ, tanquam si locum, ubi sordes excussae jacebant, digito monstraret. Deinde Menippo male tribui, quae Mercurii personae conveniant, manifesto, dummodo sententiam consideratius perpendas, patebit. Securis loco ferram Menippus ad deradendam philosophi barbam risus causa poscit: verum, inquit Mercurius, Menip-

pi

Quidnam, Menippe? MEN. Adulationem, Mercuri, quæ multum in vita utilitatis ipsi adtulit. PHIL. Quin tu igitur, Menippe, depone mentis & linguæ libertatem, illudque doloris expers & generosum, ac risum: tu nimirum solus reliquorum rides. MERC. Neutiquam: quin potius ista retine, quippe levia, portatuque facilia, & ad hancce navigationem percommoda.

10. Tu vero, Rhetor, pone verborum futilem illam & infinitam adfluentiam, oppi libidinem jocandi petulantem aliquantulum reprimens, securis satis est idonea: tum Menippus dicto audiens utitur securi. Hoc peracto ministerio sermonem continuat Mercurius: *optime sane; nunc tu, philosophe, multo humanior appares, postquam teterrimam illam spurcitiem deposuisti.* Exinde Menippus iterum: *Vin tu, Mercuri, ut paullulum etiam de superciliis demam?* quae sane leporis Comici sunt plenissima. Sic igitur personas digere: Ep. Ὁ πίλικος ἱκανός· Εὖγε· ἀνθρωπινώτερος γὰρ τὸν ἀναπέφρας ἀποθέμενος αὐτῷ τὴν κινάβραν. Men. Βούλει μικρόν &c. Egregio sane donatum tonsore philosophum! Similiter p. 225. v. 15. τι τοῦτο; sermo intermissus a Vulcano, postquam caput Jovis securi diviserat, repetitur. *T. H.*

41. Ἀνθρωπινώτερον ἀναπ.] Sic apud *Athen.* ἀνθρωπικῶς λαλεῖν p. 383. B. *M. du S.*

42. Αὐτῷ] Id est, αὐτόθι, ἰσθύς. *F. G.*

Ibid. Τὴν κινάβραν] Alarum aut reliquarum partium excitatur odor ad libidinem incensis. Hinc *Horatius* anum hujusmodi dicit *hircum in alis habere.* Lysimachus apud *Plautum* in Mercat. Jam plenus aetatis, animaque fœtida Senex hircosus—. *G. C.*

43. Ὑπὲρ τὸ μίσπιον ἐπῆρκεν] Inanem fastum philosophorum, qui quidem sapientiam solo vultu simulant, quando veteres irrident, id quod fieri solet saepissime, supercilia potissimum vellicant; usque eo, ut notam illorum ac designationem complectantur istae loquendi formulae οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες, *Menander* apud *Donat.* ad *Terent.* Andr. A. II. Sc. 5. οἱ τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακότες *Euseb.* D. E. p. 106. C. οἱ σεμνοπροσωποῦντες ἢ τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακότες. *Artemidor.* Proœm. lib. I. p. 3. De ipso Platone *Amphis* apud *Diogen. L.* III, 28. Ὥσπερ κοχλίας σεμνῶς ἐπηρκὼς τὰς ὀφρῦς. *Alciphr.* I. Ep. 34. Ἐξ ἧς φιλοσοφεῖν ἐπενόησας σεμνός τις ἀγένειος, καὶ τὰς ὀφρῦς ὑπὲρ τοὺς κροτάφους ἐπῆρας· ubi praeter hunc *Luciani* locum commoda notavit *Bergler.* *Martial.* I. Ep. 25. Quod autem in Ox. libro legitur ὑπῆρκεν, probari nequit, nisi duabus literis interjectis expolias, ὑπερῆρκεν· verum nihil est causae, cur obvium illud ἐπῆρκεν, & Nostro familiare sollicitetur. Si quid mutandum foret, exigi mallem ἑαυτὸν, quamvis enim haud negem recte dici ἀνατείνειν ἑαυτὸν, oratio tamen exit rotundior, si ἀνατείνων referatur ad ταύτας τὰς ὀφρῦς. Ita *Lucian.* in Tim. c. 54. ἐπιστάσας γοῦν τῷ ὠὠγματα, καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνατείνας· & *Etymologus* esse contraria monet ὑποκαθεῖναι & ἀνατείνειν τὰς ὀφρῦς. Hoc est illud *Ammiani* de rege Chnodomario XVI. c. 12. *ardua subrigens supercilia*; & p. 143. *elatus in arduum supercilium.* *T. H.*

44. Ἐπῆρκεν] Vide B. πρ. c. 7. ὡς διῆρκε τὸ ξύλον. *M. du S.*

48. Ὑπὸ μάλης] Quicquid clam & occulte, non propatulo, vel fit, vel gestatur, sub ala proverbio etiam fieri dicitur: quo usus est *Demosth.* contra Aphob. Ψευδομαρ. Οὐχ εἷς, οὐδὲ δύο ταῦτ' ἴσασιν, οὐδ' ὑπὸ μάλης ἡ πρόκλησις γέγονεν, ἀλλ' ἐν τῇ ἀγορᾷ μέσῃ πολλῶν παρόντων· *non unus, neque duo ista norunt, neque sub ala, ut aiunt, provocatio facta est; sed in medio foro, multis praesentibus.* Ita dicitur alibi ab eodem *Luciano* ὑπὸ κόλπου, *sub sinu.* *G. C.*

Ὑπὸ μάλης ἔχει] *Erasmus* in Adagio, *Quae sub alis fiunt*, incredibilem hujus phraseos explicationem tantoque viro indignam attulit, jure merito propterea castigatus ab *H. Stephano* in Anim. cujus operae praeclarae non meminerat *H. Valesius*, quum ad *Amm. Marcellin.* XXVI. p. 512. iisdem, quibus *Stephanus*, exemplis usus *Graecos* ὑπὸ μάλης *de re furtiva & occulta solere dicere* observat. Nos alias ad *Thomam Magistrum* plura. *T. H.*

49. Κολακείαν] Ita Ox. Reliqui κολακίαν. *M. du S.*

55. Γε] Hoc pro vulgato γὰρ ex MS. Ox. reposuimus. *M. du S.*

d Κολακείαν] Ex O. Edd. omnes κολακίαν. e Γε] Sic O. Cunctae Edd. γὰρ quod si retineretur delere omnino debebat ὄντα.

παρισώσεις, καὶ πρεσβύτας, καὶ βαρβαρισμούς, καὶ τἄλλα βάρη τῶν λόγων. PH. [a] ἦν ἰδού, ἐποτίθεμαι. EP. εὖ ἔχει. ὥστε λύε τὰ σπόγγια, τὴν ἀποβάθραν [b] ἀνελώμεθα, τὸ ἀγκύριον ἀνεσπάσθω· πέτασον τὸ ἱστίον, εὔθυνε, ὦ πορθμεῦ, τὸ πηδάλιον· εὖ πάθωμεν.

Τί οἰμώζετε, ὦ μάταιοι, καὶ μάλιστα ὁ φιλόσοφος σύ, ὁ ἀρτίως τὸν πώγωνα δεδημένος; ΦΙΛ. ὅτι, ὦ Ἑρμῆ, ἀθάνατον ὠόμην τὴν ψυχὴν ὑπάρχειν. MEN. ψεύδεται· ἄλλα γὰρ ἔοικε λυπεῖν αὐτόν. EP. τὰ ποῖα; MEN. ὅτι μηκέτι δειπνήσει πολυτελῆ δεῖπνα, μηδὲ νύκτωρ ἐξιὼν, ἅπασιν λανθάνων, τῷ ἱματίῳ τὴν κεφαλὴν καλυψάμενος, περιέσται κύκλῳ τὰ χαμαιλυπεῖα καὶ ἕωθεν ἐξαπατῶν τοὺς νέους ὑπὸ τῇ σοφίᾳ ἀργύριον λήψεται. ταῦτα λυπεῖ αὐτόν. ΦΙΛ. σὺ δὲ, ὦ Μένιππε, οὐκ ἄχθῃ ἀποθανών; MEN. πῶς, ὃς ἔσπευσα ὑπὸ τὸν θάνατον, καλέσαντος μηδενός.

posita, paria paribus æquata, comprehensiones sententiarum, barbarismos, ceteraque orationum pondera. RHET. Ecce enimvero, pono. MERC. Bene habet: solve itaque retinacula: scalam nauticam attollamus: anchora subducatur: expande velum: dirige, portitor, clavum. Bene nobis sit.

11. Quid ploratis, inepti, tuque maxime, philosophe, cujus jam modo barba fuit evastata? PHIL. Hoc scilicet, Mercuri, quod immortalem opinabar animam esse. MEN. Mentitur: nam alia sunt, quæ credas eum pungere. MERC. Qualia? MEN. Quod non amplius coenabit apparatas coenas, neque de nocte egressus, clam omnibus, palliolo caput obvolutus, circumibit in orbem lupanaria; nec summo mane decipiens juvenes sapientiæ prætextu argentum accipiet: hæc urunt eum. PHIL. Tu autem, Menippe, non doles te mortuum esse? MEN. Egone, qui festinavi ad mortem citante nemine.

12. Ve-

a Ἦν ἰδὲ] Ἤνιδε P. εἶεν, ἰδὲ. B2. quod sine dubio editoris. b Ἀνελώμεθα] Ἐλώμεθα. O. Ortum ex simili praecedentis vocabuli terminatione vitium.

59. Καὶ βαρβαρισμούς] Ἐν σχήμασι προφερομένων τῶν λόγων χάριτος ἕνεκεν· ὡς τό, * οἱ δὲ δύο σκοπελοὶ, καὶ τὰ ὡδαπλήσια. V.

66. Δεδημωμένος] Πεπορθημένος. V.

73. Χαμαιλυπεῖα] Πορνεῖα. V.

* Οἱ δὲ δυο * σκο. . . .] Videtur hic aliquis locus citatus fuisse. J.C.

Ex *Homeri* Od. M, 73. ut indicavit *M. du Soul.* Porro προφερόμενον τὸν λόγον habuit E. A. prave: quum *V.* praeferat τῶν λόγων, huic aptandum fuerat προφερομένων, non contra. Ceterum quomodo pertineat haec adnotatio ad βαρβαρισμούς, nemo facile pervidebit: Eruditiss. itaque *Dukerus* ad *Thucyd.* p. 297. n. 63. fortassis loco non suo positam observat, & alio referendam: *Certe melius*, inquit, *conveniebat illis, quae legentur in* Lucian. *Dial. Junonis & Latonae* p. 243. v. 22. hujus Ed. *οἱ δὲ σὺ παῖδες, ἡ μὲν αὐτῶν —— ὁ δ' Ἀπόλλων·* cui libens adsentior. Similis orationis figura p. 242. v. 92. Ejusmodi quiddam, adductis etiam iisdem Homeri verbis, reperies in G. ad p. 239. T.H.

59. Παρισώσεις] *Quare aut paria esse debent posteriora superioribus, extrema primis, aut, quod etiam est melius & jucundius, longiora. Cicer.* de Orat. III, 48. In Orat. c. 25. *paria paribus relata, & similiter concluſa, & immutatione quasi quaesitas venustates* parce adhibendas aut fugiendas esse ait. Πάρισα haec vulgo vocabant: vide *Philostr.* p. 497. Meminit iterum *Noster* Δημοσθ. c. 8. *M. du S.*

Ibid. Βαρβαρισμούς] Ridicule hoc dictum. Praeterea *A. Gellius* V, 20. negat eam vocem apud ullum idoneum auctorem Graecum inveniri. Sed *Luciani* jam aetate linguae Graecae castitas vix ullibi reperiebatur. Vide in hanc rem plura in Ῥητ. c. 17. B. πρ. c. 10. & 23. *M. du S.*

60. Ἦν, ἰδού] Rhetor ait: ἦν, ἰδοὺ ἀποτίθεμαι. sed scribendum ἦν' ἰδοὺ, *ecce:* quod alibi quoque sæpiuscule apud nostrum occurrit, sed sæpius corruptum. Dicitur pro ἤνι ἰδοὺ. J.G.G.

Ἦν, ἰδού] Secutus est Eruditiss. *Graevius H. Stephanum* Th. L. Gr. T. I. p. 1104. Ἦν ἰδού, inquit, *apud Lucian. eadem signifi. initio Anachars. Sed ego tam in hoc loco quam in caeteris scribendum puto* ἦν' ἰδοὺ *posita post* ἦν' *apostrophi nota: nec enim dubito, quin elisum sit* ι *adverbii* ἤνι, *quod* ὡς τῷ Δημοκλείδου τοῦ ἰδοὺ *perinde ac si diceretur* ἤνι ἰδού. Ego, quanquam, utrum probes, haud sane multum refert, secus sentio, ut opportuniore loco declarabo. T.H.

62. Τὴν ἀποβάθραν ἀνελώμεθα] *Polyaen.* IV. c. 6. p. 374. ἄλλοι μὲν ἀνίσπων τὰ πρυμνήσια, ἄλλοι δὲ ἀνείλκον τὰς ἀποβάθρας, ἄλλοι δὲ ἀγκύρας ἀνιμῶντο. Quam hic ἀπο-

12. Verum interea dum cædimus ſermones, nonne clamor aliquis auditur tanquam a terra vociferantium? MERC. Sane, Menippe, neque ab una tantum regione: etenim hi in concionem coëuntes læti rident cuncti ob Lampichi mortem: ejusque uxor comprehenſa tenetur a mulieribus, & infantes teneri pariter & ipſi a pueris impetuntur largis lapidibus: alii Diophantum rhetorem laudant Sicyone, qui funebri oratione cohoneſtat exſequias hujus Cratonis. Atque etiam profecto Damaſiæ mater gemitus ciens præit leſſum cum feminis in funere Damaſiæ: te vero nullus, o Menippe, lacrimis proſequitur, quieteque jaces ſolus.

13. MEN. Nequaquam; ſed audies canes jam jam miſerabiliter ululantes mei cauſa, corvosque flebilem in modum aliis concrepantes, quando frequentes ſepelient me. MERC. Fortem te præſtas, Menippe. Sed quoniam in portum appulimus,

Ἀλλὰ μέλαξυ λόγων, ὦ κραυγή τις ἀκούεται, ὥσπερ τινῶν ἀπὸ γῆς βοώντων; ΕΡ. ναὶ, ὦ Μένιππε, οὐκ ἀφ' ἑνός γε χώρου· ἀλλ' οἱ μὲ ἐς τ' ἐκκλησίαν συνελθόντες ἅσμενοι γελῶσι πάντες ἐπὶ τῷ Λαμπίχου θανάτῳ, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ συνέχεται πρὸς τ' γυναικῶν, καὶ τὰ παιδία νεογνὰ ὄντα, ὁμοίως καὶ κεῖνα ὑπὸ τ' παίδων βάλλεται ἀφθόνοις τοῖς λίθοις· ἄλλοι δὲ Διόφαντον τ' ῥήτορα ἐπαινοῦσιν ἐν Σικυῶνι ἐπιταφίους λόγους διεξιόντα ἐπὶ Κράτωνι τούτῳ. καὶ νὴ Δία γε, ἡ Δαμασίου μήτηρ κωκύουσα ἐξάρχει τοῦ θρήνου σὺν γυναιξὶν ἐπὶ τῷ Δαμασίᾳ· σὲ δὲ οὐδείς, ὦ Μένιππε, δακρύει, καθ' ἡσυχίαν δὲ κεῖσαι μόνος.

MEN. Οὐδαμῶς, ἀλλ' ἀκούσῃ τ' κυνῶν μετ' ὀλίγον ὠρυομένων οἰκτρὸν ἐπ' ἐμοὶ, καὶ τ' κοράκων τυπλομένων τοῖς ῥαιρεῖς, ὁπότ' ἂν συνελθόντες θάπτωσί με. ΕΡ. γεννάδας εἶ, ὦ Μένιππε. ἀλλ' ἐπεὶ καταπεπλεύκαμεν ἡμεῖς, ὑμεῖς μὲ ἄπιτε πρὸς τὸ δικαστήριον,

c Γυναιξὶν] Ταῖς γυναιξίν. Margo *Aiw.* d Ὠρυομένων] Ὠρυομένων. O. F. quaſi ab ὠρύξ.

ἀποβάθραν, paulo ante dixerat ἀναβάθραν· idque jam obſervatum a *Paul. Leopardo* Em. XIV. c. 10. & *C. A. Dukero* ad *Thucydid.* IV. c. 12. n. 41. nec *Stephanum* in Theſ. Luciani loca fugerunt. *Pauſan.* X. p. 860. διὰ τ' ἀποβάθρας κατιών· *Poll.* VIII, 120. μήτε ἀποβάθραν, μήτε ἄγκυραν εἰς τὴν γῆν βαλλόμενον. Alia dabit Vir Illuſtris ad *Callim.* H. in Del. v. 22. *T.H.*

72. Τῷ ἱματίῳ τὴν κεφαλὴν καλυψάμενος] *Petron.* c. VIII, p. 33. *Tarde, imo jam ſero intellexi me in formicem eſſe deductum: execratus itaque aniculae inſidias operui caput, & per medium lupanar fugere coepi in aliam partem:* ibi vide Commentatores. *T.H.*

73. Περίεισιν] Futurum, uti ſupra Ev. Δ. X. αὐτίκα μέτεισι & τιμωρήσει τῇ μητρί. Saepius hoc fieri videas. *M. du S.*

74. Ἐπὶ τῇ σοφίᾳ] Sequentibus adjunxi ἀργύριον λήψεται ἐπὶ τῇ σοφίᾳ ſecus atque Interpretes fecerunt. *T.H.*

77. Ἐσπάσατο] Conſule *Diogenem Laertium* p. 162. B. qui Menippum ait laqueo ſibi necem conſciviſſe. *M. du S.*

84. Συνέχεται] *Illius uxor conſtringitur a mulieribus*, quaſi nempe ſuffocanda. Male hic locus verſus eſt, *illius uxorem mulieres circumſtrepunt.* *J.C.*

Συνέχεται] Niſi verſionum architecti legerint, aut in animo habuerint συνηχοῦνται, unde petitum ſit illorum, *uxorem mulieres circumſtrepunt*, exputare non poſſum. Suſpicabar olim συνάγχεται vel ἀπάγχεται melius convenire ſaevienti in uxorem tyranni feminarum turbae, quomodo *Lambinus* in *Polybio* I. p. 119. pro ὑπὸ τ' λιμοῦ συναγομένους legebat συναγχομένους, *fame ſuffocatos* ad *Corn. Nepot.* Ham. n. 35. Nunc ſatis contentus ſum ſcriptura vulgari: ſignificat enim *comprehenſam conſtrictamque teneri: Porphyr.* in *Euſeb.* Chron. p. 60. καὶ αὐτὸς ὑπὸ τ' ἐνόπλων ἐν τῷ γυμνασίῳ διὰ τὴν μιαιφονίαν συνεχόμενον ἀπώλετο. Quod autem de uxore Lampichi liberisque narrat *Lucianus*, eundem exitum a Locrenſibus Dionyſii junioris habuerunt. *Strabo* VI. p. 398. *AElian.* H. V. IX, 8. *T.H.*

86. Βάλλετε ἀφθόνοις] Sic paſſim. *J.B.*

87. Διόφαντον] *Cicer.* in Bruto p. m. 215. C. Diophanis meminit Mitylenaei, Graeciae illis temporibus diſertiſſimi. Lacedaemonius antiquus ſcriptor. LLoyd. *M. du S.*

90. Ἐξάρχει] Narrat eadem *de Luctu.* *J.B.*

Ἐξάρχει τοῦ θρήνου] Protulit *Deſ. Herald.* ad *Martial.* II. Ep. 11. Mox θάπτωσι με unde *Cuperus* expiſcatus fuerit de ſepultura per ignem eſſe capiendum, ignorare me fateor: eum vide Obſ. lib. I. p. 48. *T.H.*

94. Ὀλίγον] Sic lego, ut Dial. XXIII. pro ὀλίγων, quod in plerisque eſt. Recte tamen *P.* & *S.* *M. du S.*

3. Πάσ-

ριον, εὐθεῖαν ἐκείνην προϊόντες· ἐγὼ δὲ καὶ ὁ πορθμεὺς ἄλλους μεταλαβησόμεθα. MEN. εὐπλοεῖτε, ὦ Ἑρμῆ, προΐωμεν δὲ καὶ ἡμεῖς. τί οὖν ἔτι καὶ μέλλετε; [a] πάντως δικασθῆναι δέησει· καὶ τὰς καλαδίκας φασὶν εἶναι βαρείας, τροχὸς, καὶ γύπας, καὶ λίθους. δειχθήσεται δὲ ὁ ἑκάστου βίος.

vos abite ad tribunal, recta illac progressi: ego vero & portitor alios arcessemus. MEN. Prospera sit vobis navigatio, Mercuri. Nos autem pedem promoveamus: quid ergo vos amplius cunctamini? omnino judicium subire oportebit: & poenas aiunt esse graves, rotas, vultures, saxa. Exponetur autem palam uniuscujusque vita.

XI.

ΚΡΑΤΗΤΟΣ ΚΑΙ ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ. CRATETIS ET DIOGENIS.

ΚΡΑΤ. CRAT.

ΜΟιριχον τὸν πλούσιον ἐγνώκατε, ὦ Διόγενες, τὸν πάνυ πλούσιον, τὸν ἐκ Κορίνθου, τὸν τὰς πολλὰς ὁλκάδας ἔχοντα; ὃν ἀνεψιὸς Ἀριστέας, πλούσιος καὶ αὐτὸς ὤν, τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο εἰώθει ὀπτλέγειν, Ἢ μ' ἐῢ εἰδὼς

1. MOerichum opulentum illum noras, Diogenes, illum divitiis adfluentem, domo Corinthium, cui multæ erant onerariæ naves, cujus consobrinus Aristeas, & ipse dives, Homericum illud solebat dictitare, Aut tu tol-

a Πάντως] Defuit in Edd. Addidimus ex G. C. P. sententiae plenius instruendae causa.

11. Τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο] Ὅμηρος εἰσάγει πολλαχοῦ τὸν Ὀδυσσέα ἐν Αἴαντα· φησὶν ἐν Αἴας πρὸς Ὀδυσσέα, ἢ κουφίσόν με, * ἢ κουφίζω σε. Αἰνίττεται ἐν ὁ Λουκιανὸς λέγων τῷ ῥίχου, ὡς τὸν † Ἀριστέου λέγοντα, ἢ κούφισόν με, ἢ κουφίζω σε· τουτέστιν, ἢ προκόμισόν με, ἢ προκομίζω σε. *V.*

* Ἢ κουφίζω] Sic E. A. Κυφίσω utrobique & προκομίσω scripserat *M. du Soul.* Eo usu posita sunt haec verba, quem in recentiore Graecorum habent lingua. *T. H.*

† Ἀριστέου] L. Ἀριστίου. Sed tamen Ἀριστέου est etiam in C. *M. du S.*

11. Πάντως] G. Coll. & P. ut Dial. XV. In reliquis deest. *M. du S.*

Ibid. Δικασθῆναι δέησει] Vocem unam addit Mf. πάντως δικασθῆναι δέησει. πάντως vulgo deest. *J. G. G.*

7. Μοιριχον] Ficta credo haec nomina. *M. du S.*

10. Πλούσιος ὁ αὐτὸς ὤν] Perperam in Aldina, Salmuriensi & aliis editionibus, praeterquam in Florentina, post voculam ὤν ponitur signum interrogationis Graecum; eoque deceptus fuit Interpres. At non interrogat Crates, ut & nihil respondet Diogenes. Quin si haec per interrogationem dicta essent, signum istud in fine orationis foret collocandum. *J. J.*

11. Τὸ Ὁμηρικόν] Legendum ὃς ante τό. Certe medica manu eget locus hic depravatissimus. *M. du S.*

11. Ἢ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγώ σε] Sunt Ajacis verba ad Ulyssem colluctantem Il. Ψ. v. 724. *J. G. G.*

20. Οἱ μάντεις εἴτε λαὸν τῆς ἄρρων. &c.] Si commodum videatur illud εἴτε, cur non tertio quoque loco εἴτε Χαλδαίων παῖδες· nam ὥσπερ nescio an alios, me quidem non mediocriter offendit; quorsum enim spectat, aut quem sensum reddit, impedita structura, quodammodo tolerabilem? Priore loco εἴτε Juntina praefert: hoc ipsum in sequentibus etiam adscitum cursum orationis interruptum expediet, καὶ οἱ μάντεις εἴτε λαὸν τῆς ἀ. τ. τὸ μ. οἵτε ἀ. τῆς ὁ. οἵτε X. π. ἀλλὰ ὁ Πύθιος αὐτὸς παρεῖχε &c. Mecum facit *H. Valesius* ad ista *Marcellini* XXVIII. p. 581. *Iisdemque subseruntur genitalium extorum interpretes controversi, hinc praefecturas profusius largientes & sepulturas divitum matronarum*, hunc in modum scribens: *Simile est, quod narrat Lucian. in Dial. Mort. cum Moerichus & Aristeas viri ditissimi se mutuo captarent, ac se vicissim heredes instituissent palam scriptis testamentis, vates & Astrologos & somniorum interpretes & Chaldaeos, Apollinem quoque Pythium ab utroque consultum modo huic, modo illi obventuram hereditatem praedixisse*: quae ita sunt comparata, ut facile, qualem animo lectionem fuerit secutus, ostendant. Saepe autem fraudulenti vates, quibus ex spe lucri futurorum praedictio pendebat, insidiis testamentariis interveniebant: egregius est *Plinii* locus I. Ep. 20. *T. H.*

22. Χαλδαίων παῖδες] Sic Necyom. c. 6. *Eunap.* Æd.

tolle me, aut ego te. DIOG. Quid ita, Crates? CRAT. Mutuis obſequiis captabant alter alterius hæreditatem ætate æquales: & teſtamenti quidem tabulas in propatulo proponebant, Ariſtea Mœrichus, ſi prius decederet, domino relicto ſuorum omnium; Mœricho viciſſim Ariſteas, ſi ante eum abiret: hæc quidem in teſtamento erant ſcripta: illi vero obſervabant ſeſe invicem antecedere alter alterum adulatione conantes. Vates etiam, ſive ab aſtris conjectarent futura, ſive ex ſomniis, ſive Chaldæorum imbuti diſciplina, quin & ipſe Pythius modo Ariſteæ tribuebat victoriam, modo Mœricho; lancesque nunc ad iſtum, mox ad illum vergebant.

2. DIOG. Quem ergo exitum res habuit, Crates? eſt enim audire operæ pretium. CRAT. Ambo mortem obierunt eodem die; hæreditates autem ad Eunomium & Thraſyclem inopinato pervene-

ἀνάειϱ', ἢ ἐγώ σε. ΔΙΟ. τίνος ἕνεκα, ὦ Κράτης, ἐθεράπθυον ἀλλήλυς; ΚΡΑ. ϛ κλήρυ ἕνεκα ἑκάτερος, ἡλικιῶται ὄντες· χ τὰς διαθήκας ἐς τὸ φανερὸν ἐτίθεντο, Ἀριϛέαν μὲ ὁ Μοίριχος, εἰ ϖροαποθάνοι, δεσπότιν ἀφιεὶς τ ἑαυτῦ ϖάντων, Μοίριχον δὲ ὁ Ἀριϛέας, εἰ ϖροαπέλθοι αὐτῦ. ταῦτα μὲ ἐγέγραπτο. οἱ δὲ ἐθεράπθυον ἀλλήλυς ὑπερβαλλόμενοι τῇ κολακείᾳ. χ οἱ μάντεις, [b] εἴτε ἀπὸ τ ἄϛρων τεκμαιρόμενοι τὸ μέλλον, εἴτε ἀπὸ τ ὀνειράτων, ὥσγε Χαλδαίων ϖαῖδες, ἀλλὰ χ ὁ Πύθιος αὐτὸς, ἄρτι μὲ [c] Ἀριϛεῖ ϖαρεῖχε τὸ κράτος, ἄρτι δὲ Μοίριχῳ. χ τὰ τάλαντα ϖοτὲ μὲ ἐπὶ τῦτον, νδν δ' ἐπ' ἐκεῖνον ἔῤῥεπε.

ΔΙΟ. Τί ἦν ϖέρας ἐγένετο, ὦ Κράτης; ἀκῦσαι γὰ ἄξιον. ΚΡΑ. ἄμφω τεθνᾶσιν ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας· οἱ δὲ κλῆροι ἐς Εὐνόμιον χ Θρασυκλέα ϖεῖλθον, ἄμφω συγγε-

[b] Εἴτε] Οὔτε *J.* οἴτε Margo *AIW.* [c] Ἀριϛεῖ] Ἀριϛέᾳ G. L. Ed. Steph.

Æd. *J. B.*

24. Ἀριϛεῖ] Mirum cur Ἀριϛεῖ, cum dixerit Ἀριϛέαν. *J. B.*

Ἄρτι δὲ Ἀριϛεῖ] Miratur *Bourdelotius* cur Ἀριϛεῖ dicat, cum Ἀριϛέαν appellarit; & merito miratur. Mſ. oſtendit hoc vocabulum eſſe mendoſe in editis exaratum, cum pro Ἀριϛεῖ ſcribit Ἀριϛέᾳ, ut ſcribendum eſt. *J. G. G.*

Ἀριϛέᾳ] Ex MS. Gr. & L. editionum mendum ſuſtulimus, quæ omnes præter *Stephan.* legunt Ἀριϛεῖ. Vide tamen, an non *Lucianus* de *Ariſteo* aliquo Corinthio loquatur: plures enim *Ariſtei* Corinthii apud *Thucydidem* occurrunt, Ariſteas nullus. *M. du S.*

Ἀριϛεῖ] Ut Ἀριϛέᾳ reponatur, quia Ἀριϛέας ante dictus fuerit, magno opere contendunt noſtri Commentatores, a quorum ſententia valde diſſidet *Steph. Berglerus*, dignus propter peritiam Graecarum literarum non vulgarem, cujus in hac cauſa ratio habeatur. Ad *Alciphr.* I. Ep. 1. ubi leguntur *οἱ βοριᾶς* haec notat: *Pro οἱ βοριᾶι, quaſi a βορεὺς per metaplaſmum; ut & Aratus* ἀνέμοιο βορῆος Διοσ. v. 351. *Sic Lucianus in Dial. Crat. & Diog.* Ἀριϛεῖ *formavit, eum nominans, qui non* Ἀριϛεὺς, *verum* Ἀριϛέας *vocabatur, ſed hoc non ſine alluſione ad* ἀριϛεύς. Illam alluſionem, haud quidem alienam, etſi non praeſtem, ceteris tamen non invitus accedo: eſt enim talis nominum, praeſertim propriorum, formae mutatio neutiquam inſolens, & aliquando temere ab eruditis viris tentata. Quem Μελάνθιον *Homerus* plerumque appellat, idem Μελανθεὺς Od. Υ, 255. Φ, 176. Ἀμοιβεὺς & Ἀμοιβέας non differunt, quod poſterius in *AEliani* V. H. III, 30. contra *Schefferum* recte defendunt *Kuhnius* ac *Perizonius*, & dudum ante utrumque *J. Fr. Gronovius* Obſ. IV. p. 240. Proconneſius Ariſteas, peregrinantis, quum vellet, animae miraculo nobilis, Ἀριϛαῖος dicitur a *Strab.* XIII. p. 881. A. *Pauſan.* V. p. 392. *Jamblich.* V. Pyth. §. 138. *Tatiano* p. 136. *Clem. Alex.* Str. I. p. 333. D. refingi volunt *H. Stephan.* ad Maxim. Tyr. Diſſ. XXVIII. p. 282. *Caſaubon.* & *Scherpezeel.* ad *Strab. Hoeſchel.* ad *Origen.* contra Celſ. p. 113. *Rutgerſ.* V. L. VI, 14. *Potter.* ad *Clem.* quibus cunctis ſupervacuae curae gratiam facimus. Quem *Herodotus* nominat Ἀριϛέαν τ Ἀδειμάντου Κορίνθιον, illum ſemper Ἀριϛέα *Thucydides* & *Plutarch.* T. II. p. 871. A. Non ergo licuerit *Luciano*, ſi liberet, formam ejus nominis variare? Verum ne quis cauſetur, quod a diverſis ſcriptoribus factum fuit, uni, idque intra paucos verſus, non eſſe obtrudendum, *Apollodorum* adducam, qui II. p. 97. minore intervallo, quum poſuiſſet Ἀλκαῖος, mox ſubdit κάλιν ἐξ Ἀλκέως ab Ἀλκεύς. Ceterum hae lances dubiae, & quorſum vergant incertae, ſecus atque illae Jovis Homericae, unde has adumbravit *Noſter*, quae Achillis Hectorisque fata exigebant Il. X, 209. *Theogn.* v. 157. Ζεὺς γάρ τοι τὸ τάλαντον ἐπιῤῥέπει ἄλλοτε ἄλλῳ. *T. H.*

25. Καὶ τὰ τάλαντα] *Et hereditas modo ad illum, modo ad hunc vergebat.* *J. B.*

γενεῖς ὄντας, ὐδὲ πρόπολε προμαντθυομένους ὕτω γενέσθαι ταῦτα. Διαπλέοντες γὰρ ἀπὸ Σικυῶνος ἐς Κίρραν, καὶ μέσον τὸ πόρον πλαγίῳ προσπεσόντες τῷ Ἰάπυγι, ἀνετράπησαν. ΔΙΟ. εὖ ἐποίησαν.

Ἡμεῖς δέ, ὁπότε ἐν τῷ βίῳ ἦμεν, ὐδὲν τοιοῦτον ἐνενοοῦμεν περὶ ἀλλήλων· ὅτε ποτε εὐξάμην Ἀντισθένει ἀποθανεῖν, ὡς κληρονομήσαιμι τὸ βακτηρίας αὐτοῦ (εἶχεν δὲ πάνυ καρτερὰν ἐκ κοτίνου ποιησάμενος) ὅτε, οἶμαι, σὺ, ὦ Κράτης, ἐπεθύμεις κληρονομεῖν ἀποθανόντος ἐμοῦ τὰ κτήματα, καὶ τὸ πίθον, καὶ τὴν πήραν χοίνικας δύο θέρμων ἔχουσαν. ΚΡΑ. ὐδὲν γάρ μοι τούτων ἔδει· ἀλλ' ὐδὲ σοί, ὦ Διόγενες. ἃ γὰρ ἐχρῆν, σύ τε Ἀντισθένους ἐκληρονόμησας, καὶ ἐγὼ σοῦ, πολλῷ μείζω καὶ σεμνότερα τὰ Περσῶν ἀρχῆς. ΔΙΟ. τίνα ταῦτα φῄς; ΚΡΑ. σοφίαν, αὐτάρκειαν, ἀλήθειαν, παῤῥησίαν, ἐλευθερίαν. ΔΙΟ. νὴ Δία, μέμνημαι τοῦτον λαβόντος

runt, utrosque cognatos; nullo unquam mentis præsagio divinantes hæc ita fore: Mœrichus enim & Aristeas quum Sicyone trajicerent Cirrham, medioque cursu in obliquum Japygem incidissent, eversa navi perierunt. DIOG. Bonum factum.

3. Verum nos, quando in vita eramus, nihil tale cogitabamus de nobis invicem: neque unquam optavi Antisthenem emori, ut hæreditatem nanciscerer ejus baculi: habebat autem admodum robustum, quem ex oleastro ipse confecerat. Neque tu, puto, Crates, cupiebas hæres esse, mortuo me, bonorum, dolii, peræque choenices lupinorum duos habentis. CRAT. Quippe nihil mihi istis erat opus: at nec tibi, Diogenes: quam enim decebat tu ab Antisthene adeptus es hæreditatem, ego a te, multo majorem graviorisque momenti quam Persarum imperium. DIOG. Quæ tu bona dicis? CRAT. Sapientiam, frugalitatem parvo contentam, veritatem, loquendi fiduciam, animi libertatem. DIOG. Memi-

33. Εἰς Κίρραν] Κατ' ἀντικρὺ Κίρρας ἐν τῷ Κορινθιακῷ κόλπῳ ἡ Σικυών. Ἡ δὲ Κίρρα ὁρᾷ ὀξὺ κατὰ τὴν Φωκίδα. V. ὅπου νῦν τὸ χρυσὸν φασί. C. addunt.

34. Τῷ Ἰάπυγι] Ἀνέμῳ. G.

35. Εὖ ἐποίησαν] Ἀντὶ τοῦ ἔπαθον, Ἀττικῶς. G.

40. Ἐκ κοτίνου] Ἐξ ἀγριελαίου. V.

31. Προμαντδυομβίους] *Thom. Mag.* in Βούλομαι vitiose προμαντδύομδος & ὕτως. *T. H.*

32. Διαπλέοντες] Subint. Ἀριστέας ὁ Μοίριχος. *F. G.*

33. Ἐς Κίρραν] Dico alibi. Hanc Phocidis urbem *Pausanias* ab *Homero* scribit vocari Crissam. *Strabo* & *Ptolem* diversas faciunt. *J. B.*

Κίρραν] Prope Delphos. *M. du S.*

38. Εὐξάμην] Sic malo, quam ut vulgo εὐξάμου quanquam sæpissime sic reperiri non ignorem. De baculo Antisthenis *Diogen. Laert.* p. 141. A. B. Baculum gestare invidiosum fuit Athenis: vide *Casaubon.* ad *Theophr.* Char. c. V. *M. du S.*

40. Κοτίνου] Ex cujus fronde στέφανος Ὀλυμπιακὸς. *Hesych. Suid.* Interpres *Pindari*, *Pollux*, alii. *J. B.*

55. Ἐς δὲ τὸ χρυσίον πάντες ἔβλεπον] *Alii vero nihil curabant istiusmodi possessiones, nullusque coluit nos, hereditatem nostri sibi spondens: verum omnes argenti studio capiebantur.* Quod hic Græce, εἰς τὸ χρυσίον βλέπειν, id Belgice dicimus op het geld sien. Non hic tantum, verum & alibi βλέπειν vel ὁρᾶν est *affectare*, *petere*, *cupere*, adjuncta præpositione εἰς vel πρὸς, sed & aliquando omissa. In De Gymnasiis c. 10. Ἀλλ' ὦ ἄριστε, σὺκ εἰς ψιλὰ τὰ δίδυμα ἡμεῖς ἀποβλέπομεν. *Non tenuia nos expetimus dona* In Charidemo c. 25. Καὶ χαδὸν εἴ τις ἐκάστῳ ἐξετάζειν βούλοιτο τὸ τεχνῶν, εὑρήσει πάσας εἰς τὸ κάλλος ὁρώσας, καὶ τούτου τυγχάνειν τῶν πάντος τιθεμένας. *Et propemodum, si quis unamquamque artium expendere vult, omnes comperiet ad pulchritudinem spectantes, eamque consequi ante omnia ducentes.* In de Mercede Cond. c. 24. Καιρὸς ἦν πρὸς ἐλευθερίαν ὁρᾶν. In Hermotimo c. 4. Ἀλλὰ θαῤῥεῖν χρὴ, καὶ θυμὸν ἔχειν ἀγαθὸν, ἐς τὸ τέλος τὸ ὁδοῦ ἐρῶντα, καὶ τὴν ἄνω εὐδαιμονίαν. *Sed fidenti & bono oportet eum esse animo, qui ad vitæ metam pervenire studeat, & ad illam, quæ supra est, beatitatem.* In Demonacte c. 2. οἱ πρὸς φιλοσοφίαν ὁρῶντες, *Philosophiæ studiosi.* Sed hoc in loco pro ὁρῶντες V. Cl. *Graevius* ὁρμῶντες legi vult; sequi etiam paullo post, πρὸς φιλοσοφίαν ὥρμησεν. *AElian.* H. V. I, 28. ἐν Ῥόδῳ φασὶ τὸ μὲ εἰς τοὺς ἰχθῦς ὁρῶντα καὶ θαυμάζοντα αὐτούς.

Sed & hinc præpositione βλέπειν & ὁρᾶν simpliciter eo sensu sumptum reperitur. *Noster* in Amoribus c. 24. Τίς ἔρασης ὁμολογεῖ γενέσθαι, προδιδομένων Ἀθηνῶν, καὶ Δεκελείας ἐπιτειχιζομένης, καὶ βίου τυραννίδα βλέποντος; Hic quidem βλέπειν non est omnino *affectare*, *cupere*; sed tamen *spectare*, ut illud verbum sæpe apud Latinos: vertendum autem, *cum vita ad tyrannidem spectaret.* Non intellexit id Interpres, jure propterea castigatus jam ab *Jac. Gronovio*, Græcæ phraseos callentissimo. Sed plane pro *affectare*, *petere*, *studere*, su-

mini profecto eas me opes accepisse ab Antisthene, tibique etiam ampliores reliquisse.

4. CRAT. At ceteri non curabant ejusmodi possessiones, nemoque nos adsectabatur talis hæreditatis spe; siquidem auro omnes inhiarent. DIOG. Quippe; neque enim habebant, ubi reconderent accepta a nobis talia bona, diffluentes præ luxu, veluti rupta vetustate marsupia. Proinde si quis vel immitteret in eos sive sapientiam, sive libertatem loquendi, sive veritatem, excidebat protenus & diffluebat, quum fundus ingesta continere nequiret; quale quiddam accidit Danai filiabus istis, quæ in perforatum dolium haustam aquam infundunt: aurum vero dentibus unguibusque & omni machina custodiebant. CRAT. Propterea nos quidem habebimus hic quoque nostras divitias: hi autem obolum scilicet apportabunt, eumque ad portitorem usque tantum.

δεξάμενον τ' πλῆτον παρ' Ἀντισθένους, καὶ σοὶ ἔτι πλείω καλαλιπών.

ΚΡΑ. Ἀλλ' οἱ ἄλλοι ἠμέλουν τ τοιούτων κτημάτων, καὶ οὐδεὶς ἐθεράπευεν ἡμᾶς, κληρονομήσειν προσδοκῶν. ἐς δὲ τὸ χρυσίον πάντες ἔβλεπον. ΔΙΟ. εἰκότως· οὐ γὰρ εἶχον, ἔνθα δέξαιντο τὰ τοιαῦτα παρ' ἡμῶν, διερρυηκότες ὑπὸ τρυφῆς, καθάπερ τὰ σαθρὰ τῶν βαλαντίων. ὥστε εἴ ποτε καὶ ἐμβάλλοι τις ἐς αὐτοὺς ἢ σοφίαν, ἢ παρρησίαν, ἢ ἀλήθειαν, ἐξέπιπτεν εὐθύς, καὶ διέρρει, οὐ στεγειν δυναμένου· οἷόν τι πάσχουσιν αἱ Δαναΐδες αὗται παρθένοι, ἐς τ τετρυπημένον πίθον ἐπανιᾶσαι. τὸ δὲ χρυσίον ὀδοῦσι, καὶ ὄνυξι, καὶ πάσῃ μηχανῇ ἐφύλαττον. ΚΡΑ. οὐκοῦν ἡμεῖς μὲν ἐξομεν καὶ ταῦθα τ πλοῦτον· οἱ δὲ ὀβολὸν ἥξουσι κομίζοντες· καὶ τοῦτον ἄχρι τοῦ πορθμέως.

ΑΛΕ-

62. Στίγειν δ' δυναμένου] Δίχεσθαι, βασάζειν. V.

sumitur ὁρᾶν in Hermotimo c. 22. Οὐ γὰρ ὅτι χρυσίον ἔστι, ὅτι δόξας ὁρῶσιν, ὡς ἀμφίβολα περὶ αὐτῶν, &c. *Neque enim amplius aurum, neque voluptates, neque gloriam sectantur, ut de iis inter se contendant.* Potest & recte eo sensu per *videre* verti, quum etiam *videre* ita sumatur apud Latinos; ut jam ad *Livii* II. c. 22. docuit optime omnium de illo scriptore meritus, *J. Fr. Gronovius*; qui & eumdem hunc ex Luciani Hermotimo locum ibi adfert; ut & per *intueri*, uti hoc verbo utitur Nepos in Themist. c. 7.

Hunc in modum eleganter potest explicari locus quidam in De Mercede Cond. c. 29. ubi Auctor ait, in Regum Persarum conviviis adesse Eunuchum, qui attendat, num quis in pellicum aliquam oculos conjiciat, dum alius Eunuchus jam dudum tensum arcum tenens, τ ἂ μὴ θέμις ὁρῶντα, inter bibendum spiculo petat, eique malam perrumpat. Ο ὁρῶν ἂ μὴ θέμις, vix potest hic esse, qui simpliciter adspiciat (nam cujus, eisdem accumbentis epulis, oculi ita coërceri queant, ut plane non conjiciantur subinde in eos, qui adsunt?) at qui ita oculos in aliquam ex pellicibus defigat, ut facile ex vultu appareat, eum libidinis stimulis agitatum id facere. Forsan ita hunc locum cepit quoque *Brodaeus* IX. Miscell. cap. 13. quia legi vult, εἰς ἂ μὴ θέμις ὁρῶντα. At illud εἰς commoditissime subaudiri, patet ex iis, quæ attulimus. Quin iterum ὁρᾶν pro *petere*, *incumbere in aliquid*, reperio positum ab Luciano pro Imaginibus c. 18. Ἀλλὰ τοῦτο μόνον ἐξαπατᾷ ὁρᾷ (ὁ Ἔπαινος) ὅπως ὑπερθαυμάσῃ), καὶ ζηλωτὸν ἀποφαίνει τ ἐπαινούμενον. Dixerat, laudationem rem esse liberam, & arbitrio laudantis permissam, neque terminis circumscriptam. *Sed in id in primis*, inquit, *ea incumbit, quomodo nimirum admirationem suam sit maxime extensura, eumque, qui laudatur, admirabilem redditura.* J.F.

62. Τῶ πυθμένι στέγειν δ' δυναμένου] Non dubites fere, quin hanc *Luciani* cogitationem pepererint *Euripidae* versus apud *Plutarch.* περὶ Ἀδολεσχ. p. 502. C. Οὐκ ἂν δυναίμην μὴ στέγουσα πιμπλάναι Σοφοὺς ἑπαντλῶν ἀνδρὶ μὴ σοφῷ λόγους. T.H.

65. Ὀδοῦσι & ὄνυξι] Ut solent utentes armis a natura datis ferae bestiae, a quibus origo proverbii manavit. Eo minus in *Tullio*, *Toto corpore atque omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni vocis adserviunt* Tusc. Disp. II, 23. mutaverim in *unguiculis*. Uterque locus *Ciceronis* & *Luciani* non fugit *Erasmum* in Chil. T.H.

68. Ἥξουσι] De ἥξουσι cogitabam, cum animadverti stare sic posse, ut & Dial. XXVI. M. du S.

XII.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ, ΑΝΝΙΒΟΥ, ΜΙΝΩΟΣ, ΚΑΙ [a] ΣΚΗΠΙΩΝΟΣ.

LUCIANI SCIPIO.

ALEXANDER, HANNIBAL, MINOS, SCIPIO.

ΑΛΕΞ.

Ἐμὲ δεῖ προκεκρῖσθαί σε, ὦ Λίβυ; ἀμείνων γάρ εἰμι. ΑΝ. ἤμενον, ἀλλ' ἐμέ. ΑΛ. ἀκουέτω ὁ Μίνως δικασάτω. ΜΙΝ. τίνες δ' ἐστέ; ΑΛ. ὅτος μὲν Ἀννίβας ὁ Καρχηδόνιος· ἐγὼ δὲ Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου. ΜΙΝ. νὴ Δία ἔνδοξοί γε ἀμφότεροι· ἀλλὰ περὶ τίνος ὑμῖν ἡ ἔρις; ΑΛ. περὶ προεδρίας· φησὶ γὰρ ὅτος ἀμείνων γε-

ALEX.

ME par est præponi tibi, Afer? melior enim sum. AN. Neutiquam; verum me. ALEX. Ergo Minos causam discepter. MIN. Quinam estis? ALEX. Hic Annibal Carthaginiensis: ego Alexander Philippi filius. MIN. Profecto clari utrique: sed qua de re orta vobis lis est? ALEX. De primæ sedis jure: fert enim hicce se præstantiorem exti-

[a] ΣΚΗΠΙΩΝΟΣ] Sola *P.* Σκιπ. Pro Μίνως *F.* Μίνων, ut supra ἐμβαίνης pro ἐμβαίης.

70. Ἐμὲ δεῖ προκεκρῖσθαι] De summa Imperatoris laude *Lucianus* hic Hannibalem cum Alexandro contendentem inducit; qui apud *Livium Appianumque* a Scipione rogatus, quem maximum omnium Imperatorum, qui unquam fuissent, crederet, Alexandrum Magnum nominasse traditur; huic proximum Pyrrhum; se tertium, & si Scipionem vicisset, primum se existimaturum fuisse. Vide *Livium* XXXV. c. 14. & *Appian.* in Syr. *M. du S.*

Ἐμὲ δεῖ προκεκρῖσθαί σου] Ex historia colloquii, quod Ephesi habitum a Scipione Africano & Annibale *Livius* atque *Appianus* & *Plutarch.* T. I. p. 381. referunt, *Lucianum* hujus dialogi sumsisse argumentum observarunt *Fr. Fabric.* ad *Orosii* IV. c. 20. & *A. Schottus* ad *Corn. Nepot.* Vit. Annib. n. 1. Ejus sermonis fidem non parum imminuit, quod rei tam memorabilis mentionem feciſſe nullam videatur *Polybius*. *Livio* sane quin suspecta fuerit haec narratio, nemo, qui morem ejus cognoverit, facile dubitabit: nam postquam de Villio tanquam rem exploratam scripsisset XXXV, 14. *eum Ephesum profectum dedisse operam, ut cum Annibale, qui tum ibi forte erat, saepe congrederetur, Claudius*, inquit, *secutus Graecos Acilianos libros, P. Africanum in ea fuisse legatione tradit, eumque Ephesi collocutum cum Annibale.* Hoc ille, si *Polybium* haberet auctorem, nunquam interposuisset, neque alium sibi in historia pervulgata fidejussorem parasset, tam sollicite demonstratis fontibus, unde fabula manarat: noluit tamen operam suam in ea re literis mandanda deliderari, quae & Romani nominis Imperatori summo singulare virtutis bellicae testimonium, & tantam legentibus adfert voluptatem, ut, si veram esse sibi non persuadeant, libenter saltem optent. In *Juliani* Caesar. p. 320. & sequ. ubi Julium Caesarem & Alexandrum inter se componit, multa reperies ab his non valde dissidentia: *Luciani* in notis ad illud scriptum Gallicis saepe meminit illustris *Spanhemius*, ejusque sententias cum *Juliano* comparavit. Ceterum haec Alexandri lis atque Annibalis disceptata fuit in Beatorum insula, jus dicente Rhadamantho, ut *Noster*, qui ipse judicio testis oculatus interfuit, narrat Ἀλ. Ἱσ. II. §. 8. ibi de Scipione nihil; quippe Romanorum nullos, quum eo delatus fuit *Lucianus*, insula Beatorum habuit. De προεδρίᾳ vero, apud inferos etiam valde honorifica, & variis umbrarum, quae pie sancteque vitam in superis coluerant, privilegiis opportunior erit alias dicendi locus. *T. H.*

80. Διενεγκεῖν τὰ πολέμια] Aptius crediderit aliquis τὰ πολεμικὰ eam ob rem, quod frequenter occurrat, & intervallo non mediocri disjungi videantur πολέμιος & πολεμικός. Verum servanda est loquendi formula, cujus veteres secutus est *Lucianus* auctores: *Thucydid.* I. c. 18. εὖ παρεσκευάσατο τὰ πολέμια· ad quem locum, nequis praecipiti judicio fallatur, operose cavet *H. Stephanus*; cujus adnotatio si fuisset in promtu *Jac. Gronovio*, minus, ut puto, confusus Mediceis membranis non dedisset in *Herodoto* III. c. 4. τὰ πολεμικὰ ἄλκιμος pro τὰ πολέμια· istius codicis auctoritatem facile praegravat, atque imitando lectionem antiquam tuetur *Dionys. Halic.* A. R. II. p. 96. v. 16. ἐθνῶν μεγάλων τε καὶ τὰ πολέμια ἀλκίμων. p. 101. v. 13. ἄνδρας τὰ πολέμια ἀλκίμους. v. 23. ἀπὸ ἀφανῶν τὰ πολέμια ἔργα ἀφανῆς. p. 544. v. 7. τὰ πολέμια ἄλκιμος. *Thucydid.* IV. c. 126. ἀγαθοῖς γὰρ εἶναι. ὑμῖν προσήκει τὰ πολέμια. Utitur autem his *Lucia-*

titisse Imperatorem me. Ego vero, quemadmodum omnes norunt, non illi solum, sed cunctis fere, qui ante me fuerunt, ajo me præstitisse belli peritia. MIN. Ergo per vices uterque dicat: tu prior, Afer, causam tuam age.

2. ANN. Id quidem unum, Minos, me juvat, quod hic loci Græcum etiam sermonem edidicerim, ut ne hac quidem parte præ me quicquam habeat præcipui. Eos autem pono maxime laude dignos esse, quotcumque quum initio nihil essent, tamen ad magnum potentiæ fastigium processerunt, per se opibus comparatis, aptique imperio habiti. Ego itaque eum paucis transgressus in Hispaniam, quum primum sub fratris auspiciis militassem, summæ rerum præfui, belli peritissimus judicatus. Exinde Celtiberos in potestatem redegi, Gallos occidentales devici, superiani verbis Praestantiss. *Dukerus*, existimans similiter accipiendam esse *Thucydidis* phrasin τοὺς πολέμους διάφερον VI. p. 412. n. 14. Non molestе feret Vir humanissimus, si dissentire me profitear, & *Scholiastae Cass.* omniumque Interpretum partibus potius accedam; quas sane, simul atque locus boni scriptoris incontroversus fuerit prolatus, ubi τοὺς πολέμους διαφέρειν idem valere constet, quod *bello strenuum atque egregium esse*, lubens deseram. *T.H.*

81. Ἐν μέρει ἑκάτερον ἑτάτω] *Julian.* Caesar. p. 318. A. καὶ ὁ μὲν Ἑρμῆς ἑκάστου ἐν μέρει περὶ τῶν ἑαυτοῦ. Illud ἐν μέρει vel ἐν τῷ μέρει apud *Nostrum* frequens, ad quod, etsi bene monuerat *G. Budaeus* C. L. G. p. 772. saepe nihilominus Interpretes offenderunt, eleganter illustravit *Jac. Gronov.* ad *Arrian.* A. A. III. c. 26. p. 142. *T.H.*

84. Τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἐξ.] Non necesse erat hoc a *Luciano* fingi: nam Annibal, cum in superis esset, Graece sciebat, cum opuscula Graece scripsisset. *Corn. Nepos* c. XIII: ejus vitae: *Hic tantus vir, tantisque bellis districtus nonnihil temporis tribuit literis: namque aliquot ejus libri sunt Graeco sermone confecti. In his ad Rhodios, de Cn. Manlii Vulsonis in Asia rebus gestis.* *J.C.*

Ἐνταῦθα ἐν τὴν Ἑλ. φ. ἐξέμαθον] Credemusne *Luciano* innuenti hic Hannibalem tam diu extra patriam bellis gestis, & in exilio Graece nesciviss? Haud sane mihi fit vero simile: *Corn. Nepos* ait, eum *Sosilo literarum Graecarum usum esse doctore.* *M. du S.*

Τὴν Ἑλλάδα φωνὴν] Annibalem *Graece etiam locutum lepide ait* Lucianus τῶν Νεκρικῶν *Dial.* XII. ut notat *A. Schott.* ad *Corn. Nepot.* Annib. n. 38. loco, quem adferebat, parum attente considerato. Lucianus autem vix est, ut notam non mereatur, qui Annibalem ad inferos penetrare jussit, ut ibi demum Graecae linguae notitiam hauriret: quid enim est minus credibile, quam virum suae civitatis principem, tot annos exercitus ex diversissimis gentibus conflati ducem versutissimum Graeco sermone caruisse, aut omnino carere potuisse, idque eo tempore, quum usus ejus Carthagine propter commercii Graecorum & bella Sicula esset familiarissimus? Quid porro? quando patria extorris ad Antiochum se contulit, ab eoque maximarum rerum consiliis adhibebatur? is Graece non calluerit, qui Graeculorum aliquando scholis interesse non fuerit dedignatus, eosque se praesente de virtutibus imperatoriis disputantes riserit? Sed clara sunt veterum testimonia: *Dion. Coic.* in Exc. *Vales.* p. 593. καὶ παιδείᾳ πολλῇ μὲν Φοινικῇ κατὰ τὸ πάτριον, πολλῇ δὲ ἑλληνικῇ ἤσκηλο. *Zonar.* T. II. p. 74. Annibal τήν τε διάλεξιν ἄλλοθεν ἄλλην ποιούμενον, ἥδιστα δὲ πλείονι, καὶ τὴν τῶν Λατίνων. Habet ergo, quod de *Luciano* conqueratur, Annibal, qui sibi veris adversus Alexandrum argumentis abundanti in ipso dicendi initio falsum orationis colorem attribuerit. *T.H.*

91. Τῷ ἀδελφῷ] Sororis suae viro, qui successerat socero Hamilcari: ei Asdrubali nomen fuit. Vid. *Polyb.* initio lib. II. *J.C.*

Τῷ ἀδελφῷ] Non *fratri*, sed *sororis viro.* Vide *Liv.* XXI. *M. du S.*

94. Τὰ μεγάλα ὄρη &c.] Deceperat Interpretes vitiosa distinctio, & una litera redundans: neminem fore

b Ὁ Λίβυς] Sic omnes Edd. excepta *P.* quae ὦ Λίβυ praefert. *c* Ἐνέγκαιτο] *J.* typorum vitio ἐνέγκατο. *d* Ὀλίγων] Depravate *H.* & *P.* ὀλίγον.

περὶ τὸν Ἠριδανὸν [a] ἄπαυλα κατέδραμον, καὶ ἀνατάτους ἐποίησα τοσαύτας πόλεις, καὶ τὴν πεδινὴν Ἰταλίαν ἐχειρωσάμην, καὶ μέχρι τῶν προαστείων τῶν πρωτευούσης πόλεως ἦλθον· καὶ τοσούτους ἀπέκτεινα μιᾶς ἡμέρας, ὥστε τοὺς δακτυλίους αὐτῶν μεδίμνοις ἀπομετρῆσαι, καὶ τοὺς πολεμικοὺς γεφυρῶσαι νεκροῖς. καὶ ταῦτα πάντα ἔπραξα, ὅτε Ἄμμωνος υἱὸς ὀνομαζόμην, ὅτε θεὸς εἶναι προσποιούμενος, ἢ ἐνύπνια τῆς μητρὸς διεξιὼν, ἀλλ' ἄνθρωπος εἶναι ὁμολογῶν, στρατηγοῖς τε τοῖς σωφρονεστάτοις ἀντεξεταζόμενος, καὶ στρατιώταις τοῖς

ratisque magnis montibus; quæ circa Padum sunt, omnia sum depopulatus, & sedibus emovi tot urbes; campestrem Italiam subjeci; ad suburbia usque primariæ urbis perveni; tot interfeci uno die, ut annulos eorum modiis sim mensus, inque fluviis cadaverum pontes struxerim. Hæc omnia gessi, qui neque Ammonis filius dicebar, neque Deus esse videri volebam, nec somnia matris fabulabar; sed me hominem esse fassus, cumque ducibus prudentissimis comparatus, & cum militibus pu-

a Ἄπαυλα] Priores Edd. ἄπαυλας excepta *W*. In margine *AIW*. τοὺς π. τὸν Ἠ. ἀπαύλας notatum reperi.

fore arbitror, qui lectionem jam olim a me repositam improbet. Usitatum est καθατρέχειν ἄπαυλα, χώραν πολλὴν, τὴν Ἀσίαν ἅπασαν· contra ab indole linguae Graecae abhorret καθατρέχειν τοὺς τὴν χώραν οἰκοῦντας· longe aliud est καθατρέχειν, καθαδρομὴν ποιεῖσθαί τινος. Ad *Lucianum* quadrant, quae coram Scipione de se gloriatur Annibal apud *Appian.* Syr. p. 91. D. νέος γὰρ ὢν ἔτι Ἰβηρίας τε ἐκράτησα, καὶ στρατῷ τὰ Ἄλπεια ὄρη μετὰ Ἡρακλέα πρῶτος ὑπερῆλθον, ἐς τε τὴν Ἰταλίαν, ὑμῶν ἐδένος πω θαῤῥοῦντος, ἐμβαλὼν τετρακόσια ἀνίκητα ἄστη &c. Si pro τοσαύτας in *Luciano* numerus eversarum urbium, haud pœnitendus utique, legeretur τριακοσίας vel τετρακοσίας, neutiquam adspernarer: πεντακοσίας πόλεις Ῥωμαίων πορθῆσαι Annibalem adfirmat *Dion Chrys.* Or. LXIV. p. 599. *T.H.*

95. Ἄπαυλα] Omnes libri habent, excepto *Wecheliano* & *Hemsterh.* ἄπαυλας· horum uterque ἄπαυλα reposuit, uti & ego conjeceram: quam emendationem etiam *Vorstio* placuisse video. Potest tamen aliquo modo stare vulgata, si uno halitu legas, τὰ μεγάλα ὄρη ὑπερβὰς τὰ περὶ τὸν Ἠριδανόν. Sed indigna haec sunt *Luciano*. *M. du S.*

1. Δακτυλίους αὐτῶν μεδίμνοις] Variae de horum annulorum mensura sententiae, quorundam sententias profert *Liv.* lib. 23. *expleſſe tres modios ſuper dimidium*. Sed famam veriorem putat, quae tradit non fuisse plus modio. Aliter *Flor.* aliter *Plin.* pro quo stant *Valer. Eutrop. Oroſ.* Multi ne litem hanc suam facerent, modum indefinitum posuerunt: ut *Dio Pruſ. Tertull. Apol.* & hic *Lucian.* Omnium ratio Livii optima, qui modium putat. Ferrei isti fuere, non aurei, ut voluit *Valer.* quique eum secuti. *J.B.*

Δακτυλίους αὐτῶν &c.] Accommodatius hic, quam superiore loco urbium, numerus medimnorum definitus omittitur. Verae mensurae detraxit aliquantulum *Florus* II. c. 6. referens *modios duos annulorum Carthaginem eſſe miſſos*; additque, ne *Florum* non agnoscas, *dignitatem equeſtrem taxatam menſura*. Cum *Plinio* plerique *annulorum trimodia* memorant: Parum a *Nostro* distat *Tertulliani* dictum Apol. c. XL. *Annibal apud Cannas Romanos annulos caedes ſuas modio metiebatur*: dura quidem, sed in Afro scriptore forte tolerabilis adpositio; nisi potius inserto *ac caedes ſuas* mollienda videatur. *Zonaras*, ut satis constat, ex *Dione Cocceiano* refert, numerum inire vulgaris turbae, quae Cannensi praelio absumta fuerit, Annibalem insuper habuisse, περὶ δὲ τοῦ ἀριθμοῦ μὴ γράψαι τοῖς οἰκοι Καρχηδονίοις, ἀλλὰ δὴ τοὺς δακτυλίων ἐνδιξάσθαι τέτον. Χοίνιξι γὰρ σφᾶς ἀπομετρήσας ἀπέστειλε. *Dion* autem *Chryſoſt.* Or. LXIV. p. 599. A. quid quemve fuerit secutus, vix intelligo: Ἐπάρας δὲ (Annibal) τὸ χιτῶνα αὐτοῦ τοῖς πολίταις ἔδειξε Ῥωμαϊκῶν σφραγίδων ἀνάπλεων, ὧν ἑκάστῳ εἶχεν ἀπὸ πολεμίων σκύλων ὑπ' αὐτοῦ περιφανομένων. Commissi erroris si quis *Dionem* insimulet, haud equidem intercedam; quippe non ignarus saepe tales naevos viri doctissimi, dum rebus intentus memoriae nimium fidit, scriptis adhaerere: videtur sane in Annibalem contulisse factum Magonis, qui nuncius victoriae Cannensis Carthaginem a fratre missus, ad fidem tantae cladis annulos effundi in vestibulo curiae jusserat, teste *Livio* XXIII, 12. &, qui hunc sequi solet, *Sil. Ital.* XI, 536. De tunica sublata, annulisque ostensis (nam non vereor, ne quis signa vestis hic, purpureasve notas interpretari velit) nemo alius, si recte memini, quicquam tradidit: praeterea verbis integritatem constare vix ac ne vix quidem persuaderi possum: ne dicam, quod levioris est momenti, σκῦλον esse pro σκύλων scribendum, suspicatus aliquando fui post πολίταις excidisse κόλπον, cui commode jungatur ἀνάπλεων· verum aliunde forsitan huic loco felicior salutis adflabit aura. Porro qui hac de re notarunt plures *Luciani* verbis sunt usi, *Fr. Fabric.* ad *Oroſ.* IV. c. 16. *Freinshem.* ad *Flor. M Hoſt.* de Mens. Rom. & Gr. p. 52. 78. De *modio* & μεδίμνῳ vide ad Tim. p. 175. *Eutropii modios* in hac eadem historia Graece dedit μεδίμνους *Paeanius*: & scriptor aliquis apud *Suidam*, ut orationem cultius expoliret, τρεῖς με-

pugnaciſſimis congreſſus : non Medos Armeniosque debellans prius aufugientes, quam aliquis inſequatur, & audenti ſtatim cedentes victoriam.

3. Alexander autem, quum paternum imperium ſuſcepiſſet, id auxit & multis partibus ampliavit uſus ſecundo fortunæ impetu : at poſtquam vicit illum nullius pretii Darium, atque ad Iſſum & Arbelis ſuperior fuit, pertæſus patrii moris adorari volebat, atque in Medicam illam & effeminatam vivendi rationem degeneravit :

μαχιμωτάτοις συμπλεκόμενος· ὁ Μήδους καὶ Ἀρμενίους καταγωνιζόμενος ὑποφεύγοντας πρὶν διώκειν τινὰ, καὶ τῷ τολμήσαντι παραδιδόντας εὐθὺ τὴν νίκην.

Ἀλέξανδρος δὲ πατρώαν ἀρχὴν παραλαβὼν ηὔξησε, καὶ παρὰ πολὺ ἐξέτεινε, χρησάμενος τῇ τῆς τύχης ὁρμῇ. ἐπειδὴ γὰρ ἐνίκησέ τε, [b] καὶ τὸ ὄλεθρον ἐκεῖνον Δαρεῖον ἐν Ἰσσῷ τε καὶ Ἀρβήλοις ἐκράτησεν, ἀποστὰς τῶν πατρίων προσκυνεῖσθαι ἠξίει, καὶ ἐς δίαιταν τὴν Μηδικὴν μεταδιήτησεν ἑαυτὸν, καὶ ἐμιαιφόνει ὃν

b Καὶ] Per errorem in *J.* & *Vr.* expreſſerunt eam figuram, quae εἰς deſignat.

12. Πατρώαν ἀρχὴν παραλαβών] Ἀλλὰ καὶ σὺ, Λίβυ, μου λαβὼν, ἃ κατεργάσω, εἰργάσω. *V.*

* Ἀμίλκιαν τὸν Βάρκα πατρὸς τὴν παράσκοπον τῶν πολέ-

* Ἀλμίκαρον καὶ κάρθα πρὸς τὸν] Videtur Graeculus hic pro Alexandro reſpondens nomina Africanarum aliquot gentium adjeciſſe: ſed ex portentoſis ab imperito librario adjectis vocibus, quaenam eae fuerint, divinabunt ſagaciores. *J. C.*

In *V.* erat ἀμιλκα καὶ καρθα πρς. Leg. Ἀμίλκα τὸν καὶ Βάρκα πατρὸς. *J. G.*

Αλμικα· σν καὶ Καρκα πρς. C. *M. du S.*

Ego in *V.* niſi me fefellerunt oculi, quum illam partem inſpicerem, reperi tantum ἀλμίκαρον καὶ καρθα πρς. Veram lectionem, quae fugere non poterat eum, qui in πρὸς deprehendiſſet πατρὸς, dudum ante conjectura fueram adſecutus: *Corn. Nepos: Hamilcar, Hannibalis filius cognomine Barcas. Polybius :* Ἀμίλκαν τὸν Βάρκαν ἐπικαλέμενον. *Zonar.* T. II. p. 70. Ἀννίβης παῖς τοῦ Ἀμίλκα τοῦ Βαρχίδου. Vide egregie doctum virum *Fr. Oudendorp.* ad *Frontin.* III. c. 10. §. 9. *T. H.*

μεδίμνους Ἀττικοὺς πλήρεις χρυσῶν δακτυλίων. *T. H.*

7. Ἀντεξεταζόμενος] Nolui hic ſine Mſſ. aut Impr. Codicum auctoritate mutare : ſed non dubito, quin ſcriptum fuerit ἀντιπαραβαλλόμενος. Probabunt, credo, viri elegantes & critici, quibus harum vocum differentia nota eſt: duces enim cum ducibus bella gerentes, *milites* cum militibus confert; quod haud paulo vehementius eſt, quam ſi Ducum merita aut artes examini ſubjicias judicis rationes penſitantis: ſic enim res ipſa & eventus, qualis Dux fuerit, docent. Hinc in proxime ſequentibus verbis non ſolum συμπλεκόμενος, quod per ſe ſatis ſuperque emendationem confirmarit, ſed Medorum mentio luxu perditorum, Dariique Imperatoris ignaviae inſimulatio. Videndus denique *Plutarchi* locus in Alex. p. 488. A. *M. du S.*

Ἀντεξεταζόμενος] Mutari vetat *Lucianus* verbi hujus uſu gaudens Δ. N. XXIX. §. 1. περὶ τοῦ ἐπὶ M. Σ. c. 24. majorem exemplorum copiam praebebit Index. Poterat ſane, ſi libuiſſet, adhibere ἀντιπαραβαλλόμενος, ut περὶ τῶν πρωτείων ἡμῶν ἀντιτάξασθαι apud *Demoſth.* p. 38. E. ſed alterum non minus accommodatum eſt, dignumque ab elegantibus viris probari : valet enim, *tanquam parem componi, & cum alio congredi*; quare de judiciis etiam uſurpatur. *Alciphr.* III. Ep. 54. ῥωμαλέοις συνεξετάζεσθαι νεανίαις, *cum robuſtis juvenibus contendere & manum conſerere.* Similis poteſtas, quamvis ab Atticis faſtidiatur, in συγκρίνεσθαι· συγκριθῶμεν ἑαυτοῖς, *armis inter nos experiamur*: I Maccab. X, 71. *T. H.*

8. Μήδους καὶ Ἀρμενίους] Quamvis Armenii eſſent in exercitu Darii, attamen hic non illibenter legerim Ἀσσυρίους, qui a temporibus Sardanapali luxu & ignavia infames erant; non Armenii; qui tam beatam regionem non incolebant, adeoque erant duriores & fortiores. *J. C.*

15. Τὸν ὄλεθρον] Cave vertas *miſerum Darium*: ὀλεθρος eſt *exitio dignus*. Hoc autem convicio proſcindit Annibal Darium, quod nulla fortitudine, nullis imperatoriis artibus eſſet ornatus. *J. C.*

16. Ἀποστὰς τῶν πατρίων] Subaudi ἐθισμῶν, *a patriis inſtitutis deſciſcens*, non, *a paterna virtute*, ut habet Interpres. Objectum eſt potiſſimum Alexandro, quod relictis moribus Macedonicis Perſicos indueret. Vid. Dial. Philippi & Alexandri. *J. C.*

17. Καὶ δίαιταν τὴν Μηδικὴν μεταδιήτησεν ἑαυτόν] Locum integrum quoties ego intueor & contemplor, non video, quin exciderit ἐς vel εἰς, legendumque ſit, καὶ ἐς δίαιταν τὴν Μηδικὴν μεταδιήτησεν ἑαυτόν. *Alexander vero acceptum a patre imperium auxit, & fortuna quodam impetu uſus multum ampliavit. Qui poſtquam perditum illum Darium ad Iſſum & Arbela devicit, a paterna virtute degenerans, adorari voluit, ſeſeque aſſuefecit mori vivendi apud Medos recepto* aſſumit Medorum mores; transit in Medorum mores. Scio inferri poſſe, accuſativos illos δίαιταν τὴν Μηδικὴν poſitos eſſe per ellipſin τὸν κατά. At vereor ne hoc plus aequo hic ſit durum, & ab molliſſima, quam Lucianus tenet, dicendi ratione paullo alienius. *J. J.*

Ee

ἐν τοῖς συμποσίοις τὺς φίλυς, καὶ συνελάμβανεν ὅπι θανάτῳ. ἐγὼ δὲ ἦρξα ὅπίσης τῆς πατρίδος, ἐπειδὴ μετεπέμπετο, τῶν πολεμίων μεγάλῳ στόλῳ ὅππλυσάντων τὴν Λιβύης, ταχέως ὑπήκυσα, καὶ ἰδιώτης ἐμαυτὸν παρέσχον, καὶ καταδικασθεὶς ἤνεγκα εὐγνωμόνως τὸ πρᾶγμα. καὶ ταῦτ' ἔπραξα βάρβαρος ὢν, καὶ ἀπαίδευτος παιδείας τῆς Ἑλληνικῆς· καὶ ὅτε Ὅμηρον, ὥσπερ ὅτος, ῥαψῳδῶν, ὅτε ὑπ' Ἀριστοτέλει τῷ σοφιστῇ παιδευθείς, μόνῃ δὲ τῇ Φύσει ἀγαθῇ χρησάμενος

tum impie trucidabat inter convivia amicos, comprehendebatque ad mortem ducendos. Ego contra præfui æquo jure patriæ, atque ubi me domum arcessebat, hostibus magna classe adortis Africam, e vestigio parui, meque privatum præbui: condemnatus tuli animo moderato casum. Hæc feci barbarus & expers disciplinæ Græcæ, neque Homeri, prout hicce, carmina recitando decantans, nec sub Aristotele sophista doctrinis imbutus, at sola usus natura

26. Βάρβαρος ὢν . . . καὶ ὅτε Ὁμήρου. . .] Ἐφρόνει γὰρ Ἀλέξανδρος μέγα ἐπὶ τῷ * ἀπὸ στόματος ἀεὶ προφέρειν τὴν Ἰλιάδα Ὁμήρου. V.

* Ἀπὸ στόμ. προφ.] Ἀεὶ & Ὁμήρ adjecta sunt a *M. du Soul.* Ego ἐπὶ τῷ scripsi pro eo quod erat in A. E. ἐπὶ τό. *T.H.*

Ἐς δίαιταν] In omnibus libris deest illud ἐς, quod sententia tamen, ut recte vidit Clariss. *Jensius*, requirit. In Ed. *F.* loco suo motum reperitur; quod haud dubie operarum incuriae imputandum est. Bonis itaque avibus in pristinas redeat sedes; quod jam a Clariss. *Hemsterhusio* factum in sua Dialogorum editione video. *M. du S.*

Ἐς δίαιταν τὴν Μηδ.] Non poenitet interjunctae jam olim particulae: certam linguae rationem, & consensum eruditorum hominum contra MSS. Codices aestimo, praesertim in hac causa *Stephano* praeeunte Thes. T. I. p. 985. Μεδιαιτᾶ, inquit, *quoque voce activa apud* Lucian. *de Alexandro*, δίαιταν τὴν Μηδικὴν μετεδιήτησεν ἑαυτὸν, *id est*, *suum vitae genus Medico commutavit. Sed non dubito quin mendose omissa sit praepositio* εἰς *ante* δίαιταν. Ejusmodi mutatam vivendi rationem, & in deterius a patriis institutis degenerantem vocat *Plutarch.* τὰ πατρίων ἐκδιαίτησιν ἐθῶν, rectius ex Grammaticorum praeceptis, quam *Lucianus* ἔκστασις τῶν πατρώων· utriusque vocabuli discrimen, in eoque cautionem Atticistarum exposuit *Graevius* ad Solœc. §. 5. subdubitans, an recte legatur πατρώων, quum potius existimandum sit probatae sibi normae voluisse *Lucianum* obtemperare: verum, quoniam saepe, quos in Soloecista ridendi causa posuerat, ipse fines refixit, & castigatissimi veterum scriptores aliquando πάτρια & πατρῷα promiscue deprehenduntur usurpasse, nihil est causae, cur lectioni vulgatae controversia moveatur. *T.H.*

19. Καὶ συνελάμβανεν ἐπὶ θανάτῳ] In duabus praecedentibus editionibus vertunt, *interficientibusque auxilium tulit*, pro quo *Benedictus*, *& interficientibus opem tulit.* Mira & ridicula. Recte adscripsit pater, *instar lictoris.* Id enim vult, *& ipse corripuit* duxitque *ad mortem.* *F.G.*

Συνελάμβανεν ἐπὶ θανάτῳ] Haec sic vertuntur vulgo: *& amicorum caede convivia contaminavit, & interficientibus opem tulit.* Equidem non possum non mirari, quomodo phrasin συλλαμβάνειν τινας ἐπὶ θανάτῳ reddere potuerint, *interficientibus opem ferre.* Συλλαμβάνειν quidem cum dativo significat *opem ferre*, sed non cum accusativo, ut hic: nam τὺς φίλους non tantum ad ἐμιαιφόνει pertinet, sed etiam ad συνελάμβανεν. Est autem συλλαμβάνειν τινα, *aliquem capere, comprehendere.* Sed quî illud ἐπὶ θανάτῳ denotare poterit *interficientibus?* hoc inauditum est. Mihi nihil aliud est quam *ad mortem.* Ergo συλλαμβάνειν τινα ἐπὶ θανάτῳ est ad verbum, *aliquem comprehendere ad mortem*, h. e. ut ad mortem ducatur, vel, mortis supplicio afficiatur. Eandem phrasin habet *Diodorus Sic.* lib. XVI. p. 513. Φοβούμενος δὲ αὐτὸν ὁ Διονύσιος ἔκρινεν ἐκ τοῦ ποιήσασθαι τὸν ἄνδρα, συλλαβὼν ἐπὶ θανάτῳ. Ceterum τὸ συνελάμβανεν hic est συλλαμβάνειν ἐκέλευε, *comprehendi jubebat*, vel, *comprehendebat per alios*: ut apud *AElian.* V. H. XIV, 49. de Philippo, Ἀφθόνητον ἐμαστίγωσεν, *Aphthonetum flagris cecidit*, nimirum per alium suo jussu. Vid. ibi Cl. *Perizonium.* *L. BOS* Animadv. c. XII. p. 57.

22. Ἐπιπλευσάντων τὴν Λιβύης] Discedit haec structura a certa scribendi consuetudine: ferri poterat πλεύσάντων ἐπὶ τὴν Λιβύης· si teneas ἐπιπλευσάντων, ut sane retinendum est, omnino refingi decet, τῇ Λιβύῃ. *Longus* II. p. 48. ἐπέπλει τοῖς παραθαλαττίοις τῆς Μιτυληναίων ἀγροῖς· mox iterum: ἐπέπλευσε τοῖς τῆς Χλόης ἀγροῖς· sic & ἐπιπλεῖν τοῖς πολεμίοις apud *Diodorum*, *Arrianum*, *AElian.* V. H. XII, 61. aliosque frequens; ex *Thucydide* locutionem eandem adnotavit *H. Stephanus.* In *Appiano* de Bell. Mithr. p. 213. C. quamvis haud plane repudiandum sit, ἐπέπλει δ' αὐτὴν (Ἀσίαν) καὶ λῃστήρια πολύανδρα φανερᾶς, malim, αὐτῇ. Diversum est *Xenophontis* Ἑλλ. II. p. 267. v. 18. καὶ τὴν ἐπὶ Χίον καὶ τὴν Ἔφεσον ἐπέπλευσον, neque mutari convenit. Modo ἦρξα ἐπίσης τῆς πατρίδος mirifice verterant Interpretes, *pariter patriae dominatus sum*; quod & obscurum est, & longe a *Luciani* mente discedit, qui significare scilicet volebat Annibalem, multo secus at-

ra bona. Hæc ſunt, quibus ego Alexandro præſtare me fero: ille autem ſi pulcrior eſt, quia diademate caput habet revinctum, apud Macedonas iſta forte majeſtatem habent; attamen idcirco præferendus non exiſtimetur viro ſtrenuo, atque artibus imperatoriis inſtructo, qui ſolerti prudentia plus, quam fortuna fuerit uſus. MIN. Hic certe dixit maſculam orationem, nec qualem ab Afro expectaſſes, pro ſe: tu, Alexander, quid ad illa reſpondes?

30μεν@. ταῦτά ἐστιν, ἃ ἐγὼ Ἀλεξάνδρῳ ἀμείνων φημὶ εἶναι. εἰ δ' ἔστι καλλίων ἐκεῖνος, διότι διαδήματι τὴν κεφαλὴν διεδέδεται, Μακεδόσι μὲ ἴσως καὶ ταῦτα σεμνά· ὃ μὴν διὰ τοῦτ' ἀμείνων δόξειεν ἂν γενναίῳ καὶ στρατηγικῷ ἀνδρὸς, τῇ γνώμῃ πλέον ἢ διὰ τῆς τύχης κεχρημένῳ. MIN. ὁ μὲν εἴρηκεν οὐκ ἀγεννῆ τὸν λόγον, οὐδ' ὡς Λίβυι εἰκὸς ἦν, ὑπὲρ αὐτοῦ. σὺ δὲ, ὦ Ἀλέξανδρε, τί πρὸς ταῦτα φῄς;

4. Nihil oportebat, Minos, homini tam

40 ΑΛ. Ἐχρῆν μέν, ὦ Μίνως, μηδὲν πρὸς ἄν-

atque Alexandrum, in adminiſtrandis rebus publicis aequo jure fuiſſe contentum, patriaeque legibus ac juſſis libentem paruiſſe: *Socrat.* Ep. I. p. 2. τὰς διατριβὰς σὺν κοινῷ ποιοῦμαι ἐπίσης ὁμοίας (ita lego pro ὁμοίως) ἀκούειν τοῦ ἀεὶ ὄντι τε & μή· quae *Leo Allatius* & male tentat, & non melius interpretatur. *T.H.*

26. Βάρβαρον ὂν] *Valer. Max.* V, 1. Ext. §. 6. poſtquam Annibalis aliquot exempla humanitatis retulerat, addere non dubitavit: *Ergo humanitatis dulcedo etiam in efferata barbarorum ingenia penetrat.* Idem Carthaginienſibus in Atilio Regulo crudeliſſime necando *barbaram feritatem* exprobrat IX, 2. Ext. §. 1. nam Graecis quidem quicquid eruditum erat, atque humanitatis & officii plenum, Ἑλληνικὸν dicebatur; qua de re ſatis arroganter, neque tamen falſo, *Iſocrat.* Panath. p. 51. A. Quod autem, verba *Luciano* miniſtrante, barbarus audire non refugiat Annibal, ejus appellationis convicio Philippum Alexandri patrem proſecutus eſt *Demoſthenes*, idque tam impotenter, ut ne hoc quidem ipſi vix integrum relinquat: ὃ μόνον, inquit p. 90. B. ἐχ Ἕλλην@ ὄντ@ οὐδὲ προσήκοιτο οὐδὲν τοῖς Ἕλλησιν· ἀλλ' ὅθεν καλὸν εἰπεῖν. Longe mutata fuit rerum facies, quando Romanis objiciebant Macedones apud *Liv.* XXXI, 29. eos *alienigenas* eſſe & *barbaros*, *cum quibus aeternum omnibus Graecis bellum eſt eritque.* Alexander vero quam ad unguem calluerit *Homeri* carmina, perquam accurate docet *Dion Chryſ.* Or. IV. p. 65. C. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος μέγιστον ἐφρόνει, ὅτι ἠπίστατο μὲ τὸ ἕτερον πρόσημα ὅλον τὴν Ἰλιάδα, πολλὰ δὲ & τὴν Ὀδυσσείας. Haud mirum Odyſſeam inferiore fuiſſe loco apud regem, qui Martem ac bella ſpirabat: quapropter Iliadem τὴν πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον & νομίζων & ὀνομάζων ἔλαθεν μὲ Ἀριστοτέλους διορθώσαντ@, ἣν οἱ τῶ νάρθηκ@ καλοῦσιν· εἶχεν δὲ ἀεὶ μὲ τὸ ἐγχειρίδιον κειμήλιον ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον, ὡς Ὀνησικράτης ἱστόρηκεν. Haec *Plutarch.* in Alex. p. 668. D. & *Euſtath.* in Proœm. p. 1. *T.H.*

28. Ῥαψῳδῶν] Hanc lectionem in ſola Salm. *Benedictus* expreſſit, quam, licet auctoritate membranarum deſtituatur, decora conſtruendae orationis lex commendat: quapropter eam adoptare non ſum veritus. *F.* & *J.* habent ἐραψώδουν· *A1. H1. V2.* ἐραψῴδουν· *B2. P.* melius ἐῤῥαψῴδουν· portentum dedit. *A.* ἐῤῥαψωδῶν. *T.H.*

29. Μόνῃ τῇ φ. ἀγαθῇ] Verum hoc non eſt: nam, ut vidimus ex *Nepote*, literas Graecas didicerat. *Hujus bella multi memoriae prodiderunt*, ait in ſequentibus idem ſcriptor; *ſed ex his duo, qui cum eo in caſtris fuerunt, ſimulque vixerunt, quamdiu fortuna paſſa eſt, Philaenius & Soſilus Lacedaemonius. Atque hoc Soſilo Annibal Graecarum litterarum uſus eſt doctore.* *J.C.*

32. Μακεδόσι] *Diadema* itaque non Perſicum ornamentum, ſed regium apud Graecos inſigne, ut in numiſmatis videre eſt. Cave itaque cum *tiara* confundas, quae Perſarum eſt propria. *M. duS.*

35. Τῇ γνώμῃ] *Ingenio & prudentia.* Frigide Interpres, *qui mentis ſententia magis, quam fortuna eſt uſus*: quamvis enim γνώμη hoc ſaepe ſignificet, id tamen non ſonat, cum opponitur fortunae. Subjiciam locum inſignem *Polybii* e lib. I. p. 50. ubi γνώμη, ut hic, pro ſapiente conſilio in re militari ſumitur: Τὸ παρ' Εὐριπίδῃ πάλαι καλῶς εἰρῆσθαι δοκοῦν, ὡς ἐν σοφὸν βούλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ, τότε δι' αὐτῶν τῶν ἔργων ἔλαβε τὴν πίστιν· εἰς γὰ ἄνθρωπ@ & μία γνώμη τὰ μὲ ἀήττητα πλήθη & πραγματικὰ καθεῖλε. *J.C.*

Τῇ γνώμῃ πλέον &c.] De Eumenis Pergameni ingenio prorſus ſimile judicium *Polybii* in Exc. *Valeſ.* p. 166. quod quia cum his egregie conſentit, adſcribendum videbatur: Ταῖς μεγίσταις τῶν καθ' αὐτὸν δυνάστειῶν ἐφάμιλλον ἐποίησε τὴν ἰδίαν ἀρχήν, ὃ τύχῃ τὸ πλεῖον συνεργῷ χρώμεν@, οὐδ' οἱ πᾶσι τεταστείας, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀγχινοίας & φιλοπονίας, ἔτι δὲ πράξεως τῆς αὐτοῦ. Annibalis indolem, & admirabilem ejus ἀγχίνοιαν, multisque experimentis exercitam bellandi peritiam deſcribit *Diodor.* in Exc. *Valeſ.* p. 278. illumque talem Imperatorem exiſtimat *Polybius*, in quem propter ſummam prudentiam ac virtutem fortunae minimum licuerit: vide praeterea *Dion. Caſſ.* in iisdem Exc. p. 593. *T.H.*

38. Αὐτῷ] Ita pro αὐτῷ, quod in omnibus Impr. erat, legendum eſt. *M. duS.*

40. Ἐχρῆν μέν] *Nihil erat reſpondendum.* *J.B.*

ἄνδρα ὄντω θρασύν· ἱκανὴ γὰρ ἡ φήμη διδάξαι σε, οἷος μὲ ἐγὼ βασιλεὺς, οἷος δὲ ὗτος λῃστὴς ἐγένετο· ὅμως δὲ ὅρα, εἰ κατ' ὀλίγον αὐτῶν διήνεγκα· ὃς νέος ὢν ἔτι παρελθὼν ἐπὶ τὰ πράγματα, καὶ τὴν ἀρχὴν τεταραγμένην κατέσχον, καὶ τοὺς φονέας τοῦ πατρὸς μετῆλθον, καλαφοβήσας τὴν Ἑλλάδα τῇ Θηβαίων ἀπωλείᾳ, πραηγὸς ὑπ' αὐτῆς χειροτονηθεὶς, [a] οὐκ ἠξίωσα τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν περιέπων ἀγαπᾶν ἄρχειν ὁπόσων ὁ πατὴρ κατέλιπεν, ἀλλὰ πᾶσαν ἐπινοήσας τὴν γῆν, καὶ δεινὸν ἡγησάμενος, εἰ μὴ ἁπάντων κρατήσαιμι, ὀλίγους ἄγων ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀσίαν· καὶ ἐπὶ τε Γρανικῷ ἐκράτησα μεγάλῃ μάχῃ· καὶ τὴν Λυδίαν λαβὼν, καὶ Ἰωνίαν καὶ Φρυγίαν, καὶ ὅλως τὰ ἐν τοσοῖσδε ἀεὶ χειρούμενος ἦλθον ἐπὶ Ἰσσὸν, ἔνθα Δαρεῖος ὑπέμεινε μυριάδας πολλὰς στρατῷ ἄγων.

audaci : satis enim te fama docuerit, qualis ego rex, hic contra qualis fuerit latro : vide tamen, an parvo intervallo illum superarim, qui juvenis adhuc ad rerum administrationem adgressus imperium turbatum continui, & percussores parentis supplicio sum ultus : tum perculsis Thebanorum excidio Græcis, dux eorum suffragiis lectus indignum existimavi, si soli Macedonum regno incubans contentus essem imperio a patre mihi relicto : sed universum mente terrarum orbem complexus, intolerandumque putans, nisi omnium forem dominus, paucis mecum ductis militibus invasi Asiam; ad Granicum magno prælio fui superior; Lydiaque capta, Ionia & Phrygia, in summa proxima quæque subjiciens perveni ad Issum, ubi Darius expectabat cum immensa copiarum multitudine.

Καὶ τὰ μὲν ἀπὸ τούτου, ὦ Μίνως, ὑμεῖς ἴστε ὅσους ὑμῖν νεκροὺς ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας κατέπεμψα. Φησὶ γὰρ ὁ πορθμεὺς μὴ ἀφορμέσαι αὐτοῖς τότε τὸ σκάφος, ἀλλὰ σχεδίας ἀφαρπάσαντας ἐπιβάντας ἐπὶ τούτων διαπορθμεῦσαι. Ἐγὼ δὲ ἐπὶ τοσούτοις ἐγενόμην ἀγαθοῖς, ὥστε ἐπὶ τῶν ἐλεφάντων ἐπιβὰς ἐπὶ τὸν Δαρεῖον ἐφερόμην, καὶ ἐπὶ τὸ ἅρμα ἀναβὰς ἐδίωκον αὐτὸν, καὶ ἐπὶ τὸν ἵππον μετα

dis multos eorum trajeciſſe. Equidem iſta agebam ipſe me ante alios periculis offerens, vulnerarique pulcrum ducens. Et ne tibi quæ Tyri ſunt geſta, quæque Arbelis enarrem, ad Indos usque penetravi; Oceanumque limitem feci imperii, elephantos eorum cepi, Porum ſubegi: Scythas etiam, minime contemnendos viros, transgreſſus Tanaïm magna devici equeſtri pugna: amicis benefeci, inimicos ultus ſum. Quod ſi Deus etiam videbar hominibus, veniam illi merentur ob magnitudinem rerum geſtarum tale quiddam de me ſibi perſuadentes.

πηξαμένους τοὺς πολλοὺς αὐτῶν διαπλεῦσαι. καὶ ταῦτα δὲ ἐπράτλον αὐτὸς προκινδυνεύων, καὶ τιμώσκεσθαι ἀξιῶν. καὶ ἵνα σοι μὴ τὰ ἐν Τύρῳ, μηδὲ τὰ ἐν Ἀρβήλοις διηγήσομαι, ἀλλὰ καὶ μέχρις Ἰνδῶν ἦλθον, καὶ τὸν Ὠκεανὸν ὅρον ἐποιησάμην τῆς ἀρχῆς, καὶ τοὺς ἐλέφαντας αὐτῶν [b] εἷλον, καὶ Πῶρον ἐχειρωσάμην· καὶ Σκύθας δὲ, οὐκ εὐκαταφρονήτους ἄνδρας, ὑπερβὰς τὸν Τάναϊν, ἐνίκησα μεγάλῃ ἱππομαχίᾳ· καὶ τοὺς φίλους εὖ ἐποίησα, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἠμυνάμην. εἰ δὲ καὶ θεὸς ἐδόκουν τοῖς ἀνθρώποις, συγγνωστοὶ ἐκεῖνοι, [c] ὡς τὸ μέγεθος τῶν πραγμάτων καὶ τοιοῦτόν τι περιεύσαντες περὶ ἐμοῦ.

6. Denique ego regnans diem obii: hicce patria extorris apud Pruſiam Bithynum, ut dignum erat, fraudulentiſſimum crudeliſſimumque hominem. Nam quomodo ſuperarit Italos, mitto dicere; non fortitudine ſane, ſed malitia, perfidia & dolis; nihil autem in præliis juſtum atque apertum. Quandoquidem vero mihi exprobravit luxuriam, oblitus mihi videtur,

Τὸ δ' ἐν τελευταίοις, ἐγὼ μὲν βασιλεύων ἀπέθανον, οὗτος δὲ ἐν φυγῇ [d] ὢν ὑπὸ Προυσίᾳ τῷ Βιθυνῷ, καθάπερ ἄξιον ἦν πανουργότατον, καὶ ὠμότατον ὄντα· ὡς μὲν δὴ ἐκράτησε τῶν Ἰταλῶν, ἐῶ λέγειν, ὅτι οὐκ ἰσχύι, ἀλλὰ πονηρίᾳ, καὶ ἀπιστίᾳ, καὶ δόλοις· νόμιμον δὲ, ἢ προφανὲς οὐδέν. ἐπεὶ δέ μοι ὠνείδισε τὴν τρυφήν, ἐκλελῆσθαί μοι δοκεῖ, οἷα ἐποίει

b Εἷλον] Εἶχον Schol. c Παρὰ] Πρὸς L. d Ὤν] Deſunt in B2. P.

tius eſt ad πᾶσαν τὴν γῆν. T. H.

54. Γρανικῷ] Ad Granicum fluvium. *Arrian. Curt.* J. B.

62. Διαπεπηγμένους] Commodius utique συμπεπηγμένους uſurpaſſet ſatis frequens in hac ipſa re: nam διαπήγνυσθαι compoſitum rarius, ac *Luciani* ſolius, non indicato tamen hoc loco, auctoritate firmatum a *Stephano*, diverſae virtutis eſt, atque ad hunc locum parum appoſitae; vel *pangendo figendoque diſtinguere*, vel *ita defigere, ut ſtabilitum diu perduret. Eunap.* Proœm. p. 5. Τὰ ἐκ τοῦ ἀκοῆς ὑπὸ τοῦ χρόνου καταστιλβόμενα καὶ μεταβάλλοντα διαπῆξαι καὶ στηρίξαι τῇ γραφῇ πρὸς τὸ βάσιμον καὶ μονιμώτερον. Hic itaque legendum potius videtur, ἀλλὰ κρᾶσις δὴ πεπαμένους, ut *Herodot.* V, 82. πῶς τε πεπάμενοι. Similiter in *Philoſtrati* Icon. II. p. 853. v. 19. Penelope ἀπαλύει δὲ διύφηνεν, placet δὲ δὴ ὕφηνεν. T. H.

74. Τοῖς ἀνθρώποις] Non barbaris ſolum, ſed & ipſis Athenienſibus. Vid. *Plutarch.* 1439, 2. M. du S.

78. Ἐν φυγῇ ὤν] *Dion Chryſ.* Or. LXIV. p. 599. B. Ἀτίμως ἀπέθανε μάτην πολλὰ φιλονικήσας πρὸς τὴν τύχην. Illud ipſum ἀτίμως in fine dialogi adverſus Annibalem a ſe fugatum intorquet Scipio. Duobus vitiis Annibalem in primis inſignem fecerunt Romani Scriptores, avaritia & crudelitate: ut *Valerium Maximum* praeteream, vide *Liv.* XXVI, 38. XXI, 4. prius in dubitationem eo minus venit, quod ipſi Carthaginienſes, quibus popularis ſui mores bene notos fuiſſe credas, huic accuſationi ſubſcribant: alterum ejus ingenio in ſaevitiam per ſe proclivi, an rerum, in quibus varia fortuna fuit verſatus, neceſſitati ſit tribuendum, prudenter diſputat *Polybius* in Exc. *Valeſ.* p. 30. & ſequ. Contra Romanorum Annibalem incuſaſſe crudelitatem *Diodorus* narrat in Exc. Valeſ. p. 281. Τῶν Ῥωμαίων ὁ Ἀννίβας πολλὰ κατηγορήσας εἰς ὠμότητα καὶ πονηρίαν, ἢ μᾶλλον ὑπερηφανείαν &c. mox tamen idem: ἔνθα δὴ δικαίως ἄν τις τῷ μὲ Φοίνικι ἐμέμψατο τὴν ὠμότητα. T. H.

82. Νόμιμον δὲ ἢ πρ. οὐδὲν] *Legitima acie & aperto Marte nihil perfecit*, ut proxime antecedentia oſtendunt: non vero, *nunquam juſti aut claritudinis alicujus memor*, ut abſurde habet Interpres. Eſt locutio ducta a certaminibus, in quibus victores debebant viciſſe κατὰ νόμον, *ſervata ludorum lege*: ſin minus, praemium non referebant. J. C.

Νόμιμον] Sumſit a *Demoſth.* p. 92. C. T. H.

ἐπολει ἐν Καπύῃ, [a] ἑταίραις συνὼν, καὶ τὸν πολέμου καιρὸν ὁ θαυμάσιος καθηδυπαθῶν. ἐγὼ δὲ εἰ μὴ, μικρὰ τὰ Ἑσπέρια δόξας, ὅτι γε μᾶλλον ὥρμησα, τί ἂν μέγα ἔπραξα, Ἰταλίαν ἀναιμωτὶ λαβὼν, καὶ Λιβύην, καὶ τὰ μέχρι Γαδείρων ὑπαγόμενος; ἀλλ' οὐκ ἀξιόμαχα ἔδοξέ μοι ἐκεῖνα, ὑποπτήσσοντα ἤδη, καὶ δεσπότου ὁμολογοῦντα. εἴρηκα. σὺ δὲ, ὦ Μίνως, δίκαζε. ἱκανὰ γὰρ ἀπὸ πολλῶν καὶ ταῦτα.

ΣΚΗ. Μὴ πρότερον, ἢν μὴ κἀμοῦ ἀκούσῃς. ΜΙΝ. τίς γὰρ εἶ, ὦ βέλτιστε; ἢ πόθεν ὢν ἐρεῖς; ΣΚΗ. Ἰταλιώτης Σκηπίων, στρατηγὸς, ὁ καθελὼν Καρχηδόνα, καὶ κρατήσας Λιβύων μεγάλαις μάχαις. ΜΙΝ. τί οὖν καὶ σὺ ἐρεῖς; ΣΚΗ. Ἀλεξάνδρῳ μὲν ἥττων εἶναι, τοῦ δ' Ἀννίβου ἀμείνων· ὃς ἐδίωξα νικήσας

qualia fecerit Capuæ, meretriculis adfixus, & belli opportunitates in deliciis disperdens. Ego autem nisi parvifactis orbis occidui rebus in Orientem irruissem, quid grande præstitissem Italia incruente capta, Libyaque, & cunctis ad Gades usque subactis? at illæ partes bello mihi dignæ non videbantur, ut quæ ultro jam metu jugum subirent, ac dominum faterentur. Dixi: tu, Minos, judica: hæc enim ipsa de multis sufficiunt.

7. SCIP. Ne prius tamen, nisi de me quoque audiveris. MIN. At quis tu, virorum optime, aut unde domo dicturus eris? SCIP. Italus Scipio, Imperator, qui fregi Carthaginem, Afrosque devici magnis præliis. MIN. Quid igitur porro tu dices? SCIP. Alexandro quidem me concedere, verum Annibalem anteire, ut qui

a Ἑταίραις] Ἑτέραις solemni labe *J. V2. H. S. A.*

86. Καθηδυπαθῶν] Εἰς ἡδονὰς καλλαναλίσκων. *V.*

85. Ἑτέραις συνὼν] Pro ἑτέραις συνὼν lege, ut legendum vidit Latinus interpres, ἑταίραις συνὼν, *cum amicis consuescens*, hoc est, *meretricibus*. *J.G.G.*

Ἑταίραις συνὼν] Ita *Flor.* ἑτέραις peccatum est posteriorum Edd. Scribit *Florus* II, 6. §. 21. Annibalem a victoria Cannensi maluisse, *relicta Roma, Campaniam Tarentumque peragrare; ubi mox & ipse, & exercitus ardor elanguit.* Mitto *Tarentum*, quod tamen hactenus fuisse nemini suspectum miror: de Annibale Campanae voluptatis lenociniis implicato tacet *Servius* bonum ducem secutus ad AEn. VI, 846. quum narrat Fabium Maximum, *qui Annibalis impetum ferre non posset, mora eum elusisse, & ad Campaniam traxisse, ubi deliciis Carthaginensium virtus obtorpuit:* tacent plures: nam *ipsum*, ut ad *Annaeum* notat Eruditiss. *Dukerus, deliciis his emollitum fuisse* Polybius, Livius *aliique historici quidem non produnt: sed tamen probabile est*; eamque in rem *Luciani* nostri verba profert. Verum sunt sane non pauci, qui Annibalem ipsum pestifera luxuriae Campanae contagione delinitum relanguisse scripserunt. Ne *Aurelio Victori* testimonium denunciem, qui solo Imperatoris nomine exercitum indicasse videri potest, quid *Valerii Maximi* verbis est distertius IX, 1. Ext. §. 1. *Invictum enim armis Annibalem illecebris suis complexa vincendum Romano militi tradidit. Illa vigilantissimum ducem, illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundanti vino, unguentorum fragrantia, Veneris usu lasciviore ad somnum & delicias evocavit.* Parum utique Venus profeciisset, nisi, fractis in mollitiem copiis, eâdem caput ipsum labe adflasset: idcirco Cupidines allocuta, sic ait apud *Sil. Italic.* XI, 402. *Combibat illapsos ductor per viscera luxus, Nec pudeat picto fultum jacuisse cubili, Nec crinem Assyrio perfundere pugnet amomo:* & ne putes intra votum spem Veneris improbam stetisse, cavet *Silius* v. 422. *Ipse etiam adflatus fallente Cupidine ductor Instaurat mensas dapibus, repetitque volentum Hospitia, & patrias paulatim decolor artes Exuit, occulta mentem vitiante sagitta.* At si horum fides sit fortasse levior, historicum dabo, qui amicam ad Annibalem deducet, eumque nobis monstrabit ἑταίραις συνόντα. *Appian.* de Bell. Ann. p. 338. C. Ὁ δ' Ἀννίβας, ἐπεὶ τὴν πείρας (obsidione liberandae Capuae) ἀπέτυχεν, ἐς Λόκριους διελθὼν ἐχείμαζε, καὶ ἐπὶ τρυφῆς ἦν ὁ συνήθους, ἁρμοζόμενός τε εἶχεν ἄγρι καὶ ἀνήρ. Hoc paulo quidem serius, modo ne *Appiani*, qui de Campanis illecebris, si recte memini, mentionem nullam fecit, scriptoris in ordine rerum gestarum digerendo non nimis accurati, industria parumper hic vacillet, accidisse non diffiteor: neque tamen eo minus objectum ab Alexandro flagitium confirmat. Est autem elegans loquendi formula τοὺς τοῦ πολέμου καιροὺς καθηδυπαθεῖν, cujus genuinam vim haud equidem scio, an *Budaeus* C. L. G. p. 1079. penitus non fuerit adsecutus, *per luxum & voluptatem conterere:* debuerat potius, *luxu & voluptatibus avocatum belli opportunitates perdere atque e manibus amittere*: *Plutarch.* in Anton. p. 928. A. Ἐπεὶ δὲ μικρὰ

qui victum illum pepuli, fugamque turpem capessere coëgi: quomodo non impudens igitur hicce, qui cum Alexandro contendat, cui ne ego quidem Scipio, qui eum superavi, comparari sustineo. MIN. Ita me Jupiter amet, æquum loquere, Scipio: quare primo quidem loco ponatur Alexander; tu illi secundus esto: postea, si videtur, Annibal, ne ipse quidem facile contemnendus.

σας αὐτὸν, καὶ φυγεῖν καταναγκάσας ἀτίμως. πῶς ἂν οὖν οὗτος, ὃς πρὸς Ἀλέξανδρον ἀμιλλᾶται, ᾧ οὐδὲ [b] Σκηπίων ἐγὼ, ὁ νενικηκὼς [c] αὐτὸν, παραβάλλεται ἀξιῶ; ΜΙΝ. νὴ Δί' εὐγνώμονα φῂς, ὦ Σκηπίων· ὥστε πρῶτος μὲν κεκρίσθω Ἀλέξανδρος, μετ' αὐτὸν δὲ, σύ· εἶτα, εἰ δοκεῖ, τρίτος Ἀννίβας, οὐδὲ οὗτος εὐκαταφρόνητος ὤν.

XIII.

DIOGENIS ET ALEXANDRI.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ.

DIOG.

1. QUid hoc, Alexander? & tu mortuus es perinde atque nos omnes?

ΔΙΟΓ.

ΤΙ τοῦτο, ὦ Ἀλέξανδρε; καὶ σὺ τέθνηκας, ὥσπερ [d] καὶ ἡμεῖς ἅπαντες; ΑΛ.

b Σκηπίων] Hoc solo loco Σκιπίων *J. Vz.* *c* Αὐτὸν] Ἐμαυτὸν P. vitiose. *d* Καὶ] Ex O. In ceteris Codd. atque Edd. deest.

ρακίου χολὴν ἄγοντος Δηϊτρίδαις ⸗ παιδιαῖς χρώμενον ἀναλίσκειν ⸗ καθηδυπαθεῖν τὸ πολυτελέστατον, ὡς Ἀντιφῶν εἶπεν, ἀνάλωμα τοῦ χρόνου· eamque potestatem pluribus verbis confert adfixa praepositio κατά. Καταπορνεύειν, κατακυβεύειν τοῦ πατρὸς τὴν οὐσίαν, καταπεπαιδεραστηκέναι τὸν οἶκον, καθιππότροφεῖν, καταδωροδοκεῖν, καταριστᾶν, καταγυμνάσασθαι, vide *Hesych.* in Κατεγυμνάσατο, καταπωλεῖν, καταφροντίζειν *Aristophani* Nub. v. 855. ad quem legendus est *Schol.* Nonnihil hinc dissidet *Synesii* ratio de Prov. I. p. 105. B. μείζω συμφορὰν ἐπιποιήσατο τῇ βασιλείας ἐκπεπτωκέναι τὸν ἄνδρα, ἐκείνως ἂν οἰομένη δημοσιεύσειν τὴν πολιτείαν ἐπὶ μείζονος ὑποθέσεως, καὶ καθηδυπαθήσειν τὴν ἐξουσίαν· quoniam scriptoris sui mentem omnino perperam accepit *Petavius*, ne alios in errorem trahat, explanare l bet: *eo indignius ferebat Typhonis uxor regno maritum excidisse, quod se potiretur, in majore rerum argumento se liberius existimaret ac palam posse flagitiosam vivendi consuetudinem evulgare, & potentiam luxui impendere ac deliciis:* quanquam nervos orationis Graecae multum interpretatione Latina debilitari facile concedam. *Suidas* ex scriptore nescio quo profert: τὸν τῆς ἐξουσίας καιρὸν καθηδυπαθοῦντα ἱκανῶς· notatque genitivum etiam adnecti; cujus structurae quod ponit exemplum, καθηδυπαθῶν τοῦ βίου; extat sane in *Basilii* Hom. ad Div. p. 60. C. ἀλλ' ὃν μὲν ἔζης χρόνον, καθηδυπαθῶν τοῦ βίου ⸗ τῇ τρυφῇ Δημφίων· ubi miror equidem ex tot Codicibus, ad quos *Basilium* exegerunt Benedictini, nullam enotari variationem; quum tamen vel invitis membranis ac *Suida* non dubitandum videatur, quin refingi praestet τὸν βίον· nam alteram illam lectionem si loco cedere prohibeas, utique foret interpretanda, *per luxum ac voluptates immoderatas insultare vitae:* quod ab eloquentissimi patris mente non parum discrepat. Vereor autem, quod Alexander gloriatur, se μικρὰ τὰ ἑσπέρια δόξαντα ἐπὶ τὴν ἕω μᾶλλον ὁρμῆσαι, ut Romanos, illos rerum dominos, suffragatores habeat: multa disputat in contrariam partem *Livius* IX, 17. in isto nobili diverticulo, quo quaesivit, *quinam eventus Romanis rebus, si cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit:* ibi non pauca reperies, quae ad hunc Luciani dialogum collata voluptati erunt. Omnino confer *Arrian.* initio lib. VII. *T. H.*

95. Ἦν μὴ] Sic omnes libri nostri pro ἤ. *M. du S.*

97. Ἰταλιώτης] Incurrisse videri potest Lucianus in regulam a Grammaticis praescriptam, quae ut Σικελοὺς & Σικελιώτας, sic etiam Ἰταλοὺς atque Ἰταλιώτας discernit: hanc enim normam si sequi voluisset, Scipio non Ἰταλιώτης, sed Ἰταλὸς dicendus erat. Vid. *Menag.* ad *Diogen. L.* II, 5. Verum eam legem optimi scriptores migrare saepe solent; proque Siculis Σικελιώτας posuit *Diodor. Sic.* tum XI. p. 279. D. tum alibi non raro; de quo more copiosius alio loco dicemus. *T H.*

10. Οὗτος] Commodius, mea quidem sententia, legeretur ὅτας. sed libri omnes aliter. *M. du S.*

12. Καὶ ἡμεῖς] Καὶ ex MS. Ox. *M. du S.*

ΑΛ. ὁρᾷς, ὦ Διόγενες· οὐ θαυμαστὸν δέ, εἰ ἄνθρωπος ὢν ἀπέθανον. ΔΙΟ. ἦκεν ὁ Ἄμμων ἐψευδέλο, λέγων ἑαυτῷ σε εἶναι υἱόν· σὺ δὲ Φιλίππου ἄρα ἦσθα; ΑΛ. Φιλίππου δηλαδή· οὐ γὰρ ἂν ἐτεθνήκειν Ἄμμωνος ὤν. ΔΙΟ. ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ τὴν Ὀλυμπιάδα ὅμοια ἐλέγοντο, δράκοντα ὁμιλεῖν αὐτῇ, καὶ [a] βλέπεσθαι ἐν τῇ εὐνῇ· εἶτα οὕτω σε τεχθῆναι τὸν δὲ Φίλιππον [b] ἐξηπατῆσθαι, οἰόμενον [c] πατέρα σε εἶναι. ΑΛ. κἀγὼ ταῦτα ἤκουον, ὥσπερ σύ· νῦν δὲ ὁρῶ, ὅτι οὐδὲν ὑγιὲς οὔτε ἡ μήτηρ, οὔτε οἱ τοῦ Ἀμμωνίου προφῆται ἔλεγον. ΔΙΟ. ἀλλὰ τὸ ψεῦδος αὐτοῦ οὐκ ἄχρηστόν σοι, ὦ Ἀλέξανδρε, πρὸς τὰ

ALEX. Res apparet, Diogenes: nec valde mirandum, si homo natus mortem obii. DIOG. Igitur Ammon mentiebatur te prædicans suum esse filium, quum tu interea Philippi fores. ALEX. Quippe Philippi: neque enim Ammone genitus decessissem. DIOG. Atqui etiam de Olympiade similia quædam ferebantur, draconem cum ea rem habere & conspici in lecto; tum ita te fuisse prognatum, Philippum vero deceptum, qui opinaretur se tibi patrem esse. ALEX. Et ego non secus ista, quam tu, audiebam: nunc video nihil veri nec matrem, neque Ammoniorum vates dixisse. DIOG. Verum mendacium eorum non inutile tibi, Alexander,

a Βλέπεσθαι] Κλέπτεσθαι O. b Ἐξηπατῆσθαι] Ita recte O. Emendandum erat cunctarum Edd. vitium, ut Grammaticae legibus satisfieret. c Πατέρα σου] Παρ' ἑαυτοῦ σε εἶναι. O.

18. Ὅμοια] Quorsum pertineat, quove referendum sit, exputare nequeo: nam quae similia, aut quibus ante narratis, de Olympiade ferebantur? experiamur an minimae mutationis beneficio sensus verborum enitescere queat: καὶ μὴν καὶ περὶ τὴν Ὀλυμπιάδα ὁποῖα ἐλέγοντο; δράκοντα ὁμιλεῖν αὐτῇ &c. *at vero de Olympiade qualia ferebantur? draconem cum ea consuescere:* haec, puto, conveniunt Diogenis admirationem irrisoriam fingentis personae. Ὁποῖος, autem, ποῖος & οἷος frequenter similem usum habere notum est: Dial. Mort. XXII. ἀγνοεῖς, ὁποῖον ἄνδρα διεπόρθμευσας. Magnis viris apud antiquos & fortitudinis admirandae laude praestantissimis illa singularis honoris praerogativa fuit attributa, ut draconum, atque adeo Deorum (hi enim nullius aeque animalis specie celari gaudebant) filii perhiberentur: ex tali concubitu gens orta Ὀφιογενεῖς, teste *AEliano* de Anim. XII, 39. De Augusto quid mandare memoriae sustinuerit Asclepiades Mendesius, vel inter AEgyptios homo nugacissimus, traditum a *Sueton.* c. 94. Sed exempla, quae magno sunt numero, congerere nihil attinet. Alexandri ortus quam varie fuerit a scriptoribus expositus, enarrat *Plutarchus* in initio vitae ejus: quosdam sane non puduit Philippum infandi concubitus spectatorem agenti rimas januae admovere, ideoque post orbatum oculo male curioso, qui voluntantem cum uxore draconem fuerat conspicatus. Olympias vero rumorem pudicitiae suae noxium aversata dicere solebat argute: Οὐ παύσεται μοι λοιδόρων Ἀλέξανδρος πρὸς τὴν Ἥραν· quod dictum ut ipsi sit honorificum, Alexandri certe stultitiam parentem draconem non adspernantis perstringit: inde *Draconigenam* appellat *Apollin. Sidon.* Paneg. Anthem. v. 80. 121. ubi vide *Savar.* *Livius* quidem non continuit se, quin scriberet XXVI, 19. *ratulitque famam* (Scipio Africanus) *in Alexandro Magno prius vulgatam, & vanitate & fabula parem, anguis immanis concubitu conceptum, & in cubiculo matris ejus persaepe visam prodigii ejus speciem, interventuque hominum evolutam repente, atque ex oculis elapsam.* Equidem, si quis me roget, quid sentiam, nullus intercedo, quo minus anguinae stirpis fulgore nobilissimi viri superbiant: neque tamen conjectorem acutissimum perhibebo, qui divinarit, quodnam genus ad eorum matres draconis pelle tectum in cubicula lectosque ventitarit: haud difficilius dracones, quam alias Deorum formas subeundo simulabant. Sequuntur binae lectiones Cod. Ox. quarum prior κλέπτεσθαι pro βλέπεσθαι, ut forte probatorem inveniat, haud magni momenti videtur: quamvis enim interpreteris, *occulta versari in lecto conspectum aliorum subterfugientem*, eratque sane draconum ejusmodi furtivus accessus, & emissitiis testium oculis minime fidens, quippe qui repente, ut *Livius* ait, hominum interventu evolverentur, ne sic quidem satis erit expeditum: aliud existimarem, si praeberet κυλίεσθαι, verbum opportunissimum, ex cujus corruptela nescio profecto, an nata fuerint, supponentibus quod quisque menti Scriptoris optime congruere putabat correctoribus, ista duo minoris pretii βλέπεσθαι & κλέπτεσθαι altera quidem egregie placet παρ' ἑαυτοῦ σε εἶναι. Dial. XVI. δύο ἔτεκεν ἡ Ἀλκμήνη κατὰ τὸ αὐτὸ Ἡρακλέας, τὸν μὲν ὑπ' Ἀμφιτρύωνι, τὸν δὲ ὑπὸ τοῦ Διός· sic paulo aliter apud *Cornut.* de Nat. Deor. c. II. Jupiter peperit τὸν Διόνυσον ἐκ τῆς ἰδίου μηροῦ ἐπιλαμπηναίου ὑπὸ τῆς Σεμέλης. T. H.

19. Ἐξηπατῆσθαι] Miseris profecto editorum diligentiam. Sed ἐξαπατᾶσθαι, vel ἐξηπατῆσθαι scribendum, dicerent γραμματικῶν παῖδες. At hoc in loco ἐξηπατῆσθαι suadent praecedentia; veluti & hoc maluit Interpres, reddens, *Atqui de Olympiade similia ferebantur,*

der, ad res gerendas fuit: multi enim metu succumbebant, Deum esse te rati.

2. At tedo mihi, cui illud tantum imperium reliquisti? ALEX. Nescio sane, Diogenes: nam nihil antequam morerer mandavi quicquam de eo, nisi hoc solum, quod animam agens Perdiccae annulum tradidi. Interea tu quid rides, Diogenes? DIOG. Quid scilicet aliud, quam in memoriam revocavi, qualia faceret Graecia, te suscepto jam modo imperio adulati, praefectumque capientes & imperatorem adversum barbaros: nonnulli etiam duodecim Diis adjungebant, templaque & sacra faciebant tanquam serpentis filio.

πράγματα ἐγένετο· πολλοὶ [d] γὰρ ὑπέπτησσον θεὸν εἶναί σε νομίζοντες.

Ἀτὰρ εἰπέ μοι, τίνι ἢ τοσαύτῃ ἀρχὴν ὁπαλαλέλοιπας; ΑΛ. ἐκ οἶδα, ὦ Διόγενες· ἐγὼ γὰρ ἔφθασα ὀπισκῆψαί [e] τι περὶ αὐτῆς· ἢ τοῦτο μόνον, ὅτι ἀποθνήσκων Περδίκκᾳ τὸ δακτύλιον ἐπέδωκα. πλὴν ἀλλὰ τί γελᾷς, ὦ Διόγενες; ΔΙΟ. τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἀνεμνήσθην, οἷα ἐποίει ἡ Ἑλλὰς, ἅρτι σε παρειληφότα τὴν ἀρχὴν κολακεύοντες, καὶ προσάτην αἱρούμενοι, καὶ πραιηγὸν ὅτι τῶν βαρβάρων· ἔνιοι δὲ καὶ τοῖς δώδεκα θεοῖς προσιθέντες, [f] καὶ νεὼς οἰκοδομούμενοι, καὶ θύοντες ὡς δράκοντος υἱῷ.

Ἀλλ'

[d] Γὰρ] Δ' ὑπεπτ. O. [e] Τι] Τινι O. quod placet. [f] Καὶ νεὼς οἰκοδομούμενοι] Οἰκοδομοῦντες σοι νεώς. O.

esse, draconem cum ea consuetudinem habuisse, & in lecto visum fuisse. deinde te ex hoc concubitu editum in lucem venisse: porro deceptum Philippum, qui se tuum patrem existimaret. *J. F.*

Ἐξηπατῆσθαι] Sic Mss. Ox. recte. Omnes impressi ἐξαπατῆσθαι, quod merito Clariss. *Jensio* displicuit. *M. du S.*

2. PLUT. Non tu bibiſti, Proteſilae, Lethes aquam? PROT. Maxime, domine: ſed amor meus vim Lethæi liquoris vehementiæ magnitudine vincebat. PLUT. Quin ergo mane atque expecta: aderit illa aliquando; neque tu, ut ad ſuperos evadas, neceſſe habebis. PROT. At non fero moram, Pluto: amore nimirum & tu ipſe jam captus fuiſti, & noviſti, quale ſit amare. PLUT. Et quid te juvabit unum diem reviviſcere, quum poſt paulo ſis eadem lamentaturus. PROT. Puto me perſuaſurum ipſi, ut comes me

ΠΛ. Οὐκ ἔπιες, ὦ Πρωτεσίλαε, τὸ Λήθης ὕδωρ; ΠΡ. καὶ μάλα, ὦ δέσποτα· τὸ δὲ πρᾶγμα ὑπέρογκον ἦν. ΠΛ. ἐκὼν [c] παρείμενον· ἀφίξεται γὰρ ἐκείνη ποτὲ, καὶ οὐδέν σε ἀνελθεῖν δήσει. ΠΡ. ἀλλ' ἐ φέρω τὴν μητριδῆν, ὦ Πλούτων· ἠράθης δὲ καὶ αὐτὸς ἤδη, καὶ οἶδα οἷον τὸ ἐρᾶν ἐστιν. ΠΛ. εἶτα τί σε ὀνήσει μίαν ἡμέραν ἀναβιῶναι, μετ' ὀλίγον τὰ αὐτὰ ὀδυρόμενον; ΠΡΩΤ. οἶμαι πείσειν κἀκείνην ἀκολουθεῖν.

Παρείμενον] Παράμενον O. & mox κἀκείνη.

non ab oppido ductam eſſe hanc appellationem, ſed ab avo, praeter formam patronymicam ſyllabae primae quantitas ab *Homero* ſignata Il. B, 700. & 705. manifeſto demonſtrat. Quae huc ſpectant, multa dabit *N. Heinſius* ad *Ovid.* Ep. Her. XIII, 35. ubi *Phylleides* cupidius admiratione vocabuli rarioris intruſum puto, quam verius; nam nihil aeque opportunum, quam *Conveniunt matres Phylaceïdes*, ab illa urbe, quam utique Laodamia incolebat *Homero* notam, apud quem nulla usquam Phyllus comparet, tum forte nondum condita: idcirco tutius eam lectionem teneri arbitror*, quae a communi vatum fonte fuerit derivata. *Tzetz.* Chil. II. c. 52. poſtquam Proteſilai hiſtoriam explicuit, Λουκιανὸς, ait, Φιλόστρατος γράφει τὴν ἱστορίαν, Καί τινες ἄλλοι μέμνηνται· ἐ ποιηταὶ καὶ νέοι, ſine dubio dialogum iſtum indicans: *Philoſtratum* vide p. 662. cum *Oleario*, & ſaepius in Heroïc. *Ariſtid.* T. III. p. 374. C. καθάπερ τὸν Πρωτεσίλαον φασὶ παραίλησάμενον τοὺς κάτω γεγονότας μὴ τῶν ζώντων *Propert.* I. El. XIX, 7. & *Broukhuſ. Minuc. Fel.* c. 11. *Quis unus ab inferis vel Proteſilai ſorte remeavit, horarum (trium) ſaltem permiſſo commeatu, vel ut exemplo crederemus.* Plane verum eſt, quod monet *Tzetzes*, multos decantatiſſimi caſus feciſſe mentionem; neque lubet ab aliis prolatos veterum locos acceſſione nova cumulare. *T. H.*

91. Αὐτῶν] Mallem, ſi codex aliquis addiceret, αὐτῇ, ſcilicet ἔρωτι. *T. H.*

96. Ἕκτορος] *Homerus* Hectorem non nominat, ſed Dardanum tantum. *Hyginus* tamen CIII. & *Ovid.* Metam. XII, 67. cum *Luciano* ſentiunt. *M. du S.*

3. Τὸ δὲ πρᾶγμα] Id eſt, amor, deſiderium uxoris. *F. G.*

Τὸ δὲ πράγμα ὑπέρογκον ἦν] Reddiderunt *Micyllus* & *Benedictus*: *ſed haec res praevaluit pondere*: quanquam obſcurius, voluiſſe tamen eos puto; *Sed is in uxorem amor meus omni pondere*, quomodo loquitur Cicero de Off. III. §. 35. *gravior erat, quam ut hauſta Lethes aqua potuerit extingui.* Ejuſmodi certe ſententiam nexus orationis inſtitutae requirit: ſed valde vereor, ut Graecae linguae conſuetudo poteſtatem illam in ὑπέρογκος ferat. Quare, niſi quid vitii majoris occultetur, potius flexu ſignificationis levi dedero; *meus amor omnem modum excedebat, molisque grandioris erat, quam ut Lethaeo liquore obrui poſſet.* Ὑπέρογκα ſane dicuntur a Graecis proprie, quae molem magnitudinis enormem habent, atque immoderata ſunt: ideo Ὑπέρογκον *Heſychius* exponit non tantum μέγα, ὑψηλὸν, ſed & ὑπέρμετρον inde manat, pro tumide magnificis, extraordinariis rebus, quaeque hominum oculos ad ſe convertunt, eamdem vocem poni, fre tamen, ut in illa poteſtate ſemper aliquid vitioſi atque indecori haereat admixtum. Mox pro ἐκοῦν forte non deterius legeretur, σὺ γοῦν. *T. H.*

10. Κἀκείνην] Uxori ejus nomen erat Laodamia, quam ferunt deſiderium mariti non ferentem ſibi necem conſciviſſe. Vid. *Hygin.* CCXLIII. & CIII. & CIV. Eo itaque hic reſpicit *Lucianus*. Nomen habet Ὄρχ. c. 53. *M. du S.*

θεῖν παρ' ὑμᾶς· ὥστε ἀνθ' ἑνὸς δύο νεκρὸς [a] λήψῃ μετ' ὀλίγον. ΠΛΟΥ. οὐ θέμις γενέσθαι ταῦτα, οὐδὲ ἐγένετο πώποτε.

ΠΡ. Ἀναμνήσω σε, ὦ Πλούτων, Ὀρφεῖ γὰ δι' αὐτὴν ταύτην τὴν αἰτίαν τὴν Εὐρυδίκην παρέδοτε, καὶ τὴν ὁμογενῆ μου Ἄλκηστιν παρεπέμψατε Ἡρακλεῖ χαριζόμενοι. ΠΛ. θελήσεις δὲ οὕτω κρανίον γυμνὸν ὂν καὶ ἄμορφον τῇ καλῇ σου ἐκείνῃ νύμφῃ φανῆναι; πῶς δὲ κἀκείνη [b] προσήσεταί σε, οὐδὲ ἀφγνῶναι δυναμένη; φοβήσεται γὰ, εὖ οἶδα, καὶ φεύξεταί σε· καὶ μάτην ἔσῃ τοσαύτην ὁδὸν ἀνεληλυθώς. ΠΕΡ. ἀκοῦσον, ὦ ἄνερ, σὺ καὶ τοῦτ' ἴασαι, καὶ τὸν Ἑρμῆν κέλευσον, ἐπειδὰν ἐν τῷ φωτὶ ἤδη ὁ Πρωτεσίλαος ᾖ, καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ, νεανίαν εὐθὺς καλὸν ἀπεργάσασθαι αὐτὸν, οἷος ἦν ὅτε

sequatur ad inferos : atque adeo pro uno duos mortuos recipies brevi. PLUT. Ista fieri fas non est ; neque facta fuerunt unquam.

3. PROT. At faciam, ut reminiscare, Pluto : nam Orpheo eandem istam ob causam Eurydicen tradidistis, & consanguineæ meæ Alcesti commeatum dedistis Herculi gratificati. PLUT. Tune voles cranium ita nudum & forma destitutum in conspectum formosæ tuæ sponsæ venire? quomodo autem admittet te, quem dignoscere nequeat? imo perterrefiet, sat scio, teque fugiet; & frustra tam longam ad superos viam relegeris. PROS. Quin tu, marite, huic etiam incommodo medere, Mercurioque manda, ut, postquam luci redditus erit Protesilaus, eum potenti virga contactum juvenem statim efficiat pulcrum, qualis erat ex thalamo nuptiali. PLUT.

a Λήψῃ] Λήψει O. quae est Attica forma raro scriptoribus inferioris aetatis, nisi librariis fidem derogemus, usitata pro λήψῃ. b Προσήσεται] Ita O. P. L. In Edd. fuit προσόψεται.

24. Οὐκοῦν . . . . .] * Τῆς Περσιφόνης ὁ λόγος δεομένης ὑπὲρ Πρωτεσιλάου. G.

* Τῆς Περσ.] Haec videtur *Schol.* monuisse, quia omissa fuerat ejus in exemplari Proserpinae persona. T. H.

17. Τὴν ὁμογενῆ μου Ἄλκηστιν] Si velis scire, Lector, in quo gradu consanguinitatis fuerint Protesilaus & Alcestis, en tibi stemma ex *Apollodoro*, *Didymo*, *Pindari Scholiaste*, *Plutarcho*, *Pausania* & aliis.

AEolus

Cretheus	Deioneus
Pelias	Phylacus
Alcestis	Iphiclus
	Protesilaus.

J. P. a G.

21. Προσήσεται] MSS. Ox. P. & L. pro vulgato προσόψεται. Vid. *Xenoph.* Cyrop. L. VII. p. 103, *M. du S.*

21. Προσήσεται] Ferri non poterat admissum in Edd. vulgatas προσόψεται, quippe quod nec cum οὐδὲ ἀφγνῶναι δυναμένη, nec cum φεύξεται σε satis accurate conveniret. *Moschopul.* Ὀν. Ἀττ. Ἐκλ. Προσίεμαι, τὸ μέλλον προσήσομαι, ὁ ἀόριστος προσηκάμην &c. Ex *Appiano Suidas* : Ταρκύνιον προσησεται. *Nost.* Phal. I. §. 14. T. H.

27. Καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ] *Mercurium jube, postquam ad lucem pervenerit Protesilaus, contactum virga, mox in adolescentem formosum eum convertere.* Sed quid sibi velit praepositio ἐν, in καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ, non intelligo. Καθικέσθαι τῇ ῥάβδῳ satis plene dicitur. *Homerus* Il. Ξ. vs. 104.

Ὦ Ὀδυσεῦ, μάλα πώς με καθίκεο θυμὸν ἐνιπῇ
Ἀργαλέῃ.

O *Ulysses*, *valde meum penetrasti animum increpatione gravi.*

Neque vero si in hac locutione intelligatur praepositio, videtur ἐν, sed σὺν subaudiendum. An μὲ pro ἐν legendum? J. J.

Ἐν τῇ ῥάβδῳ] Miratur Clar. *Jensius*, cur ἐν hic praeponatur; & merito miratur: ubinam enim his similia reperias? Servandam tamen, quam omnes Codd. tuentur, lectionem duximus: sic enim iterum *Noster* alibi Συγ. c. 12. ἐν ἀκοντίῳ φονεύοντα (cui similis extat phrasis in Epigrammate, teste *Constant.* Lex. ἐν βέλει πληγείς) quanquam ibi MS. G. & L. ἐπὶ legunt *Euripid.* autem El. v. 321. Καὶ σκῆπτρ' ἐν οἷς Ἕλλησιν ἐστάλητε & Ἰκετ. v. 593. Has partes virgae Mercurii datas an etiam Scriptores Graeci superstites agnoscant, nescio: haud temere utique a *Luciano* dictum crediderim. M. du S.

Καθι-

PLUT. Quoniam hoc Proſerpinæ quoque placet, duc illum ad ſuperos iterum, Mercuri, & redde ſponſum. Tu, Proteſilae, memineris, unius diei accepiſſe te commeatum.

ϑ παρθ. ΠΛΟΥ. ἐπεὶ Περσεφόνῃ συνδοκεῖ, ἀναγαγὼν τοῦτον αὖθις ποίησον νυμφίον. σὺ δὲ μέμνησο μίαν λαβὼν ἡμέραν.

XXIV.

DIOGENIS ET MAUSOLI.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΜΑΥΣΩΛΟΥ.

D I O G.

1. TU Car, ob quam rem magnum ſpiras, omnibusque nobis præferri poſtulas? MAUS. Primum ob regnum, Sinopenſis, ut qui rex fuerim Cariæ univerſæ, imperaverim etiam Lydorum nonnullis, inſulas quasdam ſubegerim, & Miletum usque progreſſus pleraque Ioniæ debellarim. Deinde quia pulcer eram &

Δ I O Γ.

Ω Κὰϱ, ὅτι τίνι μέγα φρονεῖς, ϗ πάντων ἡμῶν προϊμᾶϑϑ ἀξιοῖς; ΜΑΥ. ϗ ὅτι τῇ βασιλείᾳ μὲν, ὦ Σινωπεῦ, ὃς ἐβασίλθυσα Καρίας μὲν ἁπάσης, ἦρξα δὲ ϗ Λυδῶν ἐνίων, ϗ νήσους δὲ τινὰς ὑπηγαγόμην, ϗ ἄχρι Μιλήτου ἐπέϑην, τὰ πολλὰ τῆς Ἰωνίας καλαϱεφόμῳϑ. ϗ καλὸς ἦν ϗ μέ-

29. Παϱοῦ] Θαλάμου. G.

Καθικόμβον ἐν τῇ ῥάβδῳ] Quamvis in Symp. §. 16. ſcripſerit *Lucianus*, τάχα δ' ἂν τινες καθίκελο τῇ βακτηρίᾳ, nihil tamen ab optimorum ſcriptorum uſu alienum fecit, quum hic interpoſuit ἐν τῇ ῥάβδῳ. Multi haud infimi ordinis ita ſunt locuti non tantum quando ablativus inſtrumenti, ſed & alius quicumque ponendus erat: ideo non raro fit, ut in eodem orationis contextu additum omiſſumque reperiatur. *Ariſtot.* Z. I. IV. p. 111. λαμβάνον) δὲ ϵ λάβρακες. . . . . τριόδοντι . . . εἰ δὲ μὴ, ἐδὲν δοκεῖ τῷ τοιούτων ληφθῆναι ἐν τῷ τριόδοντι. *Tryphon* I. Anth. c. 37. Ep. 14. Οὐκ ἄορι πληγεὶς, ἐδ' ἐν βέλει, ἀλλ' ἐνὶ σύκῳ Χείλεα — *Arriano* Α. Α. III. c. 30. ἐν κλοιῷ δῆσαι, quod apud *Xenophontem* & *Noſtrum* περὶ τ ἐπὶ Μ. Σ. c. 24. ſimpliciter eſt κλοιῷ δεθεὶς. *Ælian.* V. H. XIII, 1. ἐτρέφϵτο ἐν αὐτοῖς ἐν ὀρείῳ τῇ τροφῇ· ubi prius ἐν Mſſ. auctoribus eſt delendum. *Philo* Βελοπ. V. ἐν ὑπερφόοις ἀφληλιμμένοις ἐν ἀμόργῳ. *Polemo* Phyſiogn. I. p. 170. πειθόμαχος ἐν δάφνοις ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ. *Antiphon* de Herod. Caed. p. 136. v. 18. σὺ δέ μϵ ἐν ἀφανεῖ λόγῳ ζητεῖς ἀπολέσαι· qualia notavit ex *Herodoto Raphel.* ad 1. Theſſ. IV, 18. *Manetho* I, 239. — ἐν καδοχαῖοι ϑεῶν πεπεδημένοι ἀεί. *Quint. Calab.* VIII, 9. — ἧας τ' ἀμαϑύνειν Ἐν πυρὶ λδυγαλέῳ — Neque erat cauſa, cur *Needhamus Hierocli* demeret ad Aur. Carm. p. 206. τὴν λυγρὰν ἔριν φεικόπλων ἐν ἑκουσίῳ φυγῇ· Verum hujus generis exempla numero carent: vide *Th. Muncker.* ad *Hygin.* F. XX. quem *Luciani* locus hicce non effugit. Erat autem virga Mercurii potentiſſimae virtutis, ac paene magicae, qua, ſi vellet, admota formas alias inducebat: ſic *Cadmum ſuo caduceo tactum vertit in ſerpentem*, teſte *Schol. Cruquiano* ad *Horat.* A. P. v. 187. ideo Θαυμασιαν τὴν δύναμιν dixit Apollo Δ. Θ. VII. *T. H.*

28. Ἀπεργάσαϑϑ αὐτὸν] *Thom. Mag.* in Βούλομαι p. 31. *T. H.*

31. Μίαν . . .] Satis erat; nam uxor viſo marito ſtatim præ gaudio in amplexibus ejus moriebatur, ut *Servius* habet ad AEn. VI, 447. *Hyginus* aliter narrat hiſtoriam F. CIII. & CIV. *E. L.*

39. Καὶ καλὸς ἦν] Mox tria Diogenes commemorat, quibus umbra Mauſoli efferebatur, τὴν βασίλειαν, τὸ κάλλος & τὸ βάρος τῆ τάφου· eadem in his etiam verbis ut commode diſtincta cognoſcas, una vocula faciet apto loco interpoſita, ϗ ὅτι καλὸς ἦν. Nunc omnia ſunt liquida, & ordine juſto decurrunt: μέγα φρονῶ ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ . . . ϗ ὅτι καλὸς ἦν . . . . τὸ δὲ μύγιστον ὅτι ἐν Ἁλικαρνασσῷ &c. nam ὑπηγαγόμην & ἐπέϑην a ſuperioribus pendent, ὃς ἐβασίλευσα, ἦρξα &c. Verum de Mauſoli rebus geſtis & hoc ipſo loco alibi dicemus accuratius: videntur enim mendo laborare ἄχρι Μιλήτου ἐπέϑην· quanquam ex *Polyaeno* conſtet VI. c. 8. Miletum Ionicarum urbium florentiſſimam a Mauſolo fuiſſe proditione tentatam. Mauſolei autem ſeptem mirandis terrarum orbis ſpectaculis adſcripti qui mentionem fecerint, oſtendent *Leo Allatius* ad *Philon. Byzant. Gisb. Cuper.* Num. Ant. Ill. p. 236. qui *Luciani* quoque verba protulit, itidemque *Daviſ.* ad *Cicer.* T. D. III. c. 31. *Euſtath.* ad Il. Υ. p. 1298. v. 52. Καὶ ὁ μὲ τῦ Μαυσώλου μάλα πολλὸς (πολυτελὴς, φειδόητος vel aliud, quod propius accedat, vocabulum reponi debet) τάφος ἄκρως φειρίγασαι, ϗ θαῦμα ϵ ἦν ϵ ἴσιν. Mox pro ἀνδρῶν neſcio an melius ſcri-

μέγας, ϗ σὺ πολέμοις καρτερός· τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι σὺ Ἁλικαρνασσῷ μνῆμα παμμέγεθες ἔχω ὑπικείμενον, ἠλίκον οὐκ ἄλλος νεκρὸς, ἀλλ' οὐδὲ ὅτως ἐς κάλλος ἐξησκημένον, ἵππων ϗ ἀνδρῶν ἐς τὸ ἀκριβέστατον εἰκασμένων λίθῳ ϗ καλλίστῳ, οἷον οὐδὲ νεὼν εὕροι τις ἂν ῥᾳδίως. ϗ δοκῶ σοι δικαίως ὑπὲρ τούτοις μέγα φρονεῖν;

magnus, belloque ſtrenuus. Tum, quod maximum eſt, quia Halicarnaſſi monumentum ingens habeo mihi impoſitum, quantum mortuus alius nemo; ſed neque ita in ſpeciem elegantiſſimam expolitum, equis virisque exactiſſime adſimilatis ex lapide pulcerrimo, quale ne templum quidem facile quis invenerit. Non tibi videor jure ob iſta ſuperbius efferri?

ΔΙΟ. Ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ φῂς, ϗ τῷ κάλλει, ϗ τῷ βάρει γε τάφου; ΜΑΥ. νὴ Δί' ὑπὲρ τούτοις. ΔΙΟ. ἀλλ', ὦ καλὲ Μαύσωλε, ὅτε ἡ ἰσχὺς ἔτι σοι ἐκείνη, ὅτε ἡ μορφὴ πάρεστιν. εἰ γοῦν τινα ἑλοίμεθα δικαστὴν εὐμορφίας περὶ, οὐκ ἔχω εἰπεῖν, τίνος ἕνεκα τὸ σὸν κρανίον προλιμηθείη ἂν γε ἐμοῦ· φαλακρὰ γὰρ ἄμφω, ϗ γυμνά· ϗ τοὺς ὀδόντας ὁμοίως προφαίνομεν, ϗ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφῃρήμεθα, ϗ τὰς ῥῖνας ἀποσεσιμώμεθα. ὁ δὲ τάφος, ϗ οἱ πολυτελεῖς ἐκεῖνοι λίθοι, Ἁλικαρνασεῦσι μὲν ἴσως εἶεν ὑπιδείκνυσθαι, ϗ φιλοτιμεῖσθαι πρὸς τοὺς ξένους, ὡς δή τι μέγα οἰκοδόμημα αὐτοῖς ᾖ· σὺ δὲ, ὦ βέλτιστε, οὐχ ὁρῶ ὅ, τι ἀπολαύεις αὐτοῦ, πλὴν εἰ μὴ τοῦτο φῂς, ὅτι μᾶλλον ἡμῶν ἀχθοφορεῖς ὑπὸ τηλικούτοις λίθοις πιεζόμενος.

2. DIOG. Ob regnum, inquis, & formam, & pondus ſepulcri? MAUS. Omnino ob iſta. DIOG. Sed, formoſe Mauſole, neque robur illud amplius, nec forma tibi adeſt. Quare ſi capiamus judicem de pulcritudine, dicere nequeas, cur tuum cranium anteponendum ſit meo: utraque calva & nuda: dentes perinde nobis prominent; oculis fumus ſpoliati, naresque ſimas gerimus. De ſepulcro autem, pretioſisque iſtis lapidibus, Halicarnaſſenſibus forte conducant ad oſtentandum, & ambitioſius ad peregrinos jactandum, ingens aliquod ædificium eſſe ſcilicet penes ſe. Tu autem, vir optime, non video quo tibi monumentum proſit; niſi hoc dixeris, te majus quam nos geſtare pondus tantis lapidibus oppreſſum.

3. MAUS.

ſcribatur ἀνδριάντων· nam cur ἀνδρῶν, ubi ſtatuae plures erant, & Deorum? Equos intelligere puto illius quadrigae marmoreae, quam in ſummo pyramidis cacumine Pythis ſive Pytheus exegerat. Quod autem ad ſui ſepulcri magnificentiam vix templum ullum comparari poſſe Mauſolus jactat, de Rufino dixit *Claudian.* in Rufin. II, 448. *Qui ſibi pyramidas, qui non cedentia templis Ornatura ſuos extruxit culmina manes.* T. H.

41. Παμμέγεθες] Patebat, teſte *Plinio*, ab Auſtro & Septentrione ſexagenos ternos pedes. M. du S.

53. Οὐκ ἔχω] Mirum in omnibus qua ſcriptis, qua vulgatis libris hoc proſtare, quum tamen nihil expeditius videatur, quam perſona mutata legendum eſſe, οὐκ ἔχοις εἰπεῖν *quod ſi formae arbitrum deligamus, dicere tu nequeas, cur tuum cranium meo ſit praeferendum*: plane ut Dial. XXVIII. οὐκ ἔτ' ἂν εἰπεῖν ἔχοις, τίς ὁ Φινεὺς ἦν &c. T. H.

57. Ἀποσεσιμώμεθα] Hinc *Stephanus* adnotavit in Theſ. ἀποσεσιμώμεθα τὴν ῥῖνα. *Paulus AEgin.* VI. p. 213. Τῆς ῥινὸς τὸ μὲν κάτω μέρος χονδρώδες ὂν ὑ κατάγνυται ὄν, ἀλλὰ θλᾶται ϗ σιμοῦται ϗ ἀφαιρεῖται. Egregie *Sulpicius Luperc.* in Catal. *Pith.* p. 23. *Simaetaeque jacent pando ſinuamine nares.* T. H.

59. Εἶεν ὑπιδείκνυσθαι] Putaverit aliquis abeſſe εἶεν ἱκανοὶ, vel οἷοι ὑπιδείκνυσθαι. Nihil abeſt: amant eam ſtructuram aliquando in verbo εἰμὶ paulo aliter *Lyſias* p. 153. v. 27. ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἦν τὰ ἑαυτοῦ πράττειν. De Mauſoleo *Gregor. Nazianz.* in Anecd. *Murator.* Ep. 147. Μαυσώλου τάφος ἐστὶ πελώριος, ἀλλὰ Κάρεσσι Τίμιος· οὗτις ἐκεῖ τυμβολέτις παλαμῃ. T. H.

72. Καὶ ἀδελφῆς] Sororem *Gellius* non dicit: ſed apud *Suidam* & *Strab.* XIV. p. m. 452. B. ſoror etiam traditur. M. du S.

73. Τῶ μὲ σώματος] Interpretes quaſi legiſſent, aut legi voluiſſent περὶ τοῦ μὲ σώματος, *contra Diogenes ne id quidem ſuo de corpore novit*: nimirum fraudi fuit optimis viris interpunctio cunctis in Edd. poſt σώματος poſita; qua demta partes orationis ita connectuntur: ὁ Δ. δὲ οὐκ οἶδεν εἰ ἔχει τινα τάφον τοῦ σώματος· Diogenes enim, ut talem philoſophum decebat, exiſtimans mentem eſſe ſolam τὸ ὄντως ἄνθρωπον, huic excolendae tantum incubuerat, corpore ſuo quid fieret poſt mortem, nihil omnino curans: expreſſit hanc ejus ſententiam, qui epiſtolis a ſe confictis Diogenis nomen praeſcripſit Ep. 25. Vid. *Diogen.* L. VI,

77.

3. MAUS. Infructuosa igitur ista mihi fuerint omnia, & pari honore æquabitur Mausolus ac Diogenes? DIOG. Non pari, vir præstantissime: haudquaquam. Mausolus etenim lamentabitur, recordatus eorum, quæ in terra præsto fuerunt, in quibus felicitatem esse sitam ducebat: Diogenes contra deridebit ipsum. Et ille monumentum quidem suum Halicarnassi memorabit ab Artemisia uxore simul & sorore constructum. Diogenes autem corpusculi sepulcrum aliquod an habeat, est nescius, siquidem nihil eam rem curarit: verum perpetuam sapientissimis viris sui commemorationem reliquit, quippe qui viri vitam vixerit sublimiorem tuo, Carum abjectissimum mancipium, monumento, inque tutiore loco conditam.

ΜΑΥ. Ἀνόητα ἂν μοι ἐκεῖνα πάντα, καὶ ἰσότιμος ἔσται Μαύσωλος, καὶ Διογένης; ΔΙΟ. οὐκ ἰσότιμος, ὦ γενναιότατε· οὐ γάρ. Μαύσωλος μὲν γὰρ οἰμώξεται, μεμνημένος τῶν ὑπὲρ γῆς, οἷς εὐδαιμονεῖν ᾤετο· Διογένης δὲ καταγελάσεται αὐτοῦ. καὶ τάφον ὁ μὲν ἐν Ἁλικαρνασσῷ ἐρεῖ ἑαυτοῦ ὑπὸ Ἀρτεμισίας καὶ γυναικὸς καὶ ἀδελφῆς κατεσκευασμένον· ὁ Διογένης δὲ, εἰ μὲν σώματος καὶ τινα τάφον ἔχει, οὐκ οἶδεν· οὐδὲ γὰρ ἔμελεν αὐτῷ τούτου· λόγον δὲ τοῖς ἀρίστοις περὶ αὐτοῦ καταλέλοιπεν, ἀνδρὸς βίον βεβιωκὼς ὑψηλότερον, ὦ Καρῶν ἀνδραποδωδέστατε, τοῦ σοῦ μνήματος, καὶ οὐ βεβαιοτέρῳ χωρίῳ κατεσκευασμένον.

XXV.

NIREI, THERSITÆ, ET MENIPPI.

ΝΙΡΕΩΣ, ΘΕΡΣΙΤΟΥ ΚΑΙ ΜΕΝΙΠΠΟΥ.

N I R.

1. ECce enim, Menippus hicce judicabit, uter sit formosior. Dic, Me-

N I P.

ΙΔΟΥ δὴ Μένιππος οὑτοσὶ δικάσει, πότερος [a] εὐμορφότερός ἐστιν. εἰπὲ, ὦ Μένιππε·

[a] Εὐμορφότερος] Ita O. Priores Edd. excepta *W.* εὐμορφώτερος. Idem ter in sequentibus hujus dialogi emendatum est vitium.

77. 78. 79. Illud autem aculeatum Καρῶν ἀνδραποδωδέστατε· praeterquam enim quod philosophi ἀνδράποδα vocent & ἀνδραποδώδεις eos homines, qui corpori corporisque voluptatibus servili nexu sunt addicti, mancipia corporis, ut ait *Seneca*, voluptatumque, respicitur ad Cariae conditionem, ex qua non minus atque ex finitimis regionibus servorum greges in Graeciam mittebantur: hinc Καρίων frequens mancipii nomen, etiam apud Nostrum: similis elegantia notata ad p. 337. v. 94. *T.H.*

74. Τάφον ἔχει] Habuit sepulchrum prope Corinthum. Vide *Pausan.* Corinth. p. 45, 37. *M. du S.*

76. Ἀνδρὸς βίον βεβιωκώς] Adscripsit pater, forte βεβιωκότος· sed & prius ferri potest. *J.G.*

80. Πότερος εὐμορφότερός ἐστι] Sic quidem scribitur. Sed, ut jam plus semel in eodem mendo monuimus supra, εὐμορφότερος scribendum. In hoc unius paginae dialogo quater, quod mirandum, peccatur in hanc scripturam. At recte ea observata cum passim, tum in Hermot. c. 19. πρὸς τὸ εὐμορφότατον. Adde pro Imaginib. c. 6. & 20. E. Eadem scripturae macula infuscavit Achillem *Tatium* lib. VI. initio, ὡς εὐμορφότερον, ἔφη, ὦ Δοῦ πολὺ γέγονας τῆς σοφῆς. Similiter male apud eumdem ibidem pag. 379. legas, ἵνα αὐτὸν ἴδοις σεμνοτέροις δεσμοῖς δεδεμένον. pro εὐμορφότερος & σεμνότεροις. Apud *Ælianum* quoque IX. Ποικιλ. c. 4. perperam, Ἀνακρέων ἐπῄνεσε Σμερδίην θερμώτερον, pro θερμότερον· ut recte apud eumdem Scriptorem II. c. 12. IX. c. 39. X. c. 2. In contrarium peccatum in Isocratis Panathen. p. 243. B. Καί τοι τίνας ἄν τις κριτὰς ἱκανοτέρους ποιήσαιτο ἢ πιστοτέρους. lege ἱκανωτέρους. ut recte pag. 260. ἐπὶ τὰς ἀρχὰς καθιστάναι τοὺς ἱκανωτάτους τῶν πολιτῶν. Apud eumdem ibid. pag. 289. E. pro φιλοσοφοτέρους scribendum φιλοσοφωτέρους. *J.J.*

82. Ti-

νιππε, ϐ καλλίων σοι δοκῶ; MEN. τίνες δὲ ϗ ἐστὲ; πρότερον, οἶμαι, χρὴ γ̃ τοῦτό εἰδέναι. NIP. Νιρεὺς, ϗ Θερσίτης. MEN. [a] πότερ☞ ὃν ὁ Νιρεὺς, ϗ πότερ☞ ὁ Θερσίτης; ϐδέπω γ̃ τοῦτο δῆλον. ΘΕΡ. ἓν μέν ἤδη τοῦτ' ἔχω, ὅτι ὁμοιός εἰμί σοι, ϗ ϐδὲν τηλικοῦτον ἀμφέρεις, ἡλίκον σε Ὅμηρ☞ ἐκεῖνος ὁ τυφλὸς ἐπῄνεσεν, ἁπάντων εὐμορφοτάτον προσειπών· ἀλλ' ὁ φοξὸς ἐγὼ, ϗ ψεδνὸς, ϐδὲν χείρων ἐφάνην τῷ δικαστῇ. [b] ὅρα σὺ δὲ, ὦ Μένιππε, ὅν τινα ϗ εὐμορφότερον ἡγῇ. NIP. ἐμέ γε τ' Ἀγλαΐας, ϗ Χάροπος, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθον.

nippe, non pulcrior tibi videor? MEN. Quinam eſtis? nam prius, opinor, illud ſcire commodum eſt. NIR. Nireus & Therſites. MEN. Uter ergo Nireus, uter Therſites: nondum enim hoc manifeſtum. THER. Jam unum hoc in rem meam teneo, quod ſimilis ſim tibi, & nihil tanto opere præcellas, quantum te Homerus iſte cæcus laudavit, omnium formoſiſſimum appellans: ſed ille ego, cui caput in acutum deſinens, & rari crines, nihilo inferior viſus ſum judici. Expende vero, Menippe, quemnam formoſiorem ducas? NIR. Me certe filium Aglaiæ & Charopis, qui pulcerrimus homo ſub Ilium veni.

2. MEN.

a Πότερος ἓν] Secutus ſum O. In omnibus Edd. ἓν ſecundo πότερος erat ſubjectum. b Ὅρα σὺ δὲ] Sic G. P. L. Ante in cunctis Edd. fuit, ὥρα δέ σοι.

88. Ὅμηρος ἐκεῖνος ὁ τυφλὸς] Ὅμηρος γὰρ τ̃ ὃν * Σκύμνης Νιρέα ὕμνησε ἀμφερόντως εἰς κάλλος μετά γε Ἀχιλλέα. V.

91. Ψεδνός] Μαδαρὸς, ἀραιόθριξ. V.

* Σκύμνης] Σύμης eſſe reponendum ex *Homero* patet Il. B, 671. accurate de Syme & rege Nireo *Diodor. Sic.* V. p. 225. C. *T.H.*

82. Τίνες δὲ ϗ ἐστὲ;] Vide quam inepte diſtinguatur haec ὡδικοπ. τίνες δὲ ϗ ἐστὲ πρότερον οἶμαι; χρὴ γ̃ τοῦτο εἰδέναι· hanc ineptam diſtinctionem non poterat non inepta ſequi verſio. Sed ſic interpungendum: *τίνες δὲ ϗ ἐστε; πρότερον, οἶμαι, χρὴ γ̃ τοῦτο εἰδέναι· Quinam vos eſtis? Prius enim, opinor, decet hoc ſcire. F.G.G.*

83. Πρότερον] Lege omnino, πρότερον γ̃, οἶμαι, χρὴ, non ut in libris eſt, πρότερον οἶμαι χρὴ γάρ. *M. du S.*

Πρότερον, οἶμαι, χρὴ γ̃] Priorem illam, quae cunctas Edd. obſederat, diſtinctionem, auctore *Graevio*, jamdudum mutavi. Scriptum fuit in Fl. τίνες δὲ ϗ ἐστὲ πρότερον οἶμαι· χρὴ γ̃ .... Ceterae nihil aliud, quam interrogandi notam ſuppoſuerunt: γ̃ nimis, ut videbatur, ab initio remotum hanc interpungendi abſurditatem peperit. Nihil erat, cur iſta particulae ſede offenderentur: ne quis movere velit, pauca de multis exempla facile perhcient: *Plato* Charm. p. 464. F. Ἐγὼ ἓν ὁμωμοκα γ̃ αὐτῷ. *Ariſtoph.* Plut. v. 425. Ἀλλ' οὐκ ἔχει γ̃ δάδας — v. 1190. Ὁ Ζεὺς ὁ σωτηρ γ̃ πάρεστιν ἐνθάδε. *Euphron* apud Athen. IX. p. 377. D. — ϐδεὶς εἶχέ σοι Κωΐδος ὅλως γ̃ ἤπαρ — ita recte *Caſaubonus*, qui ſimul adnotat, *conjunctionem* γ̃ *tranſpoſitam eſſe in alienum locum, ut ſaepe. Sophilus* apud eundem XIV. p. 640. D. .... κωμῳδῆσαι πρὸς τὴν Ταναγρικὴν δεῖ γάρ .... *Xenoph.* K. Π. VII. p. 113. v. 36. Ὡς ὐ κώμῳ δοκεῖ γ̃ ἡ πόλις πᾶσα εἶναι τῇδε τῇ νυκτί· ibi mire *H. Stephanus* aeſtuat: quod autem variatur in membranis, non aliunde ortum putem, quam quod locum particulae γάρ commodiorem adſignare conarentur. Huc referre nolim *Herodoti* verba I, 24. Καὶ τοῖσι ἐσελθεῖν γ̃ ἡδονὴν, ob ſuſpicionem vitii. Sufficere ferme poterat domeſticum exemplum Δ. N. III. §. 3. εἰ μὴ εἰς Δεδάδειαν γ̃ παρέλθω. Contra in proximis particulam ἓν opportuniore ſede collocari libenter ſum paſſus. *T.H.*

85. Πότερ☞ ἓν ὁ N. ϗ π. ὁ Θ.] Auctore Mſ. Ox. ſic reſtituimus. Οὖν antehac loco ſuo motum ante ὁ Θερσίτης demum legebatur. *M. du S.*

92. Ὥρα δέ σοι] Τὸ λέγειν hic deſiderari videtur: vel poſt τὸ ἡγῇ. *F.G.*

Ὥρα δέ σοι] *Jam vero tempus eſt, ut pronuncies, o Menippe, utro alteram formoſiorem putes:* ſic interpres. Sed in Graecis non eſt, *ut pronuncies:* haec interſerunt, ut ſententiam eliciant, quae nulla eſt; nec enim haec ſolent ſubaudiri, quae facere tempus praecipit. Reſcribendum ex Mſ. ὅρα σὺ δὲ, ὦ Μένιππε, ὅντινα ϗ εὐμορφότερον ἡγῇ· *Vide tu vero, Menippe, quem pulchriorem ducas. F.G.G.*

Ὅρα σὺ δέ] G. P. & L. pro vulgato ὥρα δέ σοι· & ita Cl. *Hemſterhuſius* edidit. *M. du S.*

Ὅρα σὺ δὲ] Quod praebent ſcripti Codices, jam olim repudiandum non putavi. Ὥρα δέ σοι jure locum tueri poterat, ſi infinitivus aliquis aptus praeſenti ſententiae ſequeretur, ὥρα δέ σοι σκοπεῖν, ut p. 260. v. 49. p. 262. v. 90. quo poſteriore loco male membranae *Graevii*, ὥρα. *AElian.* V. H. I, 21. ὥρα σοι τὰ ὐ τῷ νόμου ῥᾳῖν· atque ita ſemper Graeci ſolent. Simul atque vetus liber prodierit, qui talem infinitivum ſuppeditet, deſeram ipſe non invitus lectionem reſtitutam. *T.H.*

94. Χάροπ☞] Non dubitat Clariſſ. *Dukerus* ad *Thucydid.* p. 150. v. 27. *quin perperam edatur* Χάροχος *pro* Χα-

2. MEN. Non quidem ſub terram, ut puto, pulcerrimus veniſti; ſed oſſa ſimilia; cranium autem ea re ſola nimirum diſcernatur a Therſitae cranio, quod fractu facile ſit tutum: molle enim illud & minime virile geris. NIR. Veruntamen ſciſcitare Homerum, qualis eſſem, quum inter Achivos militabam. MEN. Somnia mihi narras: ego quippe, quae conſpicor, & nunc habes; iſta, qui tunc vixerunt, noverint. NIR. Non ego hicce ſum formoſior aliis, Menippe? MEN. Nec tu, neque alius eſt formoſus: nam æquo jure in Orco verſantur, & ſimiles omnes. THER. Mihi quidem hoc ſuffecerit.

95 ΜΕΝ. Ἀλλ' ἠχὶ ϗ ὑπὸ γῆν, ὡς οἶμαι, κάλλιστος ἦλθες· ἀλλὰ τὰ μὲν ὀστᾶ ὅμοια, τὸ δὲ κρανίον ταύτῃ μόνον ἄρα διακρίνοιτο ἀπὸ τοῦ Θερσίτου κρανίου, ὅτι εὐθρυπτότερον τὸ σόν· ἀλαπαδνὸν γὰρ αὐτὸ, ϗ οὐκ ἀνδρῶδες ἔχεις. ΝΙΡ. ϗ μὴν ἤρου Ὅμηρον, ὁποῖός ἦν, ὁπότε συνεστράτευον τοῖς Ἀχαιοῖς. ΜΕΝ. ὀνείρατά μοι λέγεις· ἐγὼ δὲ ἃ βλέπω, ϗ οἶδα ἔχεις· ἐκεῖνα δὲ οἱ τότε ἴσασιν. ΝΙΡ. ἐκεῖ μὲν ἐγὼ ἐνταῦθα εὐμορφότερός εἰμι, ὦ Μένιππε; ΜΕΝ. οὔτε σὺ, οὔτε ἄλλος εὔμορφος· ἰσοτιμία γὰρ ἐν ᾅδου, ϗ ὅμοιοι ἅπαντες. ΘΕΡ. ἐμοὶ μὲν ϗ τοῦτο ἱκανόν.

ΜΕ-

c Μὲν ϗ] O. interponit, ἐμοὶ μὲ ἔν ϗ· quod non ſperno.

99. Ἀλαπαδνόν] Ἀσθενές. *V.*

Χαρόπου *nam pater ei erat* Χάροπος *non* Χάροψ· *res certa eſt ex* Homer. Il. B. 672. Euſtathio *ad illum locum, &* Hygin. F. XCVII. *Hyginus* quidem utramque formam uſurpavit; nam F. CCLXX. *Nireus Charopis filius*: quanquam ibi merito *Scheffernm Charopi* praeferre cenſeat *Munckerus*. Ego nihil, utrum praeferas, intereſſe puto: ſolet enim ejusmodi nominum in aliam ex genitivo declinationem migrantium duplex forma frequentari: ſic μάρτυρ, μάρτυρος· φύλαξ, φύλακος· τρίβαξ, τρίβακος· ἴβηξ, ἴβηκος· ἄναξ, ἄνακος, unde Ἄνακες & Ἄνακοι Caſtores; quaeque hujus generis alia notantur a Grammaticis: quamobrem perinde valent Θάρυψ & Θάρυπος, Χάροψ & Χάροπος· in *Heſychio*, quod rarius eſt, πάνδοξ invenitur pro πανδόκος· ſimili modo recentioribus *brax*, *calix*, *delphix* pro *braca*, *caliga*, *delphica*; non aliter atque σίφοψ pro σιφονῆ *Sophocli*, notante *Euſtath.* ad Il. K. p. 786. v. 13. Nirei vero Therſitaeque conditionem formae plane diſſimilem eo colore depinxit *Homerus*, ut in utramque partem proverbio locum dederint: vide *N. Heinſ.* ad *Ovid.* A. A. II, 109. ubi hujus quoque dialogi mentionem fecit. Materia rhetoribus digna fuit viſa, in qua ingenium exercerent, ita par diſſimillimum componendo, ut palmam ſibi cedere poſtulet Therſites: iſtiusmodi declamationis meminit *AEneas* Soph. Ep. XV. Si tamen verum eſt, quod Er Pamphylius, fabulator haud abſurdus, retulit apud *Platon.* de Rep. X. p. 765. C. vidiſſe ſe, quum animus ejus relicto corpore peregrinatus miracula vitae alterius inſpectaret, τὴν τῦ γελοίοποιοῦ Θερσίτου ψυχὴν πίθηκον ἐνδυομένην, cauſa Nirei, vel invito *Luciano*, multum adjuvabitur: ſed nos magnae litis judices non ſedemus. *Platonem* in oculis habuit *AEneas Gaz.* in Theophr. p. 15. cujus loci ſententiam, alioqui ſatis expeditam, prava errantis *Barthii* verſio obſcuravit. Porro quam mox Menippus ſtatuit ἰσοτιμίαν ἐν Ἅιδου, alii quoque Therſitae exemplo, inferorum in civitate principibus viris aequati, confirmarunt. Apud *Suidam* veteris epigrammatis pars in Ἀτιμότερον — εἰν ᾅδα γὰ Μέναν Θερσίτης ἐδὲν ἀτιμότερος. Pro μέναν olim hujus dialogi argumento ductus reſcribendum arbitrabar Νιρέως· in eandem fere conjecturam inciderat *St. Berglerus* Act. Erud. Lipſ. MDCCXXII. p. 162. ſed aliis quibusdam adjectis, quae probari non poterant. Quanquam veroſimillimum videbatur, facile repudiavi ſimul atque apud *Salmaſium* Ep. de Com. p. 703. reperiſſem Μίνω, non dubitans, quin ab eo ex Anthologia necdum edita forent depromta: accedebat Codex *Suidae* Lugduno-Batavus, in quo pro μέναν quod exaratum eſt μιν ὁ manifeſtum ſervat germanae lectionis veſtigium. Sed nihil amplius ſuſpicione vel conjectura fuit opus, poſtquam beneficio Viri inſignis *J. P. D'Orvillii* nactus ſum ipſum Theaeteti epigramma, quod, quia *Kuſteri* diligentiam effugit, integrum cum lectore communicabo:

Θεαιτήτου εἰς Φιλίαν ϗ αὐτάρκεσκον ϗ δοκησίσοφον.

Τὰν γνώμαν ἐδόκει Φιλίας ὁ δεύτερος ἄλλου
Εἶμεν· ὁ δὲ φθονερὸς κλαίετω, ἐς κε θάνῃ·
Ἀλλ' ἔμπας δέξας κενεὰ χάρις· ἐν ᾅδᾳ γὰρ
Μείων Θερσίτας ἐδὲν ἀτιμότερος.

Vice ἄλλου aliud exemplar ἄλλων. Dorica dialectus epigrammatis poſcit ἄλλω· tum extremo verſu adſcriptum Μίνω, & Θερσίτης. Ceterum quae poëtae ſit mens, & quomodo cum praeſcripto titulo conveniat, explanabit Praeſtantiſſimus *D'Orvillius*, qui ſibi tanto gratiore munere literarum amantes obſtringet, quo citius Anthologiam omnibus numeris perfectam debere deſierit. *T. H.*

XXVI.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΧΕΙΡΩΝΟΣ. MENIPPI ET CHIRONIS.

ΜΕΝ.

Ἤκουσα, ὦ Χείρων, ὡς θεὸς ὢν ὑπὸ θυμήσεως ἀποθανεῖν. ΧΕΙΡ. ἀληθῆ ταῦτ' ἤκουσας, ὦ Μένιππε· ἐγὼ τέθνηκα, ὡς ὁρᾷς, ἀθάνατος εἶναι δυνάμενος. ΜΕΝ. τίς δὲ σὲ ἔρως τοῦ θανάτου ἔσχεν, ἀνεράστου τοῖς πολλοῖς χρήματος; ΧΕΙΡ. ἐρῶ πρὸς σὲ ἐκ ἀσυνέτου ὄντα. ἐκ ἦν ἔτι ἡδὺ

MEN.

1. AUdivi, Chiron, te, quamvis Deus fores, cupiviſſe mori. CHIR. Audiviſti vera, Menippe: & mortem, ut vides, obii, quum immortalis eſſe potuiſſem. MEN. Quid eſt, cur te cupido mortis tenuerit, rei plerisque non amabilis? CHIR. Dicam ad te hominem haud inſipientem: non erat amplius jucundum frui im-

9. Ἤκουσα, ὦ Χείρων, ὡς θεὸς ὢν ὑπὸ θυμήσεως ἀποθανεῖν] Chiron eſt Deus mortuus: vid. *Apollod.* Biblioth. lib. 2. *J.G.G.*

Ibid. Θεὸς ὤν] Vid. *Apollod.* II. p. 46. & 53. C. *M. du S.*

Θεὸς ὤν] Poſtquam obierat mortem Chiron veneno ſagittae Herculeae contactus, pietas ejus ac ſtudium virtutis permovit Jovem, ut aſtris haud indignum infereret. Hoc *Eratoſth.* Cataſt. c. XL. paene verſus ab *Hygino* P. A. II. c. 38. aliique plures tradunt: eo pertinere, ut arbitror, non poteſt *Luciani* θεὸς ὤν. A *Paſania* tamen memoratur Χείρων ἀπηλλαγμένος ἤδη τοῦ ἀνθρώπου καὶ ἠξιωμένος εἶναι σύνοικος θεοῖς lib. V. p. 426. quod ſane, niſi ad Chironem ſideribus additum referri debeat, parum intelligo. Chiron, dum in terris agebat, quippe Saturno patre prognatus, fuit immortalis: dolore vulneris inſanabilis confectus obeundae mortis ſolatium impetrare non potuit, niſi dato, qui ſuam in immortalitatem ſuccederet, vicario: repertus eſt, qui optato beneficio Chironem demereretur, Prometheus. *Apollodor.* II. p. 113. κἀκεῖ τελευτῆσαι βουλόμενον, καὶ μὴ δυνάμενον, ἐπείπερ ἀθάνατος ἦν, ἀντιδόντος τοῦ Διὶ Προμηθέως τὸν ἀντ' αὐτοῦ γενησόμενον ἀθάνατον, ἕτως ἀπέθανε· ita legendus eſt hic locus; quanquam propius etiam Pal. Cod. veſtigiis inſiſtere licet, ſi ſtructura non quidem prorſus inuſitata, ſed paulo tamen rariore ponas, ἀντιδόντος Διὶ Προμηθέα. Idem p. 129. Hercules, exſoluto vinculis Prometheo, παρέχει τῷ Διὶ Χείρωνα θνήσκειν ἀθάνατον ἀντ' αὐτοῦ θέλοντα· ubi nihil eſt, cur quicquam mutatum velis, niſi interponendum putes ἀθάνατον ὄντα. Ergo *Lucianus* forte melius ἀθάνατος ὢν ſcripſiſſet, quam θεὸς ὤν, ut mox ἀθάνατος εἶναι δυνάμενος. *T.H.*

13. Τίς δέ σε ἔρως] Hunc locum profert *Thom. Magiſt.* in Ἀνίρας verſo duarum vocum ordine: τίς δέ σε τοῦ θανάτου ἔρως ἔσχεν &c. Etſi τίς non videatur plane repudiandum, maluero tamen, τί δέ σε τοῦ θανάτου ἔρως ἔσχεν; *T.H.*

17. Ζῶντα ὁρᾶν τὸ φῶς] Familiarem *Euripidi* ſententiam totidem paene verbis expreſſit: Iphig. in Aul. v. 1218. — ἡδὺ γὰρ τὸ φῶς βλέπειν — v. 1250. Τὸ φῶς τόδ' ἀνθρώποισιν ἥδιστον βλέπειν quod *Stobaeus* etiam deſcripſit c. 118. *Alceſt.* v. 691. Χαίρεις ὁρῶν φῶς; *T.H.*

19. Ἐγὼ δὲ ζῶν ἀεὶ] Eſt in hac oratione ἀνακόλουθον dicturus erat, Ἐγὼ δὲ . . . τροφῆς, ἐπελαθόμην αὐτῶν; hanc ſeriem interrumpunt, quae poſt τροφῆς addita leguntur: quamobrem γοῦν idem, quod ſaepe, munus habet, ut priorem ſtructuram repeti patefaciat. Opportunum ſane *Menandri* locum attulit *Clericus*, deinde repoſitum in ejus Comici Fragm. p. 185. ubi perbene fecit, quod omiſerit παιπρότερα, quippe non digna quibus attendatur. Egregiam ſententiam, ſicut emendandam exiſtimo veſtigia fere Viri ſummi ſecutus, apponam: — τοῦτον εὐτυχίστατον λέγω, Ὅστις διαφησας ἄλυπος, Παρμένων, Τὰ σεμνὰ ταῦτ' ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθεν, ταχὺ, Τὸν ἥλιον τ' τὸν κοινὸν, ἀέρ', ὕδωρ, πῦρ, Πῦρ· ταῦτ' ἴσθ' τις κἂν ἑκατὸν βιώσεται, Ὄψει παρόντα, κἂν ἐνιαυτοὺς σφάδρ' ὀλίγους· Σαμώτερα τούτων ἄστρ' οὐκ ὄψει ποτέ. Παννύχιον νόμισόν τιν' εἶναι τὸν χρόνον, Ὃν φημὶ, τοῦτον, καπιδημίαν ἄνω· Ὀχλος, ἀγορὰ, πλέκται, κυβεῖαι, ἁμαρτίαι. quae ſequuntur, curam adhuc, ut puto, diligentiorem poſtulant. Iſta vero ſumſit *Menander* ab *Alexide*, cujus ſimillima quaedam exhibentur ab *Athen.* XI. p. 463. D. Alexis a Pythagora: inſignem philoſophorum principis cum principe Phliaſiorum Leonte ſermonem habitum retulit ex *Heraclide Cicero* T. D. V. c. 3. ubi παννύχιος illa mercatusque vitae humanae diverſis longe ſtudiis celebratus perquam ſcite depingitur: egregia notat *Daviſius*, niſi quod *Syneſii* ὠδὴ γρῦ ſollicitare non debuiſſet. Paulum alia ratione Gnoſtici vitam παννύχιον ἀγίαν appellavit *Clemens* Str. VII. p. 728. B. Nihil autem publico velut conſenſu frequentius eſt, quam ἐπιδημίας vel παρεπιδημίας imagine vitam humanam adumbrari: quare ſententiam illam, παρεπιδημία τις ἐστὶν ὁ βίος, τὸ κοινὸν τοῦτο καὶ πρὸς ἅπαντων θρυλλούμενον appellat *Aeſchin.* Dial. III. c. 3. cum quo contuliſſe non pigebit *Hipparchi* locum in *Stobaeo* p. 573.

immortalitate. MEN. Non jucundum erat vivum videre lucem? CHIR. Non, Menippe: etenim jucundi naturam ego quidem varium esse quiddam & non simplex duco: quum autem semper viverem, fruererque rebus iisdem, sole, luce, alimentis; tum & tempestates anni eædem, & quæ fierent cuncta per seriem singula velut alterum alteri adhærens sequerentur, exsatiatus sum iis: non enim in eo, quod semper idem est, sed in perpetua rerum mutatione posita est voluptas. MEN. Vere, Chiron. At quo animo hunc rerum statum, qui est in Orco, fers, ex quo iis prælatis huc advenisti?

2. CHIR. Non illibenter, Menippe:

ἀπολαύειν τ᾽ ἀθανασίας. ΜΕΝ. οὐχ ἡδὺ ἦν, ζῶντα ὁρᾶν τὸ φῶς; ΧΕΙΡ. οὐκ, ὦ Μένιππε· τὸ γὰρ ἡδὺ ἔγωγε ποικίλόν τι καὶ οὐχ ἁπλῆν ἡγοῦμαι εἶναι· ἐγὼ δὲ ζῶν ἀεὶ, καὶ ἀπολαύων τῶν ὁμοίων, ἡλίου, φωτὸς, τροφῆς· αἱ ὧραι δὲ αἱ αὐταὶ, καὶ τὰ γιγνόμενα ἅπαντα ἑξῆς ἕκαστον, ὥσπερ ἀκολουθοῦντα θάτερον θατέρῳ· ἐνεπλήσθην γᾶν αὐτῶν. οὐ γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ ἀεὶ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μεθαρμόττειν ὅλως τὸ τερπνὸν ἦν. ΜΕΝ. εὖ λέγεις, ὦ Χείρων· τὰ δ᾽ ἄνω δὲ πῶς φέρεις, [a] ἀφ᾽ ὧν προελόμενος αὐτὰ ἦκεις;

ΧΕΙΡ. Οὐκ ἀηδῶς, ὦ Μένιππε· ἡ γὰρ ἰσο-

[a] Ἀφ᾽ οὗ] In margine *AIW.* notatur: *Legendum forte* ἐφ᾽ οὗ quod nullius pretii.

573. haec Pythagorae tamen Platonisque disciplinae figura maxime convenit, quae scilicet revera profitetur animas, relicto aethere patrio, tanquam peregrinabundas in hoc corpus terraeque carcerem immigrare. Ceterum a Chirone nonnihil discedit Epictetus *Arriani* lib. II. p. 216. stulti hominis intempestivum Athenarum arcisque desiderium perstringens: σὸν ἀρκεῖ σοὶ, ἃ βλέπεις καθ᾽ ἡμέραν; κρεῖττόν τι ἔχεις ἢ μεῖζον ὧδε τοῦ ἡλίου, τ᾽ σελήνης, τ᾽ ἄστρων, τ᾽ γῆς ὅλης, τ᾽ θαλάσσης; Haec etiam adspectu videbantur gratissima *Praxillae* Adonidi, qui ab inferis rogatus, quid pulcerrimum apud superos reliquisset, ingenue respondit: Κάλλιστον μὲν ἐγὼ λείπω φάος ἠελίοιο, Δεύτερον ἄστρα φαεινὰ, σελαναίης τε πρόσωπον· nihil hactenus, quod inficete dictum offendat; sed addito puerilis simplicitatis versu tertio, Ἠδὲ θ᾽ ἁρπαίους σικύους καὶ μῆλα καὶ ἄχνας, non ipse tantum insulsi notam commeruit, verum ad homines etiam insulsos proverbium a se natum propagavit, ἠλιθιώτερος τῆς Πραξίλλης Ἀδώνιδος. Docentur ista plenius in *Montefalconii* Select. Histor. Bibl. Seguer. p. 609. quam apud *Zenob.* C. IV. n. 21. prorsus enim imperite Praxillae filium Adonidem nobis effinxit *Mich. Apostol.* C. IX. n. 81. Simul ex hisce patet, ἄστρα quam vere fuerint in *Menandro* reposita. Alias tamen & *Epictetus* & *Marcus Antoninus* Chironi libenter concedent, rerum omnium, quae conspectu quotidiano hauriuntur, satietatem oriri atque adeo fastidium propter τὸ ὁμογενὲς αὐτῶν & ὁμοειδὲς: vide Imperatorem lib. II. & εἰς ἑαυτὸν §. 14. VI. §. 37. 46. τὰ αὐτὰ ὁρῶμενα, καὶ τὸ ὁμοειδὲς προσποιεῖ τὴν θέαν ποιεῖ & plura passim, quae cum Menandri Lucianique sententia non solum, sed & verbis saepe congruunt. Egregie *Lucret.* III, 958. *T.H.*

20. Ἀπολαύων τ᾽ ὁμοίων &c.] Crediderim *Lucianum* animo, cum haec scriberet, obversatum eximium locum *Menandri* ex Hypobolimaeo, quem habet *Stobaeus* Tit. CXXII. — τοῦτον εὐτυχέστατον λέγω, Ὅστις θεωρήσας ἀλύπως, Παρμένων, Τὰ σεμνὰ ταῦτ᾽ ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθεν, ταχύ. Τὸν ἥλιον τ᾽ κοινὸν ἀερ᾽, ὕδωρ, νέφη, Πῦρ· ταῦτα (lege τ᾽ αὐτὰ) κἂν ἑκατὸν ἔτη βιώσῃ Ὄψει παρόντα· κἂν ἐνιαυτοὺς σφόδρ᾽ ὀλίγους, Σαπρώτερα (ita leg. non σεμνότερα, quod est contra rationem oppositionis) τούτων σὺ οὐκ ὄψει ποτέ. *Hunc beatissimum aio, quisquis contemplatus, sine moerore, Parmeno, egregia haec abiit eo, unde venerat, celeriter. Solem communem astrum, aquam, nubes, ignem, eadem, quamvis vixerit centum annos, videbit praesentia. Quamvis vero vixerit annos valde paucos, deteriora hisce nunquam videbit.* *F.C.*

21. Αἱ ὧραι] Καὶ ὧραι. mox, post αἱ αὐταὶ, τὸ ἦσαν aut quid simile deesse videtur. *F.G.*

25. Μεθαρμόττειν] An μεταβάλλειν; *F.G.*

Ἐν τῷ μεθαρμόττειν] Ad sensum, qui satis expeditus Interpretes non fugit, minime respondebat hoc verbum: nunquam enim μετέχειν pro *vices mutare*, quantum memini, positum invenies. Olim timide considerandum proposui ἐν τῷ μεταλλάττειν, ex contracta ejus verbi scriptione μεθαρμόττειν haud difficulter nasci potuisse suspicatus. Nunc fere malim μεθαρμόττειν quae utraque loci vitaeque mutationem una continent: neque me fefellerat *Guyeti* μεταβάλλειν· sed ista literarum ductibus propiora censebam: alioquin accedit *Euripidae* dictum in Orest. v. 234. — μεταβολὴ πάντων γλυκύ· quod, quamvis, ut monet *Scholiast.* a Comicis irrisum, *Aristoteles* etiam usurpat Ἠθ. Εὐδ. VIII. p. 186. Fortasse gravius est hujus loci vitium, quam quod opera tam levi & sine librorum veterum adjumento possit sanari. Reticenda non est Viri Doctiss. *Jo. Jac. Wetstenii* conjectura, ἐν τῷ μεταχεῖν ἄλλων. *T.H.*

28. Ἦκεις] Confer cum fine Dial. XI. *Midas.*

ἰσοτιμία πάνυ δημοτικὸν, καὶ τὸ πρᾶγμα οὐδὲν ἔχει τὸ διάφορον, ἐν φωτὶ εἶναι, ἢ ἐν σκότῳ· ἄλλως τε οὐδὲ διψῆν, ὥσπερ ἄνω, οὔτε πεινῆν δεῖ, ἀλλ' ἀνεπιδεεῖς τούτων ἁπάντων ἐσμέν. MEN. ὅρα, ὦ Χείρων, μὴ περιπίπτῃς σεαυτῷ, καὶ ἐς τὸ αὐτό σοι ὁ λόγος [a] περιῇ. XEIP. πῶς τοῦτο φής; MEN. ὅτι εἰ τῷ ὄντι ἐν τῷ βίῳ τὸ ὅμοιον ἀεὶ καὶ ταὐτὸν ἐγένετό σοι πρόσκορες, καὶ ἐνταῦθα ὅμοια ὄντα πρόσκορη ὁμοίως ἂν γένοιτο, καὶ δέοι μεταβολήν γε ζητεῖν τινα καὶ ἐντεῦθεν ἐς ἄλλον βίον, ὥσπερ οἶμαι ἀδύνατον. XEIP. τί οὖν ἂν πάθοι τις, ὦ Μένιππε; MEN. ὅπερ οἶμαι καὶ φασὶ, συνετὸν ὄντα ἀρέσκεσθαι καὶ ἀγαπᾶν τοῖς παροῦσι, καὶ μηδὲν αὐτῷ ἀφόρητον εἶεσθαι.

est enim æquus & par inter omnes honoris gradus res valde popularis, nihilque tanto opere differt, in luce verseris, an in tenebris: porro nec sitire, quemadmodum supra, nec esurire necesse est; sed istorum omnium haud indigemus. MEN. Vide tamen, Chiron, ne tecummet ipse pugnes, & in orbem tibi sermo redeat. CHAR. Quid ita? MEN. Nimirum si eorum, quæ in vita sunt, par semper & idem status satietatem tibi pepererit, hic etiam, quum sit similis rerum conditio, perinde tibi pariat, oportebitque migrationem quærere aliquam etiam hinc in aliam vitam, quod opinor fieri nequit. CHIR. Quid ergo faciat aliquis, Menippe? MEN. Scilicet quod, puto, vulgo dicunt, ut is, qui sit prudens, acceptis fruatur contentusque sit præsentibus, nihilque eorum tale existimet, quod tolerari nequeat.

DIO-

[a] Περιῇ] Περιπίπτῃ P. L. Margo *Ald.* Multo praestat vulgata.

30. Καὶ τὸ πρᾶγμα &c.] An? ἡ γὰρ ἰσοτιμία, πάνυ δημοτικὸν τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐδὲν ἔχει &c. vix enim dubito, quin corruptela quaedam facilem styli Lucianei cursum impediverit: quam utilitatem habeant in hac disputatione, οὐδὲν . . . σκότῳ, mihi quidem non satis liquet. *T.H.*

33. Ἀνεπιδεεῖς] *Thomas Magister* v. Ἀτέλεσσον videtur in suo Codice legisse ἀτελεῖς. Sed praestantior est nostrorum librorum lectio. *M. du S.*

Ἀνεπιδεεῖς] Ejus, quam *Thomae Magistri* liber praetulit, lectionis ἀτελεῖς nullum extat in nostris vestigium: ipsa tamen indicio est, quod ante nos suspicari diximus, hunc dialogum male fuisse a descriptoribus habitum. Quum autem interpretatur ἀτελὴς, ὁ ἀμύητος, id quidem ut satis est ad hujus loci sententiam conveniens, sic magno opere vereor, ne a consuetudine Graeci sermonis abhorreat: equidem memini non dissimili structura scribi a *Dionys. Hal.* A. R. VIII. p. 506. v. 38. Εἰ δὲ ἁμαρτὼν τῆς πείρας ἀτελὴς τοῦ ἔργου ἀναχρήψειεν· sed alia est & potestas & significandi ratio. Forte quis existimet, ita defendi posse ἀτελεῖς, si eum in modum intelligatur, ut Latinorum *immunis*: in *Glossis* alterum alterius explicationi insertit vocabulum. Tum sensus erit, isque minime contemnendus: *sed immunes sumus rerum istarum omnium: sed oneribus illis ac functionibus sustinendi esuriendique sumus levati.* Qui hanc elegantiam non capiebant, videri possunt mutasse. Nos interea, dum certius fundamentum detegatur, lectione vulgata erimus contenti. *T.H.*

35. Μὴ περιπίπτῃς σεαυτῷ] Non est, *ne tibi contradicas*, ut *Benedictus*; sed, cum multum circumiveris, te veluti fugiens, in te ipse incidas. *F.C.*

Περιπίπτῃς σεαυτῷ] *Budaeus* C. L. G. p. 431. positis *Luciani* verbis addit: *revolvatur & circumagatur*: quod proprie pertinet ad explanandum περιῇ. Modo in *Gregorii Nazianz.* loco, ὅτως ἀδύνατόν ἐστιν ἡ πονηρία, καὶ παντάχοθεν ἑαυτῇ περιπίπτουσα, reddiderat: *in semet ipsam incurrens, ipsa sibi contraria.* Est autem περιπίπτειν ἑαυτῷ, quando quis iis argumentis & probationibus utitur, quibus in se conversis facile refutetur, eoque pacto in semet ipse incurrens absurdi convincatur: hoc sane ejus est, qui adverso capite pugnantia locutus sibi contradicit: qua in causa Chironem versari Menippus demonstrat. Exempla hujus virtutis plura reperies in *Budaeo* p. 533. *T.H.*

41. Ἐντεῦθεν εἰς ἄλλον β.] Subint. δέησει μεταβολὴν ζητεῖν. *F.G.*

Ἐντεῦθεν εἰς ἄλλον β.] Non intelligenda cum *Guyeto*, sed haec ordine continuo praecedentibus absque distinctionis signo sunt adjungenda. Vide Notas ad Dial. XVII. *T.H.*

43. Ὅπερ, οἶμαι, καὶ φασὶ] *Gataker.* ad *M. Antonin.* IX. §. 6. haec Lucianea protulit adjecta *Benedicti* versione tanquam proba: *Illud nimirum, ut cum sis sapiens, quemadmodum opinor, & vulgo praedicant, praesentibus rebus sis contentus.* Secutus fuerat priores; quos tamen, quia formam orationis Graecae minus attenderant, a Scriptoris nostri mente deerrasse puto, dum ad Chironem referunt, quae sententiae

XXVII.

DIOGENIS, ANTISTHENIS, ET CRATETIS.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ, ΑΝΤΙΣΘΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΚΡΑΤΗΤΟΣ.

DIOG.

1. ANtisthenes & Crates, ocium agimus: quare quid vetat, quominus abeamus recta ad descensum Averni ambulaturi, visurique eos, qui deorsum veniunt, quales tandem sint, & quid eorum unusquisque faciat? ANT. Eamus eo, Diogenes: etenim spectaculum fuerit jucundum hos eorum lacrimantes videre, illos supplicantes, ut dimittantur, quosdam ægre descendentes, & quamvis in caput proturbet Mercurius, tamen restitantes, & supino corpore renitentes sine ulla proficiendi spe. CRAT. Ego enimvero persequar vobis, quæ vidi, quum descenderem, per viam. DIOG. Narra quæso, Κρά-

Δ Ι Ο Γ.

ΑΝτίσθενες, καὶ Κράτης, σχολὴν ἄγομεν· ὥστε τί ἐκ ἄπιμεν εὐθὺ τὴ καθόδῳ περιπατήσοντες, ὀψόμενοι τὺς καταιόντας, οἵοί τινές εἰσι, καὶ τί ἕκαστος αὐτῶν ποιεῖ; ΑΝΤ. ἀπίωμεν, ὦ Διόγενες. καὶ γὰρ ἂν τὸ θέαμα ἡδὺ γένοιτο, τὺς μὲν δακρύοντας αὐτῶν ὁρᾶν, τὺς δὲ ἱκετεύοντας ἀφεθῆναι· ἐνίους δὲ μόλις καταιόντας, καὶ ὅπη τράχηλον ὠθοῦντος τοῦ Ἑρμοῦ ὅμως ἀντιβαίνοντας, καὶ ὑπτίους ἀντερείδοντας, ἡδὲν δέον. ΚΡΑΤ. ἐγὼ γοῦν καὶ διηγήσομαι ὑμῖν ἃ εἶδον, ὁπότε κατήειν, κατ' τὴν ὁδόν. ΔΙΟΓ. διήγησαι, ὦ Κρά-

tiae proverbialis more fuerant efferenda. Nihil est apud veteres isto monito ad conciliandam animi tranquillitatem accommodatissimo familiarius, ἀγαπᾶν, ἐργεῖν δεῖ τὰ παρόντα· εὖ τίθεσθαι τὰ παρόντα· ἀρίσκειν, ἀρκεσθῆναι τοῖς παροῦσι, τῇ παρούσῃ κάλᾳ χάσει· sic ut paroemiae communis imaginem saepissime gerat: vide *M. Antonin.* X, 1. Ad illam normam versionem exegi. *T.H.*

44. Σωστὸν] Eximiam hanc sententiam minus apte Menippo suo tribuit *Lucianus*, utpote qui sibi ipse, ut supra visum est Dial. XXI. mortem conscivit. *M.du S.*

48. Ἄπιμεν εὐθὺ τῆ καθόδῳ] Haec jungenda, non περιπατήσοντες εὐθὺ τῆ καθόδῳ. Προϊέναι εὐθὺ τῆ Φρυγίας, πλεῖν εὐθὺ τῆ Ἑλλάδος, τύπτειν εὐθὺ Βαβυλῶνος & plura *Noster* habet. Ita vero scribunt Attici, non ἐπ' εὐθείας vel εὐθύς, quod, monente *Phrynicho* p. 24. solius temporis significatione gaudet: quanquam posterius pro altero nonnunquam vitiose positum reperiatur. Ex membranis emendavimus in *Poll.* IX, 12. εὐθὺ τῆ ἀγρῶν ἀπιθεῖν· sicuti Segm. 47. εὐθὺ τῆ ἀρωμάτων, *recta in forum aromatarium*: quam ob rem merito Codicibus adsentitur Praestantiss. *Dukerus* ad *Thucydid.* VIII. c. 88. neque aliter est scribendum in *AElian.* de Anim. I. c. 2. εὐθὺ τῆ κύρτου ἄγειν. Hoc de genere *Kulmius* ad *AElian.* V. H. IX, 18. τὴν ἑτέραν ἦλθον τὴν εὐθὺ τῆ ἄδου, & in Ind. notavit accuratius *Perizonio*, qui non solum εὐθὺς & εὐθὺ prorsus eadem habuit, sed & εὐθὺ pro *ex adverso*, *e regione*, non distinxit: vide *H. Valesi.* ad *Euagr.* H. E. III. c. 28. *Plato* in primo Lysidе: Ἐπορευόμην μὲν ἐξ Ἀκαδημείας εὐθὺ Λυκείου mox: Ἐξ Ἀκαδημείας πορεύομαι εὐθὺ Λυκείου· alibique saepe. Haec quum sint satis nota, atque in aperto posita, jure mireris *Olearium* in *Philostr.* V. A. T. VII. p. 280. v. 25. ὁ μὲν (Διογένης) εὐθὺ Χαιρωνείας ἦκων, verti voluisse, *statim post pugnam Chaeroneam accedens*, quum sine ulla dubitatione vertendum sit, *recta Chaeroneam tendens*. Omitto *Chaeroneam* pro *Chaeronensi* negligentius scriptum. *T.H.*

56. Ὅμως ἀντιβαίνοντας & ὑπτίους ἀντερείδοντας, ἡδὲν δέον] *Micyllus: reluctari tamen & resupinos obniti nulla necessitate aut commodo suo.* Equidem nihil plane nunc agitur de commodo descendentium, & nullus huic voci locus in hac oratione dari potest. Itaque Benedictus eo animadversio postremas tres voces abscidit. Sed nihilo plus huc convenit illa necessitas. Non enim modo ipsis necesse non est obniti, sed contraria necessitas ipsis incumbit quiete & cupide descendendi. Sed nec Graeca quidquam de necessitate. Verte: *resupinos obnitentes, quum id fieri non oporteret, non sic faciendum esset.* Ut de Saltatione: ἐπαίρους ἐπιβοῶντα ὀλίθρῳ τινὶ ἀνθρώπῳ εἰς ἡδὲν δέον καλακλωμύθω. Hermotimo: διεξιὼν αὐτὰ & ἀκριβολογούμενος ἡδὲν δέον. Et alibi, ubi recte attenderunt. Sic & alii, ut *Demosthenes* Olynthiac. 3. πλέω ἢ χίλια & πεντακόσια τάλαντα ἀπηλώκαμεν εἰς ἡδὲν δέον. *J.G.*

Κράτης· ἔοικας γάρ τινα παγγέλοια[60] ἐρεῖν.

Crates: nam videre quædam perridicula dicturus.

ΚΡΑΤ. Καὶ ἄλλοι μὲν πολλοὶ συγκατέβαινον ἡμῖν· ἐν αὐτοῖς δ' ἐπίσημοι, Ἰσμηνόδωρός τε ὁ πλούσιος ὁ ἡμέτερος, καὶ Ἀρσάκης ὁ Μηδίας ὕπαρχος, καὶ [b] Ὀροίτης ὁ[65] Ἀρμένιος. ὁ μὲν οὖν [c] Ἰσμηνόδωρος, ἐπεφόνευτο γὰρ ὑπὸ λῃστῶν περὶ τὰ Κιθαιρῶνα, ἐς Ἐλευσῖνα, οἶμαι, βαδίζων, ἔφερέ τε, καὶ τὸ τραῦμα ἐν ταῖν χερσὶν εἶχε· καὶ τὰ παιδία τὰ νεογνὰ, ἃ κατελελοίπει, ἀνεκαλεῖτο, καὶ[70] ἑαυτῷ ἐπεμέμφετο τὸ τόλμης, ὃς Κιθαιρῶνα περιβάλλων, καὶ τὰς ἐλευθερὰς χωρία πανέρημα ὄντα ὑπὸ τῶν πολέμων, διε-

2. CRAT. Et alii quidem multi una nobiscum descendebant, & in iis insignes Ismenodorus ille dives noster, & Arsaces Mediæ præfectus, & Orœtes Armenius. Ismenodorus ergo (nam trucidatus erat a latronibus juxta Cithæronem, Eleusinem, ut puto, iter faciens) gemebat, vulnusque in manibus habebat: tum infantes parvulos, quos reliquerat, voce ciebat, suamque ipsius incusabat audaciam, qui, ubi Cithæron erat superandus, Eleutherisque loca proxima bellis prorsus evastata transeun-

a Ἐρεῖν] Εἰρακέναι C. P. quod recepta lectione non commutaverim. Evanuerant in aliquo Codice literae τοῦ ἐρεῖν restituit librarius verbum, quod convenire loco putaret. b Ὀροίτης] A. P. L. Margo *Αἰὼν*. Ἡρώδης. c Ἰσμηνόδωρος] Μηνόδωρος P. male: alterum hominem Thebanum decet, quippe Bœotorum proprium ab Ismeno flumine.

70. * Ἀνεκαλεῖτο τὸ τόλμης] Καὶ αὐτὸν ᾐτιᾶτο τὸ τόλμης. *G.*

* Ἀνεκαλεῖτο] Exhibui manum Doctiss. *M. du Soul:* apparet tamen explicare *Schol.* voluisse ἑαυτῷ ἐπεμέμφετο τῆς τ. *T.H.*

63. Ἰσμηνόδωρος] Thebanus Crates; ergo & hic Ismenodorus. *M. du S.*

64. Ἀρσάκης] Ficta an vera hæc sint nescio. *M. du S.* Ἀρσάκης ὁ Μηδίας ὕπαρχος] Nominum hujus dialogi propriorum usus apud Graecos non infrequens: neque tamen certos homines, verasque res gestas a *Luciano* denotari censeo. Si quid aliunde ductum, id omne scenae novae comicis crediderim deberi; cujus documentum aliquod paulo post adferetur. De Arsace moveri poterat dubitatio: quamvis enim fortissimus Parthici regni conditor a *Justino* matura senectute, ab *Ammiano* placida morte decessisse narretur, *Syncellus* tamen, ut ab *H. Valesio* observatum ad *Marcellin.* XXIII. c. 6. diversos auctores secutus occisum esse tradidit: genus autem mortis ita descripsit *Suidas*, ut a narratione *Luciani* non multum abire videatur: Ἀρσάκης Πάρθων βασιλεὺς, ὃς δορᾷ πληγεὶς ἐν τῇ μάχῃ κατὰ τὴν πλευρὰν ἀπεθήσκει· quae quidem undecumque depromta, *Suida* saltem judice, ad primum Arsacen spectare, ex sequentibus est manifestum. Verum ego, qui potuerit appellari Μηδίας ὕπαρχος hic Arsaces, non video: praeterea τὸ ἐπὶ τῷ Ἀράξῃ πρὸς τὸ Καππαδοκῶν συμβολῆς quis alius ullam fecit mentionem? Quare probabilius existimo, dum certiora promantur, haec esse a Luciano, fabularum artifice perquam idoneo, vel conficta, vel ex comoedia nova derivata. *T.H.*

11. Ἀκούων ἐναντίων] Hoc ſi mendoſum quiddam tinnire multis probem, diffidere videar acumini lectoris. Scribendum eſt, ut ſua *Luciano* manus conſtet, ἀκούων ἐναυτίων· tanta ipſi vocabulorum inanium ſtribligo fuerat ingeſta, ut auditio quotidiana nauſeam excitaret. *Demetr.* περὶ Ἑρμ. §. 15. οὔτε ἀκούοῖες ναυτιῶσι διὰ τὸ ἀπίθανον. Eam loquendi formulam alibi quoque Noſtro placuiſſe Index commonſtrabit. Neque minus, ut auguror, mihi ſucceſſit haec emendatio, quam *Kuſtero* Praef. ad *Jamblich.* idem reſtituenti verbum in *Phrynicho* p. 32. ἐναυτ. ἀσα τοῦτο ἀκούσας τοιοῦμα, ubi vulgo legebatur, ἐναντίασα. Ceterum & proxima vitio laborare facile quis credat, ſi lectionem Florentinam attente conſiderarit; quae quidem eo nos ducere videtur, ut exiſtimemus verſum unum & forte alterum periiſſe ; nam iſtae particulae περὶ μὲν γάρ τοι conſiſtere nequeunt, niſi aliud quippiam anteceſſerit, cui innitantur : veterem ſcripturam *Aldus* ex ingenio mutaverit, an ſcripto codice, compertum non habeo; noſtra ſaltem membranarum excerpta nullam omnino variationem offerunt. Praeterea ἀνιᾶν quid in hac oratione valeat, explicatu perquam difficile videtur : legerem potius, Καί τοι πάντων ἐκεῖνο ἀτοπώτατον, ὅτι περὶ τῶν ἐν. &c. Sed prius libri veteres in conſilium fuerint adhibendi, quam certi quicquam hoc de loco definiri poſſit. T.H.

πιθανὸς λόγος ἐπορίζετο, ὥστε μήτε τῷ θερμὸν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα λέγοντι, μήτε τῷ ψυχρόν, ἀντιλέγειν ἔχειν, καὶ ταῦτα, εἰδότα σαφῶς, ὡς οὐκ ἄν ποτε θερμόν τι εἴη καὶ ψυχρὸν ἐν ταυτῷ χρόνῳ. ἀτεχνῶς οὖν ἔπασχον τοῖς νυστάζουσι τότοις ὅμοιον, ἄρτι μὲν ὑπνεύων, ἄρτι δὲ ἀνανεύων ἐμπαλιν.

Ἔτι δὲ πολλῷ τοῦτο ἐκείνων [a] ἀτοπώτερον· τοὺς μὲν αὐτοὺς τότους εὕρισκον ὑπηρεσῶν ἐναντιώταλα τοῖς αὐτῶν λόγοις ὑπηδεύοντας. τοὺς γοῦν καλαφρονεῖν δοκοῦντας χρημάτων, ἑώρων ἁπρὶξ ἐχομένους αὐτῶν, καὶ περὶ τόκων διαφερομένους, καὶ ὑπὲρ μισθῶν παιδεύοντας, καὶ πάντα ἕνεκα τότων ὑπο-

peditabat; sic ut neque ei, qui calidum esse idem adfirmaret, neque alteri, qui frigidum, contradicere posses; idque licet scires perspicue nunquam rem eamdem & calidam esse & frigidam eodem tempore: prorsus ergo simile quiddam accidebat mihi, atque dormitantibus, nunc ut adnuerem, mox vice versa renuerem.

5. Praeterea vero longe hoc istis erat absurdius: nam illos ipsos inveniebam observando valde contrariam suis sermonibus ac doctrinae vitae rationem instituere; eos itaque qui contemnere praecipiunt opes, animadvertebam illum in modum iis adhaerere, ut inde divelli non possent, de usuris litigare, pacta mercede docere, nihil non

a Ἀτοπώτερον] Γελοιότερον P. L. Margo *A*IW.

18. Ἀτεχνῶς] Ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς, καθάπαξ· ὅ ἐστιν, ἀνὶ λόγου, ἀδόλως, ἀληθῶς· ἄνευ τέχνης τοῦτ' ἔστι δόλου. Apud Atticos τέχνη, δόλος· ἀτεχνῶς οἱονεὶ ἀτενῶς, κατὰ μεταθεσιν τοῦ χ. Ἄλλως· ἄνευ τέχνης, ex metaphora Athletarum, qui non arte sed virtute vincunt: ἀτέχνως δὲ φησὶ τὴν τέχνην δηλοῖ. *G.*

Ἀτεχνῶς] Ut in *Xenoph. Plat. Demosth.* ἀληθὲς· τέχνη, ὁ δόλος παρὰ Ἀττικοῖς, τὸ δὲ ἄνευ δόλου ἀληθές ἐστιν. Capp. V. VI. & sequ. interpretor ad *Heliod.* lib. 6. tangit in Contempl. capp. XXI. XXII. *J. B.*

19. Τούτοις] Τοῦτο magis placet. *T. H.*

25. Ἁπριξ ἐχομένους αὐτῶν] I. e. *firmiter ac tenaciter adhaerentes illi* (pecuniae) *ita ut ab ea divelli nequirent.* Habet phrasin hanc *Theocrit.* Idyll. XV, 68. sed perperam distinctus & ab Interprete acceptus est ille versus, etiam in nova edit. Oxon.

Πᾶσαι ἅμ' ἐσίνθομες ἁπρὶξ ἔχει Εὐνόα ἁμῶν.
Omnes una confertim intremus: adhareto nobis Eunoë.

Distingue, & verte:

Πᾶσαι ἅμ' ἐσίνθομες· ἁπρὶξ ἔχει Εὐνόα ἁμῶν
Omnes simul intremus: firmiter adhareto nobis Eunoë.

Idem Idyll. XXIV, 54.

Ἦτοι ἄρ, ὡς εἶδον τ' ἐπιτύθιον Ἡρακλῆα
Θῆρε δύω χείρεσιν ἁπρὶξ ἁπαλαῖσιν ἔχοντα.

Sane ut viderunt Herculem parvulum belluas duas tenaciter manibus teneris prementem. Habet etiam Ælian. V. H. I, 3. de rana Ægypt. καλάμου τρύφος ἐνδικῶν πλάγιον φέρει, καὶ ἁπρὶξ ἔχεται. *demordens frustum arundinis obliquum fert, & firmiter tenet. Heliodor.* Æthiop. X. c. ult. ἁπρὶξ ἐχόμενος καὶ οἱονεὶ συμπεφυκὼς· *firmiter haerens & tanquam congenitus.* L. BOS Animadv. c. XIII. p. 59.

Ἁπριξ ἐχομένους αὐτῶν] Theocritei versus interpunctionem, quam proposuit Clariss. *L. Bos*, & *Scholiastes* habet, neque ignoravit *H. Stephan.* Th. L. G. T. III. p. 554. G. Ipsa phrasis tum apud alios frequens, tum in *Eunapio* p. 90. ἁπριξ ἔχεσθαι τῶν ὅλης σοφίας p. 197. τῶν τῶν ἀρχαίων ἀναγινώσεως p. 222. τῶν διδυγμῶν ἐξ ἀρχῆς ἁπριξ εἰχοντο. *T. H.*

27. Πάντα ἕνεκα τούτων ὑπομένοντας] Est quasi formula quaedam loquendi solemnis, in malam partem potissimum accipienda de iis, qui nihil habent pensi, modo pravis artibus libidinem explere possint: non dissimile proximae potestatis πάντα ποιεῖν τε καὶ πάσχειν· propterea utrumque *Philo Judaeus* in unum conflavit de Vit. Mos. p. 648. A. πραχθησόμενοι δὲ ταῖς ἐπιθυμίαις πάντ' ὑπομενοῦσι δρᾶν τε καὶ πάσχειν. *Chrysostom.* πρὸς τοὺς Ἐκ. παρθ. συνεισ. p. 245. B. πάντα αἱροῦνται ὑπομένειν, ἢ τοῦτο παθοῦσαν ἐκείνην ἀδικῆσαι· *citius nihil intentatum relinquent, quam ut illam talia passum non ulciscantur.* Leviter corruptum in *Juliani* Epist. XLII. p. 423. B. εἶναι ὁμολογοῦσιν αἰσχροκερδέσταλοι, καὶ δραχμῶν ἁλίγων ἕνεκα πάντα ὑπομένειν· πάντως Edd. habent: multo gravius, ut quidem puto, in *Cebetis* Tab. p. 83. καὶ πάντ' ἐπομένως πράττουσιν ἕνεκα τούτων, καὶ τὰ ἀσεβέσταλα δικαιοῦντα εἶναι· ubi si rescribendum esse dixero πάντ' ὑπομένοντες πράττουσιν, nemo, nisi fallor, vulgatum ἐπομένως servare volet aut interpretatione quaesita tueri; praesertim quando attenderit ad καὶ τὰ ἀσεβέσταλα δικαιοῦντα εἶναι, & ad istum *Cebetis* locum p. 21. ἀναγκάζει ταύταις ταῖς γυναιξὶ δουλεύειν, καὶ πάντ' ὑπομένειν, καὶ ἀχημονεῖν, καὶ ποιεῖν ἕνεκεν τούτων ὅσα ἐστὶ βλαβερά. Meliorem in partem adhibuit *Sopater* apud *Stob.* p. 311. ὑπομενετέον πάντα ἑτοίμως τῷ δρᾶν κακῶς πρὸ τοῦ παθεῖν κακῶς εὐλαβουμένῳ· *nullum est periculum subterfugiendum illi, qui magis reformidat male*

non pecuniæ causa perpeti : illos porro, qui gloriam abjiciendam putent, gloriæ causa cuncta suscipere ; voluptatem denique pæne omnes criminantes, at privatim huic soli adfixos.

6. Frustratus igitur hac spe magis etiam molestè ferebam, sensim tamen me consolans, quod cum multis, iisque sapientibus & valde ob prudentiam celebratis demens sim, & veri hactenus ignarus circumvager. Jam mihi insomnem aliquando noctem horum causa ducenti visum fuit Babylonem profectum, implorare auxilium cujusdam magorum Zoroastris discipulorum & successorum : fama autem cognoveram eos incantationibus & sacris quibusdam aperire

μένους. τὺς τε τ δόξαν ἀποβαλλομένους, [b] αὐτῆς ἕνεκα πάντα ὑπηρετοῦντας· ἡδονῆς τε αὖ χεδὸν ἅπαντας καλημορῦντας, ἰδίᾳ δὲ μόνῃ ταύτῃ προσηρημένους.

Σφαλεὶς ὢν κ ταύτης τ ἐλπίδ ἔτι μᾶλλον ἐδυσχέραινον, ἠρέμα ωδμυθούμενος ἐμαυτὸν, ὅτι μ πολλῶν, κ σοφῶν, κ σφόδρα ὑπ σωφρόνων λογεβομένων, ἀνόητός τε εἰμι, κ τἀληθὲς ἔτι ἀγνοῶν ωειέρχομαι. καί μοι ποτὲ λογυπνοῦντι τούτων ἕνεκα ἔδοξεν ἐς Βαβυλῶνα ἐλθόντα δεηθῆναί τιν τ μάγων, τ Ζωροάστρ μαθητῶν κ λογδόχων· ἥκειν δ αὐτὸς ἐπῳδαῖς τε κ τελεταῖς τισιν ἀνοίγειν τε ζ ᾅδε τὰς πύλας,

b Αὐτῆς ἕ. π. ἐπ.] Αὐτοῖς F. vitiose. Major variatio in P. αὐτοῦ ταύτου (τούτου) χάριν τὰ πάντα κ πράττοντας κ λέγοντας· cum quibus fere consentiunt Excerpta L. αὐτῆς ταύτης χ. τὰ π. κ λέγοντας ἐ πράττοντας. Poterant haec *Luciano* non indigna videri, si certa vetustarum membranarum fide niterentur : formula loquendi solemnis πάντα λόγειν ἐ πρᾶττειν, *omnem movere lapidem, nihilque intentatum relinquere.*

male facere, quam malo ab aliis adfici, ut ne quicquam inhonesti patrare cogatur. T. H.

35. Ἐπὶ σωφρόσι λογεβομένων] Haec profert *Thomas Mag.* in Διαβόητ, quum docuisset λογόητον & λογεβοῦσθαι plurimum in deteriorem partem usurpari, tamen monens μ προσήκειν εἰδότι ἐ ἐναλλάττειν. Nihil exploratius est, quam veterum more in utramque partem dici. λογόητ ἐπὶ φιλοσοφίᾳ *Zenob.* C. V. n. 55. ἐπ' εὐταξίᾳ ἐ σωφροσύνῃ λογόητ πόλις *Dion Chrysost.* p. 408. C. Python λογεβομένν ἐπὶ τῇ τ λόγου δεινότητι *Diodor. Sic.* XVI. p. 554. D. Mirum est maculam emendatu facilem eruditissimos homines effugisse apud *Stephan.* in Εὐκαρπία· Λαΐδα τὴν ἐπὶ κάλλει λογεβλημένην ἑταίραν· quis dubitet, quin litera mutata legi conveniat, λογεβοημένην; ut *Antonin. Liber.* c. XIII. εἴ τις λογοηθείη παρθέν ἐπὶ κάλλει τ ἐγχωρίων & c. XXII. ἐπὶ βουκολικοῖς ᾄσμασι λογοηθῆναι· *Athen.* XIII. p. 588. B. Leontium ἡ ἐπὶ ἑταιρείᾳ λογβόητ γνωμένη. Nequicquam adferas τοὺς ἐπὶ συκοφαντίᾳ, ἐπὶ δωροδοκίᾳ λογεβλημένους ex *Harpocrat.* in Εὐθίας & Ἡγήμων, atque ex aliis similia. T. H.

41. Τ ᾅδου τὰς πύλας] Ubi de Orci portis agit ad *Matth.* XVI, 18. non omissus est hic *Luciani* locus a maximo *Grotio*, cui pleraque debet *Ja. Windet* de Vit. Funct. Stat. Sect. IV. Diversa ratione κατάγειν εἰς πύλας ᾅδου ἐ ἀνάγειν Deo tribuitur in Sapient. *Salom.* c. XVI, 13. nihilque est aliud, quam quod praecessit ζωῆς ἐ θανάτου ἐξουσίαν ἔχειν. Quam apte vero decenterque Menippi Babylonem tendentis & magicum auxilium sollicitaturi scena fuerit instructa, nunc quidem accuratius expendere non lubet : illud duntaxat observari velim, qui modo vocantur μάγοι οἱ Ζωροάστρου μαθηταὶ ἐ λογδοχοι, statim esse Χαλδαίους, & simul hominis istius magi nomen edi Persicum Mithrobarzanem : non quod existimem Persarum sapientes & Chaldaeos nunquam eadem magorum appellatione contineri ; nam & *Hesychius*, ut de aliis taceam, Χαλδαίους interpretatur satis magnifice γένος μάγων πάντα γινωσκόντων· sed quod confundendi non videbantur hoc in loco, quos plerique omnes, qui diligentius scribunt, sedulo distinguere solent. Sunt enim, ut notum est, Ἀσσυρίων οἱ Χαλδαῖοι . . . . . Περσῶν οἱ μάγοι, teste *Clem. Alex.* Strom. I. p. 305. A. *Pausan.* IV. p. 360. Ἐγὼ δὲ Χαλδαίους ἐ Ἰνδῶν τοὺς μάγους πρώτους οἶδα εἰπόντας, ὡς ἀθάνατός ἐστιν ἀνθρώπου ψυχή· quam in opinionem etsi consenserint, in multis tamen valde inter se dissidebant. Zoroaster vero dux & auctor disciplinae magorum, quem longa deinceps, & ad Alexandri Magni usque tempora continuata series successorum excepit : *Diogen. L.* in Prooem. §. 2. quare non *Plato* tantum Alcib. I. p. 441. D. μαγείαν τὴν Ζωροάστρου τ Ὡρομάζου dixit, sed & οἱ ἀπὸ Ζωροάστρου μάγοι memorantur a *Plutarch.* T. II. p. 670. D. & apud *Dion. Chrys.* Or. XXXVI. p. 448. D. Ζωροάστρης ἐ μάγων παῖδες παρ' ἐκείνου μαθόντες. De hoc autem hominis prodigio, sive potius de pluribus, qui eodem isto nomine floruerunt insignes, non pauca suppeditabunt *Henr. Vales.* ad *Amm. Marcell.* XXIII. c. 6. p. 405. *Marsham.* in Can. Chron. *Stanl.* Phil. Orient. I. Sect. 1. c. 2. 3. *Ja. Toll.* ad Form. Recip. Manich. p. 135. Jam vero neminem fugit, praecipuum quoddam magorum fuisse privilegium, ut inferos haberent in potestate, easque inprimis artes divinatorias exercerent, in quibus ma-

nium

λας, καὶ κατάγειν, ὃν ἂν βέλωνται, ἀσφαλῶς, καὶ ὀπίσω αὖθις ἀναπέμπειν. ἄριστον οὖν ἡγούμην εἶναι παρά τινος τούτων μαθόντα πρᾶξαι τὴν κατάβασιν, ἐλθόντα παρὰ Τειρεσίαν τὸν Βοιώτιον, μαθεῖν παρ' αὐτοῦ, ἅτε μάντεως καὶ σοφοῦ, τίς ἐστιν ὁ ἄριστος βίος, καὶ ὃν ἄν τις ἕλοιτο εὖ φρονῶν. καὶ δὴ ἀναπηδήσας, ὡς εἶχον τάχιστα ἔτεινον εὐθὺ Βαβυλῶνος. ἐλθὼν δὲ συγγίνομαί τινι τῶν Χαλδαίων σοφῷ ἀνδρὶ, καὶ θεσπεσίῳ τὴν τέχνην, πολιῷ μὲν τὴν κόμην, γένειον δὲ μάλα σεμνὸν καθειμένῳ· τὄνομα δὲ ἦν αὐτῷ Μιθροβαρζάνης. δεηθεὶς δὲ, καὶ καθικετεύσας, μόλις ἔτυχον παρ' αὐτοῦ ἐφ' ὅτῳ βέλοιτο μισθῷ καθηγήσασθαί μοι τὴν ὁδόν.

Orci fores, & demittere, quem velint, tuto, iterumque rursus reducere. Optimum igitur factu ducebam, ab eorum aliquo comparata mihi descendendi copia, adire ad Tiresiam Bœotum, ab eoque discere, quippe vate & sapiente, quæ sit optima vita, quamque sibi quis deligat bene prudens. Atque adeo repente exsiliens quam poteram celerrime tendebam recta Babylonem: ibi convenio quendam Chaldæorum virum sapientem, & arte divinum, qui canus erat coma, barbamque plane venerabilem promittebat, nomine Mithrobarzanem: eum multis precibus obtestatus vix exoravi, ut, qua vellet, mercede se mihi ducem præberet viæ.

7. Tum

51. Θεσπεσίῳ] Θείῳ, θαυμαστῷ, πρέπ. G.

nium evocatorum opera requirebatur: idcirco junguntur a *Strabone* XVI. p. 1106. A. παρὰ δὲ τοῖς Πέρσαις οἱ μάγοι, καὶ νεκυομάντεις, καὶ ἔτι οἱ λεγόμενοι λεκανομάντεις καὶ ὑδρομάντεις· παρὰ δὲ τοῖς Ἀσσυρίοις οἱ Χαλδαῖοι· ut minime sit mirandum, magum aliquem a Menippo fuisse expetitum, qui Tiresiae consulendi copiam sibi faceret. Haud aliter sane Clemens Romanus, de quo quae prodita reperies Clem. Homil. I. §. 3. & 5. ad haec omnino digna sunt, quae conferantur: postquam enim a puero de immortalitate animae quid statueret incertus frustra philosophos altercantes adiisset, talem denique consilii rationem inire coepit: Τί ἂν χρὴ ποιεῖν; ἢ τοῦτο; εἰς Αἴγυπτον πορεύσομαι, καὶ τοῖς τὰ ἀδύτων ἱεροφάνταις καὶ προφήταις φιλιωθήσομαι, καὶ μάγον ζητήσας καὶ εὑρὼν χρήμασι πολλοῖς πείσω, ὅπως ψυχῆς ἀναπομπὴν, τὴν λεγομένην νεκρομαντείαν (vel νεκυομαντείαν, ut in Epitome legitur) ποιήσῃ, ἐμοῦ ὡς περὶ πράγματός τινος πυνθανομένου· ἡ δὲ πεῦσις ἔσται περὶ τοῦ μαθεῖν, εἰ ἀθάνατος ἡ ψυχή. Tiresiam autem cur potissimum Menippus adhibere vitae regendae ducem desiderarit, Homerus est in causa, qui posteris persuasit, illum vatem, qua praeditus erat inter vivos admirabili rerum solertia, eamdem apud inferos integram Proserpinae beneficio conservasse. *Strabo* XVI. p. 1105. ubi docet, quanto opere vetusti homines a Deorum nutu pependerint, ita scribit: καὶ διὰ τοῦτο οἱ μάντεις ἐτιμῶντο, ὥστε καὶ βασιλείας ἀξιοῦσθαι, ὡς τὰ παρὰ τῶν θεῶν ἡμῖν ἐκφέροντες καὶ διαγγέλλοντες καὶ ἐπανορθούμενοι καὶ ζῶντες καὶ ἀποθανόντες· καθάπερ καὶ ὁ Τειρεσίας, τῷ καὶ τεθνηῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια Οἷῳ πεπνῦσθαι· τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι· notissimi sunt poëtae versus Od. K, 494. Vid. *Barth.* ad *Stat.* Th. IV, 443. Nec primus hoc muneris Tiresiae *Lucianus* imposuit: nam apud *Horatium* quoque in illa facetissima libri secundi Sermonum Ecloga quinta Ulyxi quaerenti de opibus omni machina corradendis tam scite respondet, itaque rerum superarum se peritum ostendit, ut consultorem prudentiorem haud facile requiras. De Tiresia vero multa non protrita refert *Eustath.* ad Od. K. p. 1665. *T.H.*

54. Παρ' αὐτοῦ, ἐφ' ὅτῳ] Ex αὐτοῦ secunda mihi syllaba videtur oppressisse τῷ, quod inserendum est: μόλις ἔτυχον παρ' αὐτοῦ τῷ .... καθηγήσασθαί μοι. Magi non exigua mercede artem suam exercebant: modo vidimus in Hom. Clement. χρήμασι πολλοῖς πείσω. Statim interpunctionem eum in modum constitui, ut res postulabat; nam prava praecedentium Edd. Interpretibus etiam fraudi fuit: copulari sine dubio convenit primum, κατάγων ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ἔνθεν· deinde πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον ῥῆσίν τινα μακρὰν ἐπιλέγων. *T.H.*

60. Πρὸς ἀνατέλλοντα] Ita restituit hunc locum *B2.* & postea *Benedictus* & *A.* Omnes enim reliquae Edd. unico verbo legebant προσανατ. quo pacto in De Mort. Peregr. c. 39. *Tan. Faber* legere jubet, προσανίσχοντα τὸν ἥλιον· Sed ibi quidem aliquid est, quod huic scripturae faveat; hic nihil. *M. du S.*

63. Καὶ ἀσφαλὲς ἐφθέγξατο] Castigo ἀφανές. *J. Br.*

Ἀσφαλές] *Def. Herald.* emendat ἀσαφὲς, quod etiam est in uno Cod. Regio. & in Cod. Flor. sed alibi hac de re. *J. B.*

Καὶ ἀσφαλὲς ἐφθ.] Ἐπίτροχόν τι καὶ ἐπισφαλές. *Th. M.*

Ἀσαφὲς] Variant hic Edd. Parisiensis enim οὐκ ἀσφαλὲς habet; aliae, sine οὐκ, ἀσφαλὲς tantum, quod ad genuinam lectionem propius accedit: & sic antiquiores quoque. Ἀσαφὲς autem, praeter ea, quae *Bourdelotius* adfert, in Ed. *J.* invenimus: Salmuriensis Editor etiam admisit. In hac voce frequenter erratum. *M. du S.*

Ἀσα-

7. Tum me adſumtum ille vir primum dies novem & viginti, a luna nova initio facto, lavabat deducens ad Euphratem ſumino mane, & ad orientem ſolem carmen aliquod longum effatus, quod equidem non admodum exaudiebam: ut enim mali, qui ſunt in ludis, præcones, volubile quiddam & inconditum proferebat; niſi quod videretur genios aliquos invocare. At poſt incantationem, quum ter in faciem meam inſpuiſſet, redibam rurſus neminem obviorum intuens. Cibus autem nobis arboreæ nuces; potus lac, mulſum & Choaſpis aqua; lectus ſub divo in herba. Poſtquam vero ſatis erat præparationis, circa mediam

Παραλαβὼν δέ με ὁ ἀνὴρ πρῶτα μὲν ἡμέρας ἐννέα καὶ εἴκοσιν, ἅμα τῇ Σελήνῃ ἀρξάμενος, ἔλουε, κατάγων ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ἑωθεν, [a] πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον ῥῆσίν τινα μακρὰν ἐπιλέγων, [b] ἧς δὲ σφόδρα κατήκουον· ὥσπερ γὰρ οἱ φαῦλοι τῶν ἐν τοῖς ἀγῶσι κηρύκων, ἐπίτροχόν τι καὶ [c] ἀσαφὲς ἐφθέγγετο· πλὴν ἀλλ' ἐοίκει γέ τινας ἐπικαλεῖσθαι δαίμονας. μετὰ γοῦν τὸ ἐπῳδὴν τρὶς ἂν μοι πρὸς τὸ πρόσωπον ἐμπτύσας, ἐπανῄει πάλιν, οὐδένα τῶν [d] ἀπαντώντων προσβλέπων. καὶ σιτία μὲν ἡμῖν τὰ ἀκρόδρυα, ποτὸν δὲ γάλα καὶ μελίκρατον καὶ τὸ τῆς Χοάσπου ὕδωρ, εὐνὴ δὲ ὑπαίθριος ἐπὶ τῆς πόας. ἐπεὶ δὲ ἄλις εἶχε τῆς προθυμιτήσεως, περὶ μέσας νύ-

[a] Πρὸς ἀνατ.] Secuti ſumus *V2. B2. S.* & *A.* In ceteris Edd. prave προσανατέλλοντα. [b] Ἧς] Ἧν ſola F. [c] Ἀσαφὲς] Sic legitur in R. *F. J. S.* In reliquis Edd. ἀσφαλὲς, quod margo *A1W.* itidem in ἀσαφὲς mutavit. Peſſime *Bourdelotius* addiderat in *P.* οὐκ ἀσφαλές. [d] Ἀπαντώντων] Hunc in modum recte *J. V2. B2. S.* In *F.* ἐπάντων in pluribus accentu perverſe poſito ἀπαντώντων.

68. Ἀκρόδρυα] * Ἀκρόδρυα λέγουσι τῶν φοινίκων τοὺς καρπούς, καὶ τὰ ἀμυγδαλῶν, καὶ τὰ ἄλλων. *V.*

* Ἀκρόδρυα] *Democrit.* Geop. X, 74. Plura dabunt *J. Bod. a* Stapel ad *Theophr.* H. P. II. p. 89. 342. *Jac. Duport.* ad *Theophr.* Char. p. 378. *T. H.*

Ἀσαφὲς] Ita pro ἀσφαλὲς legendum eſſe monuit ad *Arnobium Deſ. Herald.* p. 43. Ἀσφαλὴς & ἀσαφὴς culpa librariorum ſaepius invicem permutantur. Sic apud *Thucydid.* IV. 86. ἐδὴ ἀσαφῆ τὴν ἐλευθερίαν, quod ego probum exiſtimo, in utroque vocabulo fluctuant Codices; neque nuperam eſſe variationem eam, ſatis ex *Scholiaſte* liquet. Hinc peti debere medicinam arbitror *Athenagorae* loco περὶ Ἀν. τ. Ν. p. 147. 148. cujus haerentem implicatamque ſententiam nullis verborum artificiis expediunt Interpretes: Εὔλογός ἐστι πᾶσα ἀπιστία μὴ προχείρως καὶ κατά τινα δόξαν ἄκριτον ἐγχωρουμένη, ἀλλὰ μετά τινος αἰτίας ἐχυρᾶς, κἂν τὸ κατὰ τὴν ἀλήθειαν ἀσαφὲς illum in modum ſi commode ſcribi, & primam, quae deficere videtur, vocem adjungi concedas, nulla reſtabit amplius in verbis alioqui perobſcuris difficultas. Similiter ἀφελὴς & ἀσφαλὴς ſaepe alterum alterius ſedem invaſit, ut patebit ad Ἀναξ. c. XII. *T. H.*

66. Ἐπανῄει πάλιν] Vix dubito, quin litera ſit eraſa, ſcriptumque fuerit ab auctore ἐπανῄειν cur enim hoc de Mithrobarzane ſolo, non de Menippo, cujus in gratiam omnis hic apparatus magicus fuerat inſtitutus, potius dicatur, nulla reddi poteſt cauſa probabilis: pertinebat enim ad ſacri rationem, ut quum magus faſcino depellendo ter in Menippi faciem ex-

ſpuiſſet, ipſe demiſſo vultu, neminem obvium intuens, domum rediret: mox etiam, ἐπανάγει εἰς τὴν οἰκίαν, ὡς εἶχον ἀναποδίζοντα. Ortum ab imperito lectore vel librario vitium, qui ad praecedens ἐμπτύσας, quod abſolute poni pro ἐμπτύσαντος, vel ἐπειδὴ ἀπέπτυσε, non perſpexerat, ſequentis verbi perſonam accommodavit: de pari menda monuimus ad p. 256. n. 63. Poterant autem ritus ſacri magici purgationesque multiplices comparatione ſimilium locorum illuſtrari: ſed quandoquidem in hanc cauſam deſcendere non eſt commodum, ſi quis tamen iſta deſideret, adeat *Sil. Italic.* XIII, 405. & adnotata Virorum Eruditorum ad *Arnob.* I. p. 25. in quibus Menippi Lucianei mentio non eſt omiſſa. Singulare vero, quodque alibi temere non invenias, Choaſpis aquam eximie magicis praeſtigiis adhiberi: id propterea factum credi par eſt, quod limpidiſſimae levitatis liquor dulcedine ſimul excelleret; ob quas dotes ita Perſarum regibus placuit, ut alio fere potu nunquam uterentur: vide *Briſſon.* de R. P. I. p. 59. *T. H.*

69. Τὸ τῆς Χ. ὕδωρ] *Choaſpis fluvii aquam.* *J. Br.*

Τὸ τῆς Χ. ὕδωρ] Πόλαμος Περσικὸς Χοάσπης· τὸ ὕδωρ Χοάσπειον βασιλικὸν ἦν· ἐξ αὐτοῦ γὰρ μόνου ἔπινεν ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς. *Euſtath.* ad *Dionyſ.* Per. v. 1073. *A. V.*

νύκλας ὅπῃ τὸ Τίγρῃλα πολαμὸν ἀγαγὼν ἐκάθηρε τέ με, καὶ ἀπέμαξε, καὶ περιήγισε δαδὶ, καὶ σκίλλῃ, καὶ ἄλλοις πλείοσιν, ἅμα καὶ τὴν ἐπῳδὴν ἐκείνην ὑπολονθορύσας· εἶτα ὅλον με καλαμαγεύσας καὶ περιελθὼν, ἵνα μὴ βλαπλοίμιλι ὑπὸ τῶν φαντασμάτων, ἐπανάγει ἐς τὴν οἰκίαν, ὡς εἶχον, ἀναποδίζοντα· καὶ τολοιπὸν ἀμφὶ πλοῦν εἴχομεν.

noctem ad Tigrin fluvium deductum lustravit me, deterſitque, & circumtulit teda, ſcilla, aliisque pluribus; ſimul & iſtam incantationem ſubmurmurans: deinde me totum quum arte magica incantaſſet, & circumiiſſet, ne læderer a ſpectris, reducit me domum, ut eram, retrocedentem: tum porro navigationi parandæ intenti eramus.

Αὐτὸς μὲν ἦν μαγικήν τιν' ἔδυ στολὴν, τὰ πολλὰ ἐοικυῖαν τῇ Μηδικῇ· ἐμὲ δὲ τοιούτοισι Φέρων ἐνεσκεύασε τῷ πίλῳ, καὶ τῇ λεοντῇ, καὶ προσέτι τῇ λύρᾳ· καὶ [a] παρεκελεύσατο, ἤν τις ἔρηταί με τοὔνομα, Μένιππον μὲν μὴ λέγειν, Ἡρακλέα δὲ, ἢ Ὀδυσσέα, ἢ Ὀρφέα.

8. Ipſe quidem magicam quandam induebat ſtolam, perſimilem Medicæ: me vero iſtis omnino inſtruxit, pileo, leonina pelle, itidemque lyra: præcepitque, ſi quis roget me nomen, Menippum ut ne dicerem, ſed Herculem, aut Ulyxem, aut Or-

a Παρεκελεύσατο] Παρεσκεύασατο F. a qua merito omnes reliquae diſceſſerunt.

75. Ὑπολονθορύσας] Ἐνυπόπτως λαλήσας, ψιθυρίσας, ῥήμια γογγύσας. V.

72. Ἐκάθηρε] De hoc ritu *Caſaubon.* ad Theophr. Char. p. 302. 303. *M. du S.*

73. Ἀπέμαξε] Περιμάξαι & περικαθάραι interpretatur *Caſaub.* ad *Theophr.* tangit & ad *Athen.* Legendi Interp. *Ariſtoph. Heſych. Suid. Euſtath.* *J. B.*

74. Σκίλλῃ] Hanc Pythagoras in limine januae ſuſpenſam malorum medicamentorum introitum pellere tradidit. *J. Br.*

Sumſit a *Plinio* H. N. XX, 9. Vid. *Menag.* ad *Diogen. L.* VIII, 47. *T. H.*

Ibid. Ἅμα δὲ τὴν ἐπῳδὴν ἐκείνην ὑποτονθορύσας] *Ubi vero ſatis ſuperque præparaſſet, media circiter nocte me ad Tigridem fluvium deductum & purgavit, & abſterſit, faceque ac ſcilla aliisque pluribus, magicum illud carmen ſimul ſubmurmurans, luſtravit.* Verbum hoc ὑποτονθορύσας *Scholiaſtes* exponit ἐνυπόπτως λαλήσας, ψιθυρίσας, ῥήμια γογγύσας. Sed ſcribe γογγύσας. Cæterum occalione hujus verbi γογγύζω, una & altera macula purgandus *Heſychius*: Γογγύζειν, φθέγγεσθαι τὸ θορύζειν. Addenda eſt, quam excidiſſe planum eſt, una litera, ac legendum, τονθορύζειν. Sic quod paullo ſupra hodie habemus, Γογγύζειν, τὸ θορυζειν τὸ τὰς ὦς φωνεῖν, &c. *Heſychius* videtur omnino dediſſe, Γογγύζειν, τονθορύζειν, τὸ τὰς ὦς φωνεῖν. Etenim θορύζειν vox eſt plane extra uſum; licet *Etymologici M.* auctor eam memoret; at id ab eo modo fit, ut primam τὸ τονθορύζειν originem perveſtiget. Eodem ſignificatu dixerunt Graeci & τονθορίζω. *Heſychius* iterum, Τονθορύζει, ἀτάκτως λαλεῖ, γογγύζει, ψιθυρίζει, καὶ Τονθορίζει τὰ αὐτά. Non audiendi, qui τονθορύζει ſubſtituunt; nam præterquam quod ex ordine horum verborum ſatis patet, τὸ, τονθορίζει omnino profectum eſſe ab *Heſychio*, ut qui per id dicat idem, quod per τονθορύζει, ſignificari; tum uſus eo eſt *Lucianus* in initio Deorum Concilii Μηκέτι τονθορίζετε, ὦ θεοί. Agnovit quoque *H Stephanus* τονθορίζειν ex *Heſychio*. *J. J.*

76. Περιελθὼν] Memini, qui mallet περιθειῶν, *luſtrans ſulphure*, cujus in purgandi cerimoniis uſus erat fere praecipuus: Περιθειῶσαι, περικαθάραι, κυρίως θείῳ *Heſych.* quem itidem vide in Θέιαγον· Θειοῦται. Θειώσω, καθαρῶ, quae praecedentis, quod plane removendum, eſt emendatio: apud eundem Θειώματα, τὰ περικαθαρτήρια, non alia ſunt, quam θειάματα. Attamen in *Luciano* nihil oportet mutari: nam ut ab incurſu malorum geniorum prorſus luſtratum defenderent, ultimus erat ſacri magici circuitus, ad quem ſignificandum περιέρχεσθαι ſolet adhiberi. Noſter in Philopſ. §. 12. θείῳ δὲ δαδὶ καθαγνίσας τὸν τόπον περιελθὼν ἐς τρίς &c. homo nimirum Babylonius ex Chaldaeorum numero: ideo de cycnis, qui ad aedem Hyperborei Apollinis tempore ſacrorum ſtato convolant, *AElian* de Anim. XI. c. 1. καὶ περιελθόντες τὸν νεὼν, καὶ οἱονεὶ καθήραντες αὐτὸν τῇ πτήσει. Hinc περιέγειν & περιενεγκεῖν *circumferre* quaſi propria luſtrationibus verba: *Athen.* XIV. p. 626. F. καθαρμὸν τῆς πόλεως ποιησαμένῳ σφάγια περιαγαγόντας κύκλῳ τῆς χώρας ἑκάστης. *Polyb.* IV. p. 405. καθαρμὸν ἐποιήσαντο, καὶ σφάγια περιήνεγκαν τῆς τε πόλεως κύκλῳ, καὶ τῆς χώρας πάσης. Athenis περιεστάρχαι erant partes περιενεγκεῖν καθάρσιον περὶ τὴν ἐκκλησίαν, quos *Suidas* ait ἔξωθεν περιέρχεσθαι χοιροφορούντας. Adde *Herodot.* I, 84. *Hippocrates* autem περὶ I. N. p. 302. v. 35. ubi praeſtigias nequiſſimorum hominum ad plebem naſo ducendam excogitatas graviter perſtrinxit, περικαθαίρειν καὶ μαγεύειν habet. *T. H.*

78. Ὡς οἶκον] Emenda, ὡς εἶχον ἀναποδίζοντα. *J. Br.*

80. Ἐδὺ] Ἐνίδυ orationi proſae melius conveniet. *T. H.*

82. Φέρων] Φέρων redundat. *J. Br.*

Ibid.

Orpheum. PHIL. Quorsum illud, Menippe? neque enim intelligo causam vel habitus, vel nominum. MEN. Atqui perspicuum illud quidem est, nec prorsus arcanum: quandoquidem enim hi ante nos vivi ad inferos descenderunt, existimabat, si me illis adsimilassem, fore ut facile custodiam Æaci fallerem, & sine impedimento transirem, utpote consuetior, tragiceque plane commendatus ab ipso habitu.

9. Jam igitur illucescebat dies, quum descendentes ad fluvium solvendo navigio operam dabamus: comparata enim ipsi fuerant & scapha, & victimæ, & mulsum, & quæcumque alia ad sacri rationem conducebant. Ergo impositis in navim, quæ

ΦΙΛ. ὡς δὴ τί τοῦτο, ὦ Μένιππε; ἐ γὰ συνίημι τ αἰτίαν ὅτε τ σχήματος, ὅτε τ ὀνομάτων. ΜΕΝ. ἀ μὴν πρόδηλόν γε τοῦτο, ἀ ὁ παλελῶς ἀπόρρητον· ἐπεὶ γὰ ὅτοι πρὸ ἡμῶ ζῶντες ἐς ᾅδ καλεληλύθεσαν, ἡγεῖτο, εἰ με ἀπεικάσειεν αὐτοῖς, ῥαδίως ἂν τ σ Αἰακοῦ φρουρὰν ἀλαθεῖν, ἀ ἀκωλύτως παρελθεῖν, ἅτε σιωπηρότερον τραγικῶς μάλα πεδαπεμπόμενον ὑπὸ σ σχήματος.

Ἤδη δ' ἐν ὑπέφαινεν ἡμέρα· ἀ καλεθόντες ἐπὶ τ πολαμὸν πρὸ ἀναγωγὴν ἐγιγνόμεθα· παρεσκεύαστο δ' αὐτῷ ἀ σκάφος, ἀ ἱερεῖα, ἀ μελίκρατα, ἀ ἄλλα, ὅσα πρὸς τ τελετὴν χρήσιμα. ἐμβαλόμενοι ἂν ἅπαντα τὰ πα-

96. Ἀναγωγὴν] Ἡ τ νεῶν ἔκπλους ἀναγωγὴ λέγεται. *V.*

Ibid. Τῷ πίλῳ] Optime *Rubenius* de R. V. II, 15. *Thomae Mori clavam* rejecit: cui tamen errori ansam forte dederit vel leoninae pellis proxime succedens mentio, vel ῥοπάλῳ lectum pro τῷ πίλῳ quod, etsi minime quadret huic loco, eo facilius cogites, quia πῖλος alibi quoque ῥοπάλου sedem occupavit: nam apud *Diodorum* certe XVII. p. 615. B. in illa nobili Corragi Macedonis, atque Athenienſis Dioxippi pugna, ubi hic prodiisse nudus & oleo nitens narratur, pro ἔχων πῖλον σύμμετρον sine controversia reponendum est ῥόπαλον· quod non tantum ex sequentibus manifesto patet, in primis quando notat Dioxippum praetulisse ἀφ' τὴν περὶ τὸ ῥόπαλον ἰδιότητα πρόσοψιν Ἡρακλεωτικήν, verum etiam ex *AElian.* V. H. X, 22. & *Curtio* IX, 7. qui *validum nodosumque stipitem* appellat: abhorret autem, ut, qui coronatus procederet, pileo tegeretur. Utriusque vero pilei & clavae meminit *Philo Jud.* de Cajo, qui cultu vario nunc Deorum hunc, nunc alium imitabatur p. 1093. B. Σκευὴν ἄλλοτε ἀλλοίαν ἐλάμβανε, ποτὲ μὲ λεοντῆν & ῥόπαλον ἀμφότερα ἐπίχρυσα, ἀφαιρουμένῳ εἰς Ἡρακλέα· ποτὲ δὲ πίλους ἐπὶ τ κεφαλῆς, ὁπότε ἀσκοῖτο εἰς Διοσκούρους. De pileis autem Castorum & Ulyssis multa diximus ad Δ. Θ. XXVI. *T. H.*

86. Ὡς δὴ τί] Τὰ ὡς δὴ abundare videntur. *F. G.*

Ὡς δὴ τί τοῦτο] Particularum usus non vulgaris: hunc & alium *Luciani* locum Θ. Κρ. p. 255. v. 46. adnotavit *H. Stephan.* Th. Gr. L. T. IV. p. 817, G. In *Dione Chrys.* p. 127. D. vim earum Interpres minime percepit: ὡς δή τι θαυμαστὸν εὑρήκατε ταῖς πόλεσιν ὑμεῖς σωφροσύνης φάρμακον; ὅπως ὑμεῖς μὴν τὰ φανερὰ ταῦτα & ἀκλειστα οἰκήματα &c. Haec paulo vitiosius eduntur: quam particulam negativam μὴ (sic enim legitur pro μὴν, quod restitui) expungi voluit *H. Vales.* in Not. *Mauss.* ad *Harpocrat.* melius infra delebitur in istis, μὴ τὸ σφόδρα εὔηνιν &c. *T. H.*

90. Ἡγεῖταί τ με ἀπεικάσειεν αὐτοῖς] Ἡγεῖτο εἰ με ἀπεικάσειεν αὐτοῖς. *Th. M.*

Ἡγεῖτο εἰ με ἀπεικ. &c.] In qua editione hanc pravam scripturam invenerit *Marcilius*, equidem ignoro. *T. H.*

98. Μελίκρατα] Cur nunc plurali utatur numero, non video, cum supra c. 7. singulari usus sit. V. Od. Λ, 27. ad quam perpetuo hic alludit. *M. du S.*

99. Ἐμβαλόμενοι ἂν] In re non dissimili verbis simillimis usus est *Xenoph.* Ephes. I. p. 13. Παρεσκεύαζετο δὲ πάντα αὐτοῖς πρὸς τὴν ἔξοδον, ναῦς τε μεγάλη ἀ ναῦται πρὸς ἀναγωγὴν ἕτοιμοι· ἀ τὰ ἐπιτήδεια ἐνεβάλοντο. Ἐμβάλλειν & ἐμβαλλεῖν idem atque ἐνθεῖναι & ἐνθέσθαι, *navi imponere*, quae promiscue *Xenophon* posuit p. 72. 82. 86. hinc ἐμβολὴ & ἐνθήκη. Error a *Salmasio* certissimus admittitur ad *Vopisc.* p. 386. ubi pro speciebus anabolicis frustra pugnans ἀναβάλλειν perinde significare contendit, atque ἐμβάλλειν, *mercibus* vel *commeatu navim onerare*: cujus potestatis exemplum in Graecis scriptoribus nequicquam quaeras; nam apud *Hesych.* in Κίουρ quin aliter exponi debeat, nemo, qui verba paulo diligentius consideret, in dubium vocabit. Aliquantum diversa ratione peccatur in capiendo *Luca* A. Λ. XXVIII, 10. ἀ ἀναγομένοις ἐπίθεντο τὰ πρὸς τὴν χρειαν. Vir maximus observat, *permisceri locutiones de navigantibus & de navi, ut fieri solet: nam ἀναγομένοις ad navigantes, ἐπιθέσθαι ad navim pertinere.* Probandum fuerat ἐπιθέσθαι non secus atque ἐνθέσθαι a Graecis usurpari pro *in navem imponere*; quod aeque difficile putem, ut in ἀναβάλλειν· nunc, si lectio constet, historici sacri mens fuerit talis: *nosque jam jam profecturos onerarunt rebus necessariis:* quasi dicat ingestas fuisse cumulate, ac velut rententibus impositas. Fateor equidem si ἀναγομένων ex Cod. Vienn. non displicet, haud ineleganter potuisse scribi, ἀ ἀναγομένων ἐνέθεντο τὰ πρὸς τὴν χρειαν· & quum

παρεσκευασμένα ἔτω δὴ καὶ αὐτοὶ βαίνομεν ἀχνύμενοι, θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντες. καὶ μέχρι μέν τινος ὑπεφερόμεθα ἐν τῷ ποταμῷ· εἶτα δ' ἐσεπλεύσαμεν ἐς τὸ ἕλος, καὶ τὴν λίμνην, ἐς ἣν ὁ Εὐφράτης ἀφανίζεται. περαιωθέντες δὲ καὶ ταύτην ἀφικνούμεθα ἐς τι χωρίον ἔρημον, καὶ ὑλῶδες, καὶ ἀνήλιον· ἐς ὃ ἀποβάντες (ἡγεῖτο δὲ ὁ Μιθροβαρζάνης) βόθρον τε

fuerant parata, cunctis sic demum & ipsi ingredimur tristes, largasque lacrimas effundentes. Tum ad aliquod tempus deferebamur in flumine: post invecti sumus in paludem & lacum, in quem Euphrates immergitur: eo trajecto devenimus in locum desertum, sylvestrem & sole carentem: quo ubi escensum est (viam autem præibat Mithrobarzanes) foveam effodimus,

quam in eo eramus, *ut in altum solveremus, intulerunt in navim res necessarias*: ac nescio sane, an ita *Lucas* reliquerit. Sicut autem *Noster* modo, περὶ ἀναγωγὴν ἐγινόμεθα, non aliter *Philostr.* de V. A. T. IV. c. 13. περί τε ἀναγωγὴν ἡ ναῦς εἶχεν. *T. H.*

2. Κατὰ δάκρυ χέοντες] *Homer.* Odyss. Λ, 5. *J. Br.*

3. Ὑπεφερόμεθα ἐν τῷ ποταμῷ] Qui secundo flumine deferebantur, eos recte dixit Scriptor noster ὑποφέρεσθαι ἐν τῷ ποταμῷ, neque ad loquendi formulam infra Babylonem fuerit iste lacus, an supra, quicquam refert, modo Euphratis in paludes distracti rivulus aliquis eo permearit. Mihi tamen non facile quis persuadebit, eum hic lacum significari, quem descripsit *Herodot.* I. c. 185. 186. multi lacus erant paludesque non in Babylonia solum, sed prope ipsam Babylonem, in quas crebris alveis ac perfossionibus diductus fluvius illabebatur: eaque opportunitate aquae derivandae, prout ad agrorum foecunditatem commodum erat, ipsi utebantur agricolae Assyrii, teste *Libanio* Or. X. p. 314. A. οἱ δὲ περὶ αὐτὸν γεωργοὶ διώρυχας ἔνθεν κἀκεῖθεν νοήσαντες, ὁπόσα Αἰγύπτιοι τῷ Νείλῳ, χρῶνται κατὰ ἔτος τῷ ποταμῷ. Illas paludes fuisse navigabiles ostendit Alexander, qui, ubi ab inspecto Pallacopa redierat, ἀνέπλει, ut *Arrianus* ait A. A. VII. p. 304. αὖθις κατὰ τὰ ἕλη θαρρῶν ἐν ἀρίστῃ ἔχων τὴν Βαβυλῶνα· & mox idem docet, vulgo ferri τὸ βασιλέων τῶν Ἀσσυρίων τοὺς τάφους ἐν ταῖς λίμναις τε εἶναι τοὺς πολλοὺς καὶ ἐν τοῖς ἕλεσι δεδομηκότας. *Diodorus*, qui tamen alios auctores secutus in hac historia narranda parumper ab *Arriano* differt, τὴν περὶ τὴν Βαβυλωνίαν λίμνην appellat, nili potius, me non invito, scribi placeat περὶ τὴν Βαβυλῶνα· quem lacum quum visendi causa intrasset, errore periculoso jactatus Alexander vix quarto demum die salvus evasit: unde non obscure colligitur, in quantum spatium porrecta fuerint haec stagna paludosa, ubi tam grave discrimen ab itineris ignaris adiri poterat. Quod autem Noster λίμνην ponit, εἰς ἣν ὁ Εὐφράτης ἀφανίζεται, paulo laxius est accipiendum, eumque fere in modum, quo *Plinius* scribit H. N. V, 26. Euphratem *dexteriore alveo Babylonem, quondam Chaldaeae caput, petere, mediamque permeantem, item quam Otrin* (*Opin* legendum puto) *vocant, distrahi in paludes.* Neque aliter intelligendus est aetate sua non ineptus poëta *Mar. Victor* lib. I. Genes. *Fustior Euphrates, diti qui gurgite largus Irrigat arentes subjectae Persidis agros Mollibus elicitus rivis, atque omnibus aeque Servit, & humanos totum*

se praebet in usus: Donec siccus aquis nomen quoque prodigus ipsum Consumat terris, pelagi quod debuit undis: haud enim arbitror de Pallacopa *Victorem* cogitasse, in quem amisso nomine Euphrates receptus desinit ἐπὶ τὰ ἕλη καὶ τὰς λίμνας τὰς πρὸ τῆς Ἀραβίας, ut refert *Strabo* XVI. p. 1076. A. & plenius *Arrianus* illo vexatissimo loco lib. VII. c. 21. Sic etiam in *Dione Xiphilini* LXVIII. p. 784. τὸ ῥεῦμα τὸ τῆς Εὐφράτου πᾶν ἐς δ' ἕλη ἐκπίπτει, καὶ ἐκεῖθέν πως τῷ Τίγριδι συμμίγνυται. Tigris etenim & Euphrates pluribus alveis arte factis inter se committebantur, per quorum unum aliquem, ut credi par est, Menippum Mithrobarzanes ἐπὶ τὸν Τίγρητα ποταμὸν deduxit: nam inter utrumque flumen quod interjectum erat spatium pedibus emensos fuisse fidem non habet. *Arrian.* Α. Α. VII. p. 282. ὁ μὲν Τίγρης . . . διώρυχάς τε πολλὰς ἐκ τοῦ Εὐφράτου ἐς αὐτὸν δέχεται. *Johann. Malelas* in Julian. p. 19. meminit τῆς μεγάλης διώρυγος τῆς Εὐφράτου τῆς μισγούσης τῷ Τίγρητι ποταμῷ· καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν αὐτὸν Τίγρητα ποταμὸν, ὅπου μίγνυνται οἱ δύο ποταμοὶ, καὶ λάπτελοῦσι λίμνην μεγάλην· quanquam de hoc alveo in Tigrim pervadente rem diversa paulum ratione *Libanius* & *Marcellinus* exponant: ad *Ammian.* XXIV. c. 6. vide *Henr. Valesium*. Ista, ne Scriptori nostro nulla lux adfunderetur, fuerunt observanda: ceterum in hoc negotio veterum descriptiones non minus, quam ipsi fluviorum nobilissimi circa Babylonem canales divergunt; cujus equidem dissensionis praecipuam esse causam statuo, quod pro temporum ratione regumque vel praefectorum diligentia alii atque alii nunc aperti fuerint alvei, nunc iterum sive de industria sive aggesto temere limo obruti & expleti. Quam ob rem, nisi cursum fluminis per varias aetates mirifice mutatum distinguas, vix in concordiam redigere licebit pugnantes, ut prima quidem fronte videntur, antiquorum opiniones. Interea *Cellarius* est adeundus G. A. III. c. 16. Sect. 1. *T. H.*

4. Λίμνην] De artificioso hoc lacu lege *Herodot.* I. p. 47. Sed observandum errasse hic hujus Dialogi scriptorem, cum lacum hunc infra Babylonem ponit his verbis, ὑποφερόμεθα ἐν τῷ ποταμῷ. Constat enim ex *Herodoto* supra urbem fuisse. *M. du S.*

8. Βόθρον ὀρυξάμεθα] Notus fodiendae scrobis ritus in sacris infernis: sed *Homerum* ipsa phrasi imitatur: vide Od. K, 517. Λ, 25. plura collegit *De la Cerda* ad *Virgil.* AEn. VI, 243. qui per errorem *Eusebio* adversus Hieroclem tribuit, quod *Philostrati* est de V. A.

mus; oves mactavimus, & sanguinem circa scrobem adspersum libavimus. Magus interea tedam ardentem tenens non jam sedata voce, sed quam poterat maxima exclamans, dæmones simul omnes invocabat, Pœnas & Furias, & nocturnam Hecaten, & tremendam Proserpinam admixtis etiam

ὠρυξάμεθα, καὶ τὰ μῆλα ἐσφάξαμεν, καὶ τὸ αἷμα ἐπὶ τὸν βόθρον ἐσπείσαμεν. ὁ δὲ μάγος οὐ τοσούτῳ δᾳδα καιομένην ἔχων ἀλλ' ἔτ' ἠρεμαίᾳ τῇ φωνῇ, τραμμένεθες δὲ, ὡς [a] οἷός τε ἦν, ἀνακρεκγὼν, δαίμονάς τε ὁμοῦ πάντας ἐπεβοᾶτο, καὶ Ποινὰς, καὶ Ἐριννύας, καὶ [1] γυχίαν Ἑκάτην, καὶ [b] ἐπαινὴν Περσεφόνειαν,

[a] Οἷός τε] Οἷόν τε sola F. Ceterae omnes obnituntur. [b] Ἐπαινὴν] Καιπεινὴν P. ἐπειὴν F. quod proxime ad veram lectionem accedit. Αἰπεινὴν A1. Edd. reliquis inhaesit.

T. IV. c. 16. Ἀλλ' ἐχὶ βόθρον, εἶπεν (Apollonius) Ὀδυσσεύς ὀρυξάμενος, ἐδὲ ἀρνῶν αἵμασι ψυχαγωγήσας ἐς Ἀχέροντα τὸν Ἀχιλλέως ἦλθον. *Lutatius* ad *Statii* Theb. IV, 459. *Tria sunt in sacrificiis loca, per quae piationem facimus: scrobiculo facto inferis* &c. *Hesychio* teste constat κοτυλίσκον vocari βόθρον εἰς ὃν τὸ αἷμα τῶν τῇ γῇ θυομένων ἐπέσκαλλον· quod etsi non plane repudio, fere malim, τῶν ἐν τῇ γῇ. Verum omittendus non est *Strabonis* locus, qui docet, quibus cerimoniis Persae & magi aquae sacra facerent XV. p. 1065. B. Τῷ δὲ ὕδατι ἐπὶ λίμνην ἢ ποταμὸν ἢ κρήνην ἐλθόντες (θύουσι) βόθρον ὀρύξαντες εἰς τοῦτον σφαγιάζουσι). T. H.

9. Τὸ αἷμα π. τ. β.] Idem eodem libro *Homerus*. J. Br.

10. Βόθρον] Mos enim erat antiquis, ut *Festus* tradit, in effossa terra Diis infernalibus sacra facere. A. V.

14. Ποινὰς & Ἐριννύας] Ut ex usu variari solent fabulae, quae disciplinam moralem celant, sic Ποιναὶ & Ἐριννύες alias apud antiquos eaedem sunt, alias diversae. Noster iterum jungendo distinxit §. 11. quibus usus est *Barthius* ad *Stat.* Theb. VIII, 25. *Arriani* locum proferens in Epictet. II, 20. p. 234. ubi primum, Ὁρίζω ὑπὸ Ἐρινύων ἐλαυνόμενον, deinde, χαλεπωτέραι αἱ Ἐριννύες & Ποιναί. *Polybius* in Exc. Vales. p. 117. τὰς Ἐριννῦς & Ποινὰς & Προστροπαίους τ' δ' ἐκεῖνον ἠτυχηκότων. Pro iisdem habuerit *Æschin.* in Axioch. c. 21. nec ne, vix discernas: ibi ducuntur improbi πρὸς Ἐρινύων ἐπ' Ἐριθ & Χάρ, atque in infausta regione λαμπάσιν ἐπιμόνως πυροόμενοι Ποινῶν aeternum plectuntur. *Hesychius* alterum ad alterius explicationem adhibuit iis verbis, quae quoniam incassum tentarunt *Kuhn.* ad *Pausan.* I. p. 105. & *Markland.* Epist. Crit. p. 127. emendata proponam: Ποιναῖς φρικταῖς, Ἐρινύσι τιμωρητικαῖς. Similis apud Latinos discordia in Poenis & Furiis. Sed haec jamdudum, & a multis sunt observata: nos illud, quod omnes hactenus, opinor, fugit, addamus, illas Poenas reddi oportere *Plutarcho* de Fluv. c. 19. ubi pro ὑπὸ Ποινῶν ἐλαυνόμεν vitiosissime fertur, ὑπὸ ποιμένων nihil adferam emendationi probandae, quam ejusdem Scriptoris locum c. 23. ποινηλατούμενον δὲ ὑπὸ Ἐρινύων ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς πολαμὸν Βάκτρον. T. H.

Ibid. Καὶ νυχίαν Ἑκάτην & αἰπεινὴν Περσεφόνειαν] Apparet satis desumptum ex vetusto carmine, & esse hexametrum, quod mutare *Lucianus* non solet: idque ut recipiamus, puto legendum, Ἑκάτην καιπεινὴν Π. J. G.

15. Αἰπεινὴν] Pro αἰπεινὴν Περσεφόνειαν, lege ἐπαινὴν Περσεφόνειαν, ut ostendi in lectionibus Hesiodeis ad Theogon. v. 768. J. G. G.

Ἐπαινὴν] Secuti sumus emendationem Clarissimi *Graevii*, & ante eum *Vorstii*; de qua controversia moveri non potest. Ed. Fl. ἐπειὴν, quod prope ad veram accedit: καιπεινὴν P. M. du S.

Ἐπαινὴν Περσεφόνειαν] Quum epitheton αἰπεινὴ, quamvis vox sit bene Graeca, Proserpinae nullo pacto conveniat, optime *Graevius* tale restituit, quod non tantum facili errore in vulgatam lectionem corrumpi poterat, sed etiam apud *Homerum*, quem ubique *Noster* imitatur, in frequenti est usu; atque adeo in ipsa νεκυομαντείᾳ Od. Λ, 47. unde jam in superioribus huc multa fuisse derivata compertum est. Vid. Od. K, 491. 534. 564. In ratione vocis explicanda, ut fere vetustissimae, quarum usus post *Homerum* pedetentim exolevit, plurimum habent difficultatis, Grammaticorum dissensum *Scholiastes* explicat ad Il. I, 457. Duplicem interpretationem adnotavit *Hesych.* Ἐπαινὴ, ἐπαινετὴ· ἢ δεινὴ & φοβερά· aliam *Eustath.* p. 1665. v. 7. Ἔστι δὲ ἐπαινὴ Περσεφόνη ἡ αἰανὴ, τουτέστιν, ἡ σκοτεινὴ διὰ τὸ γουσα· ἢ μᾶλλον αἰνὴ, ἡ δεινὴ, πλεοναζούσης κατὰ νοῦν προθέσεως, ὡς & ἐν ἄλλοις. Quod ex *Proclo* ad *Hesiod.* Ἔ. καὶ Ἡ. v. 643. *Graevius* adtulit, ille sine dubio sumserat a *Plutarcho*, cujus commentarios Heliodeos pene totos sibi vindicavit: audi *Plutarch.* περὶ Παιδ. Ἀγ. p. 23. A. ἔτω δὲ & τὴν ἐπαινὴν Περσεφόνειαν ἔνιοι φασὶν ὡς παραιτητὴν εἰρῆσθαι. *Marcell. Empir.* c. XV. p. 112. si os, aliudve quid haeserit faucibus, hos versus dicendos in aurem ejus, qui offocabitur, praecipit: Μή μοι Γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου Ἐξ Ἄϊδος πέμψειεν ἐπαινὴ Περσεφόνεια· sunt autem plane Homerici, nam praeter alias dotes rarissimas ad incantationem etiam Poëtae numeri mirifice valebant, ex Od. Λ, 633. hoc solum discrimen interest, quod in editis pro ἐπαινὴ nunc legatur ἀγαυή· neque dicere habeo, utrum illud temere sit mutatum, an priscae lectionis fidem conservet. Idem ego verbum reponendum puto in Orphei versu apud *Diacon.* Alleg. Theog. *Hesiodi* p. 268. Εἰνοδίην Ἑκάτην κλήζω, τριοδῖτιν ἐπαινὴν· vulgo scribitur ἐφαὴν, quod nullius est pretii. T. H.

πανδαμιγνὺς ἅμα βαρβαρικά τινα καὶ ἄσημα ὀνόματα, καὶ πολυσύλλαβα.

Εὐθὺς ἦν πάντα ἐκεῖνα ἐσαλεύετο, καὶ ὑπὸ τῆς ἐπῳδῆς τεθαφῷ ἀνερρήγνυτο, καὶ ἡ ὑλακὴ τοῦ Κερβέρου πόρρωθεν ἠκούετο, καὶ τὸ πρᾶγμα ὑπερκάτηφες ἦν, καὶ σκυθρωπόν. Ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεύς. καλεφαίνετο γὰρ ἤδη τὰ πλεῖστα, καὶ ἡ λίμνη, καὶ ὁ Πυριφλεγέθων, καὶ ἡ Πλούτωνος τὰ βασίλεια. καλελθόντες δ' ὅμως διὰ τοῦ χάσματος τὸ μὲν Ῥαδάμανθυν εὕρομεν τεθνεῶτα [a] μικρῷ δεῖν ὑπὸ τοῦ δέους. ὁ δὲ Κέρβερος ὑλάκησε μέν- [b] τοι, καὶ παρεκίνησε· ταχὺ δέ μιν κρέσσων τοῦ λύραν, πανάχρημα ἐκοιμήθη ὑπὸ τοῦ μέλους. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν λίμνην ἤλθομεν, μικρῷ μὲν ἐδεόμεθα ἐπεραιώθημεν· ἦν γὰρ ἤδη πλῆρες τὸ πορθμεῖον, καὶ οἰμωγῆς ἀνάπλεων· τραυματίαι δὲ πάντες ἐπέπλεον, ὁ μὲν τὸ σκέλος, ὁ δὲ τὴν κεφαλήν, ὁ δὲ ἄλλό τι συνειλημμέ-

barbaris quibusdam ignotisque nominibus, & multarum syllabarum.

10. Statim igitur omnia ibi quassabantur, potentique carmine solum fissum discedebat, latratus Cerberi procul audiebatur, adeo ut res valde formidolosa foret, ac truculenta. Ipse pertimuit in inferna regione rex manium Pluto: apparebant enim jam pleraque, lacus, Pyriphlegethon, Plutonisque regia. Nos tamen ubi descenderamus per hiatum, Rhadamanthum invenimus mortuum propemodum præ metu; Cerberus autem latravit ille quidem, ac nonnihil se commovit, verum me cito pulsante lyram illico sopitus est a cantu. Postquam vero ad lacum venimus, prope fuit, ut non trajiceremur: jam enim onusta portitoris erat cymba, ejulatuque plena; quippe saucii omnes in ea navigabant, hic crus, caput ille, iste aliud quiddam contusum ha-

a Μικρῷ] Recte sic habent P. L. Margo *AIW.* & S. perperam in plerisque Edd. μικρῷ. b Τοι] Τι *J. V2.*

16. Βαρβαρικά] *Nomina . . . ipso pene timenda sono.* Ovid. Ep. Her. XIII, 54. & *Noster* Πένθ. c. III. *M. du S.*

18. Ἐκεῖνα] Non placet: potius habuerim: πάντα τὰ ἐκεῖ ἀνεσαλεύετο. *T. H.*

33. Ἔδδεισεν &c.] *Homer.* Il. N. *J. Br.*

Ἔδδεισεν &c.] *Homeri* versus Il. Υ, 61. aemulatus est *Virgil.* AEn. VIII, 243. *T. H.*

26. Μικροῦ δεῖν] *Fere.* *J. Br.*

Μικροῦ δεῖν] Sic legendum cum P. & L. & *S.* non μικρῷ, ut in plerisque legitur. *M. du S.*

35. Πολέμου] Si Lucianeus sit hic Dialogus, scriptum oportuit anno C. 163. *M. du S.*

42. Λειμῶνα μίγιστον] *Homero* manes debent ἀσφοδελὸν λειμῶνα. Od. Λ, 538. 572. Ω, 13. Ægyptiis *Homerus* & Orpheo, si *Diodoro Siculo* fides I. p. 61. A. Exinde veterum in scriptis celeberrimum est hoc pratum amoenissime consitum. Asphodelus per quietem visus mortem aegrotis praenunciat: cujus mirabilis effectus causam manifestam quum *Artemidorus* ignoraret, conjecit tamen verosimile videri, ὅτι νενόμισαι τὸ οὖ τῷ Ἅιδῃ πεδίον ἀσφοδελῶν εἶναι πλῆρες Oneir. III. c. 50. satis quidem caute pro somniorum interprete, cui nihil istarum nugarum incredibile videri debebat. Principem poëtam quantumvis caecum acutissimo tamen auditu ψυχαὶ vel σκιαὶ τετριγυῖαι itidem auctorem habent: vide Il. Ψ, 101. Od. Ω. sub initium, ubi facetissime deductas ad inferos procorum umbras cum nexa vespertilionum serie comparat: versu tamen 9. nisi pro τετριγυῖαι in quadam editione prisca cujuscumque Grammatici exaratum fuerit κεκριγυῖαι, quo spectaverit *Etymologus* p. 538. in Κρίκε scribens, ὁ γὰρ ποιητὴς φησι κεκριγυῖαι, expiscari nequeo: praesertim quum *Hipponactis* scazon, Κριγὴ δὲ νεκρῶν ἄγγελός τε καὶ κῆρυξ, sine dubio fuerit prolatus ad eam lectionem adfirmandam, & κριγὴ propria ratione dicatur, ut observat *Schol. Aristoph.* ad Av. v. 1520. ὁ τῶν ἀποθνησκόντων τρισμὸς τοῖς ὀδοῦσι γενόμενος. Hoc autem utcumque fuerit existimatum, scripturam τετριγυῖαι in plurimis exemplaribus obtinuisse veteres imitando significant: *Philostrat.* V. A. T. II. c. 4. τὸ φάσμα φυγῇ ᾤχετο τετριγὸς, ὥσπερ τὰ εἴδωλα. Icon. I. p. 769. ἡ ψυχὴ ἤδη ἄπεισι, μικρὸν δὲ ὑστερον καὶ τετριγυῖας αὐτῆς ἀκούσῃ. *T. H.*

43. Τῷ ἀσφοδέλῳ] Sic in Char. §. 22. Reliqua usque ad cap. XIX. continentur in Dial. mort. *J. B.*

44. Τετριγυῖαι] *Homer.* Odyss. Ω, 13. *J. Br.*

46. Τὸ τοῦ Μίνω δικαστήριον] *Homerus* tantum descripsit Od. Λ, 568. Χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα θεμιστεύοντα νέκυσσιν Ἥμενον — vid. *Plat.* Gorg. p. 358. E. nihil erat proclivius, quam in hoc fundamento Minoi thronum collocare, quem de suo liberales poëtae sublimem erexerunt. *Claudian.* in Rufin. II, 477. — *quaesitor in alto Conspicuus solio pertentat crimina Minos, Et justis dirimit fontes* — ibi *Barthius Lucianum* testem advocavit. Vide *Propert.* IV. El. XI, 19. *Stat.* Theb. IV, 530. Sed nulli notior sua domus, quam cunctis tremendum inferorum tribunal & urnam movens arbiter Orci ac quaesitor Minos; praeterire tamen

habens; sic ut mihi viderentur ex bello aliquo advenisse. Veruntamen optimus Charon ut vidit leoninam pellem, opinatus me Herculem esse recepit me, lubensque transvexit, atque etiam egressis demonstravit semitam.

11. Quum autem eramus in caligine, præibat Mithrobarzanes, sequebar ego pone illi adhærens, donec ad pratum ingens pervenimus asphodelo consitum: ibi tum circumvolitabant nos stridulæ mortuorum umbræ. Sensim autem progressi accessimus ad Minois tribunal, qui quidem in solio quodam sublimi sedebat: adstabant autem ipsi Pœnæ, scelerum vindices genii, & Furiæ. Ab alia vero parte adducebantur ordine multi sane longa catena vincti, qui dicerentur esse adulteri, lenones, publicani, adulatores, sycophantæ, talisque turba hominum cuncta permiscentium in vita. Seor-

ἄνω, ἐμοὶ δοκεῖν ἔκ τινος πολέμου παρόντες. ὅμως δ' ἦν ὁ βέλτιστος Χάρων, ὡς εἶδε τὴν λεοντῆν, οἰηθείς με τὸν Ἡρακλέα εἶναι, ᶜ ἐσεδέξατό με, καὶ διεπόρθμευσέ τε ἄσμενος, καὶ ἐπιβᾶσι διεσήμαινε τὴν ἀτραπόν.

Ἐπεὶ δὲ ἦμεν ἐν τῷ σκότῳ, προῄει μὲν ὁ Μιθροβαρζάνης, εἱπόμην δ' ἐγὼ κατόπιν ἐχόμενός αὐτοῦ, ἕως πρὸς λειμῶνα μέγιστον ἀφικνούμεθα, τῷ ἀσφοδέλῳ κατάφυτον. ἔνθα δὴ περιεπέτοντο ἡμᾶς τέττιγγες τῶν νεκρῶν αἱ σκιαί. κατ' ὀλίγον δὲ προϊόντες παρεγενόμεθα πρὸς τὸ τοῦ Μίνω δικαστήριον· ἐτύγχανε δὲ ὁ μὲν ἐπὶ θρόνου τινὸς ὑψηλοῦ καθήμενος· παειστήκεισαν δὲ αὐτῷ Ποιναί, καὶ ἀλάστορες, καὶ Ἐριννύες. ἑτέρωθεν δὲ προσήγοντο πολλοί τινες ἐφεξῆς ἁλύσει μακρᾷ δεδεμένοι· ἐλέγοντο δὲ εἶναι μοιχοί, καὶ πορνοβοσκοί, καὶ τελῶναι, καὶ κόλακες, καὶ συκοφάνται, καὶ τοιοῦτον ὅμιλον τὰ πάντα κυκώντων ἐν τῷ βίῳ. χωρὶς δὲ οἱ

c Ἐσεδέξατο] *F.* ἐκδέξατο, pro simplici, ut videtur, ἐδέξατο.

43. Ἀσφοδέλῳ] Ἀσφόδιλος· τὸ φυτόν· ἀσφοδιλὸς δὲ ὁ τόπος, ἐν ᾧ φύεται· ὡς * παρ' Ὁμήρῳ, κατὰ Ἀσφοδιλὸν λειμῶνα. *V.*

44. Τετριγυῖαι] Τριζουσαι. *G.*

56. Τελῶναι] Τελώνης ὁ φορολόγος. *G.*

* Παρ' Ὁμήρῳ] Od. Λ, 538. 572. Ω, 13. Multa licet apud Grammaticos invenire de hoc in ἀσφόδιλος per accentum illato significandi discrimine. *T. H.*

men non possum neglectum ab aliis insignem *Philostrati* locum, ut tum difficultatem ejus obscuram, tum errorem *Olearii* non mediocrem amoliar: sic apud eum Apollonius VIII. p. 352. ὁδὸν ἄχθεται δὲ ὁδὸν ὁ Ζεὺς ἀκούων καὶ ταῦτα τῶν ποιητῶν. . . . . λεγόντων τε αὖ ἐν Ψυχοστασίᾳ, ὅτι Μίνω τὸν ἀδελφὸν τὸν Σαρπηδόνος λοπόθαντα χρυσῷ μὲν σκήπτρῳ ἐτίμησε, καὶ δικάζειν ἔταξεν ἐν τῇ τοῦ Ἀϊδωνίως ἀγορᾷ, Μοιρῶν δ' ἐπαρητήσατο. Ψυχοστασίαν *Olearius* vocari putat Odyss. Λ, *qua Ulysses inferos*, *h. e.* animorum *defunctorum* sedes *legitur accessisse*. Ut eo nomine, quanquam perraro, non abnuerim insigniri Odysseam Λ. nam in Heroïc. p. 738. v. 11. δευτέρα ψυχοστασία volumen ultimum sine controversia notans sponte cogitationem excitat πρωτέρας, quae alia quidem esse nequit, quam Λ. tum similis argumenti ergo, tum ob communem ambabus νεκυίας appellationem; huc tamen neutiquam illud adhibendum reor: quippe manifestum est nihil eorum, quae *Philostratus* habet, si sceptrum aureum exceperis, in Odyssea tota, ne dum in undecimo volumine solo reperiri. Intellexit sophista Lemnius tragoediam *Æschyli* Ψυχοστασίαν, in qua Jupiter, ut ante fecerat *Homero* jubente Il. X, 209. libratas Achillis Memnonisque animas aequa lance expendebat, dum utraeque matres adstarent, & pro suo quaeque filio contenderent: vide *Poll.* IV, 130. ubi similiter ἐν Ψυχοστασίᾳ, *Æschyli* nomen reticens, scripsit: doctissimorum vero Pollucis Enarratorum opera multum cedit industriae *Stanleii* ad Catal. Fabul. *Æschyli*; ex cujus itidem notatis facile revinci potest incogitantia *Th. Reinesii* V. L. II. p. 124. haesitatione praepostera non satis in Addendis purgata. Jam quis fuerit Minois exemplo, quem etsi Jupiter juri dicundo praefecerit in inferno foro, fato tamen naturaeque debitum solvere voluit, in illa tragoedia locus, paulo quidem peritiori obscurum esse nequit. *T. H.*

48. Ποιναί] Supra c. IX. *M. du S.*

Ibid. Ἀλάστορες] Παλαμναῖοι δαίμονες, vindices scelerum genii, ultores homicidarum. *Mali genii.* *A. V.*

Ἀλάστορες] Aliter enarrat *Plutarchus* 529, 2. sed minus commode. V. *Clem. Alex.* 12, 2. *M. du S.*

56. Τελῶναι] Non solet *Lucianus* in hos invehi. Vide *Grot.* Flor. 179. C. *M. du S.*

59. Te-

οἵ τε πλούσιοι, καὶ τοκογλύφοι προσῆσαν, ὠχροὶ, καὶ προγάστορες, καὶ ποδαγροὶ, κλοιὸν ἕκαστος αὐτῶν, καὶ κόρακα διτάλαντον ὑπεκείμενος. ἑφεστῶτες οὖν ἡμεῖς ἐωρῶμέν τε τὰ γιγνόμενα, καὶ ἠκούομεν τῶν ἀπολογουμένων. κατηγόρουν δὲ αὐτῶν καινοί τινες καὶ παράδοξοι ῥήτορες. ΦΙΛ. τίνες οὗτοι, πρὸς Διός; μὴ καὶ τοῦτο εἰπεῖν. ΜΕΝ. οἶσθά που ταύτας τὰς πρὸς τῷ ἡλίου ἀπολελυμένας σκιὰς ἀπὸ τῶν σωμάτων; ΦΙΛ. πάνυ μὲν οὖν. ΜΕΝ. αὗται τοίνυν, ἐπειδὰν ἀποθάνωμεν, κατηγοροῦσί τε καὶ καταμαρτυροῦσι, καὶ διελέγχουσι τὰ πεπραγμένα ἡμῖν παρὰ τὸν βίον· καί σφόδρα τινὲς αὐτῶν ἀξιόπιστοι δοκοῦσιν, ἅτε ἀεὶ συνοῦσαι, καὶ μηδέποτε ἀφιστάμεναι τῶν σωμάτων.

nunc vicem gubernatoris geris, fac quodcumque putaveris e re esse: ego, ut vectorum est officium, silentio sedebo, per omnia morem gerens imperanti tibi. MERC. Recte mones: nam ipse scivero, quid fieri conveniat, & invenero idoneam speculam. Num igitur Caucasus opportunus? an Parnassus altior, an utrisque Olympus iste? Atenim non inscitum aliquid mihi in mentem venit ad Olympum respicienti: verum te quoque operam mecum laboremque consociare oportet. CHAR. Impera modo: adjuvabo quod in me est. MERC. Homerus poëta Aloëi filios, & ipsos duos, ait adhucdum pueros voluisse aliquando Ossam ex fundamentis revulsam imponere Olympo, tum Pelion Ossæ, illamque se scalam idoneam habituros putasse, & adscensum in cœlos: illi quidem utrique adolescentuli, utpote perditissime improbi, pœnas luerunt: nos autem, quibus in Deorum fraudem hæc consilia non capiuntur, cur non structuram & ipsi similem ador-

a Τί] Τὸ P. *J.* Pro ποιητέον habet margo *AIW.* ποιητέων· neutrum bene. b Νὼ] *F.* νῶν quod cur mutetur, nulla erat causa; nisi vetusti Codd. alterum stabiliant. Eadem Ed. τῷ θεῶν.

87. Τοὺς Ἀλώεως υἱέας δύο] Ὅτου ὁ Ἐφιάλτου. *V.*

87. Ἀλωέως υἱέας] *Homer.* Odyss. Λ. *J. Br.*

Τοὺς Ἀλωέως υἱέας] Vide *D. Hoeschel.* ad *Origen.* in Cels. IV. p. 174. qui utitur hoc loco. Celsus ibi perquam ridicule dicitur existimasse, Mosem, quum turris ad coelum educendae historiam exponebat, παραφθεῖραι τὰ περὶ τῶν Ἀλωαδῶν ἱερογλύμματα τοιαῦτα περὶ τοῦ πύργου ἀναγεγραφέναι· calumniae depulsio facilis ex temporum ratione: sed quod *Origenes* opinatur neminem τὰ περὶ τῶν Ἀλωέως παρὰ Ὁμήρου εἰρῆκέναι, neutiquam probaverim. Ante Celsum autem jam diu homines extitisse impios, & de numero quidem Judaeorum, qui narrationes Mosis de structa turri, Homeri de exaggeratis ad coelum montibus eum in finem inter se compararint, ut pro fabulis utrasque peraeque habendas esse evincerent, ostendit *Philo Jud.* Περὶ Συγχ. Διαλ. p. 320. C. Εἰς μὲν ἔν ἐστιν (μῦθος) ὁ δοικὼς τῷ συντεθέντι ἐπὶ τῶν Ἀλωαδῶν, ὃς ὁ μέγιστος καὶ δοκιμώτατος τῶν ποιητῶν Ὅμηρος λέγεσθαί φησι τρία τὰ πελειμάκιστα τῶν ὀρῶν ἐπιφορῆσαι καὶ ἐπιχῶσαι. Recte quidem ut *Philo* λέγεσθαι, sic & *Lucianus* ἐθελῆσαι ἐπιθεῖναι· nam qui revera montes eos montibus involvisse scripserunt, ab *Homero* nescio quo jure dissentiunt; siquidem magnus Poëta nihil aliud, quam tam arduae rei & incredibilis aggrediundae consilium voluntatemque indicet: ideo *Themistius* ἄτοπα φαντάσματα καὶ ἀλλόκοτα, ὁρῶν τινας ἐπιχοδομήσεις καὶ ἀναβαθμοὺς εἰς οὐρανοὺς vocat Orat. II. p. 56. B. satis erat inmanibus pueris pro tenera aetate, quae vix nonum annum attingebat, Martem constrictum in vinculis habuisse. Ἀλωάδαι plurimum appellantur: *Stephanus* Ἀλώιον urbem esse Thessaliae tradit, ἣν ἔκτισαν οἱ Ἀλωάδαι καθελόντες τοὺς Θρᾴκας· hic jam fabula remota tenue veteris historiae vestigium apparet, quod si persequi locus pateretur, in latius validissimorum fratrum imperium nos deduceret. Miror *Berkelium* ibi notantem, nusquam Ἀλωάδης fieri ab Ἀλωεύς, nisi apud *Stephanum: Holstenius* etiam: *num* Ἀλωεΐδαι; quin plures insolens forma perculit: ad Scriptoris, qui *Aristotelem* mentitur, de Mundo ista verba p. 1. καθάπερ οἱ ἀνόητοί ποτε ἐπεισόουν Ἀλωάδαι, veriorem esse scripturam *Sylburgius* observat Ἀλωεΐδαι· idque ipsum jamdudum ante *Nansio* fuerat visum ad *Nonni* P. E. J. VIII, 150. idem in *Origene* tentatum: neque diffitemur Ἀλωεΐδας dedisse *Apollodorum* I. p. 29. pro quo non raro Ἀλωΐδαι exarari solent. Utrumque Ἀλωάδαι & Ἀλωϊδῶν *Pindari Scholiastes* habet intra paucos versus ad Π. Δ, 156. *Themist.* p. 36. οἵους ἄδουσι τοὺς Ἀλωάδας οἱ ποιηταί· sed p. 79. ὅτις δὲ μὴ παρῆκε τοὺς Ἀλωϊ-

adornamus convolutis aliis ſuper alios montibus, ut nanciſcamur ab altiore loco accuratiorem proſpectum.

4. CHAR. Et poterimus, Mercuri, nos duo in altum extollere levatum Pelium aut Oſſam? MERC. Quidni, Charon? an nos ſtatuis ignaviores eſſe puerulis iſtis? idque, ubi Dii ſumus. CHAR. Non quidem: verum res mihi videtur improbabilem quandam habere operis aggrediundi magnitudinem. MERC. Sane; quippe literarum inperitus es, o Charon, minimeque poëtica facultate præditus: at animoſus ille Homerus binorum verſuum opera ſtatim nobis aditum in cœlos confecit: tam ex facili componebat montes. Equidem miror, ſi iſta tibi eſſe portentoſa videantur, quem Atlas ſcilicet non fugit, qui polum ipſum unus fert, ſuſtinens nos ſimul omnes. Etiam inaudiveris forte de fratre meo Hercule, ut ſucceſſerit aliquando hic in vicem illius Atlantis, eumque recrearit interquieſcentem tantiſper, dum

τοὶ χ' τὰ αὐτὰ Ὀθρυονιδῆντες ἐπάλληλα τὰ ὄρη, ὡς ἔχοιμεν ἀφ' ὑψηλοτέρου ἀκριβεστέραν τ' σκοπήν.

ΧΑΡ. Καὶ δυησόμεθα, ὦ Ἑρμῆ, δύ' ὄντες ἀναθέσθαι τὸ Πήλιον, ἢ τ' Ὄσσαν; ΕΡΜ. Διατί δ' οὐκ ἂν, ὦ Χάρων; ἢ ἀξιοῖς ἡμᾶς ἀγεννεστέρους εἶναι τοῦ βρεφυλλίου ἐκείνου, χ' ταῦτα, θεὸς ὑπάρχοντας; ΧΑΡ. Οὔκ· ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα δοκεῖ μοι ἀπίθανόν τινα τ' μεγαλουργίαν ἔχειν. ΕΡΜ. Εἰκότως· ἰδιώτης γ' εἶ, ὦ Χάρων, χ' ἥκιστα ποιητικός. ὁ δὲ γεννάδας Ὁμηρος ἀπὸ δυοῖν στίχοιν αὐτίκα ἡμῖν ἀμβατὸν ἐποίησε τ' οὐρανὸν, οὕτω ῥᾳδίως συνιθεὶς τὰ ὄρη. χ' θαυμάζω, εἴ σοι ταῦτα τεράστια εἶναι δοκεῖ, τ' Ἄτλαντα δηλαδὴ εἰδότι, ὃς τ' πόλον αὐτὸν, εἷς ὢν, φέρει, ἀνέχων ἡμᾶς ἅπαντας. ἀκούεις δὲ ἴσως χ' τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ περὶ, τοῦ Ἡρακλέους, ὡς ἀναδέξοιτό ποτε αὐτὸν ἐκεῖνον τ' Ἄτλαντα, χ' ἀναπαύσειε πρὸς ὀλίγον τοῦ ἄχθους,

7. Ἥκιστα ποιητικός] Οὐδαμῶς ποιητῶν ἔμπειρον. *V.*

Ἀλωΐδας εἰς ἀπόπληξίαν. Ego tamen ut in re comperta non vereor adfirmare, multo ſaepius Ἀλωάδας, ſi quis inquirat, in veterum ſcriptis repertum iri, quam Ἀλωΐδας adeo ut temeritatis abſolvi nequeat, qui morem ſcribendi receptiſſimum ad formam patronymicorum, quae ab ιος deſcendunt, vulgarem redigere conetur. Atque etiam vix me contineo, quin credam Ἀλοΐδαι vel Ἀλοάδαι titulum fabulae Sophocleae, de qua *Caſaubon.* ad *Athen.* VII, 4. & *Jo. Meurſius*, ubique corruptum eſſe, refingendumque in Ἀλωάδαι· cui ſuſpicioni mirifice favent verſus inde ab *Æliano* adducti de Anim. VII, 39. nam ipſa vel cerva, vel Diana in cervam mutata, quae cauſam interitus Aloïdis adtulit, deſignari videtur: drama vero fuiſſe Satyricum, qui fuerit harum rerum intelligens, facile mihi concedet. *T. H.*

90. Εἶτα τὸ Πήλιον ἐπ' αὐτῇ ἱκανὴ ταύτῃ κλίμακα ἔχειν, οἰομένους χ' προσβασιν ἐπὶ τ' οὐρανόν] Sic male diſtinctus in poſtrema parte hic locus legitur, etiam in Aldina editione. Interpunge autem, εἶτα τὸ Πήλιον ἐπ' αὐτῇ· ἱκανὴν ταύτῃ κλίμακα ἔχειν οἰομένους, &c. Nec aliter video diſtingui in Florentina. Plana ſunt omnia: *Homerus Poëta ait, duos Aloëi filios, cum pueri etiamdum eſſent, olim ſtatuiſſe radicitus evulſam Oſſam Olympo ſuperimponere; deinde & huic Pelion: idoneam hanc arbitrantes ſe habituros eſſe ſcalam, etiam ad in cœlum adſcendendum.* *J. J.*

94. Νὼ δὴ] In Cod. Flor. νῶν δὴ, ſed γ' ἐπὶ κακῷ τῷ θεῶν. *J. B.*

99. Δύ' ὄντες] *Hic* δύ' ὄντες *pro* δύ' ὄντες μόνον *dictum eſſe manifeſtiſſimum eſt*, inquit *H. Stephan.* App. ad Scr. de D. A. p. 105. additis e *Luciano* pluribus ejusmodi locis; in quibus equidem quid opus ſit ellipſi, nullus video, atque adeo lubens ſequor exactiſſimum judicium *Dukeri* ad *Thucydid.* p. 292. n. 25. *T. H.*

3. Τοῦ βρεφυλλίου] Otum & Ephialtem intelligit *Lucianus.* Adi citato nuper libro Homerum, ubi & hoc eſt, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ Πήλιον εἰνοσίφυλλον. *J. Br.*

7. Ἰδιώτης] *Ignarus literarum*, non *ruſticus*, ut habet Interpres. *J. C.*

10. Οὕτω ῥ. συντιθεὶς] Nihil eſt hic, quod magno opere offendat: neſcio tamen quo pacto magis blanditur: ἀμβατὸν ἐποίησε τ' οὐρανόν· οὕτω ῥᾳδίως συνιεὶς τὰ ὄρη. Illud autem ἀπὸ δυοῖν στίχοιν pro δυσὶ στίχοις non aliter eſt dictum, quam ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης, ἀπὸ τριχιλίας ἀνημῶν *Theophr.* H. Pl. IV. p. 76. ἀπὸ ῥᾳδίου οἰακίζοντος *Strabo* XVII. p. 1184. B. Vide *Kuſter.* ad *Ariſtoph.* Equ. v. 535. *Duker.* ad *Thucydid.* p. 558. n. 30. *T. H.*

15. Ὡς ἀναδέξοιτό ποτε αὐτόν] Poſtulare videtur legitimus orationis curſus, ὡς ἀναδέξαιτό ποτε αὐτὸς ἐκεῖνον τ' Ἄτλαντα· ἀναδέξαιτο ut ἀναπαύσειεν· αὐτὸς vero concinnius ad Herculem pertinebit, quam ſi cumulate αὐτὸν ἐκεῖνον τ' Ἄτλαντα ſcribatur. *T. H.*

25. Ἐξιφ-

ἄχθος, ὑποθεὶς ἑαυτὸν τῷ φορτίῳ; ΧΑΡ. Ἀκούω γὰ ταῦτα· εἰ δὲ ἀληθῆ ὄζει, σὺ ἂν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ οἱ ποιηταὶ εἰδῆτε. ΕΡΜ. Ἀληθέστατα, ὦ Χάρων. ἢ τίνος γὰ ἕνεκα σοφοὶ ἄνδρες ἐψεύδοντο ἂν; ὥστε ἀναμοχλεύωμεν τὴν Ὄσσαν πρῶτον, ὡς σφῶν ἡμῖν ὑφηγεῖται τὸ ἔπος, καὶ ὁ ἀρχιτέκτων Ὅμηρος, Αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ Πήλιον εἰνοσίφυλλον· ὁρᾷς, ὅπως ῥᾳδίως ἅμα καὶ ποιητικῶς [a] ἐξειργασάμεθα; φέρε ἐν ἀναβὰς ἴδω, εἰ καὶ ταῦτα ἱκανὰ, ἢ ἐποικοδομεῖν ἔτι δέησει.

Παπαὶ, κάτω ἔτι ἐσμὲν ὄντες τῆς ὑπωρείας τοῦ οὐρανοῦ· ἀπὸ μὲν γὰ τῶν ἑῴων μόγις Ἰωνία, καὶ Λυδία φαίνεται· ἀπὸ δὲ τοῦ ἑσπέρας οὐ πολὺ πλέον Ἰταλίας καὶ Σικελίας· ἀπὸ δὲ τῶν ἀρκτῴων, τὰ μὲν τάδε τοῦ Ἴστρου μόνα· καὶ ἐκεῖθεν, ἡ Κρήτη οὐ πάνυ σαφῶς· μελακινητέα [b] ἡμῖν, ὦ πορθμεῦ, καὶ ἡ Οἴτη, ὡς ἔοικεν· εἶτα ὁ Παρνασσὸς ὄπισθε πᾶσιν. ΧΑΡ. Οὕτω ποιῶμεν. ὅρα μόνον, μὴ λεπτότερον ἐξεργασώμεθα τὸ ἔργον ἀπομηκύνοντες πέρα τοῦ πιθανοῦ· εἶτα συγκαλαρριφθέντες αὐτῷ πικρᾶς τὸ Ὁμήρου οἰκοδομήσεως πειραθῶμεν, ξυντριβέντες τὰ κρανίων. ΕΡΜ. Θάρρει· ἀσφαλῶς γὰ ἔξει ἅπαντα· μέλαθρον μὲν Οἴτης· ὀπισθοδομήσεται δὲ καὶ ὁ Παρνασσός. ἰδοὺ, ἐπάνειμι αὖθις· εὖ ἔχει· πάντα ὁρῶ· ἀνάβαινε ἤδη καὶ σύ. ΧΑΡ. Ὄρεξον, ὦ Ἑρμῆ, τὴν χεῖρα. οὐ γὰ ὀλίγον με ταύτῃ τὴν μηχανὴν ἀναβιβάζεις. ΕΡΜ. Εἶγε καὶ ἰδεῖν ἐθέλεις, ὦ Χάρων,

ipse subditis humeris onus coeli gestaret? CHAR. Audivi & ista: sintne vera, tu, Mercuri, poëtæque sciveritis. MERC. Verissima, Charon: nam quam ob rem sapientes viri falsum dicerent? Itaque emoliamur Ossam primum, uti nobis præmonstrat carmen, & architectus Homerus; dein super Ossam tremulum arboribus Pelion. Viden, quam facile simul & poëtice rem perfecerimus? Age igitur adscendam videamque, istane sint satis idonea, an plura insuper accumulare deceat.

5. Papæ! infra sumus adhuc in radicibus Olympi: etenim ab Orientali plaga vix Ionia & Lydia apparet; ab Occidente non plus, quam Italia & Sicilia; a Septentrionali regione, quæ cis Istrum sunt sola: ab ista vero parte Creta non admodum dilucide. Sedibus suis emovenda nobis, portitor, etiam Oeta, sicuti videtur; tum Parnassus super omnes imponendus. CHAR. Ita faciamus: vide modo, ne subtilius elaboremus opus producendo ultra verisimilitudinem; deinde ne cum ipsa mole devoluti amaram nobis Homeri architecturam experiamur, contritis craniis. MERC. Bono sis animo: periculo nobis vacabunt hæc omnia. Transfer Oetam: subvolvatur etiam Parnassus. En iterum escendo: recte habet; cuncta video: jam tu quoque huc subi. CHAR. Porrige, Mercuri, manum: haud enim in parvam istam me machinam elevas. MERC. Siquidem contemplari velis, Charon, omnia: et-

a Ἐξειργασάμεθα] Edd. priscae ἐξειργασόμεθα. Quod reposui praeter *B2. S. A.* offert etiam margo-*AIW.* b Ἡμῖν] Ὑμῖν vitium Ed. Fl. c Καὶ] Hac particula non plane necessaria caret *F.*

38. Οἰκοδομησεως] Οἰκοδομῆς. *V.*

39. Συντριβέντες τὰ κρανίων] Ἀττικὴ ἡ σύνταξις· τὸ δὲ κοινὸν, συντριβέντες τὰ κρανία· * τὰ γὰρ πρὸς πεῖσιν ἡ δράσει αἰτιατικῇ συντάσσει), Ἔπαθον τὴν ψυχὴν, Συνέτριψα τὴν λήκυθον. Οὕτως ἔν τῷ τοῦτο πρὸς αἰτιατικὴν ἔδει ἀποδοθῆναι· ἀλλ' ἐπειδὴ φιλοῦσιν Ἀθηναῖοι τὸ ἐπὶ μέρους, λέγεται ὡς τὸ, ἔφαγον τοῦ ἄρτου, ἔπιον τοῦ οἴνου, οὕτω κἀνταῦθα, συντριβέντες τῶν κρανίων. *V.*

* Τὰ γὰρ πρὸς] Amst. Ed. ἡ γὰρ & ἐνέτριψα τὴν λ. quod ne sensum quidem est: utrumque recte legebatur in libro Vossiano, consentiente *Thoma Mag.* in Ἔπαθον τὴν ψυχήν. *T. H.*

25. Ἐξειργάσμεθα] Veteres Edd. ἐξειργασόμεθα. *B2.* & *A.* ἐξειργασάμεθα. Sed genuinum est, quod repositum. *M. du S.*

39. Τῶν κρανίων] An συντριβέντες τὸ κρανίον; placet. *F. G.*

46. Εἶγε καὶ ἰδεῖν] Particula saepius cum in modum poni

etenim non licet utrumque & tutum, & ſpectandi cupidum eſſe. At tu tene dextram meam firmiter, & parce pedem in lubrico ponere. Euge, tu etiam huc evaſiſti: quandoquidem vero biceps eſt Parnaſſus, ubi alterum uterque verticem occupaverimus, conſideamus. Tu vero jam mihi in orbem circumſpiciens, contuere omnia.

6. CHAR. Video terram amplam, eamque lacum quendam magnum circumfluentem; tum montes, & fluvios Cocyto ac Pyriphlegethonte majores: deinde homines valde parvos, eorumque quaſi luſtra quædam. MERC. Sunt illæ urbes, quas tu luſtra putas. CHAR. Scin tu, Mercuri, nihil eſſe nobis actum? quin fruſtra Parnaſſum cum ipſo fonte Caſtalio, & Oetam, & alios montes loco emovimus. MERC. Quid ita? CHAR. Nihil equidem accurate diſtinctum ex alto video: volebam enimvero non urbes, nec montes ſolos tantum, velut in picturis, videre; ſed ipſos homines, quæque agant, & qualia loquantur: uti quum mihi primum obviam factus conſpexiſti ridentem; quærebasque, quid riderem: etenim re quadam obiter audita mirificum in modum fui delectatus. MERC. Quid autem illud erat? CHAR. Ad cœnam aliquis, opinor, vocatus a quodam amicorum in poſterum diem, condixit; dumque loquebatur, de tecto in caput tegula delapſa, neſcio quo impellente, eum interemit: quare riſi, quod ad con-

ἄπαντα· οὐκ ἔνι δὲ ἄμφω, καὶ ἀσφαλῆ, καὶ φιλοθεάμονα εἶναι· ἀλλ' ἔχε μου τὴν δεξιᾶς, καὶ φείδου μὴ κατὰ τοῦ ὀλισθηρᾶ πατεῖν· εὖγε, ἀνελήλυθας καὶ σύ· καὶ ἐπείπερ διχόρυμβος ὁ Παρνασσός ἐστι, μίαν ἑκάτερος ἄκραν ἐπιλαβόμενοι καθεζώμεθα. σὺ δέ μοι ἤδη ἐν κύκλῳ περιβλέπων ἐπισκόπει ἅπαντα.

XAP. Ὁρῶ γῆν πολλὴν, καὶ λίμνην τινὰ μεγάλην περιρρέουσαν, καὶ ὄρη, καὶ πολλοὺς τοῦ Κωκυτοῦ καὶ Πυριφλεγέθοντος μείζονας· καὶ ἀνθρώπους πάνυ σμικρούς, καί τινας φωλεοὺς αὐτῶν. EPM. Πόλεις ἐκεῖναί εἰσιν, οὓς φωλεοὺς εἶναι νομίζεις. XAP. Οἶδα, ὦ Ἑρμῆ, ὡς οὐδὲν ἡμῖν πέπρακται; ἀλλὰ μάτην τὸν Παρνασσὸν αὐτῆ Καστα λίᾳ, καὶ τὴν Οἴτην, καὶ τὰ ἄλλα ὄρη μετεκινήσαμεν. EPM. Ὅτι τί; XAP. [d] Οὐδὲν ἀκριβὲς ἔγωγε ἀπὸ τοῦ ὑψηλοῦ ὁρῶ· ἐβουλόμην δὲ καὶ πόλεις καὶ ὄρη αὐτὰ μόνον, ὥσπερ ἐν γραφαῖς, ὁρᾶν, ἀλλὰ τοὺς ἀνθρώπους αὐτοὺς, καὶ ἃ πράττουσι, καὶ οἷα λέγουσι· ὥσπερ ὅτε με τοπρῶτον ἐντυχὼν εἶδες γελῶντα, καὶ ἤρου με, ὅ, τι γελῴην· ἀκούσας γάρ τινος ἡδέως ἐς ὑπερβολήν. EPM. Τί δὲ τοῦτ' ἦν; XAP. Ἐπὶ δεῖπνον, οἶμαι, κληθείς ὑπό τινος τῶν φίλων ἐς τὴν ὑστεραίαν, μάλιστα ἥξω, ἔφη· καὶ μεταξὺ λέγοντος, ἀπὸ τοῦ τέγους κεραμὶς ἐμπεσοῦσα, οὐκ οἶδ' ὅτου κινήσαντος, ἀπέκτεινεν αὐτόν. ἐγέλασα οὖν, οὐκ ἐπιτελέσαντος

[d] Οὐδὲν] Ὅτι adſcriptum eſt ad oram *AIW*. Hic credo voluiſſe praeponi, ὅτι οὐδὲν· ut in *Platone* ſolet ſequi poſt ὅτι τί.

poni ſolita, ut intelligendum aliquid relinquat: hic non difficulter explebis ſententiam: *conandum eſt aliquid, & cum nonnullo periculo huc adſcendendum, ſiquidem, o Charon, perſpicere velis omnia.* T. H.

47. Οὐκ ἔνι] *Non licet.* J. Br.

49. Φείδου μὴ] *Benedict. Ne pedem in lubrico ponas: imo: ne parcas pedem in lubrico ponere.* F. G.

54. Λίμνην] *Mare.* J. Br.

69. Ὅτι γελῴην] Hic iterum ὅτι male conjungitur, ubi legitur, καὶ ἤρου με ὅτι γελῴην· ſcribe ὅ, τι. *Et rogabas me, quid riderem.* Plane ſic in Florentina. Apud *Homerum* quoque Il. A, 64. illud ὅ, τι perperam conjungitur,

[a] Ὅς κ' εἴπῃσι, ὅτι τόσσον ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων.

Sed ſcribe, Ὅς κ' εἴπῃσι ὅ, τι τόσσον, &c. *Qui dicat, quid* (ob quam cauſam) *adeo iratus ſit Apollo.* Ita diſtinctum hunc *Homeri* locum olim lectum fuiſſe, liqueat ex *Heſychio*, non aliter haec verba referente; qui ipſe quoque una literula multatus eſt; Ὅ, τι τόσσον, διότι τοσοῦτον· lege ex *Homero* τόσσον. J. J.

72. Εἰς τὴν ὑστεραίαν] Haec in libris publicatis interpunctio ſequentibus adnectit; nec diſſentiunt Interpretes: ego contra cenſui κληθεὶς εἰς τὴν ὑστεραίαν jungi oportere: huic ergo diſtinctioni verſio quoque reſpondet. T. H.

τῷ τῆ ὑπόχεσιν. ἔοικα δὲ κὴ νῦν ὑποκαλαβήσεσθαι, ὡς μᾶλλον βλέποιμι, κὴ ἀκούοιμι.

ΕΡΜ. Ἔχ' [a] ἀτρέμας· κὴ τοῦτο γὼ ἐγὼ ἰάσομαί σοι, κὴ ὀξυδερκέσταλον σὲ βραχεῖ ἐπιφανῶ, παρ' Ὁμήρου τινὰ κὴ πρὸς τοῦτο ἐπῳδὴν λαβών· καὶ πειδὰν εἴπω τὰ ἔπη, μέμνησο μηκέτι ἀμβλυώττειν, ἀλλὰ σαφῶς πάντα [b] ὁρᾶν. ΧΑΡ. Λέγε μόνον. ΕΡΜ. Ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἔλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν,

Ὄφρ' εὖ [c] γινώσκῃς ἠμὲν θεὸν, ἠδὲ κὴ ἄνδρα.

ΧΑΡ. Τί ἐστιν; ΕΡΜ. Ἤδη ὁρᾷς; ΧΑΡ. Ὑπερφυῶς γε· τυφλὸς ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος, ὡς πρὸς ἐμέ. ὥστε σὺ τὸ ὅτι τούτῳ [d] προδίδασκέ με, κὴ ἐπικρίνε ἐρωτῶντι. ἀλλὰ βούλει κὴ τὸν Ὅμηρον καὶγὼ ἐρωμαί σε, ὡς μάθῃς ὅθ' αὐτὸν [e] ἀμελέτητον ὄντα με τοῦ Ὁμήρου; ΕΡΜ. Καὶ πόθεν σὺ ἔχεις τὰ ἐκείνου εἰδέναι, ναύτης ἀεὶ κὴ [f] προσκωπῶν στitutum non venerit. Videor autem nunc etiam inferius deſcenſurus, ut magis videam & audiam.

7. MERC. Ne te moveas: equidem & huic malo remedium tibi adferam, teque viſu acutiſſimum brevi reddam ab Homero quadam ad hunc uſum incantatione ſumta: tu vero, ſimul ac pronunciavero verſus, ſic tibi perſuade, te non amplius eſſe hebeti oculorum acie, ſed plane cuncta perſpicere. CHAR. Dic modo. MERC. Caliginem etiam tibi ab oculis abſtuli, quæ prius inhærebat, ut bene dignoſcas Deum & hominem. Quid eſt? jamne liquide vides? CHAR. Mirum in modum, ut nihil ſupra: cæcus fuerit Lynceus ille præ me. Itaque tu nunc porro doce me, ac reſponde roganti. Sed vinne ex Homero & ego te rogem, ut diſcas in Homeri carminibus me quoque non eſſe non verſatum? MERC. Unde vero tibi ſit, eorum quicquam ut ſcias, qui nauta ſem-

a Ἀτρέμας] Ἀτρέμα notatur in margine *AIW.* b Ὁρᾶν] Ὅρα P. L. Idem in margine *AIW.* ſcriptum; ſed per errorem, ut auguror, refertur ad ὁρᾷς, quod paulo inferius extat. c Γινώσκῃς] *F.* Γινώσκεις. d Προδίδασκε] Προσδίδασκε P. e Ἀμελέτητον] Sic P. L. *F.* nec non margo *AIW.* In prioribus Edd. fuit ἀμελῆ. f Πρόσκωπῶν] *F.* πρόκωπῶν.

86. Ὄφρ' εὖ γινώσκῃς] *Homer.* Il. E, 127. *F.Br.*

87. ΧΑΡ. Τί ἐστιν;] Vereor ne praeter *Luciani* voluntatem Mercurii ſermo ſit interciſus: illi, quod nunc incommode Charonti tribuitur, eſt adſignandum; quid enim aptius, quam ut recitatis *Homeri* verſiculis ſtatim quaerat, τί ἐστιν; ἤδη ὁρᾷς. *T.H.*

89. Ὡς πρὸς ἐμέ] *Si mecum componatur.* *F.Br.*

Ibid. Προδίδασκέ μοι] Quorſum ſpectet προδιδάσκειν, quidve Charon ante doceri velit non capio; quandoquidem acutiſſimam aciem repente nactus nihil nunc aliud expetit, quam ut, quae in terris ab hominibus gerantur, ſibi Mercurius demonſtret, interrogantique ſingula reſpondeat. Videtur in προ neſcio quid haerere vitii. *T.H.*

92. Ἀμελέτητον] Scriptura optima, quam P. L. & Ed. *F.* exhibent. Reliquae ἀμελῆ, quod ſervari quidem forſan potuerat, ut Μωθ. c. 25. ſed ne MSS. Codd. & Juntinae auctoritatem ſequi dubites, vide Ἀλ. c. 18. & Παρασ. c. 60. ex quibus omnibus, quid inter has voces diſcriminis ſit, facile perſpicies. *M.du S.*

3. Ὥσπερ τρύπην τινὰ ἐμβαλὼν τὴν τρίαιναν] Quum vertiſſet *Moſellanus*, *atque tridente velut unco quodam hamo injecto*, contraxit *Benedictus*, & *injecto tridente tanquam quodam hamo*. Quod cui poteſt placere? unde hamus ille? aut ad quam rem? An hamus facit ad turbandum? An ignorat ullus τρύπην paſſim ab Grammaticis exponi κινητήριον τὴ χύτρας, quod & commodiſſime & facete ab ridiculo *Luciano* & Neptunum traducente in perſona Charontis videtur dictum, non ſecus ac ſi mare eſſet ejus olla culinaria. *F.G.*

Ibid. Τορνῶ] *Tudiculam.* *F.Br.*

4. Τὰς θυέλλας] Sumta ſunt ex Od. E, 291. ubi pro — πάσας δ' ὀρόθυνεν ἀέλλας videri poterat legiſſe *Lucianus*, ὀρόθυνε θυέλλας· ſed memoriter haec, verbis non adnumeratis, citaſſe *Noſtrum* credo: quae etiam eſt cauſa, cur ὠρόθυνε augmento ſuo inſtructum non repudiem: *Nicetas* Man. Comn. II. p. 109. ὡς ἀχαιοῖς ἀμπώτιδος ἐς σύρτεις, αἱ κῦμα ὀρθὸν ἐπαιγίζουσιν, εἰς τὰς μάχας ἐπωγκοῦντο ἐς ὠροθύνοντο. *T.H.*

Ibid. Ὀρόθυνε] Ex *Homero* emendavimus, quod in omnibus legebatur ὠρόθυνε. *M.du S.*

9. Αὐτῇ Σκύλλῃ] Id eſt, *cum ipſa Scylla & Charybdi* &c. *F.G.*

Αὐτῇ Σκ. κὴ Χ. κὴ Κ.] Charon indicaturus Mercurio, unde & ipſe multos memoria comprehenſos habeat verſus Homericos, facetiſſime narrat, eo, quo Homerum defunctum trajiceret, tempore incidiſſe gravem

semper remoque adfixus fueris? CHAR. Ecce autem, quam hoc probrose dicitur in artem: neque tamen eo minus, quando illum trajiciebam fato functum, quum multa canentem audiverim, quorundam adhuc memini. Et tempestas quidem nos non mediocris tunc deprehendit: postquam enim occœpit cantando recitare nescio quam non valde navigantibus auspicatam cantilenam, scilicet Neptunum conduxisse nubes, turbasse pontum, velut tudicula quadam injecto tridente, omnesque procellas concitasse, atque alia multa, dum mare miscet versibus, tanta tempestas subito caligoque ingruit, ut parum abesset, quin navim nobis everteret. Tum ille nausea correptus evomuit rhapsodiarum plerasque cum ipsa Scylla, Charybdi & Cyclope. MERC. Haud arduum igitur erat ex tanto vomitu paucula certe conservare.

8. CHAR. At dic mihi, quæso, quis hicce crassissimus est vir, fortis magnusque, qui eminet super alios homines

ἀεί; ΧΑΡ. Ὁρᾷς, ἀνειδιστικὸν τοῦτο ἐς τὴν τέχνην. ἐγὼ δέ, ὁπότε διεπόρθμευον αὐτὸν ἀποθανόντα, πολλὰ ῥαψῳδοῦντος ἀκούσας, ἐνίων ἔτι μέμνημαι. καίτοι χειμὼν ἡμᾶς οὐ μικρὸς τότε κατέλαβεν. Ἐπεὶ γὰρ ἤρξατο ἄδειν ἀπό τινα αἴσιόν τινα ᾠδὴν τοῖς πλέουσιν, ὡς ὁ Ποσειδῶν συνήγαγε τὰς νεφέλας, καὶ ἐτάραξε τὸν πόντον, ὥσπερ τορύνην τινὰ ἐμβαλὼν τὴν τρίαιναν, καὶ πάσας τὰς θυέλλας ὠρόθυνε, καὶ ἄλλα πολλὰ, κυκῶν τὴν θάλασσαν ὑπὸ τῶν ἐπῶν, χειμῶνα ἄφνω καὶ γνόφον ἐμπεσὼν ὀλίγου δεῖν ἀπέτρεψεν ἡμῖν τὸ ναυάγιον· ὅτε δὴ καὶ ναυτιάσας ἐκεῖνος ἀπήμεσε τὰ ῥαψῳδίας τὰς πολλὰς αὐτῇ Σκύλλῃ, καὶ Χαρύβδει, καὶ Κύκλωπι. ΕΡΜ. Οὐ χαλεπὸν ἦν ἂν ἐκ τοσούτου ἐμέτου ὀλίγα γὰρ διαφυλάττειν.

ΧΑΡ. Εἰπὲ γάρ μοι·
Τίς γὰρ ὅδ' ἐστὶ τάχιστος ἀνὴρ, υἱός τε, μέγας τε,
Ἐξο-

3. *Τορύνην] Εἶδος ξύλου στρογγύλου· ἢ τὸ σκαμβὸν ξύλον ᾧ ἐβάπτοτε ὀρθόν. *V.*

8. Ἐκεῖνος ἀπήμεσε τὰ ῥαψῳδίας] Ὅτι † Γελάτω ὁ ζωγράφος ἔγραψε τὸν μὲν Ὅμηρον ἐμοῦντα, τοὺς δὲ ἄλλους ποιητὰς τὰ ἐμπεπισμένα ἀρυομένους. *V.*

* Τορύνην] L. τορύνην· & ita legisse Excerptorem video. *M. du S.*

Non aliter in *V.* sed quid sibi velit *Scholiastes*, parumper obscurum est. Non equidem inprobavero tudiculam explicari εἶδος ξύλου στρογγύλου, quoniam talis in materia lignea figura satis huic instrumento conveniet: verum quo pertinet ἢ τὸ σκαμβὸν &c. quod si τορύνην exponit, scribendum potius fuerat ἢ τι σκαμβὸν ξ. Nunc paroemiae notae verba propemodum integra habes, Τὸ σκαμβὸν ξύλον ἐβάπτοτ' ὀρθὸν, ut apud *Suidam* legitur & *Mich. Apostolium*, vel, ut in App. Vatic. C. III. n. 100. Τὸ σκαληνὸν (eum in modum refingo σκαληκὸν) ξύλον ἐβάπτοτο ὀρθόν. Ideone haec addidit, ut in tudicula ligni arte nulla corrigendi, quale proverbio ferebatur, exemplum ostenderet? *T. H.*

† Γελάτω] Libuit hic relinquere lectionem MS. Codicis, ut Librarii appareret imperitia, qui non vidit hic esse nomen Pictoris, neve in nos menda, quae toili non potuere, conjicerentur. Legendum est, ὅτι Γαλάτων. ut liquet ex *Aeliano* V. H. XIII, 22. ex quo lux huic loco haud dubia, qui vicissim *Aelianum* tuebitur adversus eos, qui frustra eum emendare conati sunt. *J. C.*

Cum *Clerico* facio: longe alius est Eladas vel Geladas Argivus, Phidiae praeceptor, de quo *Perizonius* cogitabat. Ceterum haec Scholiastae verba jam fuerant a *Fr. Junio* in lucem prolata Catal. Artif. in *Galato*. Vide Praestantiss. *Fabricii* B. G. I. c. 7. §. 1. *T. H.*

vem tempestatem, Homerumque nauseabundum evomuisse plurima suorum carminum una cum Scylla, Charybdi, & Cyclope. Ita simpliciter hic locus capiendus. Quid enim? Lubetne Interpretem sequi vertentem, *Nauseabundus ille ipsi Scyllae, & Charybdi, & Cyclopi bonam carminum partem evomuit*, & statuere, *Homerum*, ubi ἄνοσον πλοῦν navigaret, *illuc, unde negant redire quemquam*, transvectum esse fretum inter Siciliam & Italiam? Quo quid potest insulsius? Non intellexit bonus Noster, τὰ, ἀπήμεσε τὰ ῥαψῳδίας τὰς πολλὰς αὐτῇ Σκύλλῃ, καὶ Χαρύβδει, καὶ Κύκλωπι, eadem esse, ac σὺν αὐτῇ Σκύλλῃ, &c. quam praepositionem saepe subaudiendam relinquunt Graeci. *J. J.*

11. Ἐκ τοσούτου ἐμέτου] Haec imago animo *Luciani* primum non est objecta. Pictori Galatoni eam debuit, de quo sic loquitur *Aelianus* V. H. XIII, 22. Γαλάτων ὁ ζωγράφος ἔγραψε τὸν μὲν Ὅμηρον αὐτὸν ἐμοῦντα, τοὺς δὲ ἄλλους ποιητὰς τὰ ἐμπεπισμένα ἀρυομένους. Vide Interpretes ad hunc locum. *J. C.*

13. Τίς γὰρ ὅδ'] Versus ex Iliad. 3. *J. B.*

14. Υἱός τε μέγας τε] *Homer.* Il. Γ, 226. *J. Br.*

Ἔξοχος ἀνθρώπων κεφαλὴν καὶ εὐρέας ὤμους; ΕΡΜ. Μίλων ὅτος ὁ ἐκ Κρότωνος ἀθλητής. Ὑποπροτῶσι δ' αὐτῷ οἱ Ἕλληνες, ὅτι τ ταῦρον διὰ μέσου φέρει ἀφ' ἧς σταδίου μέσου. ΧΑΡ. Καὶ πόσῳ δικαιότερον ἂν ἐμέ, ὦ Ἑρμῆ, ἐπαινοῖεν, ὃς αὐτόν σοι τ Μίλωνα μετ' ὀλίγον ξυλλαβὼν ἐνθήσομαι ἐς τὸ σκαφίδιον, ὁπόταν ἥκῃ πρὸς ἡμᾶς ὑπὸ τ ἀμαχωτάτου τ ἀνταγωνιστῶν καταπαλαιθεὶς τ θανάτου, μηδὲ ξυνεὶς, ὅπως αὐτὸν ὑποσκελίζει; καὶ τα οἰμώξεται ἡμῖν δηλαδή, μεμνημένος τ στεφάνων τούτων, καὶ τοῦ κρότου νῦν δὲ μέγα φρονεῖ, θαυμαζόμενος ὑπὸ τῆς τ ταύρου φορᾶς. τί οὖν; οἰηθῶμεν ἄρα ἐλπίζειν αὐτὸν καὶ τεθνήξεσθαί ποτε; ΕΡΜ. Πόθεν ἐκεῖνος θανάτου νῦν μνημονεύσειεν ἂν ὃν ἀκμῆ τοσαύ-

capite, ac latis humeris? MERC. Milon Crotone oriundus, athleta: plausus ipsi dant Græci, quod taurum sublatum ferat per stadium medium. CHAR. Et quanto justius me, Mercuri, laudent, qui ipsum tibi Milonem haud multo post comprehensum imponam in cymbulam, quum veniet ad nos a Morte adversariorum invictissimo dejectus, ne quidem intelligens, quo pacto se supplantatum prosternat: deinde nobis gemitus edet scilicet, recordatus coronarum istarum & plausus: nunc vero magnum spirat, dum omnes eum admirantur ob taurum gestatum. Quid ergo? illumne existimabimus sperare, se quandoque moriturum esse? MERC. Quî fieri potest, mortis ut ille meminerit in tanto roboris

a Μηδὲ] F. A1. pluresque μὴ δὲ, prout saepe solet in vetustis Codd. & Edd. distincte scribi.

18. Φέρει ἀφ' τοῦ σταδίου μέσου] Στάδιον ὁ τόπος τοῦ ἀγῶνος, καὶ μέρος τι τοῦ μιλίου· * ζ' ἢ καὶ ς' σάδια ποιοῦσι μίλιον. Μίλωνος τούτου φέρεται & ἄλλα τ κατὰ τὸ σῶμα ἀλκῆς θαύματα· † φασὶ γὰρ αὐτὸν Πυθαγόρειον ὄντα μαθῆσαι μὴ τ ὁμιλητῶν ἐν οἰκίᾳ, ἧς ὑπαθρου τινὸς τοῦ ταύλου ὄντος, ‡ ὑποβάντα τὸ πεπονηκὸς τ οἰκίας τ συλλον πρότερον παρωσάμενον ἐκείνους τε σῶσαι, καὶ ἑαυτὸν ἀκίνδυνον ὑπεξαγαγεῖν. Λέγεται καὶ τοῦτο, ὃ καὶ τοῦ ζῆν αὐτὸν ἀπηλλαξεν, ὡς βαδίζων παρ' ὑλώ τινι δυστυχὴς § κορυφῇ μεγάλῃ, ὃν βιαζομένους πρὸς τὴν ἀράσσειν, τοὺς σφῆνας μὴ ἐκπεσεῖν, αὐτὸν δὲ ἐμπλεχθέντα τῇ συμπατάσει τ μερῶν ¶ ἁφύκτῳ πάγῃ θηρίων ὑπάρξαι θοίνην. V.

* Ζ γὰρ καὶ ς σάδια] Errat *Scholiastes*. Octo stadia miliare conficiunt. *M. du S.*

Καὶ ς, quae deleri volebat *M. du Soul*, intelligenda sunt καὶ ἥμισυ· perfimilis est ac prene eadem notae forma, qua Graeci dimidium significant. Facile *Scholiasten* erroris ablolvent, quae disputavit *Dodwellus* Diss. de Per. Anon. Eux. Mar. §. 4. 5. *T. H.*

† Φασὶ γὰρ &c.] In vicem peccatorum Ed. A. φασὶν αὐτὸν . . . τοῦλεν τροπίδιον . . . ἑταίρας τε . . . ὑπεξαγεῖν genuinas *Vossii* membranae lectiones restituimus. Mox impressum fuit ὅτι καὶ τῶ ζῆν &c. quod & a veteri lectione discedit, & structuram legitimam violat. *T. H.*

‡ Ὑποβάντα] *Strabo* VI. p. 263. A. ὑποδύντα. *M. du S.*

§ Κορυφῇ μεγάλῃ] Adde ex *Strabone* ἰσχνωμένῃ. *M. du S.*

¶ Ἀφύκτῳ] Vitium *F.* ἀεύκῳ bene correctum fuit in Ed. A. De casu Milonis breviter & satis commode vetus Interp. ad Ib. *Ovid.* v. 611. Milo Crotoniates fretus viribus suis, quercum hiantem diducere conatus est: sed cuneis exeuntibus in medio conatu substitit praeda lupis. Propius etiam ad *Scholiastae* nostri narrationem accedit *Gell.* N. A. XV, 16. Verum *Eustathius* ad *Dionys.* Perieg. v. 369. dum concinnae brevitatis sophisticum acumen adfectat, paene ridiculus evasit: ἀπτοημένῳ δενδρου τας χειρας, ἐν τῶ τῆς οἰκίας ῥώγμης φυτρᾶσθαι, στεγνωτῷ ξαινάτῳ τὸν βίον μετηλλαξε. *T. H.*

24. Μηδὲ ξυνεὶς] Haec mihi non accommodatissime videntur ad integram, quae praecessit, sententiam respondere: etiamsi mutes tempus ὑποσκελίσει, parum adjumenti, me judice, conferet. Forte orationis impeditae in ipso *Luciano* haeret culpa: non enim aeque semper stylus, quamvis adrento, ad animi cogitata dilucide exponenda procedit. *T. H.*

28. Τί οὖν;] Vide quae notavimus ad p. 366. n. 63. *T. H.*

33. Ἐμπίδα] Male ἐλπίδα. *J. B.*

Μὴ δὲ ἐμπίδα οὐχ ὥπως ταῦρον ἔτι ἄραιτ' ἀνάμην] Pulchre ἐμπίδα pro vulgato ἐλπίδα repositit *Bourdelotius*; sed pro ὥπως, quod in editis est, scribendum ὅπως· οὐχ ὅπως est *nedum*: usus etiam est in Prometheo & alibi. *J. G. G.*

Ἐμπίδα] In *B2.* quam secutus videtur *Bourdelotius*, mendose legebatur ἐλπίδα· at si alias inspexisset, recte, ut hic vides, legisset. *M. du S.*

41. Ἐλασιόντα ἐπὶ Λ.] Ingenio *Luciani* facetissimisque jocis ita delector, ut qui maxime; neque tamen ejus dotes tam inepte admiror, ut, si quid reprehensione dignum admiserit, excusandum putem. Sane mallem, quando historias veteres, quod saepe solet, attingit, examen accuratius majoremque curam adhibuisset, & partam elegantissimae venustatis laudem hoc quoque non vili titulo cumulasset. Nuper admodum Assyrios ait a Cyro devictos, expugnatamque esse Babylonem; nunc porro meditari Cyrum expeditionem in Lydiam, ut Croesum adoriatur, regnoque spoliet. In his ordo rerum gestarum non constat: nam quamlibet in historia Cyri scriptores antiqui discrepent, huc tamen omnes simul

boris vigore? CHAR. Mitte iſtum, qui non longe poſt riſum nobis præbiturus eſt, quando navigio meo vectabitur, quum ne culicem quidem, nedum taurum, ſuſtinere poterit.

9. Tu porro id mihi dic, quis hic alius ſit venerabili forma vir præſtans? non Græcus, ut videtur, quantum e veſtitu quidem apparet. MERC. Cyrus, Charon, Cambyſæ filius, qui imperium, quod Medi dudum tenebant, nunc ad Perſas transtulit: Aſſyrios idem hicce nuper devicit, ſuamque in poteſtatem Babylonem redegit: nunc nihil prius exiſtimes, quam expeditionem eum meditari in Lydiam, ut, Crœſo ſubacto, potiatur omnium. CHAR. Crœſus autem ubi tandem & ille eſt? MERC. Eo reſpice ad magnam illam arcem, triplici muro munitam: Sardes iſtæ ſunt: ipſum-

τη; ΧΑΡ. Ἔα τοῦτον ἐκ εἰς μακρὰν γέλωτα ἡμῖν παρέξοντα, ὁπότ' ἂν πλέῃ· μηδὲ [b] ἐμπίδα, οὐχ ὅπως ταῦρον, ἔτι ἄραντα δυνάμενον.

Σὺ δέ μοι ἐκεῖνο εἰπὲ, τίς τ' ἀρ' ὁδ' ἄλλος ὁ σεμνὸς ἀνήρ; οὐκ Ἕλλην, ὡς ἔοικεν ἀπὸ γοῦν τῆς στολῆς. ΕΡΜ. Κῦρος, ὦ Χάρων, ὁ Καμβύσου, ὃς, τὴν ἀρχὴν πάλαι Μήδων ἐχόντων, νῦν Περσῶν ἤδη ἐποίησεν εἶναι. καὶ Ἀσσυρίων ἔναγχος αὖτος ἐκράτησε, καὶ Βαβυλῶνα παρεστήσατο· καὶ νῦν ἐλάσειόντι δοκεῖ Λυδίαν ἔοικεν, ὡς καθελὼν τὸν Κροῖσον ἄρξοι ἁπάντων. ΧΑΡ. Ὁ Κροῖσος δὲ ποῦ ποτε καὶκεῖνός ἐστιν; ΕΡΜ. Ἐκεῖσε ἀπόβλεψον ἐς τὴν μεγάλην ἀκρόπολιν, τὸ τριπλοῦν τεῖχος· Σάρδεις ἐκεῖναι, καὶ τὸν Κροῖσον

σον

b Ἐμπίδα] Ἐλπίδα B2. mendum manifeſtum, quemadmodum ὥπως ſolius *A.* Ἐμπίδα, quae ad manus ſunt, vetuſtae Edd. omnes: nihil hic *Bourdelotio* debemus.

45. Τὴν τὸ τριπλοῦν] Ὑπακουσέον τὸ ἔχουσαν. *V.*

mul conſpirant, prius aliquot annis quam Babylon fuerit in poteſtatem redacta, Crœſum Lydosque ſuccubuiſſe. Si Xenophon in hac cauſa teſtis idoneus placet, hoc, quum Cyrus annum aetatis ageret trigeſimum, acciderit; illud tribus admodum annis poſt. Ab ea ratione non parum diſcedit calculus aliorum, qui Sardes captas ponunt in anno aetatis Cyri ſecundo, vel quinto & quinquageſimo, Babylonem in primo & ſexageſimo. Utcumque ea lis fuerit decreta, quod nunc quidem ad nos nihil pertinet, illud certe pro comperto habendum eſt, *Lucianum*, dum haec ſcribebat, ad hiſtoriae veram ſeriem animo fuiſſe minus adtento: potuiſſet alioqui, ſi eam in curam paulo diligentius incubuiſſet, & ingenio ſimul ſervire, & rerum geſtarum fidei. *T. H.*

45. Τὴν τὸ τριπλοῦν τεῖχος] Loquendi formulam illuſtravit *J. Jenſius* ad p. 365. n. 59. Αἱ δὲ Σάρδεις, inquit *Strab.* XIII. p. 928. B. πόλις ἐστὶ μεγάλη, ἰσχυρά μὲν τὸ Τρωϊκῶν (quod ut de nomine Straboni forte concedam, de ipſa tamen urbe, vel arce ſaltem, minime dedero) ἀρχαία δ' ὅμως, ἄκραν εὐερκῆ ἔχουσα. Arx ſane munitiſſimi operis, & prorſus inexpugnabilis futura, niſi Meles ſive Myles portentoſum leonem ex pellice ſibi natum ea ſola parte, quae penitus inacceſſa videbatur, circumferre neglexiſſet: *Herodot.* I, 84. ex quo *Dionis Chryſoſtomi* non intellectum *Caſaubono* locum egregie declaravit *Henr. Valeſius* ad Exc. *Nicol. Damaſc.* p. 68. Adverſus Cimmerios, deinde & Athenienſes diu poſt tuta ſtetit: *Herodot.* I, 15. V, 100. Cujus arte capta fuerit a Cyro tradidit *Herodotus:* ab *Herodoto* tamen nonnihil abit *Xenoph.* K. Π. VII. p. 107. ubi τεῖχος τὸ ἐν Σάρδεσι commemoratur, & τὰ λίπτομιώταλα δοκοῦντα εἶναι τῶν Σαρδιανῶν ἐρύματα, quam lectionem propter triplicem *Luciani* murum ſervari velim. A *Polyaeno* duplex arcis per fraudem occupatae exponitur narratio ex diverſis ſcriptoribus petita: prior VII. c. 6. §. 3. quem habeat auctorem, ignoro: poſterior §. 13. perinde a *Frontino* deſcripta III, 8. §. 3. a *Cteſia* fluxit, ut oſtendunt ejus Excerpta p. 635. v. 30. Sed Crœſi filiae Nanidis opera, pactis Cyri nuptiis legitimis, arcem eſſe proditam cecinerunt *Licymnius* & *Hermeſianax*, teſte *Parthenio* Erot. c. XXII. quibus Muſarum famulis quatenus habenda ſit fides, lectori jus arbitrandi facio: ita vero *Parthen.* περὶ προδοσίας συνθεμένην τῷ Κύρῳ, εἰ κατὰ νόμους Περσῶν ἕξει γυναῖκα αὐτὴν, κατὰ τὴν ἄκραν, μηδενὸς φυλάσσοντος δι' ὀχυρότητα τοῦ χωρίου, εἰσδέχεσθαι τοὺς πολεμίους. Ideo gazae regiae theſaurisque cuſtodiendis munimentum opportuniſſimum: *Polyaen.* IV. c. 9. §. 4. Σεύηκος τὴν Σαρδιῶν ἄκραν ἐπόθει (ita legendum judico pro ἐπόρθει) τοὺς ἐν αὐτῇ θησαύρους Θεοδότου φυλάσσοντος τοῦτον θησαυροφύλακα Λυσίμαχος ἔταξε· μὴ δυνάμενος τὴν ἄκραν ἰσχυρὰν οὖσαν ἑλεῖν. Neque aliam ob rem captivi nobiles eo detruſi, ut evadendi ſpes omnis praecideretur: eundem vide VI. c. 49. Arx autem urbi adjungebatur per Πρίονα (nomen a figurae ſimilitudine ſumtum autumo) cujus τεῖχος ἀφυλακτούμενον quum Lagoras Cretenſis obſervaſſet, ſolerti conſilio viam ex-

σον αὐτὸν ὁρᾷς ἤδη ὅτι κλίνης χρυσῆς καθήμενον, Σόλωνι τῷ Ἀθηναίῳ ἀφαλεγόμενον; βούλει ἀκούσωμεν αὐτῶν, ὅ, τι ἂν λέγωσι; ΧΑΡ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΚΡΟΙ. Ὦ ξένε Ἀθηναῖε, εἶδες γάρ με τὸν πλοῦτον, καὶ τοὺς θησαυροὺς, καὶ ὅσον ἄσημον χρυσός ἐστιν ἡμῖν, καὶ τὴν ἄλλην πολυτέλειαν, εἰπέ μοι, τίνα ἡγῇ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων εὐδαιμονέστατον εἶναι. ΧΑΡ. Τί ἆρα ὁ Σόλων ἐρεῖ; ΕΡΜ. Θάρρει· οὐδὲν ἀγεννὲς, ὦ Χάρων. ΣΟΛ. Ὦ Κροῖσε, ὀλίγοι μὲν οἱ εὐδαίμονες· ἐγὼ δὲ, ὧν οἶδα, Κλέοβιν καὶ Βίτωνα ἡγοῦμαι εὐδαιμονεστάτους γενέσθαι, τοὺς τῆς ἱερείας παῖδας. ΧΑΡ. Τῆς Ἀργόθεν φησὶν ἔτος, τοὺς ἅμα πρώην ἀποθανόντας, ἐπεὶ τὴν μητέρα ὑποδύντες εἵλκυσαν ὅτι τῆς ἁπήνης ἄχρι πρὸς τὸ ἱερόν. ΚΡΟΙ. Ἐγὼ ἐχέτωσαν τὰ πρῶτα ἐκεῖνοι τῆς εὐδαιμονίας

que jam Crœsum conſpicis in aureo lecto ſedentem, cumque Solone Athenienſi confabulantem: vin' auſcultemus, quidnam dicant? CHAR. Lubentiſſime quidem.

10. CROES. Hoſpes Athenienſis (nam vidiſti divitias meas, & theſauros, quantumque nobis ſit rudis auri, ceterarumque rerum lautiſſimum apparatum) dic mihi, quem ducas omnium hominum feliciſſimum eſſe. CHAR. Quid ergo Solon reſpondebit? MERC. Hac de re ſecurus eſto: nihil, Charon, quod animum magnum dedeceat. SOL. Crœſe, pauci felices: eorum autem, quos ego novi, Cleobin & Bitonem ſtatuo feliciſſimos extitiſſe, illos inquam ſacerdotis filios. CHAR. Argivæ nempe inquit, qui una nuper admodum ſunt mortui, poſtquam matrem jugo ſuccedentes traxiſſent in carpento usque ad templum. CROES. Sit ita: primas illi fe-

expugnandae poſt diuturnam obſidionem urbis invenit: hiſtoriam narrat *Polyb.* VII. p. 705. meminitque τῆς προϋπαρχούσης δόξης περὶ τῆς Σάρδεων ὀχυρότητος. Arcem *Charon Lampſacenus* vocavit τὸ τεῖχος τὸ βασιλικὸν referens Athenienſes Ionibus opitulatos ἐλεῖν τὰ περὶ Σάρδεις ἅπαντα χωρὶς τοῦ τείχους τοῦ βασιλικοῦ· verba nobis deſcripſit *Plutarch.* Περὶ τῆς Ἡροδ. κακ. p. 861. D. *T.H.*

Ibid. Τὸ τριπλοῦν τεῖχος] Ἔχουσαν ſubaudio. *J. Br.*

46. Τεῖχος] Τὸ περιοικοδομημένην, aut quid ſimile deſiderari videtur poſt τὸ τεῖχος. *F.G.*

48. Σόλωνι] Ne quis hic forte ficta ſuſpicetur, quae de Solone cum Crœſo habet, adeat *Plutarch.* in Sol. & *Herodot.* I. p. 7. ubi eodem ferme, quo hic, modo diſſerentem cum Crœſo Solonem audies. Meminit & Diogenes Laertius illius colloquii p. 12. *Menagius* tamen addubitat ob rationem temporum. *M. du S.*

56. Οὐδὲν ἀγεννὲς] Quid aliud erat expectandum ab homine liberrimae indolis, libertatisque amantiſſimo, cujus ſumma ferebatur apud Graecos ſapientiae fama? *Herodotum* adumbravit *Noſter*, qui Solonem fecit adulatione omni procul habita οὐδὲν ὑποθωπεύσαντα, ἀλλὰ τῷ ἐόντι χρησάμενον λέγειν &c. Inhumanius eſt, neque Herodoteum, quo ſtatim Solonem inpetit Crœſus, convicium καθάρματος. Verum ordinem eorum, qui beatiſſimi judicio Solonis ſunt pronunciati, Lucianus invertit: Tellum priore, poſteriore loco juvenes Argivos poſuit *Herodotus*, ſive aequum exiſtimans, ut popularis ſui Solon primam rationem haberet, ſive potius aetatis, qua vixerunt, intervallum ſecutus: Charon certe mox, ſimul atque Cleobin & Bitonem audivit nominari, agnoſcit eos τοὺς ἅμα πρώην ἀποθανόντας· unde quid aliud colligas, dummodo Luciani fides auctore certo nitatur, quam utrosque vivente Solone, vel paulo ſaltem ante beatam illam mortem obiiſſe. Κλέοβις autem in hodiernis *Herodoti* editionibus impreſſum eſt; neque ullam membranarum veterum ab eruditis viris adnotatam reperio variationem: ceteri tamen omnes, etiam illi, qui teſtem *Herodotum* adhibent, Κλέοβιν appellitant; quem ſcribendi modum neceſſitate metri probat, quod in *Stobaeo* legitur p. 603. Epigramma: Οἷδε Βίτων Κλέοβις τ' ἐπὶ σώμασιν οἰκείοισιν Ζεύγλαν ζεύξαμενοι &c. Matrem Cydippen edunt plerique: Theano fuit ab aliis vocata; ut *Suidas* oſtendit in Κροῖσος· τὴν μητρὸς αὐτῶν Θεανοῦς ἢ Κυδίππης ἱερωμένης ἣ μελλούσης πομπεύειν τῇ πατρίῳ ἑορτῇ ἐπὶ ἁπήνης μέχρι τεμένους τῆς Ἥρας· haec ab alio fonte ſunt hauſta, itidemque quod *Hyginus* tradit Cydippen, poſtquam duplicis domeſtici funeris exemplo didicerat, nihil eſſe melius mortalibus, quam mori, mortem obiiſſe voluntariam. Illorum vero, a quibus haec hiſtoria, *fabulam notam Cicero* vocat, ſit narrata, indicium petes a Viris Eruditiſſimis *J. A. Fabricio* ad *Sext. Empir.* P. H. III. §. 231. *J. Daviſio* ad Cicer. T. D. I. c. 47. *T.H.*

58. Κλέοβιν & Βίτωνα] De his *Herodot.* I, 32. *Plato* etiam in *Axiocho*, vel *de Morte*. *M. du S.*

59. Τοὺς τῆς ἱερείας π.] Lege ΧΑΡ. Τοὺς τῆς ἱ. π. venuſtius enim eſt haec a Charonte dici, quam a Solone. *M. du S.*

64. Τὰ πρῶτα] *Primas.* *J. Br.*

65. Τίλλος] *Telaus* in quibusdam Diogenis Laertii codicibus ſcribitur. Apud alios *Telus* vel *Tellus*, ut hic omnes impreſſi, exceptis Fl. & *J.* quae Τιλλος habent: ſed eaedem Τέλλον recte exhibent Ἱστ. β. c. 17. *M. du S.*

Τίλ-

ferant felicitatis: at secundas quis obtineat? SOL. Tellus Athenienſis, qui & bene vixit, & pro patria mortem oppetiit. CROES. Ego vero, purgamentum hominis, non tibi videor eſſe felix? SOL. Necdum mihi liquet, Crœſe, niſi ad finem perveneris vitæ: mors enim exactiſſimus index ejusmodi rerum, & vitæ ad metam usque feliciter peractæ. CHAR. Pulcerrime, Solon, quod noſtri non oblitus ſis, ſed cymbulam noſtram eſſe cenſeas de talibus bene judicandi normam.

11. Sed quosnam iſtos Crœſus ablegat? aut quid id eſt, quod in humeris ferunt? MERC. Lateres Apollini Pythio aureos conſecrat, mercedem oraculorum, per quæ etiam peſſumibit brevi poſt tempore: eſt autem vatibus vir deditus ſupra modum. CHAR. Illud nimirum ſplendidum eſt aurum, quod refulget ſubpallidum quid-

65 ὁ δεύτερος δὲ, τίς ἂν εἴη; ΣΟΛ. Τέλλος ὁ Ἀθηναῖος, ὃς εὖ τε ἐβίω, καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ τῆ πατρίδος. ΚΡΟΙ. Ἐγὼ δὲ, κάθαρμα, δή σοι δοκῶ εὐδαίμων εἶναι; ΣΟΛ. Οὐδέπω [a] οἶδα, Κροῖσε, ἢν μὴ πρὸς τὸ τέ-
70 λος ἀφίκῃ τοῦ βίου. Ὁ γὰρ θάνατος ἀκριβὴς ἔλεγχος τῶν τοιούτων, καὶ τὸ ἄχρι πρὸς τὸ τέρμα εὐδαιμόνως διαβιῶναι. ΧΑΡ. Κάλλιστα, ὦ Σόλων, ὅτι ἡμῶν οὐκ ἐπιλέλησαι, ἀλλὰ τὸ σορβμεῖον αὐτὸ ἀξιοῖς γενέσθαι τὴ
75 περὶ τῶν τοιούτων κρίσιν.

Ἀλλὰ τίνας ἐκείνους ὁ Κροῖσος ἐκπέμπει, ἢ τί καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων φέρουσι; ΕΡΜ. Πλίνθους τῷ Πυθίῳ χρυσᾶς ἀνατίθησι, μισθὸν τῶν χρησμῶν, ὑφ' ὧν καὶ ἀπολεῖται
80 μικρὸν ὕστερον· φιλόμαυλις δὲ ἀνὴρ ἐκτόπως. ΧΑΡ. Ἐκεῖνο γάρ ἐστιν ὁ χρυσὸς τὸ λαμπρὸν, ὃ ἀποστίλβει; τὸ ὑπωχρον μετ' ἐρυθή-

[a] Οἶδε] Οἶδα F. quod quidem in ſequentibus Edd. ſine certa membranarum auctoritate mutari non debuit.

Τέλλος] Ad *Diogen. L.* I, 50. vide *Menagium*. Τέλος ſcribatur, an Τέλλος, parum intereſt: vetuſti Graeci literas geminare vix unquam ſolebant: Σέλλος, Σέλος· Ἕλλος, Ἕλος· Σελλασία, Σελασία· Πελλὸς, Πελὸς nullo diſcrimine ſeparantur. Antiqua ſcriptio delusit Interpretem *Dionis Chryſ.* p. 593. D. ut pulcre *Caſaubonus* obſervavit. *Themiſt.* Or. XVIII. p. 211. D. Κροῖσον μὲν οὐκ ἀπέφηνεν ὁ Σόλων ὀλβιώτατον τότε ἀνθρώπων, ἀλλὰ τὸν Ἀθηναῖον καὶ τοὺς Ἀργείους νικήσαντας. ubi, tametſi non ignorem, quomodo defendi poſſit τὸν Ἀθηναῖον, profecto malim Τέλλον vel Τέλλου Ἀθηναῖον. *T. H.*

69. Πρὸς τὸ τέλος] Reſpicit Solonis dictum, de quo *Auſon.* *J. B.*

Πρὸς τὸ τ. ἀ. τῆ β.] Sententiam Solonis, quam *Ariſtoteles* argumentis ſanequam levibus impugnat Eth. Nic. I. c. 10. certatim Tragicos imitari monent *B. Martin.* V. L. I. c. 1. verſus *Euripidis* ex Androm. v. 100. qui ſunt ipſius Andromachae, perperam Hecubae tribuens, & *Joſ. Barneſ.* ad eum locum & Heracl. v. 865. Quum ergo Deianira Trachinias Sophocleas ſic inciperet, Λόγος μὲν ὃς ἀρχαῖος ἀνθρώπων φάνεις, Ὡς οὐκ ἂν αἰῶν' ἐκμάθοι (ἐκμάθοις) βροτῶν, πρὶν ἂν Θάνοι τις, ἤτ' εἰ χρηστὸς, ἤτ' εἰ τῷ κακὸς, notare operae pretium duxit *Scholiaſtes* eſſe μισαχρονισμὸν· μισαγενέστερος γὰρ Σόλων ὁ μηδένα μακαρίζειν δεῖν πρὸ τελευτῆς πρὸς Κροῖσον ἀποφηνάμενος. Vide *Cicer.* de F. B. & M. II, 27. & *Daviſ.* p. 164. Similes veterum ſententias plena manu ſuppeditabit *Stob.* Ecl. c. CIII. Porro legendum puto καὶ τῷ ἄχρι πρὸς τὸ τ. &c. *Dion Chryſ.* p. 598. C. ὧν τὸ μὲ ὁ θάνατος ἤλεγξεν. *T. H.*

74. Τὸ σορβμεῖον αὐτὸ] Inepte haec vertuntur: *ἀλλὰ τὸ σορβμεῖον αὐτὸ ἀξιοῖς γενέσθαι τὴν περὶ τῶν τοιούτων κρίσιν, ſed cymbam ipſam harum rerum judicio dignam cenſes*, cum ſit; *ſed cymbam ipſam exiſtimas eſſe, ubi de talibus judicium fieri neceſſe ſit.* *J. G. G.*

78. Μισθὸν τῶν χρησμῶν] Notum eſt oraculum, quod iterum tangit Z. Ἑλ. c. 14. & 20. ubi vide Notas, & c. 43. Latine apud *Ciceronem* ſic extat:

Crœſus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim.
M. du S.

82. Ὑπωχρον] Infra vocat ὠχρὸν ἐς βαρὺ κτῆμα. Colorem hunc, qui jam non plane pallidus, ſed luteus & flaveſcens intelligi debet, auro Graeci tribuunt: *Baſil. Caeſar.* T. II. p. 66. B. ὠχρότεροι τάχα τῆ χρυσοῦ γνήσου· οἱ τοῦτον σωρεύοντες. Quos *Sappho* ornate dixerat χρυσείους ἐρεθίνθους in Epit. *Athen.* II. p. 54. F. veteres explanarunt τοὺς κατὰ πυξὸν ὠχροὺς, teſte *Euſtath.* ad Il. N. p. 948. v. 45. Eundem habet uſum χλωρὸς, ſic ut ab ὠχρὸς ſaepe minimum diſcrepet; quod oſtenderunt *Foës.* Oecon. Hipp. & *Graevius* ad *Heſiod.* Ἀσπ. v. 231. quam ob rem pari jure auro convenit. *Artemidor.* I. c. 79. p. 67. χλωρὸς γὰρ ὁ χρυσὸς ἐς βαφύς. ſcite Diogenes rogatus, Εἰπὲ τί τὸ χρυσίον χλωρόν ἐστιν, ἔφη, Ὅτι πολλοὺς ἔχει τοὺς ἐπιβουλεύοντας. apud *Diogen. L.* VI, 51. quaſi pallidum foret a timore; quippe notum eſt *Homeri* χλωρὸν δέος. Dictum autem ſapientiſſimi canis in jambos redegit neſcio quis

σήματος; νῦν γὰρ πρῶτον εἶδον, ἀκούων ἀεί. ΕΡΜ. Ἐκεῖνο, ὦ Χάρων, τὸ ἀοίδιμον ὄνομα, καὶ περιμάχητον. ΧΑΡ. Καὶ μὴν οὐχ ὁρῶ, ὅ, τι ἀγαθὸν αὐτῷ προσέστιν, εἰ μὴ ἄρα [a] τοῦτο μόνον, ὅτι βαρύνονται οἱ φέροντες αὐτό. ΕΡΜ. Οὐ γὰρ οἶσθα, ὅσοι πόλεμοι διὰ τοῦτο, καὶ ἐπιβουλαί, καὶ λῃστήρια, καὶ ἐμπορκίαι, καὶ φόνοι, καὶ δεσμὰ, καὶ πολὺς μακρὸς, καὶ [b] ἐμπορίαι, καὶ δουλεῖαι; ΧΑΡ. Διὰ τοῦτο, ὦ Ἑρμῆ, τὸ μὴ πολὺ τοῦ χαλκοῦ διαφέρον; οἶδα γὰρ τὸ χαλκὸν, ὀβολὸν, ὡς οἶσθα, παρὰ τῶν καταπλεόντων ἑκάστου ἐκλέγων. ΕΡΜ. Ναί· ἀλλ' ὁ χαλκὸς μὲν πολύς· ὥστε καὶ πάνυ σπουδάζεται ὑπ' αὐτῶν· τοῦτον δὲ ὀλίγον ἐκ πολλοῦ τοῦ βάθους οἱ μεταλλεύοντες ἀνορύττουσι· πολὺν ἀλλ' ἐκ τῆς γῆς καὶ οὗτος, ὥσπερ ὁ μόλιβδος, καὶ τἆλλα. ΧΑΡ. Δεινήν τινα λέγεις τῶν ἀνθρώπων

dam rubore tinctum; nunc enim primum vidi, quod semper audio prædicari. MERC. Hoc illud est, Charon, decantatissimum nomen, & magnis omnium contentionibus expetitum. CHAR. Equidem nullus video, quid boni ipsi adsit, nisi forte hoc solum, quod, qui ferant, eo graventur. MERC. Nescis enim, quot propterea bella existant, & insidiæ, latrocinia, perjuria, cædes, vincula, navigatio longinqua, mercaturæ, servitudes denique. CHAR. Ob istud, Mercuri, quod non multum ab ære differt? æs enim novi, ut qui obolum, ut scis, a vectorum unoquoque exigam. MERC. Sane: sed æs quidem abundat; eamque ob rem non valde magno studio expetitur ab ipsis: verum illud aurum ex profundis terræ visceribus metalli fossores eruunt: perinde tamen hoc etiam ex terra oritur itidem, ut plumbum ceteraque metalla. CHAR. Incredibilem quandam narras hominum dementiam,

a Τοῦτο μόνον] F. ἔντιμον τι βαρύνεσθαι. b Ἐμπορίαι] F. ἐμπορεῖαι.

84. Ἀοίδιμον] Ὑμνητόν. V.

quis Comicorum: Τί ποτ' ἐστὶ χλωρὸν, ἀντιβολῶ, τὸ χρυσίον; Δέδοικ' ἐπιβουλεύεσθαι μᾶλλον ὑπὸ πάντων ἀεί· extant in *Aristoph. Schol.* ad Pl. v. 204. Latinis itidem *aurum pallidum*: notum est illud *Statii* IV. Sylv. VII, 15. *Pallidus fossor redit, erutoque Concolor auro.* In *Paulino* Epist. Nol. ad Nicet v. 269. legendum, *Pallidos auri legulos in aurum vertis* — pro *callidos.* T. H.

84. Ἀοίδιμον ὄνομα ὃ περιμάχητον] Importuna his subjicitur nota *Bourdelotii*, quæ plane hinc relegari debet, quum nihil τὸ περιμάξαι & περικαθῆραι ad vocem *Luciani*: ne dicam futiliter citari *Casaubonum* ad *Theophilactum*, pro *Theophrasto.* J. G.

Ἀοίδιμον ὄνομα] Ex poëta aliquo, *Pindaro* forsan, habere videtur. Ni id sit, credo aut πρᾶγμα scripturum fuisse pro ὄνομα, aut pro ἀοίδιμον πάντιμον, ut Ῥητ. c. 1. Certe Fl. ἔντιμον hic habet. M. du S.

Τὸ ἀοίδιμον ὄνομα] Si quid omnino mutandum foret, pro πρᾶγμα maluissem χρῶμα, vel κτῆμα· sed sarta tecta maneat optima lectio. Ἀοίδιμον autem eo minus est sollicitandum, quod in Fl. quoque planissime reperiatur: alius est loci, ut mox videbimus, illud ἔντιμον, & huc per culpam errantis oculi relatum. Περιμάχητον vero quod tam acri studio petitur, ut ejus possessionem mutuis certaminibus & dimicando alter alteri praeripere conetur. Proprie Noster in Tim. c. 21. περιμάχητος ταῖς γαλαῖς· & *Strabo* XIV. p. 945. Samos εὐδαίμων, ὡς δῆλον ἐκ τῆς περιμάχητον γενέσθαι. Helenae, quae *Luciano* ἔτω δή τι περισπούδαστος, ὥστε καὶ πόλεμον ἀμφ' αὐτῇ γενέσθαι. p. 265. περιβλεπτον καὶ περιμάχητον τὴν φύσιν ἐποίησε Jupiter: *Isocrat.* p. 211. C. unde περιμάχητος εἶδος vocatur ab *Agatharchide* apud *Phot.* p. 719. v. 34. Haec ipsa ab Alexandro rapta tripodem aureum, Pelopi donatum a Vulcano nuptiale munus, in mare projecit εἰποῦσα ὅτι περιμάχητος ἔσται, ut refert *Diogen. L.* I, 32. *Thucydid.* VII, 84. καὶ ἡδὺ ἦσαν ἐπίνετο τι (τὸ ὕδωρ Ἀστυνάρου) ὁμοῦ τῷ πηλῷ ἠμαυρωμένον, καὶ περιμάχητον ἦν τοῖς πολλοῖς· non male *Schol.* σπουδαιότατον, *desideratissimum. Demades* p. 180. v. 13. Athenae τὸ περιμάχητον καὶ θαυμαζόμενον ὑπὸ πάντων ἄγειν quod palam *Dionys. Halic.* imitatur A. R. V. p. 326. v. 16. τοῖς περιμαχήτοις καὶ θαυμαζομένοις ὑπὸ τῶν κοινοῦ βίου πραγμάτων. Apud *Xenoph.* Symp. p. 513. v. 30. paupertas πρᾶγμα ἥκιστα περιμάχητον, res, quam pauci vel nemo valde sibi expetendam statuat, aut adipisci laboret. Contra divitiae, atque ipsum illud, quod Charon miratur, aurum: *Æneas Soph.* Ep. V. Χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ περιφανεῖς ἐσθῆτες τοῖς μὲν πολλοῖς περιμάχητον, ἀβέβαιον δὲ χρῆμα, καὶ οὐκ ἰσηκός, οὐδὲ τῷ ἔχοντι ἀληθῶς. T. H.

87. Τοῦτο μόνον ὅτι] Dilucide Florentina sola, ἔντιμον τι· ceterae omnes quasi de compacto τοῦτο μόνον ὅτι, quod e membranis fluxerit, nec ne, mihi sane non liquet. Primum dubitabam, an idem sensus aeque eleganter minima lectionis Florentinae mutatione posset obtineri, εἰ μὴ ἄρα ἔν τι μόνον, ὅτι βαρύνονται) &c. Deinde non difficile videbatur ipsam illam lectionem tueri

tiam, qui tanto amore capiantur rei pallidæ ac ponderosæ. MERC. At Solon quidem ille, Charon, ejus amore duci non videtur, uti vides: deridet enim Crœsum, & jactabundam barbari gloriationem. Verum, ni fallor, ex illo quærere quidpiam vult: auscultemus ergo.

τὴν ἀβελτηρίαν, οἳ τοσοῦτον ἔρωτα ἐρῶσιν ὠχρῆς καὶ βαρέως κτήματος. ΕΡΜ. Ἀλλ' γοῦν Σόλων γε ἐκεῖνος, ὦ Χάρων, ἐρᾷν αὐτῆς φαίνεται, ὡς ὁρᾷς· καταγελᾷ γοῦν τῆς Κροίσου, καὶ τὴν μεγαλαυχίας καὶ βαρβάρου καί, μοι δοκεῖν, ἔρεσθαί τι βούλεται αὐτόν· ἐπακούσωμεν οὖν.

12. SOL. Dic mihi, Crœse, numnam putas opus habere lateribus istis Pythium? CROES. Ita per Jovem: non enim est illi Delphis donarium tale ullum dedicatum. SOL. Ergo beatum arbitrare te Apollinem esse redditurum, si possideat in ceteris etiam lateres aureos? CROES. Quidni putem? SOL. Magnam mihi narras, Crœse, paupertatem in cœlo, quando Dii eo redacti sunt, ut aurum ipsis e Lydia sit petendum, si desiderarint. CROES. Ubinam tanta sit auri copia, quanta apud nos? SOL. Quæso te, ferrumne etiam nascitur in Lydia?

ΣΟΛ. Εἰπέ μοι, ὦ Κροῖσε, οἴει γάρ τι δεῖσθαι τῶν πλίνθων τούτων τὸν Πύθιον; ΚΡΟΙ. Νὴ Δί'· οὐ γάρ ἐστιν αὐτῷ ἐν Δελφοῖς ἀνάθημα οὐδὲν τοιοῦτον. ΣΟΛ. Οὐκοῦν μακάριον οἴει τὸν θεὸν ἀποφαίνειν, εἰ κτήσαιτο ἐν τοῖς ἄλλοις καὶ πλίνθους χρυσᾶς; ΚΡΟΙ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΟΛ. Πολλὴν μοι λέγεις, ὦ Κροῖσε, πενίαν ἐν τῷ οὐρανῷ, εἰ ἐκ Λυδίας μεταπέμπεσθαι τὸ χρυσίον δέησει αὐτοὺς, ἢν ἐπιθυμήσωσι. ΚΡΟΙ. Πῆ γὰρ τοσοῦτον ἂν γένοιτο χρυσὸς, ὅσον παρ' ἡμῖν; ΣΟΛ. Εἰπέ μοι, σίδηρος δὲ φύεται ἐν Λυδίᾳ; ΚΡΟΙ.

c Δοκεῖν] Δοκεῖ *J.* & margo *AIW.* male: scribendum enim fuisset βουλόμενος, vel βούλεται.

3. Ἀβελτηρίαν] Μωρίαν, ἄνοιαν. *V.*

tueri & integram conservare, modo unica tantum litera, cujus spatium vacabat, ex reliquis Edd. adderetur, *si non ἄρα ὄντιμον, ὅτι βαρύνονται* &c. Sententia planissima, nisi fallor, & perquam opportuna: *Equidem non video, quid in isto auro boni insit, nisi forte honorificum existimetur, honorem aliquem adferre videatur, quod ferentes gravet, suoque pondere premat.* Equidem, si libri veteres addicant, nihil esse causae video, cur scriptura proba, & intellectu neutiquam obscura, repudiari debeat. *T. H.*

95. Ἐκλέγων] Usus est verbo proprio in cogendis colligendisque vectigalibus & pensionibus: quare de publicanis est frequens ἐκλέγειν φόρους vel τέλη. *Poll.* VIII, 114. IX, 31. *Harpocr.* in Πεντηκοστή· *Æschin.* in *Timarch.* p. 17. v. 3. μαρτυρίαν τελώνου τῶ ὠνουμένῳ Τιμάρχου τοῦτο ἐκλέξαντος τὸ τέλος. Structura minus usitata fraudem Interpreti fecit apud *Plutarch.* περὶ Πολυπρ. p. 518. E. τοὺς τελώνας βαρυνόμεθα . . . οὐχ ὅταν τὰ ἐμφανῆ τῶν εἰσαγομένων ἐκλέγωσιν· *publicanis succensemus, non quando vectigal eorum, quae palam importantur, exigunt.* Hinc ἐκλογεῖς non solum apud Athenienses οἱ ἐκλέγοντες καὶ εἰσπράττοντες τὰ ὀφειλόμενα τῷ δημοσίῳ, ut *Harpocration* ait, quanquam accuratius a *Suida* duplex eorum ordo distinguatur, sed alibi quoque noti. *Aristides* de se T. I. p. 611. B. πρίν ἐκλογεῖς· & Capito φόρων ἐκλογεῖς *Philoni* Πρ. πρὸς Γ. p. 1020. E. qui postea de eodem homine rapacissimo subjungit, ἐξ ὧν νοσφίζεται καὶ παρεκλέγει, ποικίλον τινα καὶ πολὺν πλοῦτον ἡθροικώς· sicut a *Demosthene* dicitur παρεκλέγειν τὰ κοινά· apud hunc rectene *Gelenius quaestorem*, apud illum *Canterus coactorem* verterint, jam non disquiro: coactoris certe ministerium Charonti non inepte conveniat, quandoquidem Æacum habuimus τελώνην supra c. II. Praeterea ὡς θαύμασι τοὺς χαλκοῦς ἐκλέγειν *Theophr.* Ch. Eth. c. VI. p. 30. ad quae *Casaubonus* hunc *Luciani* locum adhibuit, sed per errorem scribens χαλκοῦν ὄβολον & p. 32. τοὺς τόκους εἰς τὴν γράβδον ἐκλέγειν, id est, τοὺς ἐκλελεγμένους ἐγκάπτειν, ἐμβάλλειν· ubi secus olim ad *Poll.* IX, 63. n. 70. existimavi reponendum ἐπιλέγειν quod etsi per me jampridem ipse animadvertissem, eo tamen haud minus gratias habeo monenti Doctissimo *Needhamo*: τόκους ἐκλέγων *Pollux* adnotavit III, 85. Μισθὸν οὐκ ὀλίγον ἐκλέγων *Liban.* T. I. p. 793. C. Ἐκλογὰς χρημάτων dabit *Dion Cass.* XLII. p. 208. D. alibique. *T. H.*

11. Τῶν πλίνθων] *Herodoto* sunt ἡμιπλίνθια, quorum studiose mensuram exegit I, 50. Πλίνθους χρυσᾶς plurimi vocant: *Euseb.* Προπ. Εὐ. V. p. 211. D. *Gregor. Nyss.* T. III. p. 319. A. τὸ πολυπλάντων τῆς Κροίσου πλίνθων. Utrumque jungit *Themist.* Or. XIX. p. 226. ubi Apollinem dicere facit, se Crœsum utique vilipendisse, καίτοι ἐμπλήσαιμι τὸν σηκὸν πλίνθων χρυσῶν καὶ ἡμιπλινθίων. Modo ἐπακούσωμεν ἐν, etsi vix quicquam refert, Charonti libens dedero. *T. H.*

ΚΡΟΙ. Οὐ πάνυ τι. ΣΟΛ. Τῦ βελτίονος ἄρα ἐνδεεῖς ἐστε. ΚΡΟΙ. Πῶς ἀμείνων ὁ σίδηρος χρυσίου; ΣΟΛ. Ἢν ἀποκρίνῃ μηδὲν ἀγανακτῶν, μάθοις ἄν. ΚΡΟΙ. Ἐρώτα, ὦ Σόλων. ΣΟΛ. Πότερον ἀμείνους οἱ σώζοντες τινὰς, ἢ οἱ σωζόμενοι πρὸς αὐτῶν; ΚΡΟΙ. Οἱ σώζοντες δηλαδή. ΣΟΛ. Ἆρ' οὖν, ἢν Κῦρος, ὡς λογοποιοῦσί τινες, ἐπὶ Λυδοῖς, χρυσᾶς μαχαίρας σὺν ποιήσῃ τῷ στρατῷ, ἢ ὁ σίδηρος ἀναγκαῖος τότε; ΚΡΟΙ. Ὁ σίδηρος δηλαδή. ΣΟΛ. Καὶ εἴγε μὴ τῦτον ὠφελησκυθάσαιο, οἴχοιτο ἄν σοι ὁ χρυσὸς ἐς Πέρσας αἰχμάλωτος. ΚΡΟΙ. Εὐφήμει, ὦ ἄνθρωπε. ΣΟΛ. Μὴ γένοιτο μὲν οὖν ὕτω ταῦτα· φαίνῃ δ' ἂν [a] ἀμεί-

CROES. Non ſane multum. SOL. Potioris ergo metalli indigetis. CROES. At quomodo præſtet ferrum auro? SOL. Si reſpondeas nihil indignatus, diſcere licebit. CROES. Roga modo, Solon. SOL. Utrum, qui ſervant aliquos, meliores, an qui ab iis ſervantur? CROES. Qui ſervant videlicet. SOL. Num igitur, ſi Cyrus, quos rumores nonnulli ſpargunt, adoriatur Lydos, aureos enſes tu confici curabis exercitui, an ferrum tunc videbitur neceſſarium? CROES. Ferrum utique. SOL. Hoc ſane metallum niſi compararis, abeat tibi aurum in Perſidem captivum. CROES. Dî meliora, mi homo. SOL. Abſit, hæc ut ita contingant: videre tamen

a Ἀμεινῶ] In F. hunc in modum excuſum eſt: ἀμεινῶ. Κ. τ σίδηρον ὁμολογῶν. Κροῖ. ἔχουν &c. Gogitet aliquis ſcribi poſſe, Κρ. τ σίδηρον ὁμολογῶν· ἐκοῦν &c. ac ſi Crœſus, quod Soloni dicendum reſtabat, feſtinanter praeripuiſſet: ſed multo probabilius in librarium culpam depravatae lectionis conferemus.

22. Τῦ βελτίονος] Confer adverſus aurum & argentum pro ferro diſputantem *Tertullian.* de Cult. Femin. c. IV. Idem fecit *Clemens* in Paedag. aliique Patrum philoſophos, praeſertim Stoïcos, imitati. *T. H.*

30. Ἐπὶ Λυδοῖς] Haec ita ſunt ſcripta, ut Cyrum priorem arma Lydis intuliſſe ſignificent: ab omnibus tamen hiſtoricis Crœſus auctor belli perhibetur, ſive ſociis Babyloniis auxilium laturus, ſive nimio plus, quam ſibi tutum foret, creſcere rem Perſicam ratus. *T. H.*

35. Εὐφήμει] Hoc eſt, *utere verbis meliora ominantibus. Favere lingua* dicunt Latini; quo fit, ut Gloſſae vertant Εὐφημῶ, *faveo:* Εὐφημεῖτε, *favete.* Huic verbo contrarium eſt, Δυσφημῶ. Eaedem Gloſſae: Δυσφημεῖ, *infauſta loquitur.* *J. C.*

Εὐφήμει] Formula quaedam ſolemnis, quum aliquid infauſte dictum vel factum abominantur, & procul a ſe faceſſere jubent; in qua ne ipſum quidem illud ἄνθρωπε incaſſum ponitur. Celebrem Sophoclis ſententiam refert *Theon* Progymn. p. 14. is rogatus, vacaretne ſenex adhuc Venereae voluptati, reſpondit: Εὐφήμει, ὦ ἄνθρωπε· ἀσμενέστατα μέντοι αὐτὰ ἀπέφυγον, ὥσπερ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποδράς. depromta ſunt ex *Plat.* de Rep. I. p. 573. A. ubi pro ἀποδρὰς pejus, ut quidem puto, legitur ἀποφυγών. audi *Ciceronem* interpretem Cat. Maj. §. 47. *Dii meliora: libenter vero iſtinc, tanquam a domino agreſti ac furioſo profugi.* In *Arriani* Epict. III, 5. p. 274. *Socrates* καθ' ἡμέραν χαίρει ὠφελούμενος ἑαυτῷ βελτίονι γινομένῳ· πρός τί; μή τι πρὸς λέξιδια; ἄνθρωπε εὐφήμει. Apud *Platonem* de LL. III. p. 816. E. Εὐφήμει· *hoc Dii avertant: id ne unquam contigerit:* & in Conv. p. 1201. E. Οὐκ εὐφημήσεις; *Julian.* Caeſ. p. 330. D. *T. H.*

43. Φωκεῦσι] A quibus multoties ſpoliatum eſt templum Delphicum: Βοιωτοῖς, qui cum his pro templo Delphico bella geſſerunt. *J. Br.*

Ibid. Βοιωτοῖς] *Juſtin.* VIII, 1. *M. du S.*

44. Τυράννῳ λῃσῇ] Excidit particula ἤ, quam reponeres, licet Mſ. non praeciperet; in quo tamen legitur: ἕρμαιον ἔσῃ ἀνατεθεικὼς Φωκεῦσιν, ἢ Βοιωτοῖς, ἢ Δελφοῖς αὐτοῖς, ἢ τινι τυράννῳ ἢ λῃσῇ· vulgo ἢ τινι τυράννῳ λῃσῇ. *J. G. G.*

Ibid. Ἢ λῃσῇ] Illud ἤ, quod in vulgatis deerat, ex Ed. *J.* & MSS. G. P. & L. reſtituimus. *M. du S.*

45. Χρυσοποιῶν] Corruptam hanc vocem arbitror: nam ſi χρυσῶν πλίνθων ſcribere noluerit, debuit aut metalla ipſa, aut χρυσοχόους dicere, quorum ope aurum purgatur. Niſi forſan ut Latini olim aurifices, ita & veteres Graeci χρυσοποιοὺς dixerint. *Cicer.* de Orat. II, 38. *M. du S.*

Χρυσοποιῶν] Qui ſint aetate feriore χρυσοποιοὶ, quae τέχνη χρυσοποιητικὴ, ſive χρυσοποιΐα, compertum habemus: verum ut Latini *aurifices*, ſic pari poteſtate Graecos uſurpaſſe χρυσοποιοὺς, mihi nondum liquet: certe *aurifex* in optimis Gloſſis redditur χρυσοχόος, non, quod propius ad Latinae vocis rationem accederet, χρυσοποιός. *Budaeus* etiam, teſte *Stephano*, non alia, quam unius *Luciani*, auctoritate id verbi munire potuit. Idcirco animus inclinat, ut credam ſcripſiſſe Noſtrum χρυσοχόων. Hoc vocabulum pro fabris aurariis admodum eſt familiare: *Dioſcorid.* V, 173. Εὑρίσκεται δέ τις καὶ τῇ Σαμίᾳ γῇ λίθος, ᾧ οἱ χρυσοχόοι χρῶνται πρὸς τὸ λευκαίνειν τὰ σιδήρια. *Clem. Alex.* Paed. II. p. 190. v. 3. λύχνος κεραμέως ἢ χρυσοχόου ἔργον· vide *Heſych.* in Θερμαυρὸς, *Suid.* in Χαλκεὺς, qui hoc nomen etiam χρυσοχόον complecti obſervat. Inde aurificum officinae χρυσοχοΐαι, vel, ut ſaepe ſcribuntur,

men nunc auro melius esse ferrum fateri. CROES. Quid? num igitur Apollini me jubes ferreos lateres dedicare, aurum vero rursus repetere? SOL. Is ne ferro quidem opus habebit; at tu sive æs, sive aurum consecres, aliis quod in possessionem aliquando, ac prædam facilem cedat dedicaveris, Phocensibus inquam, aut Bœotis, aut ipsis Delphis, aut cuidam tyranno, aut latroni: Pythius certe parum curat tuos aurifices. CROES. Semper tu meis divitiis bellum indicis, & invides.

13. MERC. Non fert Lydus, o Charon, loquendi istam libertatem, verosque sermones: quin res ipsi videtur plane inusitata pauper homo, qui nullo metu se submittat, animique cogitata libere proferat. Verum in memoriam non diu post

νω τ' σίδηρον ὁμολογῶν. ΚΡΟΙ. Οὐκοῦν ἐν τῷ θεῷ κελεύεις σιδηρᾶς πλίνθους ἀνατιθέναι με, τὸ δὲ χρυσὸν ὀπίσω αὖθις ἀνακαλεῖν; ΣΟΛ. Οὐδὲ σιδήρου ἐκεῖνός γε δέησεται· ἀλλ' ἤν τε χαλκὸν, ἤν τε χρυσὸν ἀναθῇς, ἄλλοις μέν πού τινι κτῆμα, καὶ ἕρμαιον ἔσῃ ἀναλεθεικὼς, Φωκεῦσιν, ἢ Βοιωτοῖς, ἢ Δελφοῖς αὐτοῖς, ἤ τινι τυράννῳ, [b] ἢ λῃστῇ· τῷ δὲ θεῷ ὀλίγου μέλει τῶν χρυσοποιῶν. ΚΡΟΙ. Ἀεί σύ μοι τῷ πλούτῳ προσπολεμεῖς, καὶ φθονεῖς.

ΕΡΜ. Οὐ φέρει ὁ Λυδὸς, ὦ Χάρων, τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὴν ἀλήθειαν τῶν λόγων, ἀλλὰ ξένον αὐτῷ δοκεῖ τὸ πρᾶγμα, πένης ἄνθρωπος ὢν ὑποπτήσσων, τὸ δὲ παρισάμενον ἐλευθέρως λέγων. μεμνήσεται δ' ἂν μικρὸν ὕστε-

ρον

b Ἢ] Desiderabatur in cunctis Edd. excepta *J.* cui consentiunt P. L. & margo *AIW.*

42. Καὶ ἕρμαιον] Ἕρμαιον τὸ εὕρημα * προπαροξυτόνως. Τὸ δὲ Ἑρμοῦ κτητικὸν περισπᾶται. Ἄλλοι δὲ φασιν, ὅτι τὸ κτητικὸν Ἑρμεῖος ἐστὶ, καὶ Ἕρμειος ἐκβλίψει τὸ ι, ἀλλ' ὁ Ἑρμαῖος. *V.*

* Προπαροξυτόνως] Ita *V.* non περιπαροξύτονον, ut Ed. A. De accentu vocis ἕρμαιον vide *Eustath.* ad Od. Π. p. 1809. *T. H.*

tur, χρυσοχόϊα· *Polyb.* apud *Athen.* V. p. 193. D. de Antiocho Epiphane: μάλιστα δὲ πρὸς τοῖς ἀργυροκοπείοις εὐρίσκετο ἐν χρυσοχοΐοις εὐπορισλογῶν· eadem a *Libanio* juncta T. II. p. 647. C. ἀργυροκοπεῖα τε καὶ χρυσοχόων ἐργαστήρια. *Zenonis Cittiei* a *Clemente* locus egregius adfertur Paedag. III. p. 297. v. 7. quo modestae virginis imaginem efformavit: ἀπίσω δὲ ἐν ὁ λαὸς τὴν μυροπωλίων, καὶ χρυσοχοΐων καὶ ἱματιοπωλίων ἄλυς· ubi vocem ultimam Interpres dum *caliginem* vertit, ἄχλυς se legisse, vel saltem voluisse legi manifeste significat, sed errore magno lapsus: gravius offendit in eodem vocabulo p. 192. v. 5. & pravam mirificae versionis strebliginem ab Editore novissimo, quod miror, impune tulit. *T. H.*

50. Τὸ δὲ παρισάμενον] *Quicquid ei in mentem venit.* Consule in Cleio *Herodotum.* *J. Br.*

Τὸ δὲ παρισάμενον ἐλευθέρως λέγων] Non bene vertitur, *ea quae urgent libere dicere:* hoc enim voluit *Lucianus: mentis cogitata libere dicere:* παρίσασι est *in mentem venire, animo obversari. Plat.* in Phaedone: ὥστε μοι παρίσασι, *ita ut mihi videtur, ut sentio.* *J. G. G.*

Τὸ παρισάμενον] Jure *Graevius* animadvertit; sed quae notat Vir eximius a *Budaeo* sunt derivata, qui dudum illam potestatem verbi παρίσασθαι explanaverat C. L. G. p. 217. 218. Saepe quae ex praesenti rerum statu cogitationes nobis oriuntur, παρίσασι τῇ ψυχῇ & simpliciter παρίσασι, *obversari animo, menti esse praesto,* dici solent. *Sophocl.* Oed. Tyr. v. 921. — δόξα μοὶ παρισάθη quod itidem frequenter *Dionysius Halic.* usurpavit. *Aristid.* T. II. p. 507. A. εἰ γὰρ ἑκάστῳ τοῦτ' ἐν τῇ ψυχῇ παρασαίη, καὶ τοῦτο πάντες πειθοῖεν. Hinc τὸ ἐμπεσὸν & τὸ παρισάμενον, *quod subito menti occurrit, e re nata cogitatio. Ctesias* in Exc. p. 647. v. 4. Artaxerxes τῇ μητρὶ τὸ παρισάμενον αὐτῇ πράττειν ἐπιτρέπει, *matri quicquid placuerit, ut Apollonide medico faciat, permittit. Dion Chrys.* Or. XII. p. 213. B. πλείστη μὲν ἐν ἐξουσίᾳ ἐστὶ δύναμις ἀνθρώπῳ περὶ λόγον ἐνδείκασθαι τὸ παρισάμενον Or. XXXIII. p. 410. B. τελευταῖον ὀκνῶν, μοὶ δοκεῖ, τὸ παρισάμενον λέγειν· utrobique peccat Interpres: sic autem ille posteriore loco; *cunctatus, opinor, quicquam ex tempore dicere:* nonnihil vidit; nam οὐκ τὸ παρισαμένου λέγειν valet, *non meditatam, sed subitam & extemporalem orationem habere: Plutarch.* V. Demosth. p. 850. A. τὸ μὴ ταχέως, μηδὲ περὶ παντὸς οὐ τὸ παρισαμένου λέγειν, quam Periclis prudentiam Demosthenes aemulabatur. Parem usum habet οὐ τὸ ἐπελθόντι εἰπεῖν· ἐπέρχεσθαι enim sive ἐπελθεῖν & παρίσασι in hoc negotio tam propinquae sunt virtutis, ut, quia alterum alterius explicationi conducit, illud per injuriam in hujus sedem nonnunquam immigraverit. Editur in *Aristide* T. II. p. 297. ἐπέρχεσθαι μοι δεδιέναι, μὴ πλεῖον τῶν ἱκανῶν διειλέχθαι δοκῶ· atqui sine controversia legendum esse, παρίσαταί μοι θαῤῥεῖν τε καὶ δεδιέναι &c. *Thomas Magister* arguit in Παρίσαται· ne dicam oratio-

ρον ᾧ Σόλωνος, ὅταν αὐτὸν δέῃ ἀλόντα ὑπὸ τὴν πυρὰν ὑπὸ τῷ Κύρῳ ἀναχθῆναι· ἤκουσα γὰρ ἀρτίως Κλωθοῦς πρώην ἀναγινωσκούσης τὰ ἑκάστῳ ὑπακεκλωσμένα· ἐν οἷς καὶ ταῦτ' ἐγέγραπτο, Κροῖσον μὲν ἁλῶναι ὑπὸ Κύρου, Κῦρον δὲ αὐτὸν ὑπ' ἐκείνης τῆς Μασσαγετίδος ἀποθανεῖν. ὁρᾷς τὴν Σκυθίδα, τὴν ἐπὶ τῷ ἵππῳ λευκῷ ἐξελαύνουσαν; ΧΑΡ. Νὴ Δία. ΕΡΜ. Τώμυρις ἐκείνη ἐστί. καὶ τὴν κεφαλήν γε ἀποτεμοῦσα τῷ Κύρῳ αὕτη εἰς ἀσκὸν ἐμβαλεῖ πλήρη αἵματος. ὁρᾷς δὲ καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν νεανίσκον; Καμβύσης ἐκεῖνός ἐστιν. ὃς βασι-

redibit Solonis, quum tempus aderit, ut captus in rogum Cyri jussu inponatur. Etenim audivi ex Clothone nuper prælegente, quæ cuique forent fato decreta: in quibus & hæc erant consignata, Crœsum captum iri a Cyro, Cyrum autem ipsum ab ista Massagetide occidendum esse: viden' illam mulierem Scythicam, illam equo albo invectam. CHAR. Ita sane. MERC. Illa Tomyris est, quæ caput Cyri præcisum in utrem injiciet plenum sanguinis. Viden' etiam filium Cyri juvenem? iste Cambyses est, regnabitque post patrem: is re-

nem nunc incedere splendidiorem. *Dion Cass.* LXXVII. p. 875. D. de Antonino Caracalla: τῷ πάνθ' ὁμοίως τὰ ἐπελθόντα οἱ ἀπερισκέπτως λαλεῖν· haec *Suidas* V. Ἀντωνῖνος p. 234. istum in modum descripsit: τῷ πάνθ' ὁμοίως τὰ πρὸς ἄμβρα οἱ &c. Apud *Dionem* rectius legi *Kusterus* pronunciat: mihi, dummodo refingas παρὶς ἄμβρα, secus videtur. Praeterea, quod jam ex uno alteroque exemplo intelligi potuit, observandum est accedere nonnunquam huic locutioni vim quandam ingenuae fiduciae animique libertatis, qua quis nixus, potentiam aliorum atque opes nihil reformidans sensa mentis sine ambage palam profitetur: sic in *Luciano* capiendum est: *Plutarch.* Dion. p. 960. B. τὴν παῤῥησίαν ἔφερεν αὐτοῦ (Dionysius Dionis) μόνου χεδὸν ἀδεῶς λεγοντος τὸ παρὶς ἄμβρον. *T. H.*

53. Πυρὰν] *Herodot.* I, 86. Aliter longe & verius, ut puto, *Xenophon*, quem vide. *M. du S.*

60. Τώμυρις] Tomyrin nobilitavit reportata de Cyro victoria sive vera, sive, quod multo potius credo, conficta. Primae vocalis exarandae discrimen ex *Herodoto* & *Luciano* monstravit *Fr. Fabric.* ad *Oros.* II, 7. In *Herodoto* quamquam publicatae scripturae vetusti Codices accedere videantur, *Suidas* tamen eadem historici verba sub utroque Τόμυρις & Τώμυρις proposuit; quo indicio patet, hoc aeque atque illud in Lexicis antiquorum inventum fuisse. Quum in *Amm. Marcellino* XXIII, 6. p. 398. *Lindenbrogius* exprimi jussisset *Tamyris*, repudiavit illam lectionem fide membranarum nixus *Henr. Valesius*: idque jure factum arbitror, neque adeo reprehendi debuisse ab *Is. Vossio* ad *Justin.* I, 8. apud quem & alios item Latinos scriptores licet fluctuare libros *Bongarsius* admoneat, *Franciscus* tamen *Oudendorpius*, Vir accuratissima doctrina praeditus, ad *Frontin.* II. c. 5. §. 5. *Tomyrin* inveniri testatur in duobus MSS. *Justini* a se collatis, & plerisque optimis *Frontini*. Βασιλεύουσης Τεμύριδος *Eustathii* ad *Dionys. Perieg.* v. 739. sine dubio vitiatum est. *Theon* Progymn. p. 211. Οὐ γὰρ εἰ Τόμυρις ἡ Μασσαγέτις, ἢ Σπαρέδρα ἡ Ἀμώργου τῶν Σακῶν βασιλέως γυνὴ κρείττων ἐστὶ Κύρου . . . . ἤδη συγχωρητέον, ἢ τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος εἶναι ἀνδρειότερον· ab *Herodoto* alteram, alteram a *Ctesia* sumsit; cujus in Excerptis p. 635. Ἀμώργης τῶν Σακῶν μὲν βασιλεὺς, ἀνὴρ δὲ Σπαρέδρης quin idem sit, ac *Theonis* Ἀμώργης dubitari non potest; neque repugnabo, si quis hunc emendandum censuerit; eoque minus, quoniam serius etiam sub Dario Sacas invadente commemoratur a *Polyaeno* VII. c. 11. §. 8. inter eorum reges Ὀμάργης, qui ab Amorge, ut perspicuum est, solo literarum ordine discrepat: ceterum haec ipsa quoque *Ctesiae* deberi, mihi non est ambiguum. Tomyridis autem depravatissimum in *Theophilo* nomen ad Autol. III. c. 26. correxit *Simson.* ad A. M. 3476. cui *Fellus* obsecurus bene publicari curavit, Κύρου ἐν βασιλεύσαντος ἔτεσι κθ, ᾧ ἀναιρεθέντος ὑπὸ Τομύριδος ἐν Μασσαγετίᾳ, sive potius, quod magis arridet, Μασσαγετίδι· nisi tamen deliberandum aliquis putet, quod mihi sane veterem scripturam attendenti contigit, an non a μισσαγγία facilius oriatur μισσαγχίᾳ vel μισσαγκείᾳ, siquidem in *Hesychio* quoque Μισσαγγία istius Homericae vocis locum occuparit: significat autem *convallem aquosam & palustrem montibus interjectam, quae delatos inde torrentes recipiat.* Jam multum abest, ut ceteri cum *Herodoto* consphent, qui aperto Marte, & atrocissima pugna Cyrum superatum tradidit: imo, si fides constat illis, quos auctores habuerunt *Trogus* & *Frontinus*, ad notas Massagetis angustias perductus, ibique, positis in montibus insidiis, cum ducentis Persarum millibus trucidatus interiit: quae tam incredibilis clades accidere non potuisset, nisi maximum imperatorem locis iniquissimis deprehensum fuisse statuas. Ergo abhorrere non videtur, ut historicus aliquis Graecus a Theophilo descriptus Cyrum dixerit interfectum ἐν μισσαγκείᾳ· hujus autem conjecturae, cui ne a me quidem ipso plurimum tribuitur, arbitrium esto penes lectorem. Porro menda non dissimilis in reginae nomine apud *Schol. Dion. Chrysost.* p. 106. τὴν Κύρου ὑπὸ τῆς Μουρίδος τῆς Μασσαγετίδος σφαγὴν ὁ αὐτὸς Ἡρόδοτος ἀναγράφει. Meminit etiam *Hieronym.* ad *Zachar.* c. I. *Interfecto igitur apud Massagetas Cyro, qui triginta annos regnaverat in Persis, a Tomyri regina Massagetarum.* Saepe vero recentiores historici confundunt duas expeditiones Cyri diversas, primam contra Sacas susceptam, secundam adversus Massage-

tas

rebus undiquaque male geſtis in Libya, & Æthiopia, tandem mente captus interibit, poſtquam occiderit Apin. CHAR. O multam ridendi materiem: at nunc quis eos adſpicere ſuſtineat tanto faſtu elatos? aut quis in animum inducat, paulo poſt hunc fore captivum, illum caput habiturum in utre ſanguinis?

14. Verum quis ille eſt, Mercuri, qui purpureum amiculum fibula ſubſtrictum gerit, diademate revinctus, cui annulum coquus porrigit piſce diſſecto, in inſula

λεύσει μὲν τὸν πατέρα, ἡ μυρία σφαλεὶς ἐν Λιβύῃ, καὶ Αἰθιοπίᾳ, τὸ τελευταῖον μανεὶς ἀποθανεῖται, ἀποκτείνας τὸν Ἆπιν. ΧΑΡ. Ὦ πολλῆς γέλωτος. ἀλλὰ νῦν τίς ἂν αὐτοὺς προσβλέψειεν ὕτως ὑπερφρονοῦντας τῶν ἄλλων; ἢ τίς ἂν πιστεύσειεν, ὡς μετ' ὀλίγον ὗτος αἰχμάλωτος ἔσται, ὗτος δὲ τὴν κεφαλὴν ἕξει ὑπὸ ἀσκῷ αἵματος;

Ἐκεῖνος δέ τίς ἐστιν, ὦ Ἑρμῆ, ὁ τὴν πορφυρᾶν ἐφεστρίδα ἐμπεπορπημένος, ὁ τὸ διάδημα, ᾧ τὸν δακτύλιον ὁ μάγειρος ἀναδίδωσι, τὸν ἰχθὺν ἀναλεμὼν Νήσῳ ἐν [a] ἀμφιρύτῃ βα-

a Ἀμφιρύτῃ] Ita F. & P. Pleraeque ἀμφιῤῥύτῃ.

72. Ἐφεστρίδα] Διπλοΐδα. V.

tas & Tomyrin, quaeque a ſuperioribus de alterutra fuerant memoriae mandata inter ſe permiſcent; ſicut facili negotio licebit animadvertere, ſi quis componat *Strab.* XI. p. 780. *Polyaen.* VIII, 28. *Frontinum*, *Juſtinum*, *Amm. Marcellinum*, atque alios. Illud enimvero vel inprimis admirationem habet non mediocrem, quod mortis genus, quo tantus Rex totque populorum victor obierit, in obſcuro lateat: praecipue quum ejus aetas in iſta inciderit tempora, quibus jam Graeci florentibus ingeniis ſcribendi ſtudium frequentabant, & Aſiae rebus quotidie magis magisque inmiſcebantur. Longe diſcedentes in hoc caſu mirifico veterum narrationes adnotavit *Jo. A. Boſius* ad *Corn. Nepot.* de Reg. c. I. Cur *Noſter Herodoti* fidem potiſſimum fuerit ſecutus, ratio eſt in promtu: nimirum ſingularis illa fortunae viciſſitudo Cyrum etiam multo gravius, quam Croeſum, proſternens ad hanc ingenioſam fragilitatis humanae picturam optime conveniebat: quamvis alioqui de hiſtoriae veritate ſecundum *Xenophontem* dederit *Humphr. Prideaux* ad A. ante Ch. N. 530. ubi egregia Doctiſſ. *Driebergius*. Dicemus ad Macrobios. *T.H.*

61. Ἐς ἀσκὸν] *Juſtin.* I, 8. *M. du S.*

66. Ἀπ. τὸν Ἆπιν] *Juſtin.* I, 9. *M. du S.*

68. Ὑπερφρονοῦντας] Vel *Xenophontis* in gratiam eximendus erat ex hoc numero Cyrus, quem ἀνθρώπων πατέρα fuiſſe dictum ferunt: *Pauſan.* VIII. p. 690. Exemplum boni civilisque non minus quam ſtrenui regis paſſim apud veteres proponitur. *Plato* de LL. III. p. 815. *T.H.*

72. Πορφυρᾶν] Πορφυρῆν antea ſcriptum erat, ut & Ἀπαιδ. c. 7. *M. du S.*

73. Ἐφεστρίδα] Ὁ τὴν πορφυρᾶν ἐσθῆτα ἐμπεπορπημένος legendum. *J.G.G.*

Ibid. Ὁ τὸ διάδημα] Scribe, ᾧ τὸ διάδημα. *J. Br.*

74. Δακτύλιον] Notiſſima doctis eſt hiſtoria, quam *Lucianus* hic quaſi in tabella artificioſiſſime pictam proponit. Eam autem in tyronum gratiam, quibus ad manum non eſt *Herodotus*, paucis narrabo. Polycrates in omnibus proſpera uſus fortuna monetur ab Amaſi Ægypti rege, ut fortunam *ſaevo laetam negotio* placet, re tum pretioſiſſima, tum ſibi chariſſima ita a ſeſe ablegata, ut ejus compos nunquam fiat. Is itaque annulum, quo maxime gaudebat, in mare magna cum pompa projicit. At is paucis poſt diebus ab ejus coquo in eximiae magnitudinis piſce, qui Polycrati a piſcatoribus muneri miſſus fuerat, repertus ad ipſum defertur. Quibus ad Amaſim perlatis, male de Polycratis exitu ominari coepit. Haec tu ab *Herodoto* enarrata legito lib. III. p. 113. & 131. *M. du S.*

75. Νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ] *In Samo inſula*: eſt autem Homericum hemiſtichium Odyſſ. Α, 50. Hoc vero, βασιλεὺς δὲ τὶς ἔσκεται εἶναι, ex eo Poetae ſumtum eſt Odyſſ. Α, 180. Μέντης Ἀγχιάλοιο διΐφρονος ἔσκεται εἶναι Υἱὸς: aut Odyſſ. Ε, 450. ἐκίτης δέ τοι ἔσχομαι εἶναι. *J. Br.*

Ibid. Ἀμφιῤῥύτῃ] Sic mendoſe vulgo legitur; cum metri lex, ut jam probe vidit *Graevius*, poſtulet ἀμφιρύτῃ & ita recte editio Florentina. Recte quoque idem hoc in Philopatride c. IX. Sed & alibi, ubi vel integri verſus, vel hemiſtichia uſurpantur, in metro peccatum eſt. Sic in iisdem his Contemplantib. c. XXII. legendum,

Κάτθαν' ὁμῶς δή, τ' ἄτυμος ἀνὴρ, ὅς τ' ἔλαχε τύμβου.

Non ἔλαχε, ut editum. Similiter in Reviviſcentib. c. XLI.

Κεῖται δ' ἐν μέσσοισι δύο χρυσοῖο τάλαντα,

Non μέσσοισι, ſcribendum. Verſus is eſt *Homeri* Ἰλ. Σ, 500. *J. J.*

βασιλεὺς δὲ τὶς εὐχέλαι εἶναι; ΕΡΜ. Εὖγε παρῳδεῖς, ὦ Χάρων. ἀλλὰ Πολυκράτη ὁρᾷς τὸν Σαμίων τύραννον, πανθυδαίμονα οἰόμενον εἶναι· ἀτὰρ καὶ ὅτῳ αὐτὸς, ὑπό γε παρεστῶτι οἰκέτῃ Μαιανδρίῳ προδοθεὶς Ὀροίτῃ τῷ σατράπῃ, ἀνασκολοπισθήσεται, ἄθλιος ἐκπεσὼν τῆς εὐδαιμονίας ἐν ἀκαρεῖ γε χρόνῳ. καὶ ταῦτα γὰρ ἡ Κλωθὼς ἐπήκουσα. ΧΑΡ. Εὖγε, ὦ Κλωθοῖ, [a] γεννικῶς καὶ αὐτὰς, ὡς βελτίστη, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀπότεμνε, καὶ ἀνασκολόπιζε, ὡς εἰδῶσιν ἄνθρωποι ὄντες. ἐν τοσούτῳ δὲ ἐπαιρέσθων, ὡς ἂν ἀφ' ὑψηλοτέρου ἀλγεινότερον καλαπεσούμενοι. ἐγὼ δὲ γελάσομαι τότε γνωρίσας αὐτῶν ἕκαστον γυμνὸν ἐν τῷ σκαφιδίῳ, μήτε

circumflua? regem plane videtur præ se ferre. MERC. Belle versum Homeri huc inflectis, Charon. Atenim Polycratem intueris Samiorum tyrannum, qui se omni ex parte felicem esse putat: verum hic ipse ab adstante familiari servo Mæandrio proditus Orœtæ Satrapæ in crucem agetur miser, ejectus fortunis omnibus in puncto temporis: etenim hæc quoque ex Clotho percepi. CHAR. Euge, Clotho, fortiter & ipsos, optima, & capita præcide, atque palo suffige, ut se sciant homines esse: interea in altum tollantur, quippe ab excelsiore fastigio acerbius casuri. Tum ego ridebo singulos agnoscens nudos in cymbula, nec

a Γεννικῶς] Obtemperamus *J.* In reliquis Edd. γενικῶς. G. & P. γενικὴ· quasi voluissent ὦ Κλωθοῖ γεννικὴ· sed alterum potius duco.

76. Εὖγε παρῳδεῖς] Καλῶς γε * ἄλλῳ ᾠδεῖς ᾠδήν. *V.*

* Ἄλλην &c.] *Suidas*: Παρῳδῆσαι, ἄλλην ᾆσαι ᾠδήν· sed ea potestas inepte quadrat *Luciani* loco. *T. H.*

Ἀμφιρύτῃ] Sic scribas simplici ρ cum *Fl.* non duplici, ut in reliquis. *M. du S.*

77. Πολυκράτη] *Herodotus* in Thalia. *J. Br.*

80. Μαιανδρίου] Hic herum prodit; supra tyrannidem ipse occupasse dicitur *Mev.* c. 16. *M. du S.*

81. Ὀροίτῃ] *Dion Chrys.* Or. XVII. p. 251. Καὶ μὴν Πολυκράτη φασὶ . . . . ἀμφιπλεύσαντα πρὸς Ὀροίτην, ὡς χρήματα λάβοι, μηδὲ ῥᾳδίου γε θανάτου τυχεῖν, ἀλλὰ ἀνασκολοπισθέντα ὑπὸ τῶν Βαρβάρου ἀμφιφαρῆναι· idem, uti vides, quod *Lucianus*, verbum usurpavit: Satrapae nomen unius literae discrimen habet. Quia *Herodotus* Ὀροίτην vocavit, eam formam post *Victorium* ubique restitutam volunt Eruditi Viri: lege notas *Jo. Davisii* ad *Cicero*n. de F. B. & M. V, 31. Ego, qui persuasum habeam a diversis auctoribus non prorsus simili modo Polycratis historiam esse memoriae proditam, utrumque Ὀροίτῃ & Ὀρόντῃ retinendum judico, & MSS. duces sequor: *Suidas* neutrum omisit. Ὀρόντου τοῦ σατράπου τῆς Ἀρμενίας meminit *Polyaen.* IV, 8. §. 3. & alterius VII, 13. & 14. De Macandrio vide ad p. 478. Qui Μαίανδρος erat in priscis *Herodoti* Edd. Μαιάνδριον fecit ex Cod. Med. *Jac. Gronovius*. *T. H.*

84. Εὖγε, ὦ Κλωθοῖ, γενικῶς] Mss. εὖγε κλωθοῖ γενικὴ, vulgo γενικῶς. Quae autem generositas in capitibus hominum truncandis, & palo suffigendis? Sed forte scrib. γεννικῶς, *strenue*, *fortiter*. Mox scribe νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ ex *Homer.* Odyss. A. v. 40. minuta haec sunt, sed tamen omnes, quas vidi, editiones deturpant. Quae de Macandrio dominum suum Polycratem prodente scribit, non leguntur apud *Herodotum*, sed ex alio Historico illa hausit. Apud *Herodotum* sponte sua proficiscitur Polycrates ad Orœtem. *J. G. G.*

Εὖγε ὦ Κλωθοῖ, γενικῶς ἐς αὐτούς, ὦ βελτίστη, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀπότεμνε] Aut aliter vertendum, quam fecit *Benedictus*, nempe *generose*; aut scribendum γεννικῶς, ut in Tyrannicida: εὖ δ' ἐπιχειρεῖν τις ἐτόλμα τῇ γεννικῶν. In Vitarum auctione: βίον ἀνδρικὸν πωλῶ, βίον ἄριστον καὶ γενναῖον. In Pseudomante: πάνυ γεννικῶς καρτερήσας. Nam placuit ea vox auctori. *J. G.*

Ibid. Γεννικῶς] Sic, ut emendare jusserant Viri Docti, Ed. *J.* Reliquae vitiose γενικῶς, nisi quod G. & P. γενικὴ, etiam prave. *M. du S.*

Γεννικῶς] Quae ad p. 9. observata sunt, adverbium hoc unius literae accessione locupletandum esse satis probant: opera mea supersedere licuisset, si tum ad manum fuissent, quae docte scripsit Vir eximius *Laur. Norrmann.* ad *Thom. Mag.* Laudat. Gregor. Nazianz. p. 167. 168. ubi, postquam de γενικὸς & γεννικὸς egit, *ne adverbio* γεννικῶς, *hactenus sine certo lare ac patrono oberranti*, ἀπροσασίου *fortassean impingatur dica*, *suos illi etiam penates vindicesque reddit*. Ne hic quidem locus ejus diligentiam effugit; quo posito, *Junta*, inquit, γεννικῶς· *Aldus*, γεννικὴ. *T. H.*

87. Ἐν τοσούτῳ] Errorem Interpretum perstrinxit *L. Bos* Ell. Gr. p. 200. *T. H.*

Ibid. Ἐπαιρέσθων] Ἐπαιρέσθωσαν. *J. Br.*

Ἐπαιρέσθων] Probanda omnino est emendatio *Brodaei*

nec purpuream veſtem, neque tiaram, nec ornatum aureum ſecum ferentes.

15. MERC. Et illorum quidem, quos dixi, talis erit ſors: multitudinem autem, Charon, iſtam vides, navigantes, bellantes, in judiciis verſantes, agros colentes, fœnus exercentes, ſtipem petentes. CHAR. Equidem video variam quandam turbam, plenamque trepidi tumultus vitam; quin & urbes eorum perſimiles alveariburs, in quibus unusquisque proprium quemdam aculeum habet, proximumque pungit; at pauci nonnulli, tanquam veſpæ, agunt feruntque inbecilliores. Quod autem circumvolat eos ex occulto, agmen illud, quinam ſunt? MERC. Spes, Charon, & metus, & amentiæ, voluptates, avari-

πορφυρίδα, μήτε τιάραν, ἢ κλίνην χρυσῆν κομίζοντας.

ΕΡΜ. Καὶ τὰ μὲν τούτων ὧδε ἔχει. τὸ δὲ πληθύν, ὦ Χάρων, ὁρᾷς, τοὺς πλέοντας αὐ-95τῶν, τοὺς πολεμοῦντας, τοὺς δικαζομένους, τοὺς γεωργοῦντας, τοὺς δανείζοντας, τοὺς προσαιτοῦντας; ΧΑΡ. Ὁρῶ ποικίλην τίνα τύρβην, καὶ μεστὸν ταραχῆς τὸν βίον, καὶ τὰς πόλεις γε αὐτῶν ἐοικυίας τοῖς σμήνεσιν, ἐν οἷς ἅπας μὲν ἴδιόν τι κέντρον ἔχει, καὶ τὸν πλησίον κεντεῖ· ὀλίγοι δέ τινες, ὥσπερ σφῆκες, ἄγουσι, καὶ φέρουσι τὸν ὑποδεέστερον. ὁ δὲ περιπετόμενος αὐτοὺς ἐκ τ' ἀφανοῦς ὅτου ὄχλος τίνες εἰσίν; ΕΡΜ. Ἐλπίδες, ὦ Χάρων, καὶ [b] δείμαλα, καὶ ἄνοιαι, καὶ ἡδοναὶ, καὶ φιλαργυρίαι,

b Δείμαλα] *F.* & *P.* perperam δὲ γμαῖα· eaedem τ' ἀφανοῦς· in ceteris fere τἀφανοῦς. Verum in ſola *F.* eſt ἄνοια.

93. Τὴν δὲ πληθὺν ὦ Χάρων † ὁρᾷ] Τοὺς γεωργοῦντας, τοὺς δανείζοντας, τοὺς προσαιτοῦντας. *V.*

† Ὁρᾷ] Prima haec vox male habet; nec quid voluerit Scholii auctor patet, cum trunca tantum textus verba adferat. *M. du S.*

daei in Miſcell. IX. c. 10. legentis ἐπαιρέθησαν. Præterquam enim quod & in præcedentibus, & ſequentibus non niſi in plurali fit ſermo, non ad duos tantum id, quod hic dicitur, referendum, ſed ad omnes illos impotentes & tumidos terrarum dominos, de quibus Charon & Mercurius ante fuerant loquuti; ad Crœſum nempe, Cyrum, Tomyrin, Cambyſen, Polycratem. Hi ut ad altiſſimum adſcendant faſtigium, precatur Charon Clotho, quo miſerius poſtea, & lapſu graviore ruant. Qui tamen vulgatam lectionem velit defendere, poſſit inferre, *Lucianum* hic ποιητικῶς uti duali, quo nihil apud *Homerum* frequentius. *J. J.*

Ἐπαιρέθων] Lectionem optimam hanc, utpote Atticam, fruſtra ſollicitant *Bourdelot.* & Cl. *Jenſius.* Vid. Νεκρ. Δ. X. §. 2. *M. du S.*

1. Ἰδιόν τι κ. τ. λ. καὶ τὸν πλ. κ.] Huc faciunt verſus *Lucilii*, quos *Lactantius* habet Inſt. Divin. V. c. 9. quibus mores Romanorum deſcribuntur perquam graphice:

Nunc vero a mane ad noctem, feſto atque profeſto,
Toto itidem pariterque die populique Patresque
Factare indu foro ſe omnes, decedere nusquam,
Uni ſe atque eidem ſtudio omnes dedere, & arti,
Verba dare ut caute poſſint, pugnare doloſe,
Blanditia certare, bonum ſimulare virum ſe,
Inſidias facere, ut ſi hoſtes ſint omnibus omnes.

Ejusmodi homines egregie deſcribuntur inſtar apum, quae invicem ſe pungunt. *J. C.*

2. Ὥσπερ σφῆκες] Illa veſparum imago aculeis nocentiſſimis armatarum ex *Ariſtophanis* fabula cognomine videtur adumbrata; ubi chorus ſenum veſpas ſimulans in ſcenam procedit. Adeo noxium animalis genus, ut vel per quietem oblatum malos homines ac crudeles ſignificet, interprete *Artemidoro* II, 22. Hinc ſycophantae & veſpis comparantur, & aculeis inſtrui ſolent: *Philoſtr.* de V. A. T. VII. p. 273. v. 27. τοὺς δὲ τοιούτους ἀποδλίττουσιν (editur ὑποδλίττουσιν) οἱ συκοφάνται κέντρα ἐπ' αὐτοὺς ῥήμασι τὴν γλῶτταν. Conferendi ſunt *Platonis* illi κηφῆνες κεκευθμένοι & δεινὰ κέντρα ἔχοντες de Rep. VIII. p. 716. C. de quibus ad *Themiſt.* Or. XXIII. p. 287. D. *Petavius.* T. H.

6. Ἄνοιαι] Sic neceſſario legendum, tum quia mox ita nominat ἄγνοιαν, ut qui de ea jam verba fecerit, tum quod cæteris omnibus intermixtam eſſe addit. Fl. ἄνοιαν· reliquae ἄνοιαι. *M. du S.*

Ἄνοιαι] Florentinum ἄνοια mutarunt, quia ſingularis unus inter tot plurales ferendus non videbatur. Hoc quidem leve: illud fere certum, utroque loco reponi alterutram vocem oportere: utra vero ſit in poſſeſſionem integram immittenda, ſine Codicibus arbitris decerni nequit; nam ſi veterum philoſophorum auctoritate ſtabimus, ἄνοια non minus quam ἄγνοια vitam humanam infeſtat. Ἄνοιαν equidem, adſiduam mortalium comitem & peſtem, quamvis me non fugiat *Cebetis* illud poculum πλάνης & ἀγνοίας, cui ἀφροσύνῃ alibi jungit, hinc removere nolui: mox autem ideo magis placet, τούτων δὲ ἡ ἄγνοια μὲν, quod ſta-

ρίαι, καὶ ὀργαὶ, καὶ μῖσος, καὶ τὰ τοιαῦτα. τούτων δὲ ἡ ἄγνοια μὴ κάτω ξυναναμέμιχθαι αὐτοῖς, καὶ ξυμπολιτεύεταί γε, νὴ Δία, καὶ τὸ μῖσος, καὶ ἡ ὀργὴ, καὶ ζηλοτυπία, καὶ ἀμαθία, καὶ ἀπορία, καὶ φιλαργυρία. ὁ φόβος δὲ, καὶ ἐλπίδες, ὑπὲρ ἄνω πετόμενοι, ὁ μὲν ἐμπίπλων ἐκπλήττει, ἐνίοτε καὶ ὑποπτήσσειν ποιεῖ· αἱ δ' ἐλπίδες ὑπὲρ κεφαλῆς αἰωρούμεναι, ὁπότ' ἂν μάλιστα οἴηταί τις ἁπλήψεσθαι αὐτῆς, ἀναπτάμεναι οἴχονται, κεχηνότας αὐτοὺς ἀπολιποῦσαι, [a] ὅπερ καὶ τὸν Τάνταλον κάτω πάσχοντα ὁρᾷς ὑπὸ τοῦ ὕδατος.

Ἢν δ' ἀτενίσῃς, [b] κατόψει καὶ μοίρας ἄνω ὑφαινούσας ἑκάστῳ τὸν ἄτρακτον, ἀφ' οὗ ἤρτῆσθαι ξυμβέβηκεν ἅπασιν ἐκ λεπτῶν νημάτων. ὁρᾷς καθάπερ ἀράχνιά τινα καταβαίνοντα ἐφ' ἕκαστον ἀπὸ τῶν ἀτράκτων; ΧΑΡ. Ὁρῶ πάνυ λεπτὸν ἑκάστῳ νῆμα [c] ὑπεπλεγμένον γε τὰ πολλὰ, τοῦτο μὲν ἐκείνῳ, ἐκεῖνο δὲ ἄλλῳ. ΕΡΜ. Εἰκότως, ὦ πορθμεῦ· εἱμαρται γὰρ ἐκείνῳ μὲν, ὑπὸ τούτου φονευθῆναι· τούτῳ δὲ, ὑπ' ἄλλου· καὶ κληρονομῆσαί γε τοῦτον μὲν ἐκεῖνο, ὅτου ἂν ᾖ μικρότερον τὸ νῆμα· ἐκεῖνον δὲ αὖ τοῦτο· τοιόνδε γάρ τι ἡ ὑπόπλοκὴ δηλοῖ. ὁρᾷς δ' ὅσον ἐπὶ λεπτοῦ κρεμαμένους ἅπαντας; καὶ ὅτι μὲν

tia, iræ, odia, atque ejusmodi plura: ex eo numero amentia quidem infra ipsis adest inmixta, in eademque velut civitate degit, itemque odium, ira, æmulatio, inscitia, perplexa hæsitatio, & avaritia: sed metus & spes superne volitantes, ille quidem incidens mentem excutit, nonnunquam & paventem contrahere se facit; hæ vero capitibus inminentes, ubi maxime quis putat se prehensurum eas, avolant repente, hiantesque destituunt; quod ipsum & Tantalo vides accidere apud inferos ab aqua fugiente.

16. Quod si aciem intenderis, conspicies etiam Parcas stamina singulis versato deducentes fuso, unde nexos pendere contingat omnes ex tenuibus filis: videnne quasi aranearum fila quædam in singulos a fusis demissa? CHAR. Cerno tenuissimum unicuique licium additum inplexumque ut plurimum hoc illi, illud alii. MERC. Et jure quidem, portitor: nam illi fatale est, ab isto ut occidatur; isti, ut ab alio: huic vero, ut hæreditatem adeat ejus, cujus brevius sit filum: isti contra, ut illius: tale enim quiddam mutuus inplexus significat. Perspicis tamen a tenui filo suspensos omnes: is quidem sursum adtractus

a Ὅπερ] F. ὥσπερ prave. b Κατόψει] Hoc verbum exulat a F. c Ἐπιπεπλεγμένον] Ἐπιπεπλεγμένα P. J.

statim ἀμαθία nihil admodum ab ἀγνοία differens subsequatur: vide tamen c. XXI. T.H.

13. Ἐκπλήττει] Ἐκπλήττω, inquit *Thom. Magister*, ὑ μονον τὸ εἰς ἔκπληξιν ἄγω, ἀλλὰ & τὸ ἐκπλητίομαι· ἄταξ Λουκιανὸς ἐν τῷ Χαρων ἢ Ἐπισκοποῦντες· ἐκπλήττειν ἐνίοτε τὸ ὑποπτήσσειν ποιεῖ. Decepit *Thomam* vernaculi sermonis non callentissimum prava, quam suo in codice reperit, *Luciani* verborum lectio: bonum est, & indoli linguae Graecae conveniens, quod in nostris Edd. vulgatur. T.H.

24. Ἐπιπεπλέγμθα] P. & Ed. J. melius quam ἐπιπεπλεγμένον, quod in reliquis est. M. du S.

31. Ἀπὸ λεπτοῦ] Νήματος, μίτου, λίνου subaudiendum. *Erasm.* in Paroemia, *De filo pendet.* J. Br.

38. Κεῖσεται] Mallem scriptisset πεσεῖται, nisi revera, quod magis credo, sic scriptum reliquerit: postulare videntur sequentia μόγις καὶ τ. γ. ἐξακουσθέντος τὸ πτώματος. T.H.

44. Τῷ βελτίστου θανάτου] Morti personam accommodari notum est: notavit pluribus & ex hoc loco *Barth.* ad *Stat.* Th. IV, 528. Irritatus in Sisyphum Jupiter ἐπιπέμπει αὐτῷ τὸν Θάνατον sed ut omnium erat post homines natos versutissimus, tam validis constrictam vinculis tenuit, ut elabi nequiret, munusque suum fungi; donec Mars Morti liberatae Sisyphum in potestatem dederet. Rem memorabilem ex *Pherecyde* narrat *Schol. Homer.* ad Il. Z, 153. Cum Hercule quoque impari praelio congressus Orcus Alcestidem remisit, prout docet *Euripides* in illa fabula, ἄναλτα τὸν μελάμπεπλον νεκρῶν Θάνατον vocans v. 843. & δαιμόνων τὸν κοίρανον v. 1140. Non itaque mirum, si Deum fecerint, cui hymnorum postremum cecinit *Orpheus*: *Hesychio* Θάνατος . . . ὁ σωματοειδὴς θεὸς. *Xenoph. Ephes.* III. p. 49. δυοῖν ἀνάκειμαι θεοῖν Ἔρωτι καὶ Θανάτῳ scite *Lucianus* ἀγγέλους illi & ὑπηρέτας valde formidabiles adposuit. In miseriis, quae vitam humanam undiquaque circumstant, expingendis veterum industria figuras non minus multiplices quam elegantissimas adinvenit: quem non capiat *Æschinis* exactrix natura, quae, nisi debitum vitae mature red-

ctus ſublimis apparet; at paulo poſt præcipitatus abrupto lino, quando non amplius oneri ſuſtinendo ſufficiet, magnum edet ſomitum: hic autem paululum modo a terra levatus etiamſi ceciderit, nullo jacebit excitato ſonitu, ſic ut a vicinis vix caſus ejus exaudiatur. CHAR. Sunt illa, Mercuri, omnino ridicula.

17. MERC. Imo vero ne verbis quidem conſequi poſſis, prout dignum eſt, quanto ſint riſu excipienda, Charon: maxime ſi ſpectes eorum contentiſſima ſtudia, & quod inter medias ſpes intereant correpti ab optima Morte. Ejus autem ſunt nuncii miniſtrique valde multi, ut vides, frigora febrium & ardores, tabes, pulmonum adfectus, gladii, latrocinia, cicutæ potiones, judices, tyranni: horum ipſis nihil in mentem plane ſubit, dum felices agunt; ſimulatque offenderint, mox crebrum in ore ottotœ, ah, ah, hei mihi. Quod ſi ſtatim ab initio ſecum cogitaſſent tum ſe eſſe mortales, tum, pauxillum iſtud temporis in vitam quaſi peregrinatione inſtituta, abituros tanquam ex ſomnio, omnibus ſuper terram relictis, vixiſſent ſane ſapientius, minusque doloris morientes cepiſſent: nunc autem perpetuo quum ſe ſperent uſuros eſſe rebus præſentibus, ubi præſto fuerit miniſter, citaveritque & duxerit vinculis inpeditos febris tabisve, indignan-

ἀναςπαθεὶς ἄνω μετέωρος ὀλίγον, κ᾽ μὴ μικρὸν καλαπεσὼν, ἀπρᾴγεντος κ᾽ λίνου, ἐπειδὰν μηκέτι ἀντέχῃ πρὸς τὸ βάρος, μέγαν τ᾽ ψόφον ἐργάσεται. ὅτος δὲ ὀλίγον ἀπὸ γῆς αἰωρούμενος, ἢν κ᾽ πέσῃ, ἀψοφητὶ κείσεται, μόγις κ᾽ τοῖς γείτοσιν ἐξακουσθέντος κ᾽ πτώματος. ΧΑΡ. Παγγέλοια ταῦτα, ὦ Ἑρμῆ.

ΕΡΜ. Καὶ μὴν οὐδ᾽ εἰπεῖν ἔχοις ἂν χρὴ τ᾽ ἀξίαν, ὅπως ἐστὶ καλαγέλαστα, ὦ Χάρων· κ᾽ μάλιστα [d] αἱ ἄγαν σπουδαὶ αὐτῶν, κ᾽ τὸ μεταξὺ τ᾽ ἐλπίδων οἴχεσθαι, ἀναρπάσας γιγνομένους ὑπὸ κ᾽ βελτίστου θανάτου. ἄγγελοι δὲ αὐτοῦ, κ᾽ ὑπηρέται μάλα πολλοί, ὡς ὁρᾷς, ἠπίαλοι, κ᾽ πυρετοὶ, κ᾽ φθόαι, κ᾽ φθειριθυμονίαι, κ᾽ ξίφη, κ᾽ λῃστήρια, καὶ κώνεια, κ᾽ δικασταὶ, κ᾽ τύραννοι· κ᾽ τούτων οὐδὲν ὅλως αὐτοὺς εἰσέρχεται, ἐφ᾽ ἂν εὖ πράττωσιν· ὅταν δὲ σφαλῶσι, πολὺ τὸ ὀτοτοῖ, κ᾽ αἰ αἰ, κ᾽ ὤ μοι μοι. εἰ δ᾽ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἐνενόουν, ὅτι θνητοί τέ εἰσιν αὐτοὶ, κ᾽ ὀλίγον τοῦτον χρόνον ἐπιδημήσαντες τῷ βίῳ ἀπίασιν, ὥσπερ ἐξ ὀνείρατος, πάντα ὑπὲρ γῆς ἀφέντες, ἔζων τε ἂν σωφρονέστερον, κ᾽ ἧττον ἠνιῶντο ἀποθανόντες. νῦν δὲ ἐς ἀεὶ ἐλπίσαντες χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν, ἐπειδὰν ὀπαδὸς ὁ ὑπηρέτης καλῇ, κ᾽ ἀπάγῃ, πεδήσας τῷ πυρετῷ, ἢ τῇ φθόῃ, ἀγανακτοῦσι πρὸς τ᾽ ἀγω-

d Αἱ ἄγαν σπουδαὶ] Τὰ ἄγαν σπουδαῖα P. 7. idemque praefert margo *AIW.*

57. Χρῆσθαι] Χρήσασθαι. *V.*

reddatur, ὡς ὀδολοσάτις ἐπισᾶσα ἀνεχυράζει τὸ ᾠὸν &c. Dial. III. c. 9. Paulo aliter Bion ſe velut ex conducto ἐκ τοῦ σωματίου ἐξοικίζεσθαι ajebat, ὅταν ἡ μισθώσασα φύσις τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφαιρῆται, τὰ ὦτα &c. in illis apud *Stobaeum* reliquiis p. 19. v. 44. quas ego *Teletis* eſſe duco e libro περὶ φειδούσιων depromtas. Multa non aliena dabit *Hipparchus Pythagoreus* apud Eundem p. 573. quorum partem aliquam adſcribere juvat tum, quia cum Lucianeis & ſententia, & verbis ipſis apte congruunt, tum ut labes ſimul, quibus elegantiſſimus locus eſt infectus, detergam: πολλῶν ἐν τοιούτων φθειρομένων μήτε ταῖς κατὰ τὸ σῶμα εὐαμερίαις πεπτέχοντες σεμνυνόμενοι ἐπαιρώμεθα, αἵ τινες, ὀλίγῳ πυρετῷ ἐπιγινομένῳ, ἀνθέων τρόπῳ σωτόμως μαραινόμεναι· μήτε ταῖς ἐκτὸς νομιζομέναις εὐτυχίαις, αἱ κ᾽ αὐταὶ ποικίλως τάχιον ἀπόλλυσθαι ἢ γένεσθαι πεφύκασι· πάντα γὰρ ταῦτα ἄσατά τε κ᾽ ἀβέβαια Εἰρίπου τρόπον ἐν πολλαῖς κ᾽ ποικίλαις μεταβολαῖς γινόμενα παρειλήφαμεν, κ᾽ οὐδὲν αὐτῶν μένον, οὐδὲ ἀκίνητον, οὐδὲ βέβαιον, οὐδὲ ἀδιαίρετον. Ceterum quod infra *Noſter* habet ἐπιδημήσαντες τῷ βίῳ unde derivatum ſit, diſces ex notis ad p. 434. Ad illos autem ἀγγέλους & ὑπηρέτας Orci accedunt ἀπεψίαι κ᾽ δυσκινησίαι καθάπερ πρόαγγελοι κ᾽ πρόδρομοι κ᾽ κήρυκες νόσων apud *Plutarch.* T. II. p. 127. D. & p. 128. F. ὑφ᾽ ὧν ὥσπερ ὑπ᾽ ἀγγέλων ἢ κλητόρων, πυρετοῦ περὶ θύρας ὄντος, ἤδη θορυβούμενοι συνέλλουσιν ἑαυτούς. *Hipponactis* Scazon apud *Etymol.* p. 539. Κρηγὴ δὲ νεκρῶν ἄγγελός τε κ᾽ κῆρυξ. *T. H.*

ἀγωγὴν, ἢ ποτε προσδοκήσαντες [a] ἀποσπα-
σθήσεσθαι αὐτῆς. ἢ τί γὰρ οὐκ ἂν ποιήσειεν
ἐκεῖνος ὁ τὴν οἰκίαν σπουδῇ οἰκοδομούμενος, καὶ
τοὺς ἐργάτας ἐπισπέρχων, εἰ μάθοι, ὅτι ἡ
μὲν ἕξει τέλος αὐτῷ· ὁ δὲ, ἄρτι ἐπιθεὶς τὸν
ὄροφον, ἀπίοι, τῷ κληρονόμῳ καταλιπὼν
ἀπολαύειν αὐτῆς, αὐτὸς [b] μηδὲ δειπνήσας
ἅθλιος ἐν αὐτῇ; ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὁ χαίρων,
ὅτι ἄῤῥενα παῖδα ἔτεκεν αὐτῷ ἡ γυνὴ, καὶ
φίλους διὰ τοῦτο ἐρανίζων, καὶ τέκνωμα τῷ πα-
τρὸς τιθέμενος, εἰ ἠπίσταλο, ὡς [c] ἑπτέτης
γενόμενος ὁ παῖς τεθνήξεται, ἆρα ἄν σοι δοκεῖ
χαίρειν ἐπ' αὐτῷ γενομένῳ; ἀλλὰ τὸ αἴ-
τιον, ὅτι τὸν μὲν εὐτυχοῦντα ἐπὶ τῷ παιδὶ
ἐκεῖνον ὁρᾷ, τὸν δὲ ἀθλητὴν πατέρα τῷ Ὀλύμ-
πια νενικηκότι· τὸν γείτονα δὲ, τὸν ἐκκομί-
ζοντα τὸ παιδίον, οὐχ ὁρᾷ, οὐδὲ οἶδεν ἀφ'
οἵας αὐτῷ κρόκης ἐκρέμαλο. τοὺς μὲν γὰρ εἰς
τὸν ὅρον διαφερομένους ὁρᾷς, ὅσοι εἰσὶ, καὶ τοὺς
ξυναγείροντας τὰ χρήματα, εἶτα, πρὶν ἀπο-

60 tur se abduci, ut qui nondum expectaverant fore, ut inde avellerentur. Quid enimvero non faciat iste, qui domum gnaviter ædificat, operariosque urget, si didicerit, hanc quidem esse sibi finiendam, at se, vixdum inposito tecto, decessurum, hæredique relicturum, ut ea domo fruatur, in qua ne semel quidem ipse miser cœnaverit. Ille porro, qui gaudet, quod masculum infantem uxor sibi pepererit, ideoque amicos prolixe accipit nominalia celebrans, si sciret septennem puerum esse obiturum, num tibi videtur lætaturus eo nato? sed hoc nimirum in causa est, quod illum felicem filii sorte contempletur, athletæ patrem Olympico certamine victoris; sed vicinum, qui exequias it infanti, non cernit, neque novit, a quo stamine pependerit. Jam de finibus litigantium vides quantus sit numerus; item eorum, qui coacervant pecunias, tum, antequam frui li-

a Ἀποσπασθήσεσθαι] F. ἀποσπαθήσεσθαι. b Μηδὲ] Δὲ οὐδὲ P. & in ora *AiW.* c Ἑπτέτης] *Ald.* ἑπταέτης. Hoc notatum invenio ad marginem *AiW.* Ἑπτέτης & ἑπταέτης utraque sunt in usu, nec scribendi modus, quem omnes Edd. habent, est reprehendendus.

65. Ἄξιοι] Melius ad ἕξει conveniat ἄπειστ· nihil tamen muto. Ὁ δὲ pro αὐτὸς δέ. *T. H.*

70. Ἑπτέτης] Perperam in omnibus editionibus legitur ἑπτέτης pro ἑπταέτης. *J. G. G.*

72. Ἀλλὰ τὸ αἴτιον] *Hoc sane in causa est.* *J. Br.*

76. Ἀφ' οἵας αὐτῷ κρ.] An scribendum? ἀφ' οἵας αὐτὸς κρόκης ἐκρέμασται. *F. G.*

77. Αὐτῷ] Ut περὶ Πένθ. §. 15. οὐθ' ὁ, τι πέπονθεν αὐτῷ ὁ παῖς εἰδότα. Legi posset αὐτὸ, scilicet παιδίον, genere ad proxime praecedens nomen inflexo. *Plutarch.* Phoc. p. 755. E. ἐπιφανῆναι τοῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ Μακεδονίαν ὡς παλαιοῦ καὶ σαπροῦ χρεμαμένοις πήμονος· sic Demades Antipatrum senem designabat. *T. H.*

86. Τις αὐτῶν] Αὐτοὺς forte. *F. G.*

87. Ἔξω τοῦ ἀδ.] Observandus omnino hic usus vocis ἔξω a vulgari longe dissitus. Sic ἔξω φρένων. Vid. *Tacit.* H. I, 15, 7. *M. du S.*

Ibid. Ὡς φῂς] Haud minus est, quam quod in Edd. extat, incommodum ὡς φασιν· quorsum enim referas, aut quem sensum congruentem inde extundas? Non dubito, quin verum sit ὡς ἔφην. Ante locutus erat de Crœso, Cyro, Polycrate, quorum exemplis abunde constabat τὸ ἀβέβαιον & ἀμφίβολον τῆς τύχης. Imo vero suspicionem eam aliquando cepi, ac si omnis haec oratio Mercurii, ἣν γοῦν . . . . . τῶν ἰδιωτῶν ἀν εἴη, sedibus suis exturbata huc nescio quo casu pervenisset: inserueris enim c. XV. post ista, καὶ τὰ μὲν τούτων ὧδε ἔχει, nemo facile negabit, aptissime dictorum ordinem cohaerere. Attamen videndum est, ne cuncta haec, deleta Mercurii persona, Charonti melius adscribantur: nihil enim in his apparet, quod Charon pro singulari ingenii solertia jam rerum humanarum, quas simul omnes oculis habebat subjectas, non mediocriter peritus, dicere non potuerit: egregie favet totius orationis nexus: sic eadem opera servare licet ὡς φῂς, *ut tu, Mercuri, dicis*; quanquam opportunius existimem, ὃ ἔφης, *quod tu nimirum ante dicebas*, quum magnos reges inopinato fortunae impetu eversos demonstrares. In hanc opinionem postremam propendere me fateor. *Dion* autem *Chrysostomus* quae scripsit in Charid. p. 302. 303. omnino digna sunt, ut cum *Luciano* componantur. *T. H.*

88. Φασὶν] L. In reliquis φῂς. *M. du S.*

92. Ἐῶ πένθη] *Praetereo luctus.* *J. Br.*

Ibid. Ἐξ ἰσοτιμίας] Id est, ἐξ ἴσου, ἴσως. *F. G.*

93. Ὅπου

liceat, citantur ab iis, quos modo dixi imminentibus nunciis & miniſtris.

18. CHAR. Hæc omnia video, & apud animum meum cogito, quid ipſis dulce ſit in curſu vitæ, quidve ſit illud, quo privati indignantur. MERC. Porro ſi quis reges eorum intueatur, qui eſſe feliciſſimi cenſentur, præter inſtabilem eorum atque ancipitem fortunam, multo plura jucundis ingrata inveniet ipſis adeſſe, timores, perturbationes, odia, inſidias, iras, adulationes: in his enim malis omnes verſantur. Mitto luctus, morbos, adfectiones, quæ ſcilicet in eos æquali jure atque in alios quosvis imperium exercent. Nunc ubi regum iſtorum conditio miſera eſt atque ærumnoſa, exputare commodum, qualis privatorum ſit hominum.

19. CHAR. Atenim exponere tibi volo, Mercuri, cuinam rei ſimiles mihi viſi fuerint homines, eorumque univerſa vita. Tu ſane bullas aliquando in aqua ſpectaſti ſub ſcatebra violenter præcipitante

ὀλαῦσαι αὐτῷ καλυμμένης ὑφ' ὧν εἶπον ὀπιόντων ἀγγέλων τε, καὶ ὑπηρετῶν.

ΧΑΡ. Ὁρῶ πάντα ταῦτα, καὶ πρὸς ἐμαυτὸν ἐγὼ ἐννοῶ, [d] τί τὸ ἡδὺ αὐτοῖς πολλαχοῦ † βίου, ἢ τί ἐκεῖνό ἐστιν, ὃ στερούμενοι ἀγανακτοῦσιν. ΕΡΜ. Ἦν γοῦν τὰς βασιλέας ἴδῃ τις αὐτῶν, οἵπερ εὐδαιμονέστατοι εἶναι δοκοῦσιν, ἔξω γε ἀσεβαίης, καὶ ὡς [e] φησὶ ἀμφιβόλου ἡ τύχης, πλείω τὰ ἡδέα τὰ ἀνιαρὰ εὑρήσει προσόντα αὐτοῖς, φόβους, καὶ ταραχὰς, καὶ μίσην, καὶ ὀπιθοδόλας, καὶ ὀργὰς, καὶ κολακείας· τούτοις γὰρ ἅπασιν ξύνεισιν. ἐνθῦμα, καὶ νόσους, καὶ πάθη, ἐξ ἰσοτιμίας δηλαδὴ ἀρχόντα αὐτῶν. ὅπου δὲ τὰ τούτων πονηρὰ, λογίζεσθαι καιρὸς, οἷα τὰ τῶν ἰδιωτῶν ἂν εἴη.

ΧΑΡ. Ἐθέλω γοῦν σοι, ὦ Ἑρμῆ, εἰπεῖν, ᾧ τινι ἐοικέναι μοι ἔδοξαν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὁ βίος ἅπας αὐτῶν. ἤδη ποτὲ πομφόλυγας ἐν ὕδατι ἐθεάσω ὑπὸ χρυσῷ τινι καταρράτῳ ἀνι-

d Τί] F. & J. ὅτι. Bonum eſt ὅ, τι, ponique ſolet nonnunquam pro τί. e Φῄς] L. φασι.

81. * Ἀγγέλων] Ἐπιόντων. V. ἀντὶ τοῦ ὑπὸ τῶν ἐπιόντων. G.

98. Πομφόλυγας ἐν ὕδατι] Ἄγαν † εὐφυὲς φιλόσοφον γράμμα. V.

* Ἀγγέλων] Hic pravum, quo utebatur, codicem ex meliori emendabat. M. du S.

Quorſum haec ſpectet adnotatio, non intelligo. Primus enarrator forte ſtructuram expedire voluit; ἀντὶ τοῦ, ὑπὸ τῶν ἐπιόντων ἀγγέλων τε καὶ ὑπηρετῶν, ὃς εἶπον· quam ſuſpicionem injiciunt Exc. G. poſtmodum illa deſcribendo ſunt corrupta T. H.

† Εὐφυὲς] In V. & A. Ed. ἐμφυὲς· quod tanquam alienum in hoc loco ab uſu Graeci ſermonis emendare non dubitavi. T. H.

93. Ὅπου δὲ] Ὅπου δὴ forte. F. G.

Ὅπου δὲ τὰ τούτων πονηρὰ, λογίζεσθαι καιρὸς οἷα τὰ τῶν ἰδιωτῶν ἂν εἴη] Non poſſunt his verbis reſpondere, quæ eis Latina appinxit *Moſellanus*: *usque adeo, ut non minoris fuerit & temporis & negotii, horum hic recenſere mala, quam & privatorum.* Neque enim in his Græcis tale quid agnoſco. Nec melior *Benedictus Moſellanum* circumludens: *quandoquidem horum mala recenſere non minus temporis exigeret quam quæ ſunt privatorum*; qualis comparatio prorſus non exſtat in Græcis. Verto: *Quum*, vel, *ubi vero hæc ſint regum mala, opportunum*, vel, *præſto eſt colligere, qualia ſint privatorum.* J. G.

94. Λογίζεσθαι] *Chryſoſtom* Hom. ad Pop. Antioch. XVIII. 274, 2. Τοσαῦται δὲ τοῖς βασιλεύουσιν ἀθυμίαι ἀναγκαῖαι, ὅσαι τῇ θαλάττῃ τὰ κύματα· εἰ δὲ βασιλεῖς οὐκ ἄλυπον ἐργάσεσθαι βίον, τί ἕτερον διανοήσεσθαι καθορθῶσαι τοῦτο; τί μὲ βιαίων ἔδλεν· τὸ δὲ Παύλου ῥῆμα μόνον τὸ βραχὺ τοῦτο . . . . χαίρειν ἐν Κυρίῳ πάντοτε. M. du S.

98. Πομφόλυγας] Ex *Homero* poſtea vocat φύκια, φυσαλίδας, φύσημα. J. B.

Πομφόλυγας] *Homo bulla*: eoque magis ſenex, inquit *Varro* de R. R. I. c. 1. annum agens octogeſimum. *Eraſmus* in iſto adagio & *Luciani* noſtri meminit, & ad deplorandam humanae vitae fragilitatem ingenio fraena laxavit. Πομφολυξ autem ἡ ἐπιπεσόντος ὕδατος ἐν ὑποκειμένῳ ὕδατι ἐπανάστασις, definiente *Arati* Schol. ad Διοσ. v. 248. Vide *Heſych.* qui praeterea docet ἐπὶ τῆς ἀγκυνῆς φυσιωμένων λέγεσθαι τὴν λίξιν. Sententiam valde appoſitam habet *Suidas*: Ὥσπερ πομφόλυξ ῥαγεῖσα ἀφανίζεται, ἕτω μνήμη ὑπερηφάνου ἔσεται μὴ θνητόν. T. H.

ἀνιταμένας; τὰς φυσαλλίδας λέγω, ἀφ' ὧν ξυναγείρεται ὁ ἀφρός. ἐκείνων τοίνυν αἱ μέν τινες μικραί εἰσι, καὶ αὐτίκα ἐκραγεῖσαι ἀπέσβησαν· αἱ δ' ὅτι πλέον διαρκοῦσι καὶ προχωροῦσιν αὐταῖς τῶν ἄλλων αὗται [a] ὑπερφυσῶνται ἐς μέγιστον ὄγκον αἴρονται· εἶτα μέντοι κἀκεῖναι πᾶσαι ἐξερράγησαν ποτε· καὶ γὰρ οἷόν τε ἄλλως γενέσθαι. τοῦτό ἐστιν ὁ ἀνθρώπων βίος. ἅπαντες ὑπὸ πνεύματος ἐμπεφυσημένοι, οἱ μὲν μείζους, οἱ δ' ἐλάττους· καὶ οἱ μὲν ὀλιγοχρόνιον ἔχουσι, καὶ ὠκύμορον τὸ φύσημα· οἱ δὲ ἅμα τῷ ξυστῆναι ἐπαύσαντο. πᾶσι δ' ἓν ἀπορραγῆναι ἀναγκαῖον. EPM. Οὐδὲν χεῖρον σὺ τοῦ Ὁμήρου εἴκασας, ὦ Χάρων, ὃς φύλλοις τὸ γένος αὐτῶν ὁμοιοῖ.

existentes; bullas istas inquam inflatas, unde cogitur spuma: earum quædam parvæ, quæ statim diruptæ solent extingui; aliæ diutius perdurant, accedentibusque aliis mirifice inflatæ maximum in tumorem excrescunt: nec tamen & ipsæ non tandem ruptæ dilabuntur; haud enim aliter fieri potest. Id ipsum est hominum vita: cuncti a spiritu quodam intumuerunt, hi majores, illi minores: & nonnulli quidem brevissimi temporis habent & cito pereuntem inflationem: alii simul atque coaluerint deficiunt: veruntamen omnibus bullæ modo ruptis interire necesse est. MERC. Nulla quidem parte deteriorem, Charon, comparationem instituisti, quam Homerus, qui cum foliis genus hominum confert.

XAP. Καὶ τοιοῦτοι ὄντες, ὦ Ἑρμῆ, ὁρᾷς οἷα ποιοῦσι, διαχῶν περὶ τιμῆς καὶ κτήσεων ἀμιλλώμενοι, ἃ χρὴ ἅπαντα καταλιπόντας αὐτοὺς δεῆσει, ἕνα ὀβολὸν ἔχοντας, ἥκειν παρ' ἡμᾶς. βούλει οὖν, ἐπειδὴ περ ἐν ὑψηλῷ ἐσμεν, ἀναβοήσας παμμέγεθες ἐπαινέσω αὐτοὺς, ἀπέχεσθαι μὲν τῶν ματαίων πόνων, ζῆν δὲ ἀεὶ τὸν θάνατον πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντας, λέγων, Ὦ μάταιοι, τί ἐσπουδάκατε περὶ ταῦτα; παύσασθε κάμνοντες· καὶ γὰρ ἐς ἀεὶ βιάσεσθε· οὐδὲν γὰρ ἐνταῦθα σεμνὸν [b] ἀΐδιόν ἐστιν, οὐδ' ἂν ἀπά-

20. CHAR. Ejusmodi quum sint, Mercuri, vides qualia designent, quamque ambitiosa contentione inter se de magistratibus, honoribus & possessionibus decertent; quibus tamen omnibus relictis non effugient, quin haud plus uno obolo habentes veniant ad nos. Vinne ergo, quoniam in alto sumus, quanta potero maxima voce exclamem, adhorterque eos, ut abstineant se a vanis laboribus, eoque modo vivant, ut semper mortem sibi ante oculos habeant positam, sic eos compellans: Inepti, quid studium istis in rebus abutimini? desinite fatigari, non enim in perpe-

a Ὑπερφυσώμεθαι] Prave *J.* ὑπερφυσόμεθαι. b Ἀΐδιον] Mendose F. & *Al.* ἀοίδιον adscriptum est in ora libri Wesselingiani: ἀΐδιον *Ald.*

4. Ἀπέσβησαν] Σβεννύω. Hinc adagium: *Homo bulla est.* *J. Br.*

Ἀπέσβησαν] Id est, ἀποσβῆναι εἰώθασι. De illo Aoristi primi usu frequentissimo praecipiens *H. Stephanus* App. de D. A. p. 144. hunc Luciani locum posuit, atque insuper observari jubet, *quum* Noster *usus sit aoristo, deinde praesenti, tandem ad aoristum redire in verbis, quae proxime sequuntur, ἐξερράγησαν ποτε.* Eundem loquendi morem plures explicarunt, *Is. Casaubon.* ad *Diogen. L.* I, 71. ad *Pers.* Sat. II, 5. ubi tamen quando *libabit* alteri lectioni *libavit* ideo praefert, *quia non sic Latini loquuntur, verum Graeci*, Viro magno non adsentior: *Fr. Nansius* ad *Nonni* P. E. J. XI, 73. *J. G. Graevius* ad *Hesiod.* Ἔ. Κ' Ἡ. v. 185. & denique *P. Horreus* ad *Æschin.* Dial. I. p. 28. *T. H.*

47. Φαίνομαι] Lucianus exigens a Philosophis, ut aliquis eligatur, qui caussae suae sedeat judex, & vel omnes, vel unus ex eorum turba se accuset, ait, Ἐγὼ δὲ ἀπολογήσομαι πρὸς τὰ ἐγκλήματα. κἄτα εἰ μέν τι ἀδικῶν φαίνομαι, καὶ τοῦτο περὶ ἐμοῦ γνῶ τὸ δικαστήριον, ὑφίξω δηλαδὴ τὴν ἀξίαν. Poscitur omnino φαίνωμαι, idque praecipue ob sequens γνῶ. *Ego vero adversus cri-*

Sed quidquid sit, certe non indemnatum, viri admirabiles, nec ante judicium me occideritis. Vestrum enim quoque hoc fuerit, non vi, nec prout quis robustior est, rem gerere, sed jure lites dirimi, redditis invicem auditisque rationibus. Itaque judice capto accusate me vos aut simul omnes, aut quemcunque pro universis dicturum suffragiis vestris elegeritis: ego vero criminibus respondebo. Si deinde pareat, me feciſſe injuriam, idque de me statuerit judicium, sustinebo nimirum justam poenam, vos vero nihil per vim audebitis. Si vero, cognitione facta, purus vobis & reprehensione indignus inveniar, absolvent me scilicet judices, vos vero in eos iram vertetis, qui deceperunt vos, & contra nos incitarunt.

τόκ γε ὦ θαυμάσιοι, μηδὲ πρὸ δίκης ἀποκτείνητέ με. ὑμέτερον γὰρ τοῦτο ἦν, μὴ βίᾳ, μηδὲ κατὰ τὸ ἰσχυρότερον πολιτεύεσθαι, δίκῃ δὲ τὰ διάφορα [c] διαλύεσθαι διδόντας λόγους, καὶ δεχομένους ἐν τῷ μέρει. ὥστε δικαστὴν ἑλόμενοι κατηγορήσατέ μου ὑμεῖς ἢ ἅπαντες, ἢ ὅν τινα ἂν χειροτονήσητε ὑπὲρ ἁπάντων. ἐγὼ δὲ ἀπολογήσομαι πρὸς τὰ ἐγκλήματα. κἂν [f] εἰ μού τι ἀδικῶν [g] φαίνωμαι, καὶ τοῦτο περὶ ἐμοῦ γνῷ τὸ δικαστήριον, ὑφέξω δηλαδὴ τὴν ἀξίαν. ὑμεῖς δὲ βίαιον οὐδὲν τολμήσετε. ἢν δὲ τὰς εὐθύνας ὑποσχὼν, καθαρὸς ὑμῖν καὶ ἀνεπίληπτος εὑρίσκωμαι, ἀφήσουσι [h] μοι δικασταί· ὑμεῖς δὲ, εἰς τοὺς ἐξαπατήσαντας ὑμᾶς καὶ παροξύναντας καθ' ἡμῶν τὴν ὀργὴν τρέψετε.

9. PLAT. Hoc vero illud fuerit, *Equum in campum*, ut tu impulsis in fraudem judicibus abeas. Ajunt enim te rhetorem esse & causidicum & versutum in dicendo veteratorem. Quem vero judicem vis fieri, quem tu non muneribus corruptum, ut multa injuste facitis, inducas, ut secundum te ferat sententiam. LUC. Hac quidem cura vos libero: suspectum

ΠΛΑΤ. Τοῦτο ἐκεῖνο, ἐς πεδίον τὸ ἵππον, ὡς παραπρεσβεύσοντες τοὺς δικαστὰς, ἀπέλθοις. φασὶ γὰρ ῥήτορά σε, καὶ δικανικόν τινα εἶναι, καὶ πανοῦργον ἐν τοῖς λόγοις. τίνα δὲ καὶ δικαστὴν ἐθέλεις γενέσθαι, ὅν τινα μὴ σὺ δωροδοκήσας, οἷα πολλὰ ποιεῖτε ἄδικα, πείσεις ὑπὲρ σοῦ ψηφίσασθαι; ΛΟΥΚ. Θαρρεῖτε τούτου γε ἕνεκα· ἀδέκαστον τοιοῦτον ζητητὴν

e Διαλύσασθαι] Λύεσθαι ex Fl. Vulgatam tuetur P. f Εἰ μή] Ἤ P. εἰ μή. Fl. g Φαίνωμαι] Sic P. B2. & Jens. Reliqui vitiose, φαίνομαι olim ediderant. h Μοι] Mss Angl. Rel. Edd. μοι.

55. Ἐς πεδίον τὸ ἵππον] Ἐς πεδίον τὸ ἵππον, * παροιμία ἐπὶ τῶν, ὁπηνίκα λόγχαν καὶ ἄρεσιν. τόδε ἐστὶ μέγα καὶ πρὸς ἐπίδειξιν σωτηρίου τῆς ἐπιζητούντων δυνάμεως, τὶ καταλληλότερον † ἵππῳ πεδίῳ, πρὸς τὸ τὴν οἰκείαν ἐπιδείξασθαι ἀρετήν· ‡ παρέλκεται ταύτῃ τῇ § παροιμίᾳ καὶ ταῦται, ¶ ὕδωρ βατράχῳ σίαρ γαλῇ, καὶ Λυδῷ πράγματα. V.

56. Παρακρουσάμενοι] Ἐξαπατήσας. V.

* Παροιμ.] Hanc enarrationem non agnoscunt C.

† Ἵππῳ] Ἵππον legebatur, sed Du Soul. in ῳ. mutavit.

‡ Παρέλκεται] Ita manu sua correxit M. du S., cum in impresso Graev. legeretur παραλλήλοις. Quod tamen credo se eadem ratione tueri posse, qua Attici composita ac derivata in ος & ως communiter accipiunt. J. F. R.

§ Παροιμ.] Secundum hoc Prov. in C. repetitur; in V. desiderabatur.

¶ Βατράχῳ] Verba duo sequentia σίαρ γαλῇ, in Impr. omissa addidit. M. du S.

crimina me defendam; denique si qua in re visus fuero injurius, idque de me judices statuerint, meritas videlicet poenas dabo. J. F.

52. Ἀφήσουσι μοι] Scribe, ut in Angl. C. ἀφήσουσί μοι & sic Interpres. J. B.

55. Ἐς πεδίον τὸ ἵππον] [Prov. *Platonis* in Theaet. ἵππον εἰς πεδίον προκαλεῖς, Σωκράτη εἰς λόγους.] A. V.

Ἐς πεδίον τὸ ἵππον] Vid. & *Brodaeum*, qui Eustathium affert hoc enodantem. *Thes. Cr.* II. 501. M. du S.

Ἐς πεδίον τὸ ἵππον] Remittit *Soulius* ad *Brodaeum*. Ecce igitur hujus verba, ex Miscel. P. 2. c. 22. Hoc est, quod dici solet: *Equum in planitiem*. Erasm. in Adag. *Eq. in pl.* quod ita enodat *Eustathius*: Ἵππῳ εἰς πεδίον, ἀντὶ τοῦ, εἰς πεδιάδα οἱ ἱππόται χρήσιμοι, ἐάν τις ᾖ ἐπὶ ἵππου νοήσῃ, ἐξεφαυλίζετο ὡς τοῖς σοφοῖς, καὶ αὐτὸς, καὶ σολοικίζειν κατὰ νοῦν ἐλέγετο. J. F. R.

62. Θαρρεῖτε] Lucianus itaque ubi postulasset aliquem sibi dari judicem, cui causam suam, si posset, pro-

τὴν ὑποψίαν, ἢ ἀμφίβολον ἀξιώσαιμ' ἂν γενέσθαι, καὶ ὅστις ἀποδώσεταί μοι τὸ ψῆφον ὁρᾶτε γάρ, τὴν Φιλοσοφίαν αὐτὴν μεθ' ὑμῶν ποιοῦμαι δικάστριαν ἔγωγε. ΠΛΑΤ. Καὶ τίς ἂν καλήγορήσειεν, εἴγε ἡμεῖς δικάσομεν; ΛΟΥΚ. Οἱ αὐτοὶ καλήγορεῖτε, καὶ δικάζετε· ὐδὲν ὐδὲ τοῦτο δέδια. τοσοῦτον ὑποφέρω τοῖς δικαίοις, καὶ ὀκ ἀφυσίας ἀπολογήσασθαι ὑπολαμβάνω.

ΠΛΑΤ. Τί ποιοῦμεν ὦ Πυθαγόρα, καὶ Σώκρατες; ἔοικε γὰρ ἀνὴρ οὐκ ἄλογα προκαλεῖσθαι, δικάζεσθαι ἀξιῶν. ΣΩΚ. Τί δὲ ἄλλο, ἢ βαδίζωμεν ἐπὶ τὸ δικαστήριον, καὶ τὴν Φιλοσοφίαν παραλαβόντες, ἀκούσωμεν ὅ, τι καὶ ἀπολογήσεται. τὸ μὲν [a] δίκης γὰρ ὐκ ἡμέτερον, ἀλλὰ δεινῶς ἰδιωτικὸν, ὀργίλων τινῶν ἀνθρώπων, καὶ τὸ δίκαιον ἐν τῇ χειρὶ τιθεμένων. [b] παρέξομεν γὰρ ἀφορμὰς τοῖς κακηγορεῖν ἐθέλουσι, κἀπαλεύσαντες ἄνδρα μηδὲν ἀπολογησάμενον ὑπὲρ ἑαυτοῦ. καὶ ταῦτα, δικαιοσύνη χαίρειν αὐτοὶ λέγοντες. ἢ τί ἂν εἴποιμεν Ἀνύτῳ καὶ [c] Μελίτῳ περὶ, τῶν ἐμοῦ καλήγορησάντων, ἢ τῶν τότε δικαστῶν, εἰ ὅτος τεθνή-

id genus judicem, aut ambiguum, quique calculum mihi suum vendat, esse velim neminem. Videte enim, ipsam vobiscum Philosophiam judicem vobis ipse fero. PLAT. Quis igitur accuset, siquidem nos judicaturi sumus. LUC. Vos iidem & accusate & judicate. Neque hoc quidquam metuo; tantum justitia caussae superoro, & ex abundanti caussam me dicturum confido.

10. PLAT. Quid agimus, Pythagora & Socrates? videtur enim vir non praeter rationem provocare, dum judicari postulat. SOCR. Quid vero aliud, quam eamus ad tribunal, & adsumta Philosophia audiamus, quid causae dicturus sit. Indicta enim caussa damnare nostrum non est, sed valde idioticum, iracundorum hominum, & jus in manu ponentium. Praebebimus enim occasiones volentibus male de nobis dicere, si indicta caussa virum lapidemus, idque homines gaudere nos justitia professi, aut de Anyto ac Melito quid dicemus, meis accusatoribus, aut de his, qui tum erant judices, si hic ne aqua quidem

a Δίκης γὰρ] Posthaec verba τιμωρίσασθαι inserit *Pell.* b Παρέξομεν] Παρέξωμεν. *J.* Sed vulgatam tuentur reliquae. c Μελίτου] Sic *H. B2. Fl.* recte. alio loco Μέλητος mendose scribitur, uti in Δημ. c. 11.

77. Τὸ πρὸ δίκης γὰρ] Προσυπακουστέον καταψηφίζεσθαι. *V.*

79. Καὶ τὸ δίκαιον ἐν τῇ χειρὶ] Ἐν τῷ βιάζεσθαι, ἐν τῇ δυνάμει. *V.*

81. Καταλεύσαντες] * Λιθοβολήσαντες. *V.*

* Λιθοβολήσαντες] Λιθοβολεύσαντες. *V.* *M. du S.*

probaret, Plato totam hanc judicis postulationem suspectam facit, aitque Lucianum in causis judicialibus versatissimum simul & versutissimum, aptum satis esse circumscribendo & corrumpendo, quicumque ipsi daretur, judici. Ad id respondet Λυκῖνος· Θαῤῥεῖτε. τούτου γε ἕνεκα, ὐδένα τοιοῦτον ἀμείνητην ὑποπτον, ἢ ἀμφίβολον ἀξιώσαιμ' ἂν γενέσθαι. Et hic locus prava interpunctione pessime habitus; & nihilo melior, ad mentem auctoris, oriri potuit interpretatio. Sic autem distingue, Θαῤῥεῖτε τούτου γε ἕνεκα. ὐδένα τοιοῦτον, &c. Secus illud τούτου γε ἕνεκα fuit ab Θαῤῥεῖτε divulsum, & sequentibus adjectum. Vult enim Auctor, *De eo quidem ne estote solliciti. Neminem ego talem constitui mihi postulare judicem, qui sis suspectus vel anceps.* Plane uti nos hanc lectionem dispositimus, deprehendimus postea haberi in editione Florentina, nisi quod illic particula γε, quam aliae editiones recte servant, est omissa. Mira profecto Interpretis prioris socordia, ut qui loquendi formulam aliquoties ab Nostro alibi usurpatam, non melius observarit, ut eam hoc in loco depravatam, integritati suae reddere non potuerit. Jam supra in Deor. dialogis p. 265. §. 15. Θαῤῥεῖ τούτου γε ἕνεκα. παῖδε γάρ μοι ἐσὸν δύω καλώ. *Ne fis de hoc quidem sollicitus: sunt enim mihi duo pulchri filii.* Infra quoque in Cataplo c. 8. Μεγαπένθης. Ἀπολεῖται ἂν χρυσὸς τοσοῦτος; Κλωθώ. ὀκ ἀπολεῖται. Θαῤῥεῖ τούτου γε ἕνεκα. Pro Imaginib. c. 16. Θαῤῥεῖ ὦ Λυκῖνε, τούτου γε ἕνεκα, ὡς ἔφαῦλόν μοι ὑποκριτὴν ἕξων τὸ ἀπολογίας. *Ne fis, mi Lucine, magnopere de hoc sollicitus; quippe qui non futilem me defensionis tuae habiturus sis actorem.* De morte Peregrini c. 26. Ἀλλὰ Θαῤῥεῖτε τούτου γε ἕνεκα. ἐγὼ

dem attributa (& *clepſydra*) moriatur? PLAT. Optime mones, Socrates. Itaque abeamus ad Philoſophiam. illa judicet, & nos ſententia illius ſtabimus.

11. LUC. Euge viri ſapientiſſimi, meliora iſta & magis legitima. Verum lapides ſervate, uti dixi, opus enim paullo poſt illis erit apud tribunal. Ubi vero Philoſophiam inveniat aliquis? nec enim ubi habitet, novi, quamquam longo tempore oberravi domo ejus quaerenda, ut illius conſuetudine uterer. Deinde cum inciderem in quosdam palliolis amictos, & prolixas barbas ſubmittentes, qui ab illa ſe venire dicerent, putans hos ſcire, interrogabam. At illi, qui multo quam ego magis ignorarunt, aut plane non reſpondere mihi, ne ignorantiae ſuae convincerentur, aut aliam pro alia januam mihi demonſtrare. Itaque ad hodiernum diem nondum invenire domum potui.

12. Saepe vero vel mea conjectura, vel aliquo deducente ad januas quasdam delatus ſum, firma cum ſpe tandem aliquando me inveniſſe, idque colligebam ex multitudine

ξεῖαι, [d] μηδὲ τοπαράπαν ὕδαλος μέλαλαβόνς. ΠΛΑΤ. Ἄριςα φρονεῖς ὦ Σώκραλες· ὥςε ἀπίωμεν ὅθι ἡ φιλοσοφία. ἡ δὲ, δικασάτω, ἢ ἡμεῖς ἀγαπήσομεν οἷς ἂν ἐκείνη δοκῇ.

ΛΟΥΚ. Εὖγε ὦ σοφώταλοι, ἀμείνω ταῦτα, καὶ νομιμώτερα. τὰς μέντοι λίθας φυλάτλετε ὡς ἔφην. δέησει γὰρ αὐτῶν μικρὸν ὕςερον ἐν τῷ δικαςηρίῳ. τοῦ δὲ τὴν φιλοσοφίαν εὕροι τις ἄν; ἃ γὰρ οἶδα ἔνθα οἰκεῖ. καίτοι πάνυ πολὺν ἐπλανήθην χρόνον ἀναζητῶν τὴν οἰκίαν, ὡς ξυγγενοίμην αὐτῇ. εἶτα ἐντυγχάνων ἄν τισι τριβώνια περιβεβλημένοις, καὶ κώγωνας βαθεῖς καθειμένοις, παρ' αὐτῆς ἐκείνης ἥκειν φάσκουσιν, οἰόμην εἰδέναι αὐτὰς, ἀνηρώτων. οἱ δὲ πολὺ μᾶλλον ἐμοῦ ἀγνοοῦντες, ἢ οὐδ' ὅλως ἀπεκρίνοντό μοι, ὡς μὴ ἐλέγχοιντο ὄντες εἰδότες, ἢ ἄλλην θύραν ἀντ' ἄλλης ἀπεδείκνυον. ὑδέπω γοῦν [e] καὶ πέμπτον ἐξοδυρεῖν δεδύνημαι τὴν οἰκίαν.

Πολλάκις δὲ αὐτὸς εἰκάσας, ἢ ξεναγήσαντός τινος; ἦκον ἐν ὅθι τινας θύρας, βεβαίως ἐλπίσας τότε γοῦν εὑρηκέναι· τεκμαιρόμενος τῷ πλήθει τῶν ἐσιόντων τε καὶ ἐξιόν-

[d] Μηδὲ] Μὴ δὲ *J. S.* μηδὲ *B2.* & *P.* &c. [e] Καὶ τέμπτον] Sic etiam *H. F. Fl.* & *P.*

86. Ὕδατος μελαλαβῶν] † Ἰσέον ὅτι οἱ ‡ Ἀθήνησι δικασαὶ ἐπέχειν βουλόμδοι τὰς ἀπεράντους φλυαρίας τῶν ῥητόρων, ὑδρίας ὕδατος ἐπλήρουν, καὶ ἁφ' τινος ἁφτρήματος § παρεῖχον τῷ ὕδατι ἔκροιαν ¶ ἐν ἀρχῇ τῆς ἀφέσεως τὸ κρουνίσκου ἐκέλδιον τὰ ῥήτορα λέγειν, ἄχρις ἂν τὸ πᾶν ** ἐκρυῇ· ἅτε δὴ ἐν πρὸς τὸ μέτρον τοῦ ὕδατος τὸν λόγον ποιούμδοι, †† συντέτμηνον ἐκόντες τὴν δημηγορίαν· ὅθεν παροιμία, μὴ λέγε ἐν τῷ ἐμῷ ὑδαλί.

Ὕδατος] Τὸ δικαςικοῦ ὕδατος πρὸς ὃ τοὺς λόγους οἱ δικαζόμδοι ἐποιοῦντο. *G.*

† Ἰσέον] Huic ſimile ſcholion, iisdemque paene conceptum verbis occurrit p. 16. Eundem etiam conſenſum alibi obſervare eſt, quo fit, ut credam duos hoſce ſcriptores multa ex eodem fonte hauſiſſe. *J. C.*

‡ Ἀθήνησι] Οἱ ἐν Ἀθήνησι legitur in V. male. *M. du S.*

§ Παρεῖχον] Παρήκων. V. *M. du S.*

¶ Κρυνίσκου] Ita in margine correxit *M. du Soul*: cum antea legeretur κοατηρίσκου. Recte quidem ſe habet correctio, ſed vellem addidiſſet, qua auctoritate facta ſit, quum altera lectio non tamen fuerit plane abſurda. *J. F. R.*

** Ἐκρυῇ] Ἐκροῖ legebatur in *Impr.* quod rurſus mutavit manus *Soulii*. Sed quum ſaepiſſime in marg. teſtetur, ſe ita ex collatione MS. *C.* & *V.* correxiſſe, etiam reliqua pleraque inde eum hauſiſſe credo. *J. F. R.*

†† Συντέτμηνον] Ἐντέτμηνον legebatur, noſter vero *Du Soul* adjecerat συνε. Ita ut legere poſſis συνεντέτμηνον vel συντέτμηνον; ſed poſterius eum voluiſſe, facile eſt conjicere, & iterum occurrit in Schol. ad c. 28. hujus dialogi. *J. F. R.*

γὰρ διομοσαίμην ἄν, &c. *J. J.*

Θαῤῥεῖτε τούτου γε ἕνεκα] Sic exhibui, ut cl. *Jenſius* juſſit, pravam interpunctionem tollendo. *J. F. R.*

70. Ἐκ περιουσίας] Adleverat orae *Ed. Graevii* clariſſ. *Hemſterhuſius*, *Dukerum* conſulendum ad Thucyd. VIII. p. 332. Sed eſt p. 532. n. 37. ubi ἐκ τοῦ περιόντος, & ἀπὸ περιουσίας, *ex abundanti*, ſive, *plus quam opus eſt*, ex Thucyd. adfertur, & haec Luciani verba eodem modo exponuntur. *J. F. R.*

79. Ἐν τῇ χειρὶ] In ferro & armis. *J. Br.*

86. Ὕδατος] *Aquam alicui fundere*, eſt ei locum dare dicendi & cauſam ſuam agendi, ad aquae enim menſuram certam oratores dicebant & clepſydram. *A. V.*

98. Παρ' αὐτῆς] Male olim vertebatur: *ad ipſam*. Vid. *L. Bos*, Obſ. crit. p. 50. *J. F. R.*

ἐξιόντων ἁπάντων σκυθρωπῶν, καὶ τὰ ἀχή-
μαλα εὐτελῶν, καὶ φρονιστικῶν τὸ πρόσωπον.
μετὰ τούτων δὴ ξυμπαραδυσθεὶς, καὶ αὐτὸς
εἰσῆλθον ἄν· εἶτα εἶδον γύναιόν τι οὐκ ἀπλοϊ-
κὸν, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ἐς τὸ [a] ἀφελὲς καὶ
ἀκόσμητον ἑαυτὴν ἐπερρύθμιζεν, ἀλλὰ καλε-
φάνη μοι αὐτίκα οὐδὲ τὸ ἄφθονον δοκεῖν τοῦ κό-
μης ἀκαλλώπιστον ἐῶσα, οὐδὲ τῷ ἱματίῳ τὴν
ἀναβολὴν ἀνεπιλήθευτος περιστέλλουσα. πρό-
δηλον δὲ ἦν κοσμουμένη αὐτοῖς καὶ πρὸς εὐ-
πρέπειαν τῷ ἀθεραπεύτῳ δοκοῦντι προχρω-
μένη. ὑπεφαίνετο δέ τι καὶ ψιμύθιον, [b] καὶ φύ-
κου, καὶ τὰ [c] ῥήματα πάνυ ἑταιρικά. καὶ
ἐπαινουμένη ὑπὸ τῶν ἐραστῶν [d] ἐς τὸ κάλλος,
ἔχαιρε. καὶ εἴ δοίη τις, προχείρως ἐδέχετο. καὶ
τοὺς πλουσιωτέρους ἂν [e] παρακαθισαμένη πλη-

intrantium & exeuntium, qui ſeveri omnes viderentur, habitu compoſito, & vultu acriorem cogitationem prae ſe ferente. Cum his igitur clanculum me inferciens & ipſe intrabam. Deinde vidi mulierculam minime candidam, quantumvis ad ſimplicitatem quamdam cultus expertem ſe concinnaret. Sed mox mihi apparuit ſcilicet, eam neque comas, quas negligenter ſolutas videri volebat, inornatas reliquiſſe, neque veſtis amictum ſine adfectatione compoſuiſſe. Manifeſto autem iis ſe rebus exornaverat, & ad decentiam, aſſimilato illo cultus neglectu, uſa fuerat. Sublucebat vero etiam aliquantum ceruſſae & fuci; verbaque omnino meretricia; laudarique ſe ab amatoribus pulchritudinis nomine gaudebat, &, ſi quis quid daret, accipiebat cupide, & cum ditioribus prope adſideret, pau-

a Ἀφελὲς] Ἀσφαλὲς vulgo edebatur in editt. novis & antiqq. Sed ἀφελὲς recte P. L. & *J.* Et recte conjecit *Graevius*. *b* Καὶ φύκους] Deeſt in Fl. Habent autem *H.* & P. *c* Ῥήματα] *Gronov.* χρώματα. *Pell.* ῥύμματα. Sed nihil mutant Edd. *d* Ἐς τὸ] Articulus τὸ abeſt a Fl. Nihil mutat *H. P.* *e* Παρακαθισαμένη] Παρακαθιζομένη Fl. Sed cum vulgata facit *H. P.*

28. Ἀναβολὴν] Περιβολὴν. *G.*

20. Ἀθεραπεύτῳ] Παϊδιωλῶς καλλιπεφρονημένῳ. *V.*

12. Ξυμπαραδυσθεὶς] Emenda ξυμπαραδυσθεὶς. *J. Brod.* in Miſc. *P.* 2. c. 22. Sed ſic jam habuere Editt. *P. S.* &c. In qua igitur malam lectionem — βυσθεὶς vult corrigi? In *Junt.* credo, ubi ſic editum fuiſſe, ſed manu *Soulii* correctum videtur, qui tamen nullam in ceteris variationem hic notavit. *J. F. R.*

14. Ἐς τὸ ἀσφαλὲς] Vertunt: *ibi mulierem quandam vidi non carentem fuco, etſi in modum quam maxime oportunum & incomtum ſe aptabat.* Eſtne τὸ ἀσφαλὲς *in modum quam maxime oportunum?* Hoc credant, qui nondum aere lavantur. Legendum, εἰς τὸ ἀφελὲς & ἀκόσμητον, & verte: *Ibi mulierem quandam vidi non ſimplicem, etſi ſe compoſuiſſet, ut videretur maxime infucata, & inculta.* In aliis quoque locis hoc vocabulum ἀφελὲς, quod frequentius in *Luciano* reperitur, corruptum eſt in ἀσφαλὲς, uti videbimus. Mox addit, cum mulier illa forte invita nudaretur, ſe vidiſſe in illa περιδέραια χρυσᾶ τῶν κλοιῶν παχύτερα, *torques aureos boiis craſſiores.* Sic enim & codex Anglicanus, & mea excerpta, longe ἐμφατικωτέρως, quam quod in editis circumfertur, τῶν ἐγχάλκων παχύτερα. Sunt enim τὰ κλοῖα & ὁ κλοιὸς vincula ſive ferrea, ſive alius materiae craſſiora, quibus & captorum colla, manus, pedes vinciuntur, ut & quibus canes mordaces coërcentur. Xenoph. 11. Ἑλλην. εἶχε ὥσπερ τοὺς θηρεύοντας κλοιῷ δήσαντες φέρειν δόασιν, ἕτω καὶκεῖνοι ὑμᾶς φέροντες τῷ ἡδικημένῳ τούτῳ δήμῳ οἴχονται ἀπιόντες. *Sicut qui mordent catena vinciendos tradunt, ita illi* (Lacedaemonii) *vos poſtquam tradiderunt populo iſti injuria affecto tradiderunt.* Apud *Euſebium* Hiſt. Eccleſ. V, 32. vinculum ferreum, quo martyrum colla vinciebant, dicitur κλοιὸς σιδηροῦς. *Prudentio* eſt *boïa: Colla bolis impedit.* *J. G. G.*

Ibid. Ἀφελὲς] Sic omnino legendum, praeeuntibus *Codd.* MSS. P. L. & Ed. *J.* Quod enim in reliquis eſt ἀσφαλὲς, ferri nulla ratione poteſt. *M. du S.*

Ἀφελὲς] Legendum omnino, quod jam vidit *Graevius*, ἀφελές. *J. M. G.*

21. Ὑπεφαίνετο δέ τι & ψιμύθιον & φύκους & τὰ ῥήματα πάνυ ἑταιρικὰ] Abſit ut credamus id poſterius factum, aut *Lucianum* velle innuere. Immo nihil verba meretricia ad praecedentia: & quid ad verbum in initio poſitum? Puto ſcripſiſſe καὶ τὰ χρώματα ut in Dearum judicio, μηδ' ὅτω κεκαλλωπισμένην, μηδὲ τοσαῦτα ἐντετριμμένην χρώματα, καθάπερ ὡς ἀληθῶς ἑταίρᾳ τινα. *J. G.*

Ibid. Ψιμύθιον & φύκους] *Bened.* vertit, *creta & fucus.* Sed, *ceruſſa & fucus* rectius Ill. *Spanh.* obſ. ad *Callim.* p. 446. f. Ubi plura de meretriciis his coloribus. *J. F. R.*

22. Ἐς τὸ κάλλος ἔχαιρε] Vertebatur olim: *admodum*

pauperes amatorum ſuorum ne reſpiciebat quidem. Saepe vero etiam ſi imprudens nudaretur, videbam monilia illius aurea anguillis craſſiora. Haec videns mea per veſtigia mox receſſi, miſeratus nempe infelices illos, qui ſe ab illa non naſo quidem, ſed barba duci paterentur, & Ixionis exemplo, inanem ſpeciem amplecterentur pro Junone.

13. PLAT. Illud quidem recte, neque enim in propatulo janua, neque nota omnibus. Caeterum ne opus quidem eſt domum ad illam ire. Hic enim illam in Ceramico operiemur, mox huc venturam in reditu ab academia, ut in Poecile inambulet, quod facere ſolet quotidie. Quin jam

σίον, τὰς πένητας τ' ἐραστῶν οὐδὲ προσέβλεπε. πολλάκις δὲ γ' γυμνωθείσης αὐτῆς κατὰ τὸ ἀκάτιον, ἑώρων περιδέραια χρυσᾶ, τῶν ἐγχέλεων παχύτερα. ταῦτα ἰδὼν ὅτι τάχιστα ὁδὸς ἦν εὐθὺς ἀνέστρεφον, οἰκτείρας δηλαδὴ τοὺς κακοδαίμονας ἐκείνους ἑλκομένους πρὸς αὐτῆς, οὐ τὴν γυναῖκα, ἀλλὰ τὸν πώγωνα, καὶ τὸν Ἰξίονα, εἰδώλῳ ἀντὶ τῆς Ἥρας ξυνόντας.

ΠΛΑΤ. Τοῦτο μὲν ὀρθῶς ἔλεξας· οὐ γὰρ πρόδηλον οὐδὲ πᾶσι γνώριμον ἡ θύρα· πλὴν ἀλλ' οὐδὲν δεήσει βαδίζειν ὅπῃ τὴν οἰκίαν ἐκτεταῦθα γὰρ ἐν Κεραμεικῷ ὑπομενοῦμεν αὐτήν· ἡ δὲ ἤδη που ἀφίξεται, ἐπανιοῦσα ἐξ Ἀκαδημίας, ὡς εἰπατήσειε καὶ ἐν τῇ Ποικίλῃ. τοῦτο γὰρ ὁσημέραι ἔθος ποιεῖν αὐτῇ· μᾶλλον δὲ

f Ἐγχέλεων] Κλοιῶν A. G. P. L. Edd. ἐγχέλεων. *g* Αὖ] Ἦ *J.* Sed αὖ P. L. Et Edd. antiq. omnes. *h* Ἐπανιοῦσα] Ἀνιοῦσα Fl. vulgatam ſervant *H.* P.

29. Ἐγχελέων] Κλοιῶν. *G.*

33. Ἰξίονα] Nota hiſtoria quemadmodum Ixion cum Junonis ſimulacro ſeu nebula concubuerit, unde orti Centauri, dicti ſic ὠδὰξ τὸ τὴν αὔραν κεντεῖν. *G.*

37. Ἐν Κεραμεικῷ] Ἀπὸ τῶν κεραμέων κεραμέως γενικῆς, γίνεται κεραμεϊκὸς ὁ συναιρέσει κεραμεικός. *V.*

39. Ἐν τῇ Ποικίλῃ] Ἡ Ποικίλη στοὰ ἦν παρ' Ἀθηναίοις· ἐκαλεῖτο δὲ οὕτως ἀπὸ τῆς ποικίλης ἐν αὐτῇ ζωγραφίας. *V.*

* Ἀθηναίοις] Ἀθηναίων legebatur in *Impr.* ſed ων in οις mutaverat noſter *du Soul*; ideo ſic dedi, quia recte emendavit. *J. F. R.*

dum gaudebat; ſed rectius Cl. *Geſn.* vertit: *pulcritudinis nomine*; ideoque ego comma poſt ἐραστῶν ſuſtuli, & poſt κάλλος poſui, ut nexus fiat, ἐπαινουμένη εἰς τὸ κάλλος, ἔχαιρε. *laudata propter pulcritudinem, gaudebat.* Sic pro Imag. c. 23. V. *L. Bos* Obſ. cr. p. 50. Sic εἰς pro propter etiam *Ael.* V. H. XIV. 9. Ξενοκράτης . . ὑπὸ τῶν Πλάτωνος εἰς τὸ ἄχαρι σκωπτόμενος. *Xenocrates quum a Platone ob ruſticitatem derideretur.* Quia autem τὸ κάλλος, docente *Heſych.* & *Euſtath.* etiam ſignif. *unguentum Veneris*, neſcio num ſimul ex joco ambiguo huc alludat. *J. F. R.*

26. Οὐδὲ προσέβλεπε] Id quod meretrices Corinthiacae facere conſueverant: vid. Comicum in Plut. v. 149. & Schol. ibid. *L. BOS.*

29. Ἐγχέλεων] Angl. κλοιῶν. *J. B.*

Ἐγχέλεων] Κλοιῶν quidam Codices, (ut in *variantibus* notatum) confer. Ἀπ. μισθ. c. 1. *Eurip.* Κυκ. 183. de torque Paridis. *M. du S.*

Ἐγχέλεων] Retinendum puto, quia ratio reddi poteſt, cur κλοιῶν ſubſtitueret aliquis, qui non intelligeret, quid *anguillae* ſibi hic vellent, de *anguilla* ſubſtituenda *boiis*, neſcio an aliquis cogitare facile potuerit. Tum torques anguillarum figura decet non minus, quam muraenarum, unde dictas *muraenulas* torquium quoddam genus, conſtat, vid. Scheff. de torqu. p. 12. *J. M. G.*

Ἐγχέλεων] Etiam in Juntina clariſſ. *du Soul* deleverat ἐγχέλεων, & κλοιῶν correxerat, ac videtur voluiſſe in textum recipere. Sed rectius clariſſ. *Geſnerus* vulgatam ſervavit, cui addo, nihil inde confici, quod in *Apolog. pro merced. conduct.* c. 1. iterum vocabulum κλοιῶν occurrat, illic enim nec luſus idem, nec comparativus praecedit, ut hic. *J. F. R.*

32. Τῆς ῥινὸς] Eadem locutio occurrebat ſupra Deor. Dial. §. 3. *J. F. R.*

33. Ἰξίονα] Vid. *Hom.* Il. Ξ. 317. Conf. Deor. Dial. Dial. VI. *M. du S.*

36. Βαδίζειν ἐπὶ τὴν οἰκίαν] Subindicat vafer ſcurra, Platonem quoque non ſatis familiarem fuiſſe Philoſophiae & veritati. *J. M. G.*

37. Ἐν Κεραμεικῷ] De his omnibus locus dicendi ad *Pauſan.* *J. B.*

Ἐν Κεραμεικῷ] Gloſſa edit. Pariſ. „ *Ceramicus*, locus Athenis, ubi, qui in bello ceciderant, ſepeliebantur: a varietate picturarum *poecilus* dicta porticus: nam ibi bella varia, quae Athenienſes adverſus hoſtes geſſerant, depicta erant. meminit Pauſanias. *J. F. R.*

39. Ποικίλῃ] A pictura Polygnoti ſic dicta porticus, v. *Corn. Nep.* I. Miltiad. c. 6. & *Diog. Laert.* in *Zen.* p. 165. C. *M. du S.*

δὲ ἥδη [a] προσεισιν. ὁρᾷς τὸ κόσμιον τὸ ἀπὸ τοῦ σχήματος, τὸ προσηνὲς τὸ βλέμμα, τὸ ὅπως σωφρονοῦσα ἠρέμα βαδίζουσαν; ΛΟΥΚ. Πολλὰς

accedit. Viden' illam decenti habitu, adſpectu propitio, quae cogitabunda placide incedit. LUC. Multas video ſimiles

[a] Πρόσεισιν] Προσέρχεται P. *Angl.* Nihil mutant Edd.

42. Προσηνὲς] Πρᾶον. *V.*

41. Πρόσεισιν] Angl. προσέρχεται. *J.B.*
43. Ἠρέμα] *Compoſite.* *J.B.*
45. Καὶ μία πάντων] Fingitur Philoſophia more ſolito in porticum Poecilen procedens, non ſola, ſed aliquot comitibus ſtipata, Virtute nempe, Juſtitia, Veritate, & aliis, quae mox nominantur. Ita tamen Philoſophia huic turbae memoratur immixta, ut, quamvis omnes eſſent inter ſe admodum ſimiles, nihilominus Philoſophia dignoſci potuerit. Πολλὰς ὁμοίας ὁρᾷ, inquit Λυκῖνος, τό γε σχῆμα, καὶ τὸ βάδισμα, καὶ τὴν ἀναβολήν, καίτοι μία πάντων φιλοσοφία ἐστὶ αὐταῖς. Non caret ſoloeciſmo hic locus; neque enim πάντων, ſed πασῶν, res ipſa poſtulat ſatis manifeſto. Non tamen ego quidquam hic auſim immutare, quum & alibi ſimilia in hoc ſcriptore offenderim. Ecce in Amoribus, in deſcriptione templi Veneris Gnidiae c. 12. Καί πως εὐθὺς ἡμῖν ἀπ' αὐτῆς τῆς τερμόνος, ἀφροδίσιοι προσέτνευσαν αὖραι. τὸ γὰρ αἴθριον, οὐκ εἰς ἔδαφος ἄγονον μάλιστα, λίθων πλαξὶ λείαις ἐστρωμένον, ἀλλ' ὡς σὺν Ἀφροδίτῃ, ἅπαν ἦν γόνιμον ἡμέρων καρπῶν, ἃ ταῖς κόμαις εὐθαλέσιν ἄχρι πόρρω βρύοντα τὴν πέριξ ἀέρα συνωρόφουν. *Et ſtatim ab ipſo delubro, Venereae nobis adſpirarunt aurae; nam ſubdialis pars non in pavimentum maxime ſterile, laevibus lateribus inſtrata, ſed ſicut in Veneris templo, tota erat fructuum mitium ferax, qui cum frondibus ſuis in longum usque luxuriantes, ambientem aërem involvebant.* Patet clariſſime voculam ἃ ad τοὺς καρποὺς eſſe referendam. Sic pag. ſeq. ἦν δ' ὑπὸ τοῖς ἄγαν σκιεροῖς ὕλαις ἱλαραὶ κλισίαι τοῖς ἐνεστιᾶσθαι θέλουσιν, εἰς ἃ τὰ μὲν ἀστικῶν σπανίως ἐπεφοίτων τινές. *Erant autem ſub opacis hiſce ſylvis amoena tabernacula, eorum uſui, qui intus convivari vellent, comparata. In quae nonnulli quidem urbani ſe raro conferebant,* &c. Et hic ἃ, ubi poſcitur ἅς. In de Paraſito c. 26. Paraſitus, ubi variis argumentis demonſtraſſet, Paraſiticam artem generatim univerſis aliis artibus eſſe praeſtantiorem; eamdem hanc artem ſingulis quoque praeſtare artibus dicturus, ita pergit, Ὡς μὲν τοίνυν κοινῇ πάντων ἀμφίρει (ἡ Παρασιτικὴ) δεδεῖχθαί μοι δοκῶ. Φέρε δὴ ὡς ἕκαστον κατ' ἰδίαν ἑκάστης διαφέρει σκοπῶμεν. *Igitur quantum communiter praeſtet* (Paraſitica) *omnibus, videor mihi demonſtraſſe. Age jam, quantum ſingulatim ſingulis praeſtet, conſideremus.* Perſpicuum eſt, dicendum fuiſſe πασῶν, non πάντων reſpiciuntur enim τέχναι quocirca etiam in ſequentibus dicitur ἑκάστης, ſcilicet τέχνης. Sed & ſupra c. 13. promiſerat Paraſitus ſe probaturum, ὅτι Παρασιτικὴ κοινῇ πασῶν διαφέρει τῶν τεχνῶν. εἶτα ὅτι καὶ ἰδίᾳ ἑκάστης. Sic in Lapithis c. 4. pr. id ὑποσόλοικον *Lucianici ſtyli properantis* notat *Marcilius*, Ἀλλ' ὅτι γε πρὸς ἐμὲ ἔστω ποιεῖν ἐχρῆν, ἀκριβῶς γιγνώσκων πολὺ πλέον ἐπιθυμοῦντά σε ἀκοῦσαι, ἢ ἐμὲ ἀκοῦσαι. *At non erat apud me ſic agendum, ut qui norim (cognoſcentem) apprime, te dicendi eſſe longe cupidiorem, quam ego ſim audiendi.* Et re vera debuerat γινώσκουσα. Quid tamen dicemus? Certe mihi vix credibile eſt, tam foedam labem ab politiſſimo auctore profectam; potius vel temporis injuriae, vel librariorum ſocordiae eam deberi exiſtimem; quamvis non omnino mihi perſuadeam, ipſos quoque veteres ſcriptores non aliquando leviter eſſe lapſos, quod ſecundae curae facile reſtituiſſent. Praecipue autem id exiſtimare non abſurdum tantopere eſt, quum & in hodiernis linguis non raro contingat, ut etiam exactiſſimi ſcriptores vernacula lingua ſcribentes, in phraſibus contra naturam linguae per oſcitationem quamdam impingant. Lubet hic paullum indulgere exemplis, ex ſcriptis aliorum etiam Graecorum petitis, ubi ὑποσόλοικόν τι reſidere exiſtimari poſſit, ſive ab ipſis auctoribus, ſive depravatione temporis & librariorum ortum. Apud *Aelianum* X. Ποικιλ. cap. 18. ubi legitur, Βουκολῶν δὲ κατὰ τὴν Σικελίαν ὁ Δάφνις, ἡράσθη αὐτοῦ νύμφη μία, καὶ ὡμίλησε καλῷ ὄντι καὶ νέῳ. haud dubie ſtyli ratio requirit Βουκολοῦντος τοῦ Δάφνιδος, quemadmodum & Interpres intellexit. Libro quoque XII. cap. 1. Ταῦτα ἀκούσασα ἡ παῖς καὶ δράσασα, τὸ ῥῦμα ἠφανίσθη. Patet & hic primos pro ſecundis caſibus eſſe poſitos. Similia exempla ſi non omnino ſoloecae, nimium certe ἀνακολούθου, orationis, notavit in *Hygino* Th. Munkerus in ſua de *Hygino* Diſſertatione; quale illud in Fab. CLXIV. *Quam pater gladio feriens, Adonis exinde natus eſt.* Non tamen ſunt omnia, quae in *Hygino* ſtribliginis nota inſignit ibi Vir Doctiſſimus, ab Auguſtei aevi ſcriptoribus alieniſſima. Sed hoc non eſt hujus loci. Poſſint huc quoque referri ex eodem *Aeliano*, quae leguntur lib. I. c. 15. de pullis columbarum, Νεοττῶν γενομένων ὁ ἄρρην ἐμπτύει αὐτοῖς, ἀπελαύνων αὐτῶν τὸ φθόνον, φασὶν, ἵνα μὴ βασκανθῶσι δι' ἄρα τοῦτο. Geſnerus legit τοῦτον, ut effugiatur ſoloeciſmus. Sed ecce lib. XII. cap. 60. de congreſſu Dionyſii & Philippi, Πολλοὶ μὲν ἦν, ὡς εἰκὸς, καὶ ἄλλοι λόγοι ἐπιῤῥήδησαν. ἐν δὲ τοῖς ἐστὶ ἐκεῖνο. Poſceretur ἐκεῖνος, λόγος nempe. Et haec communicabamus quondam cum amico noſtro eruditiſſimo, Jac. Perizonio, ad *Aeliani* locum lib. XIV. cap. 37. qui vulgo ſic legitur, Ἔστι γάρ τι ταῖς χειρουργίαις σοφὸν, καὶ σὺ τοῦτο. καὶ πολλὰ μὲ καὶ ἄλλα δύναταί τις καλαγνῶναι ἔχοντα ταύτῃ, ἐν δὲ τοῖς καὶ ἐκεῖνο &c. Rejiciunt Eruditi Fabrum legentem χειρουργίας. At ſicut nec ego Fabro adſentio; ita non video, ubi texturam horum verborum con-

les habitu, inceſſu, atque amictu: & tamen inter has quoque una tantum eſt

λὰς ὁμοίας ὁρῶ τόγε σχῆμα, καὶ τὸ βάδισμα, καὶ τὴν ἀναβολήν. καίτοι μία [b] πάντως ἦγε ἀλη-

[b] Πάντως] Ed. Fl. Reliquae πάντων, male, vid. notas.

contemplor, concinnum eſſe in ἐν τούτοις ſenſum; neque enim id ſatis commode ad ἀγάλματα & εἰκόνας, de quibus praeceſſit, referri poſſe puto. Mihi cenſetur tollenda poſt ἐν τούτοις, illa τελεία στιγμὴ, (quam etiam non agnoſcit Romana editio) & omnia ita connectenda; *Habent enim hae artes, quae manu fiunt, aliquid ſapientis; inque illis* (artibus) *multa quidem & varia quis poſſit deprehendere ita ſeſe habentia; inter haec vero & illud*, &c. Ἐν τούτοις, hoc eſt ἐν χειρουργίαις omnis generis. Τούτοις autem pro ταύταις, qualia illa exempla, quae & apud hunc ſcriptorem & Lucianum noſtrum ſupra vidimus. Caeterum nolim quis exiſtimet, haec ita me afferre, quaſi contendere velim, ea, quae ex antiquis ſcriptoribus pro vitioſis protuli, veriſſime eſſe vitioſa omnia: potius haec Erudito Lectori hactenus exhibui & propoſui, ut ſimul profitear, me, ſi quid minus diligenter perſpexerim, lubenter meliora doceri velle a quocumque, qui quum noſtrae in his literis mediocritati ſuccurrere, tum his ipſis literis haud inutilem navare operam, non gravatus fuerit. In ipſis Poëtis quoque a recentioribus Graecis Magiſtris, ne de Ariſtarcho aliisque veteribus Criticis loquar, nonnulla pro ſoloecis notata ſunt; quemadmodum Scholiaſtarum in eos lectio ſatis teſtatum cuilibet facere poſſit. Sic vetus Scholiaſtes *Homeri*, anonymus, ad haec ex Il. I. v. 598.

——— οὔ τι μοι ταύτης
Χρεὼ τιμῆς ———

Notat id eſſe σολοικισμὸν ὥσθ' ἁρμόζειν τὰς πτώσεις. debuiſſe nimirum *Homerum* dicere, οὐ τι μοι ταύτης χρεὼ τιμῆς. Similiter ſcribit idem Commentator ad Il. K. v. 43.

Χρεὼ βουλῆς ἐμοὶ καί σε ———

An vero revera haec locutio ſit ſoloeca, non judico. *H. Stephanus* cenſet eſſe accuſativum pro dativo: quid vero hoc a ſoloeciſmo differat, non video. Forte quaedam eſt ellipſis, cujus ratio nondum ſit plane perſpecta. Paullo majoris momenti eſt, quod idem Anonymus notat ad Il. Θ. v. 455.

Οὐκ ἂν ἐφ' ὑμετέρων ὀχίων πλῆγίν τε κεραυνῷ
Ἅψ ἐς ὅλυμπον ἵκοιτον ———

Nimirum πλῆγίν τε poſitum eſſe pro πλῆγεῖσαι. Et certe hoc, vel in duali πλῆγίσα, poſtulat haec oratio: loquitur enim Jupiter ad Junonem & Palladem, atque ad eas τὸ, πλῆγίν τε, eſt referendum. Eſt tamen, ubi omnino non audienda eſt iſtiusmodi Graecorum Magiſtrorum criſis. Etenim cum apud *Homerum* Il. Δ. 508. legitur

——— Τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε.

Non eſt, ut cenſet Anonymus ille, ſoloeciſmus; nec ſumma fuit *Homero*, ut ille innuit, neceſſitas ſcribendi ſine ſoloeciſmo ——— τῷ δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε. Eſt nimirum ſolenniſſima illa ellipſis, atque ita commode intelligenda; τὸν δὲ σκότος ἐκάλυψε κατὰ τὸ ὄσσε. *hunc, quantum ad oculos, tenebrae involverunt.* (Atque ita ſe ipſe ſatis dilucide exponit *Homerus*, ut qui Il. E, 82. (& Π, 333.) narrans Hypſenora ab Eurypylo occiſum, diſerte ait ——— τὸ δὲ κατ' ὄσσε Ἑλλάδι πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή. Hanc parentheſin inſeruit. *T.H.*) Apollonius quoque Rhodius nonnumquam paullo injuſtius ab Scholiaſta ſuo exagitatur. Ut omittam, quod compluribus in locis, ubi Poëta iſte τὸ, σφέτερος, ἐνικῶς, *de uno*, uſurpat, idemtidem non recte ſcripſiſſe ab Scholiaſta ſuo arguitur; quam criſin, ut iniquam exploſerunt dudum Eruditi, *Iſ. Caſaubonus* ad *Athenaeum* IX. cap. 4. *Ez. Spanhemius* ad *Callimachum* p. 457. Ubi apud hunc lib. I. vſ. 440. Jaſon Apollinis oraculum comitibus ſuis hoc modo profatur,

Ὑμῖν μὲν δὴ μοῖρα θεῶν χρειώ τε περῆσαι
Ἐνθάδε κῶας ἔχοντας ———

Interpres Graecus continuo infert, oportuiſſe ἄγουσι (nempe, ut hoc obiter dicam, Scholiaſtes ille in ſuo libro legebat ἄγοντας, non ἔχοντας. Et forte haec ſanior eſt lectio; nam ſic κῶας ἄγειν reperio quoque in hoc Poëtae anonymi apud Etymologici Magni ſcriptorem, voce Κώδιον, fragmento,

Κῶας ἄγειν χριοῖο μεμαῶτας) ———

Referendum enim id eſſe ad τὸ, ὑμῖν. Sed vero ſicut ἄγουσι, ſive ἔχουσι, non fuiſſet culpandum, ita nunc quartus caſus ab omni vitio purus eſt. Quemadmodum enim etiam Latine dicitur *mihi otioſo eſſe non licet, expedit bonas eſſe vobis*, ita & quo minus Graece poſſimus utroque modo loqui, nulla eſt ratio, modo recte in conſtruendo diſtinguatur. *Apollonii* ergo verba ita erunt concinnanda, Ὑμῖν μὲν δὴ μοῖρα θεῶν χρειώ τε, ὑμᾶς περῆσαι ἐνθάδε κῶας ἔχοντας. Ita & *Homerus* (quod ipſum exemplum adfert quoque iſtic *Apollonii Scholiaſtes*) Il. A. vſ. 541.

Αἰεί τοι φίλον ἐστὶν ἐμεῦ λάθῃ νόσφιν ἐόντα,
Κρυπτάδια φρονέοντα δικαζέμεν ———

Hoc eſt, Αἰεί τοι φίλον ἐστὶ, σὲ ἐμεῦ, &c. *Semper tibi placet, te ſeorſum a nobis, clam conſilia agitantem, regnare.* Nullo itidem jure, ut ante nos video animadverſſe *Jerem. Hoelzlinum*, Scholiaſtes in his *Apollonii* I. vſ. 872.

Ἴαμεν αὖτις ἕκαστοι ἐπὶ σφέα ———

Ait

ἀληθὴς φιλοσοφία ἢ οὐ αὐταῖς. ΠΛΑΤ. Εὖ λέγεις. ἀλλὰ δηλώσει ἥτις ἐστὶ, φθεγξαμένη μόνον.

vera quidem Philosophia. PLAT. Recte. sed cum loqui incipiet, satis se ipsa indicabit.

ΦΙΛ. Παπαί. Τί Πλάτων, ἢ Χρύσιππος ἄνω, ἢ Ἀριστοτέλης, ἢ οἱ λοιποὶ ἅπαντες, αὐτὰ δὴ τὰ κεφάλαιά μου τῶν μαθημάτων; τί αὖθις ἐς τὸν βίον; ἆρά τις ὑμᾶς ἐλύπει τὸ κάτω; ὀργιζομένοις γοῦν ἐοίκατε. ἢ τίνα τοῦτον ξυλλαβόντες ἄγετε; ἢ πῶς λωποδύτης τις, ἢ ἀνδροφόνος, ἢ ἱερόσυλος ἔοικε; ΠΛΑΤ. Νὴ Δία, ὦ φιλοσοφία, πάντων γε ἱεροσύλων ἀσεβέστατος· ὃς τὴν ἱερωτάτην σὲ,

14. PHIL. Vah, quid Plato & Chrysippus apud superos, & Aristoteles, & reliqui omnes, ipsa disciplinae meae capita. Quid vos rursus in vitam? numquid adversi vobis apud inferos accidit? Irati enim videmini. Et quis est quem captum hic ducitis? furne vestium est, an homicida, an sacrilegus? PLAT. Et quidem, Philosophia sacrilegorum omnium scelestissimus, qui sanctissimam te maledictis laedere au-

a Τις] Τι P. & *Angl.* Edd. τις. b Λωποδύτης] Τυμβωρύχος P. *Angl.* L. vel τυμβορύχος. Sed Edd. vulgatam servant.

46. ΠΛΑΤ.] Plato loquitur, qui ab inferis cum caeteris Philosophis adiit Lucianum, qui ulciscerentur maledicum. G.

Ait illud σφίσι se non ὑγιῶς habere; convenire enim σφᾶς tertiae personae; hic autem sermonem fieri in prima; quare debuisse Apollonium dicere ἐφ' ἡμίτερα. Sed omnino fallitur Graecus ille magister: nihilo enim magis peccat Apollonius, dicens,

Ἴομεν αὖτις ἕκαστοι ἐπὶ σφέα ——
Redeamus quisque ad sua ——

Quam *Virgilius* (quod idem opportune doctus ille Vir adfert) eodem, puerisque notissimo, modo dicens,

Quisque suos patimur manes ——

Qua loquendi ratione nullus non scriptor frequentissime utitur. Similiter iniquus est Scholiastes ille in *Apollonium*, ubi in versu 893.

Ῥηϊδίως δ' ἂν ἐοῖ ἐπείροια λαὸν ἀγείρας.

Culpat τὸ, ἐοῖ de secunda usurpari persona, quum id proprie pertineat ad tertiam. Sed τὸ, ἐοῖ, quemadmodum & τὸ, ἑαυτοῦ, etiam de aliis personis usurpari, recte animadvertit idem *Hoelzlinus*, ad quem Lectorem relego. *J.J.*

Ibid. Πάντως] Ed. Flor. πάντως, uti conjeceram. In reliquis est πάντων, mendose. *M. duS.*

51. Κεφάλαια] Apud Latinos saepissime *Principes* philosophi illi illustres audiunt, praesertim apud Ciceronem. At hic non *Principum* tantum nomine honoris causa compellat, sed *summam & Epitomen totius suae disciplinae: ipsa disciplinarum mearum capita.* Sic αὐτὰ δὴ τὰ κεφ. usurpat iterum Συγγρ. c. 28. & N. Δ. XX. Haec cum scriberem, venit in mentem locus Ciceronis depravatissimus, *de Nat. D.* initio; cum perobscuram esse dixisset *quaestionem de natura Deorum*, sic pergit: *De qua tam variae sunt doctissimorum hominum, tamque discrepantes sententiae, ut magno argumento esse debeat CAUSSAM PRINCIPIUM Philosophiae esse scientiam, prudenterque Academicos e REBUS INCERTIS assensionem cohibuisse.* Ad hunc locum docti multa. *P. Manutius* legit, *causam, id est principium.* ostenditque pluribus, qua ratione *Scientia* sit *causa* Philosophiae. Sed nihil haec ad rem: imo Ciceroni contraria, qui quidquid demum scripserat, statim infert, *prudenter Academicos A REBUS INCERTIS assensionem cohibuisse.* Fulvius Ursinus a Mss. suo haec verba abesse ait: *Causam principium.* Omnibus aqua haeret. Ego sic emendo: *Caussam Principum Philosophiae esse scientiam.* Norunt, qui Ciceronis opera philosophica legerunt, solere eum Philosophos celebres *Principum* nomine insignire; exstantque illius rei in hoc ipso libro exempla: nec de eo laborandum est. At insolita forsan videbitur locutio, *caussa scientia.* Esto: at certe rei accommodatissima. Et, si vacaret, ex *Plauto*, *Seneca* & ipso *Cicerone* possem non admodum abhorrentia loca proferre. *M. duS.*

Κεφάλαια] *Caput* etiam Latinis tam de principe alicujus Sectae, quam de summa atque epitome rei dici, recte quidem Clar. *du Soul* adfirmat, idque omnibus satis notum arbitror; verum emendatione illa Ciceronis quam proponit, nihil opus esse arbitror; quum Clar. *Davies.* ex Mss. *Elienſi* nobis exhibuerit: *Caussam, id est principium philosophiae, esse insscientiam*, ut Aldus quoque jam habuerat. Quia *insscientia* sit ποιητικὴ αἰτία philosophiae, ut ait *Nemesius* de nat. Hom. c. 30. p. 230. *J.F.R.*

52. Τίς ὑμᾶς] Angl. τί. *J.B.*

54. Λω-

ausus sit, & nos omnes, quotquot aliquid eorum, quae apud te didiceramus, posteris reliquimus. PHIL. Et vos indignati estis maledicente nobis quodam, idque cum me sciatis, qualia a Comœdia audiens Dionysiis, tamen amicam illam putem, nec in jus vocarim umquam, neque accedens cum illa expostulaverim; sed patiar illam ludere, quae convenire videntur & solennia sunt illis feriis. Quippe cum noverim, nihil a dicto fieri deterius, sed contra ea, quod pulchrum sit, ut aurum ipsa percussione detersum clarius exsplendescere, &

καχῶς ἀγορεύειν ἐπεχείρησε, ᾗ ἡμᾶς ἅπαντας, ὁπόσοι τι ᾠδὴ σὺ μαθόντες, τοῖς μεθ' ὑμᾶς [c] καλαλελοίπαμεν. ΦΙΛ. Εἶτα ἠγανακτήσαλε λοιδορησαμένου τινὸς, ᾗ ταῦτα εἰδότες ἐμὲ, οἷα πρὸς τ' κωμῳδίας ἀκούσα ὁ Διονυσίοις, ὅμως φίλην τε αὐτὴν ἡγημαι, ᾗ ὅτε ἐδικασάμην, ὅτε ἠτιασάμην προσελθὼν σα· ἐφίημι δὲ παίζειν τὰ εἰκότα, ᾗ τὰ ξυνήθη τῇ ἑορτῇ; οἶδα γὰρ ὡς οὐκ ἄν τι ὑπὸ σκώμμαλ⊙ χεῖρον γένοιλο, ἀλλὰ τἐναντίον ὥσῳ ἂν ᾖ καλὸν, ὥσῳ τὸ χρυσίον, [d] ἀπεσπώμενον τοῖς κόμμασι, λαμπρότερον ἀπεσίλ-

c Καλαλελοίπαμεν] Nihil mutant *H. B2. F. Fl.* d Ἀποσπώμενον] Ἀποσμώμενον Mſ. Gr. Ἀποσκόμενον. P.

65. Ἐφίημι] Διονυσίοις γὰρ μόνοις ἐφεῖτο τὸ θέατρον τοῖς ποιηταῖς † ἐπὶ τῷ κωμῳδεῖν. Ταῦτα δὲ δὶς τὸ ἔτους ἐπετελεῖτο, ἔαρος καὶ φθινοπώρου· ἔαρος τὰ μικρὰ Διονύσια· φθινοπώρου δὲ, τὰ μέγαλα. *V.*

* Τοῖς] Omissum in edit. articulum addidit *M. du S.*
† Ἐπὶ τῷ κωμῳδεῖν] Sic emendavit idem, cum ante legeretur ποιηταῖς κωμῳδοῖς. sine dubio ex collat. Cod. V. *J. F. R.*

54. Λωποδύτης] Angl. συμβωμόχ⊙. Has voces interpretantur *Pollux*, *Hesych.* *Suid.* copiose. Interpres *Demosth. Liban.* Arg. orat. contra Midiam. *J. B.*

62. Ἐν Διονυσίοις] His actae etiam Aristophanis nubes, quas ipsas cum patienter adeo tulerit Socrates, vel fortiter potius & magno animo: parum decorum personae illius servavit in hoc dialogo Lucianus, quo toto nimirum impotenter nimis insultat capitibus sectarum, nimis de se arroganter, vel impudenter potius commemorat. *J. M. G.*

68. Ὥσπερ τὸ χρυσίον ἀποσπώμενον τοῖς κόμμασι, λαμπρότερον ἀποσίλβει] Erasmus, *tanquam aurum, cum erutum inciditur, clarius relucet.* Et quaeso, quid hinc distat *Benedictus, quemadmodum aurum quum erutum inciditur, clarius refulget?* Scilicet hoc erat, quod Salmuriensem interpretationem merebatur. At quid hoc rei est? an aurum tunc incisum clarius est reliquo auro? Immo quid magis fatuum est? an periculum est, ut quis credat aurum ab aliquo incisum iri non erutum? Rectissime annotavit pater [Vide *Casaubonum* ad *Strabon.* pag. 63. ad lib. 3.] innuens locum scilicet, unde discimus aliquod auri genus effossum solere tundi, ut ait *Plinius*, κόπτειν, ut *Strabo.* *J. G.*

Ibid. Ἀποσπώμενον τοῖς κόμμασι] Locus est elegantissimus, sed ab interpretibus pessime acceptus de convitiis, & scommatibus. Οἶδα γὰρ ὡς οὐκ ἄν τι ὑπὸ σκώμματ⊙ χεῖρον γένοιτο, ἀλλὰ τἐναντίον ὅπερ ἂν ᾖ καλὸν, ὥσπερ τὸ χρυσίον, ἀποσπώμενον τοῖς κόμμασι λαμπρότερον ἀποσίλβει, ᾗ φανερώτερον γίνεται. Vertitur: *Novi enim nihil reddi deterius a scommate. sed contra quod bonum est, quemadmodum aurum, quod erutum inciditur, clarius refulget, sitque splendidius.* Quid hoc *aurum, quod erutum inciditur?* Num incisio reddit aurum splendidum? num κόπτειν χρυσὸν est *aurum incidere?* Κόπτειν est *ferire, signare aurum*: & κόμμα est *signum in nummo percussum*; hinc numisma ποντηρὸν κόμματ⊙, quod aliter dicitur ᾠδακισμένον, *malae notae, nummus adulterinus.* Hic tamen κόμμα est *ipsa percussio*, cum in moneta nummus feritur, *ille actus feriendi:* legitur autem pro ἀποσπώμεν⊙ in Mſ. ἀποσμώμεν⊙, quod valde placet. Est igitur ἀποσμώμενον τοῖς κόμμασι χρυσὸν *aurum detersum ipsa percussione*, dum in officina monetariorum ab operis rude aurum feritur, & signatur, fitque, cum signatum est, splendidius: quod qui in officinis illis aurum & argentum viderunt signari, non possunt ignorare. Sicut igitur aurum, inquit, cum in moneta percutitur, signo a malleatoribus impresso, fit splendidius, sic convitia & scommata rem bonam reddunt meliorem. Si quis tamen velit vulgatam tueri pertinacius, potest exponere, *monetam recentem*, quae modo ex trium virorum A. A. A. F. F. officina est protracta: sed ego Mſ. scripturam laudo proboque. *J. G. G.*

Ἀποσμαίμενον] Hanc scripturam Mſ. Gr. in textum pro vulgata ἀποσπώμενον recepimus. In P. ἀποσκόμενον mendose. *M. du S.*

Ἀποσπώμενον τοῖς κόμμασι] Vid. Passion. S. S. Mart. Tarachi, Probi & Andronii p. 275. *T. H.*

Ἀποσπώμενον] Ἀποσμαίμενον. *M. du Soul* in textum recipi jussit; Ego vero propter consensum optimarum Edd. & plurimorum Codicum, nihil mutare ausus sum in vulgata, maxime cum citatio *T. H.* sensum probum ostendat. *J. F. R.*

ςίλλει, ἢ φανερώτερον γένῃ. ὑμεῖς δὲ, οὐκ οἶδα ὅπως ὀργίλοι ἢ ἀγαναχτικοὶ γεγόνατε. τί δ' ἂν αὐτὸν ἄγχετε; ΠΛΑΤ. Μίαν ἡμέραν ταύτην ὠφελήσαμεν, ἥκομεν ἐπ' αὐτὸν, ὡς ὑπόσχῃ τὴν ἀξίαν ὧν δέδρακε. φῆμαι γὰρ ἡμῖν [a] διήγγελλον οἷα ἔλεγεν [b] ὅπιων ἐς τὰ πλήθη καθ' ἡμῶν.

ΦΙΛ. Εἶτα πρὸ δίκης ἐκεῖνον [c] ἀπολογησάμενον ἀποκτενεῖτε; δῆλον γάρ ἐστιν εἰπεῖν τι θέλων. ΠΛΑΤ. Οὐκ· ἀλλ' ὅτι σὲ τὸν ὠὰν ἀναβαλλόμεθα. [d] καί σοι ὅ, τι ἂν [e] δοκῇ, τοῦτο ποιήσει τέλος ἡ δίκης. ΦΙΛ. Τί φῂς σύ; ΛΟΥΚ. Τοῦτο αὐτὸ, ὦ δέσποινα Φιλοσοφία, ἥπερ ἢ μόνη τἀληθὲς [f] ἐξευρεῖν δύναιο. μόλις γοῦν εὐρόμην πολλὰ ἱκετεύσας, τὸ σοὶ φυλαχθῆναι τὴν δίκην. ΠΛΑΤ. Νὴ τὼ κατάρατε, δέσποιναν αὐτὴν καλεῖς, πρώην δὲ τὸ ἀτιμότατον Φιλοσοφίαν ἀπέφαινες, ἐν τοσούτῳ ἀποκηρύττων θεάτρῳ, καὶ μέρη δύ' ὀβολῶν ἕκαστον εἰδος αὐτῆς τοὺς λόγους. ΦΙΛ. Ὁρᾶτε μὴ ὁ Φιλοσοφίαν ὅτος γε, ἀλλὰ γόητας ἄνδρας ὅπη τῷ ἡμετέρῳ ὀνόματι πολλὰ καὶ μιαρὰ πράττοντας, ἠγόρθη κακῶς. ΛΟΥΚ. Εἴσῃ αὐτίκα, ἢν [g] ἐθέλῃς ἀπολογουμένου ἀκούειν. μόνον ἀπίωμεν ἐπ' Ἄρειον πάγον· μᾶλλον δὲ εἰς τὴν ἀκρόπολιν αὐτὴν, ὡς ἂν ὁπόσα θεωπῆς ἅμα καλαφανείη πάντα τὰ ὁπὸ τῇ πόλει.

fieri manifestius. Vos vero nescio quomodo iracundi facti estis & irritabiles. Quid vero collum obtorquetis homini? PLAT. Commeatu unius hujus diei sumto, contra illum venimus, ut dignam factis suis poenam sustineat. Fama enim ad nos perlatum est, qualia in concionem progressus de nobis dixerit.

15. PHIL. Deinde vos illum ante judicium, indicta caussa interficietis? Apparet enim, dicere illum velle aliquid. PLAT. Non; ad te enim rejecimus omnia: tua sententia litem finiet. PHIL. Tu quid ais? LUC. Idem hoc, Philosophia domina, quae sola nempe invenire verum possis. Itaque vix multis precibus hoc impetravi, tibi ut cognitio caussae servaretur. PLAT. Nunc, sacerrime, dominam vocas, paullo ante vero contemtissimam rerum pronuntiabas Philosophiam, in tanto Theatro praeconio vendens, & duobus quidem obolis, genus unumquodque illius disputationum. PHIL. Videte ne iste non Philosophiam, sed impostores quosdam, nostri sub nominis obtentu turpia multa patrantes, traduxerit. LUC. Hoc statim scies, si caussam dicturo operam dare volueris. Solum abeamus in Areopagum: potius vero in ipsam arcem, ut ex illa quasi specula simul in conspectu sint res urbanae omnes.

16. PHIL.

a Διήγγελλον] Διήγγελλεν Fl. *H. P.* Sed *J.* Διήγγελον. b Ἔπιων] Deest in Fl. Sed nihil mutat *H.* & P. c Ἀπολογησάμενον] Sic *J. P. H.* Sed ἀπολογησόμενον P. Vulgatam servat *Fl.* d Καί σοι] Ὅ σοι ἂν. *Angl.* P. e Δοκῇ] Ὅ σοι ἂν δοκῇ. *Angl.* P. Nihil mutant Edd. Nisi quod δοκεῖ Fl. f Ἐξευρεῖν] Αν εὑρεῖν P. & Mſ. Gr. Nihil mutant Edd. sed ἀνευρεῖν L. g Ἐθέλῃς] Ἐθέλεις Fl.

73. Μίαν ἡμέραν] Ἐντεῦθεν τὸ λόγου τούτου ἐπιγραφὴ τὸ Ἀναβιοῦντες. *G.*

71. Ὀργίλοι] *Iracundus*, ad ulciscendum proclivis, quae significatio satis obvia si testimoniis indiget, adi *Elsner.* ad *Tit.* I. 7. *J. F. R.*

72. Ἄγχεσθε] Hic videntur loqui volentis Luciani collum pallio comprehenso stringere, ne vocem mittere possit. Itaque mox Philosophia, δῆλον inquit, ἐστὶν εἰπεῖν τι θέλων. *J. M. G.*

74. Τὴν ἀξίαν] Ἀξία, τιμὴ, τίμησις, εὐκλεια ἀντὶ τοῦ κολάσεως. Ut apud Latinos pretium, stipendium, & similia. *Eust.* ad Iliad. I. Inter. *Aristoph.* alii. *J. B.*

75. Ἔπιων] Alibi apud hunc & Demosthenem πιῶν. *M. du S.*

80. Καί σοι ὅτι ἂν δοκῇ] Angl. ὅ σοι ἂν δοκῇ. *J. B.*

83. Ἥπερ ἡ μόνη τἀληθὲς ἐξευρεῖν δύναιο] Malim cum Mſ. ἥπερ ἡ μόνη τἀληθὲς ἂν εὑρεῖν δύναιο. Inferius ἐν τῇ ποικίλῃ rectius vertas cum C. Nepote *in Poëcile*, quam cum interpretibus *in Poëcilo*. *J. G. G.*

Ibid. Ἐξευρεῖν] Mſ. Gr. & P. ἂν εὑρεῖν, quod ad veram lectionem magis accedere videtur, puto enim scripsisse Lucianum ἐξεφάνῃν. Vide tamen infra c. 45. ἐξά-

16. PHIL. Vos vero, amicae, in Poecile interim inambulate. veniam enim vobis, hac lite judicata. LUC. Quae vero sunt, o Philosophia? videntur enim & ipsae decentissimae. PHIL. Virtus est illa virago, Temperantia illa, & prope illam Justitia, praecedens vero Eruditio, sed obscura illa & tenui colore Veritas est. LUC. Non video, quam dicas. PHIL. Nonne vides fuci illam expertem, nudam, subducentem se semper & elabentem. LUC. Nunc tandem vix video. Sed quidni has etiam adducis, ut plenus perfectusque nobis confessus fiat? Veritatem vero etiam advocatam mihi adducere in jus volo. PHIL. Nempe sequimini etiam vos, nec enim molestum erit, unam judicare causam, eamque de rebus nostris futuram.

17. VER. Ite vos, ego enim non opus habeo audire, quae olim sciam, uti se res habeat. LUC. Verum nostra interest, Veritas, te adesse in judicio, ut indices omnia. VER. Itaque adducam etiam duas ancillulas meas, amicissimas mihi. PHIL. Duc sane quotquot volueris. VER. Sequimini, Libertas, & tu Lo-

ΦΙΛ. Ὑμεῖς δέ, ὦ φίλαι, ἐν τῇ Ποικίλῃ τέως περιπατήσατε· ἥξω γὰρ ὑμῖν, ἐκδικάσασα τὴν δίκην. ΛΟΥΚ. Τίνες δέ εἰσιν ὦ Φιλοσοφία; πάνυ γὰρ κόσμιαι καὶ αὗται δοκοῦσιν. ΦΙΛ. Ἀρετὴ μὲν ἡ ἀνδρώδης αὕτη, Σωφροσύνη δὲ ἐκείνη, καὶ Δικαιοσύνη πρὸ αὐτῆς, ἡ προηγουμένη δέ, [h] Παιδεία· ἡ ἀμυδρὰ δὲ αὕτη, καὶ ἀσαφὴς τὸ χρῶμα, ἡ Ἀλήθειά ἐστιν. ΛΟΥΚ. Οὐχ ὁρῶ ἥν τινα καὶ λέγεις. ΦΙΛ. Τὴν ἀκαλλώπιστον ἐκείνην οὐχ ὁρᾷς, τὴν γυμνὴν, τὴν ὑποφεύγουσαν ἀεὶ, καὶ διολισθαίνουσαν. ΛΟΥΚ. Ὁρῶ νὴ μόλις. ἀλλὰ τί οὐχὶ καὶ ταύτας ἄγεις, ὡς πλήρες γένοιτο, καὶ ἐντελὲς τὸ συνέδριον; τὴν Ἀλήθειαν δέ γε, καὶ ξυνήγορον ἀναβιβάσασθαι πρὸς τὴν δίκην βούλομαι. ΦΙΛ. Νὴ Δία, ἀκολουθήσατε καὶ ὑμεῖς. [i] οὐ βαρὺ γὰρ μίαν δικάσαι δίκην· καὶ ταῦτα, περὶ τῶν ἡμετέρων ἐσομένην.

ΑΛΗΘ. Ἄπιτε ὑμεῖς. ἐγὼ γὰρ οὐδὲν δέομαι ἀκούειν, ἃ πάλαι οἶδα ὁποῖά ἐστιν. [k] ΦΙΛ. Ἀλλ' ἡμῖν ὦ Ἀλήθεια, ἐνδέοντι ξυνδικάζοις ἄν, [l] ὡς καὶ καλαμηνύοις ἕκαστα. [m] ΑΛΗΘ. Οὐκοῦν ἐπάγωμαι καὶ τὼ θεραπαινιδίω τουτω, εὐνοϊκωτάτω μοι ὄντε. [n] ΦΙΛ. Καὶ μάλα ὁπόσας ἂν ἐθέλῃς. [o] ΑΛΗΘ. Ἕπεσθον ὦ Ἐλευθερία καὶ Παῤῥησία.

h Παιδεία] Παιδία male *Fl.* Sed *H.* & *P.* &c. recte. *i* Οὐ βαρὺ] Οὐ χαλεπὸν L. Nihil mutat Fl. *k* ΦΙΛ.] in *P.* Fl. aliisque persona ΛΟΥ. erat, male. nam recte ΦΙΛ. P. L. *l* Ὡς] Deest in Fl. *m* ΑΛΗΘ.] Sic P. L. Edd. male ΦΙΛ. *n* ΦΙΛ.] Recte sic L. Edd. male ΛΟΥ. *o* ΑΛΗΘ.] Ita P. & L. Edd. rursus male ΦΙΛ.

ἐξεύρισκε eodem quo hic, sensu L. ἀνδρεῖν. *M. du S.*

94. Ἄρειον πάγον] Arium pagum, Areopagum unico verbo: locus est Athenis, ubi Orestes causam dixit, & ubi quae ad Remp. spectabant, severissime administrabantur. Sic dictus (teste Pausan. in Attic.) quod eo primo vocatus sit Mars (quem Graeci Arem vocant) in jus, propterea quod Alirrhothoum interfecerat. *G.C.*

Ἄρειον πάγον] De loco & voce multa erudite vir sanctus *Gulon. Fulien.* ad *Dionys. Areopag.* dixit *Suid.* Interp. *Aristoph.* alii de quib. ad *Pausan.* *J.B.*

Ἄρειον π.] Hesychius in arce Areopagum ponit: Lucianus aliter, ut vides: & quidem recte. Vid. *Pans.* p. m. 108. C. *M. du S.*

Ἄρειον πάγον] De loco, ejus judicibus, ac diversa opinione circa etymon vocis satis egere Interpretes ad *Act. Apost.* c. 17. 19. In primis *Hammondus* & *Clericus*, aliique, quos vid. apud Clar. *Wolfium*, in Cur. Philol. ad N. T. Confer nostrum iterum *de Gymnas.* c. 19. *J.F.R.*

96. Ἐκ περιωπῆς] Conf. supra Ἐπισκ. c. 2. & alibi apud nostrum. *M. du S.*

23. ΦΙΛ. P. & L. in impressis ΛΟΥΚ. *M. du S.*

24. ΑΛΗΘ.] Repono personam ΑΛΗΘ. In omnibus impressis antea scribebatur ΦΙΛ. Sed primo repugnat dialogi series; nam id agit Philosophia, ut veritas judicio adesse dignetur; quae aptissime adeo venturam si hic negat, ni secum comites solitas adducere liceat. Adde quod etsi *Philosophiae* etiam ministrare commode dici possint *Libertas* &, quo sensu hic sumitur, *Audacia*; elegantius tamen & longe aptius *Veritatis assecla* dixeris. Probabunt itaque, sat

σία μεθ' ἡμῶν, ὡς τ δείλαιον τῶτον ἀνθρω-
πίσκον ἐραστὴν ἡμέτερον ὄντα, καὶ κινδυνεύον-
τα ὑπὲ μηδεμιᾶς προφάσει δικαίᾳ, σῶσαι
δυνηθῶμεν· σὺ δ' Ἔλεγχε, αὐτῶ τοῦτο μέ-
νον. ΛΟΥΚ. Μηδαμῶς ὦ δέσποινα. ἡκέτω
δὲ καὶ ὅτ@, καὶ εἴ τις ἄλλ@. ἐ γὰ τοῖς
τυχοῦσι θηρίοις προσπολεμῆσαι δέησει μοι,
ἀλλ' ἀλλαζόσιν ἀνθρώποις, καὶ [a] δυσελέγ-
κτοις, ἀεί τινας ἀποφυγὰς εὑρισκομένοις,
ὥστε ἀναγκαί@ ὁ Ἔλεγχ@. ΦΙΛ. Ἀναγ-
καιότα@ μὲ ἴσν· ἄμεινον δὲ εἰ καὶ τ ἀπόδει-
ξιν προσλάβοις. ΑΛΗΘ. Ἕπεσθε πάντες,
ἐπεὶ ἀναγκαῖοι δοκεῖτε πρὸς τ δίκλν.

[b] ΑΡΙΣΤ. Ὁρᾷς, προσέλαιρίσθαι καθ'
ἡμῶν ὦ Φιλοσοφία, τ Ἀλήθειαν. ΦΙΛ. Εἶ-
τα δεδίατε ὦ Πλάτων, καὶ Χρύσιππε, καὶ
Ἀριστότελες, μήτι ψεύσηται ὑπὲ αὐτῶ
Ἀλήθεια ὖσα; ΠΛΑΤ. Οὐ τῶτο, ἀλ-

quendi Fiducia, ut formidoloſum hunc homuncionem, amatorem noſtrum, in periculo juſta nulla cauſa verſantem ſervare poſſimus. Tu vero Elenche (*Convictio*) hic mane. LUC. Minime vero, Domina: quin hic etiam, ſi quis alius, veniat. Neque enim cum vulgaribus beſtiis depugnandum mihi erit, ſed cum inſolentibus hominibus, & convictioni repugnantibus, & effugia ſemper invenientibus. Itaque neceſſarius eſt Elenchus. PHIL. Maxime ille quidem. Rectius vero feceris, ſi demonſtrationem etiam aſſumas. VER. Sequimini omnes, quandoquidem neceſſarii ad judicium videmini.

18. ARIST. Vides, ad ſuas partes allicit, o Philoſophia, contra nos Veritatem. PHIL. Et vos metuitis, Plato, Chryſippe, Ariſtoteles, ne quid *mentiatur* pro ipſo, cum ſit veritas. PLAT. Non iſtuc quidem. Sed terribili quadam aſtutia

a Δυσελέγκτοις] Δυσελέγκτους *M. du S.* *b* ΑΡΙΣΤ.] Vid. nott. *M. du S.*

ſcio, viri docti & elegantiarum ſpectatores & exactores ſtrenui noſtram emendationem. His jam ſcriptis, etiam MSS. Codd. auctoritatem accedere video, ita enim in P. & L. *Veritati* haec tribuuntur. *M. du S.*

29. Μηδαμῶς] Parum modeſtus hic Sophiſta noſter, ut toto fere dialogo, nimis in illum ſtatim propendet Philoſophia: nimis ille adverſus eam naſutus, nimis illa patiens: nimium ſtulti Socrates, Plato, caeteri. Etiam illud parum provide, quod Libertas & loquendi Fiducia, ancillae ſunt Philoſophiae. Sed ῥᾴον μωμεῖσθε. *J. M. G.*

30. Τοῖς τυχοῦσι] Verſum erat: *fortuitis*. Verte: *vulgaribus, minoribus*. Sic in *Act. Apoſt.* XXVIII. 2. Οἱ δὲ βάρβαροι παρεῖχον ὐ τὴν τυχοῦσαν φιλανθρωπίαν ἡμῖν. Ael. V. H. VI. 12. f. Δεῖγμα ὐ τὸ τυχὸν. *Documentum non vulgare.* *J. F. R.*

32. Δυσελέγκτοις] Mallem δυσελέγκτους. Certe ni id fit, illud καὶ ante ἀεὶ poſitum oportuit. *M. du S.*

Δυσελέγκτοις] Non male δυσελέγκτους conjicit legendum *M. du Soul*, tum vero & comma poſt h. v. tollendum, & mox ſimiliter εὑρισκομένους ſcribendum. In marg. *J.* notaverat vid. *Th. Mag.* Is quidem, v. Εὑρίσκομαι haec habet: Λουκιανὸς ὁ τῷ ἀναβιοῦντες, ἢ ἀλιεύς. ἀεί τινας ἀποφυγὰς εὑρισκομένοις, ex edit. Blancardi; ſed ex connexione & ibi εὑρισκομένους videtur legend. quae ſyllabae ſaepe permutari ſolent; niſi data opera hic ipſiſſima Luciani verba dederit; tum vero contra conjecturam *du Soulii* faceret, quod jam non dijudico. *J. F. R.*

35. Ἄμεινον] Aut Luciani perſona hic interponenda eſt, aut Elenchum hic converſa oratione Philoſophia alloquitur. *J. M. G.*

38. ΑΡΙ.] Ἀναβ. L. recte. pro reliquorum Librorum ΑΡΙΣ. *Fl.* A. tantum habet. *M. du S.*

43. Παῤῥησιάδης] Παῤῥησιαστὴς dicitur, qui libere loquitur, unde *Democares* ob nimiam & procacem linguam *Parrheſiaſtes* dictus eſt. leg. *Senec.* Lib. III. de Ira. *G. C.*

Παῤῥησ.] Locus Senecae eſt L. III. de Ira *c.* 23. pr. ubi *Demochares* Lipſius edidit, pro *Demecares*, & rectius; ſed merentur verba Senecae addi, quia hiſtoria eſt lepida, ait enim: „ Si qua alia in Philippo virtus, fuit „ & contumeliarum patientia, ingens inſtrumentum „ ad tutelam regni. Demochares ad illum, *Parrhe-* „ *ſiaſtes* ob nimiam & procacem linguam appellatus, „ inter alios Athenienſium legatos venerat: audita „ benigne legatione, Philippus, *Dicite*, inquit, *mi-* „ *hi, facere quid poſſum, quod ſit Athenienſibus gra-* „ *tum?* Excepit Democharis: *Te*, inquit, *ſuſpendere.* *J. F. R.*

50. Ἐπὶ Φρατιδῶν] Rogatus Lucianus patriam ſuam, ait, Σῦρ@ (ſirai ſcilicet) ὦ φιλοσοφία, τ ἐπ' Εὐφρατιδῶν. Conjunctim legendum ἐπὶ Φρατιδῶν, probe vidit Eruditiſſimus Vir, *Jac. Gronovius.* Et certe ita habet Florentina editio; ceterae vitioſe ἐπ' Εὐφρατιδῶν. *J. F.*

Ἐπὶ Φρατιδῶν] Hanc lectionem in textum recepi ex Fl. ac jubente *du Soul* cum *Gron.* (licet omnes quas in-

tia est, & adulandi facultate. Itaque persuasione a via illâm abducet. VER. Bono animo estote. nihil profecto injustum fiet, hac una praesente, Justitia. Eamus igitur.

19. Sed age dic, quod tibi nomen est? LUC. Parrhesiades, Alethionis, Elenxiclis (*Confidentius, Veri F. Convincentii N.*) PHIL. Sed patria? Syrus sum, o Philosophia, eorum qui Euphratem colunt. Sed quid hoc ad rem? Nam horum etiam adversariorum meorum novi, non minus quam ego sum genere barbaros; mores vero & eruditio, non qualis Solensium, aut Cypriorum, aut Babyloniorum, aut Stagiritarum. Quamquam apud te quidem nihil quidquam deteriore causa quis fuerit, neque si voce sit barbarus; modo sententia justa esse appareat. PHIL. Recte narras. Temere enim illud quaerebam.

20. Ars vero quae tibi est? nam istud

λὰ δεινῶς ϖανεργός ὅϛι, ϗ κολακικός· ὥϛε ϖδαπείσει αὐτήν. [c] ΑΛΗΘ. Θαῤῥεῖτε· ὐδὲν ὰ μὴ γένηϊαι ἄδικον, Δικαιοσύνης ταύτης συμπαρούσης. ἀπίωμεν ὖν.

Ἀλλ' εἰπέ μοι σὺ, τί σοι τὄνομα; ΛΟΥΚ. Ἐμοὶ Παῤῥησιάδης, Ἀληθίων ϙ Ἐλεγξικλέους. ΦΙΛ. Πατρὶς δέ; ΛΟΥΚ. Σύρϙ, ὦ Φιλοσοφία, τ̃ [d] Ἐπϕρατιδίων. ἀλλὰ τί τοῦτο; ϗ γ̀ τούτων τινὰς οἶδα τ̃ ἀντιδίκων μου, ὐχ ἧττον ἐμοῦ βαρβάρους τὸ γένϙ· ὁ τρόπϙ δὲ, ϗ ἡ παιδεία ὐ χτ\ Σολέας, ἢ Κυπρίους, ἢ Βαβυλωνίους, ἢ Σταγειρίτας. καίτοι ϖρός γε σὲ, ὐδὲν ἂν γένοιϊο ἔλαττον, ὐδ' εἰ τ̃ φωνὴν βάρβαρϙ εἴη τις, εἴϕ ἡ γνώμη ὀρθὴ ϗ δικαία φαίνοιϊο ὖσα. ΦΙΛ. Εὖ λέγεις. ἄλλως γὰν τοῦτο [e] ἠρόμην.

Ἡ τέχνη δέ σοι τίς; ἄξιον γ̀ ὀπίϛαθαι τοῦ-

c ΑΛΗΘ.] ΦΙΛ. L. Sed nihil mutat *Fl.* & reliquae. *d* Ἐπϕρατιδίων] Sic una voce *Gronov.* & *Fl.* Reliquae male disjungunt Ἐπ' Εὐϕρατιδίων. *e* Ἠρόμην] Ed. *H.* male ἠρώμην.

54. Οὐ κατὰ Σολέας] Σολεὺς ϖῶ γ̀ Ἀρατὸς ὢν, Ἑλληνικῇ παιδείᾳ τοσοῦτον διήνεγκε· ὥϛε τὰ ϕαινόμενα Ἑλλάδι ϕωνῇ γράψας, ἐθαυμάσθη ϗ Ζήνων δὲ, ὁ τ̃ ϛοᾶς κοσμήτωρ τε ϖ καθηγητὴς ὢν Κιττίου τ̃ Κύπρου * ὡρμήθη, ϗ δὴ ϗ † Κράτων ϖ Χρύσιππϙ ἄμϕω Σολεῖς ὄντ ἄσημοι κατὰ φιλοσοφίαν, ϗ μάλιϛα Χρύσιππϙ. ἀμείλει δὲ ϖ Ἀριϛοτέλης Σταγειρίτης, ϗ Δημόκριτϙ ϗ ‡ Πρωταγόρας, Ἀβδηρῖται. ἀλλ' ὐδήπου ξενίας διώκουϑ, ὅτι μὴ ὂν μίσης Ἑλλάδϙ ἐθαγενεῖς ὄντες ὐρίσκοιϑαι. Θαυμάζονται δὲ μᾶλλον ὡς χεῖδον Ἕλληνας § παρῳδοκιμηκότες τ̃ ϖερὶ τοὺς λόγους ἀσκήσει. *V.*

* Ὡρμητο] Ὥκατο. V.
† Κράτων] *Crator.* C.
‡ Πρωταγόρας] *Pythagoras.* C. prave. *M. du S.*

§ Παρῳδ.] Παραδιδοκιμηκότες editum erat, sed ex V. correxit *M. du S.*

inspexi Edd. disjunctim habeant ἐπ' Εὐϕρατιδίων) quia necessaria erat haec correctio. *J. F. R.*

54. Σολέας] Vide Scholiasten, cujus catalogo, quia de Babyloniis tacet, addendus Diogenes Stoicus & Posidonius, hic Apamensis Syrus, ille Seleucensis ad Tigrim, sed Babylonius tamen audiebat. (*Diog. Laërt.* p. 157. C.) vide & nostrum de utroque in *Macrob.* c. 20. *Plut.* 1073. f. Alterum *Posid.* memorat *Diog. Laërt.* 173. C. Adde etiam, si lubet, Athenodorum & Nestora Tarsenses, ex eod. *Luc.* libro. Σολεὺς Χρύσιππϙ, *Orig.* c. *Cels.* 196. 2. & *Plut.* 1073. f. Tarsensis etiam quibusdam. Protagoras Abderites, e bajulo, Democriti auditor &c. *Diog. Laërt.* 249. *F.* etiam Clearchus Solensis Aristotelis discipulus. *M. du S.*

58. Ἄλλως γοῦν τοῦτο ἠρόμην. ἡ τέχνη δέ σοι τίς;] Quis posset has voces ita interpretari, ut faciunt interpretes, *verum & hoc quaero, quamnam artem nosti?* An in Grœcis legitur ἀλλὰ ϖ τοῦτο ἠρόμην, τίς δή σοι ἡ τέχνη? Hæc Græca conveniunt istis Latinis, non Lucianea. Nam *Lucianus* priorem citatarum vocum partem retulit ad præcedentia, posteriorem ad sequentia, & verti debuit. *frustra igitur id rogabam.* (nempe de patria & lingua, quum nihil ad disciplinas id faciat.) *Verum quod artificium tuum est?* Paulo ante scribi debuit, Σύρος, ὦ Φιλοσοφία, τ̃ Ἐπϕρατιδίων, ut recte pater, non ἐπ' Εὐϕρατιδίων. *J. G.*

Ἄλλως ἠρόμην] Vid. idem Deor. Dial. XX. 2. *M. du S.*

Ἄλλως γοῦν τοῦτο ἠρόμην] Vertebatur male: *Verum & hoc quaero.* Propius ad verum sensum accedit versio haec Cl. *Gesn. Temere enim illud quaerebam.* Proxime tamen *Soulii* nostri, qui orae Ed. *Bened.* adscripserat: *neque hoc ideo rogabam. Verum quamnam tu profiteris artem?* *J. F. R.*

τῦτό γε. ΛΟΥΚ. Μισαλαζών εἰμι, καὶ μισογόης, καὶ μισοψευδὴς, καὶ μισότυφος, καὶ μισῶ πᾶν τὸ τοιετῶδες εἶδος τῶν μιαρῶν ἀνθρώπων· πάνυ δὲ πολλοί εἰσιν ὡς οἶδα. ΦΙΛ. Ἡράκλεις, πολυμισῆ τινα μέτει τὴν τέχνην. ΛΟΥΚ. Εὖ λέγεις· ὁρᾷς γὰρ ὑπόσοις ἀπεχθάνομαι, καὶ ὡς κινδυνεύω δι' αὐτήν; ἐμὲ μὲν ἀλλὰ καὶ τὴν ἐναντίαν αὐτῇ πάνυ ἀκριβῶς οἶδα. λέγω δὴ τὴν ἀπὸ τοῦ φιλῶ, τὴν ἔρριζαν ἔχουσαν. φιλαλήθης γὰρ, καὶ φιλόκαλος, καὶ φιλαπλοϊκὸς, καὶ ὅσα τῷ φιλεῖσθαι συγγενῆ. πολὺν ἀλλ' ὀλίγοι πάνυ ταύτης ἄξιοι τὴν τέχνης. οἱ δὲ ὑπὸ τῆ ἐναντίᾳ τατταμένοι, καὶ τῷ μίσει οἰκειότεροι, πενταχισμύριοι. κινδυνεύω τοιγαροῦν τὴν μὲν, ὑπ' ἐργίας ἀπομαθεῖν ἤδη· τὴν δὲ, πάνυ ἠκριβωκέναι. ΦΙΛ. Καὶ μὴν οὐκ ἐχρῆν. τοῦ γὰρ αὐτοῦ καὶ τάδε φασὶ, καὶ τάδε· ὥστε μὴ ἀφαίρει τὰ τέχνα· μία γὰρ ἐστὸν, δύ' εἶναι δοκοῦσι.

quidem ſcire refert. LUC. Oſor ſuperbiae ſum, & praeſtigiarum, & mendaciorum, & tumoris inanis: odi igitur omne hoc genus impurorum hominum. Admodum vero multi ſunt, quod noſti. PHIL. Odii, Hercule, multi artem facis. LUC. Bene dicis. vides enim, apud quam multos in odio ſim, & in quae pericula propter eam venerim. Verum tamen etiam oppoſitam illi artem accurate novi: illam puto quae amore conſtat. Sum enim veri amicus, & honeſti ac pulchri, tum ſimplicitatis & quaecumque natura amabilia ſunt. Verum pauci admodum digni, in quibus hac arte utar. Contra alteri illi, oppoſitae arti ſubjecti, & odio aptiores, quinquagies mille: quare periculum eſt, ne alteram quidem, cujus exercendae ita rara offeratur occaſio, dediſcam; alteram autem nimis etiam calleam. PHIL. At non oportebat: ejusdem enim & hoc eſt, ajunt, & illud. Noli itaque artes dirimere, quae duae

a Τὼ τέχνα] Sic Edd. P. S. H. B2. F. & P. Sed J. & Fl. τὰ τέχνα.

77. Οὐκ * ἐχρῆν . . . καὶ τάδε φασὶ, καὶ † τάδε] Διὰ τὸ ‡ ἐναντίον εἶναι τὴν αὐτὴν ἐπιστήμην. V.

Τῶν ἐναντίων ἤτοι τὴν ἀντικειμένων τὴν αὐτὴν ἐπιστήμην φασί. ὁ γὰρ τὸ δεξιὸν ὡς δεξιὸν ἐπιστάμενος . . . . πρότερον ἐπίσταται τὸ ἀριστερόν. καὶ ἀπὸ . . . . νοσερὸν εἰδὼς . . . . ὑγιεινόν. ὡσαύτως ἡ ἐπὶ γενέσεως ἡ φθορᾶς, μειώσεως ἡ αὐξήσεως, καὶ τῆ διαπλησίων, ἃ ὑπὸ τὰ ἀντικείμενα τιλεῖ. τοῦτο δὲ φησι πρὸς τὴν Παῤῥησιάδην νῦν. § Διατεινόμενος. ἀπομαθεῖν ταύτην τὸ μισεῖν ἢ τὴν κατ' αὐτὰ τέχνη. ὡς οὐχ ὅτι τοῦτο . . . . τῆ ἀντικειμένων ἡ αὐτὴ γνῶσις. G.

* Ἐχρῆν] Ἔχρην accentu in prima erat in Impr. Clerici, & ſic vulgaria Lexica, verum in Edd. Luciani ubique recte ἐχρῆν, & ſic Grammatici jubent. J. F. R.

† Τάδε] Ἥδη male legebatur in impreſſ.

‡ Ἐναντίον] Ἐναντίαν editum erat, ſed correxit M. du S.

§ Διατεινόμενος . . . τοῦτο] Corrupta haec.

69. Ἀπὸ τοῦ φιλῶ] Non poteſt Latina verſio hunc locum adſequi. neque enim formare licet compoſita, quae his a μισο, vel a φιλο incipientibus reſpondeant. J. M. G.

78. Καὶ τάδε φασὶ καὶ τάδε] Dixerat Lucianus ſe duplicem ſcire artem, ſe eſſe μισαλαζόνα, μισοψευδῆ &c. addit ſe vereri, ne alteram prae ſegnitie dediſceret, alteram vero melius addiſceret, ad quae Philoſophia καὶ μὴν οὐκ ἐχρῆν, τοῦ γὰρ αὐτοῦ καὶ τάδε φασὶ καὶ τάδε. interpres: *atqui non oportebat: ejusdem enim ferunt eſſe & illa & iſta.* Ita ille intellexit, quaſi diceret Philoſophia, οἱ ἄνθρωποί φασι, *ferunt homines*, καὶ *iſta & illa eſſe ejusdem.* Sed τάδε eſt nominativi caſus, & verba ſic conſtruenda ſunt: καὶ τάδε καὶ τάδε φασὶ τοῦ αὐτοῦ. ſc. ἀνθρώπου εἶναι. h. e. *Et haec & illa indicant ejusdem hominis* ſc. artem, vel, ingenium, h. e. qui μισοψευδὴς eſt, ille pariter eſt φιλαλήθης. Qui odit vitium, amat virtutem oppoſitam, quare mox addit. μία γάρ ἐστιν (ſc. τέχνη) δύ' εἶναι δοκοῦσαι. H. V.

79. Τὼ τέχνα] Sic Edd. P. S. F. & Mſ. P. ſed *Junt.* τὰ τέχνα, ad vulgares Grammaticorum canones uſitatius. Nos vero prius praetulimus, non quod per heterogeniam Atticis peculiarem (de qua vid. *Mattaire de dialect.* p. 37. &c.) femininum nomen maſculino genere uſurpatum ſit; ſed quod *articulus* τὼ, in *duali* ſaepe commun. immo omnis ſit generis. Scholiaſt. ad *Sophocl.* Aj. 291. Εἰώθασιν οἱ Ἀττικοὶ τὰ θηλυκὰ ἄῤῥενα ἀρσενικῶς ἐκφέρειν, ἀντὶ τοῦ τὴ τῆ λέγοντες — καὶ κοινῶς, ὡς ἔπος εἰπεῖν πᾶσι λογοποιοῖς τὼ χεῖρε. Sic etiam in proverb. quod Euſtath. adfert ad *Hom.* Il. B. p. m. 235. 37. Τὼ μὲ χεῖρε· οὐ Αἰτωλοῖς, ὁ δὲ τοῦς ἐκ Κλαζομενῶν. Adde duo alia in voce Χεῖρ ab Lexicogr. ex *Xenoph.* & *Thucyd.* jam prolata, ubi ſimiliter τὼ χεῖρε pro τὰ legitur, & *Lucian.* non ſemel alibi. J. F. R.

85. Πρὸ-

dnae cum videantur esse, una sunt. LUC. Melius tu ea nosti, Philosophia. Mea igitur haec ratio est, odisse malos, bonos autem amare atque laudare.

ὅσαι. ΛΟΥΚ. Ἄμεινον σὺ οἶδα ταῦτα ὦ Φιλοσοφία, τὸ μέντοι ἐμὸν, τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον τοὺς μὲν πονηροὺς μισεῖν, ἐπαινεῖν δὲ τοὺς χρηστοὺς, καὶ φιλεῖν.

21. PHIL. Jam age, adsumus enim nunc, ubi oportebat: hic alicubi in templo urbicae Palladis judicemus. Disponi nobis, Antistes, jube subsellia: nos interea deam adorabimus. LUC. Custos urbis, praesidio mihi veni contra insolentes homines, recordata, quot illorum perjuria quotidie audias. Quae faciunt, sola vides, quae inspectionem habeas: nunc tempus est illos ulcisci. Me vero si qua succumbere videas, & plures sint nigri calculi, tuo tu adjecto me serva.

85 ἐνταῦθά πῃ ἐν τῷ προνάῳ τῆς Πολιάδος δικάζωμεν· ὁ Ἱέρεια ἀγάθες ἡμῖν τὰ βάθρα, ἡμεῖς δὲ, ἐν τοσούτῳ προσκυνήσωμεν τὴν θεόν. ΛΟΥΚ. Ὦ Πολιὰς, ἐλθέ μοι καὶ τῶν ἀλαζόνων σύμμαχος, ἀναμνησθεῖσα ὁπόσα ὀπισθόντων ὀσημέραι ἀκούεις αὐτῶν· καὶ ἃ πράττουσι δὲ μόνη ὁρᾷς, ἄτε δὴ [b] ὀπίσκοπος οὖσα νῦν καιρὸς ἀμύνασθαι αὐτούς. ἐμὲ δὲ ἢν πῃ κρατούμενον ἴδῃς, [c] καὶ πλείους ὦσιν αἱ μέλαιναι, σὺ προθεῖσα τὴν σεαυτῆς, σῶζε.

22. PHIL. Age jam sedemus vobis, paratae vestras audire rationes. Vos autem electo uno ex omnibus, qui optime accusaturus videatur, actionem componite, &

95 ΦΙΛ. Εἶεν. ἡμεῖς μὲν ὑμῖν [d] καὶ δὴ καθήμεθα ἕτοιμοι ἀκούειν τῶν λόγων· ὑμεῖς δὲ, προελόμενοί τινα ἐξ ἁπάντων, ὅστις ἄριστα [e] κατηγορῆσαι ἂν δοκῇ, ξυνείρεσθε τὴν κατηγορίαν,

b Ἐπίσκ.] Al. ἐπὶ σκοπῆς οἰκοῦσα. Vid. nott. sed Edd. constanter vulgatam servant. *c* Καὶ] Κἂν] L. nil vero a vulgata abit *Fl.* *d* Καὶ δὴ] *Marcil.* Ἤδη. *e* Κατηγορῆσαι ἂν] Κατηγορήσειν δοκεῖ] Mss. Gr. & L.

91. Ἐπίσκοπος] Γρ. αἱ ἐπὶ σκοπῆς οἰκοῦσα, νῦν καιρὸς. *G.*

85. Προνάῳ] Πρόναος Graecorum *templo* Romanorum respondet: ναὸς *cellae.* *J.M.G.*

Ibid. Πολιάδος] Sic in Lapith. & apud *Herod.* lib. 5. Minervae cognomentum, cujus rationem alibi reddimus. Eadem dicta Πολῖτις *Aristophani*, & Πολιοῦχος *Pindar.* *J.B.*

88. Ὦ Πολιὰς] O *Minerva.* *J.Br.*

Ὦ Πολιὰς] Id est Minerva urbis Dea tutelaris, Atheniensibus proprie Πολιὰς dicta. Ael. V. H. 2. c. 9. f. ὦ Πολιὰς Ἀθηνᾶ. Ubi omnino vid. Cl. *Periz.* *J.F.R.*

91. Ἐπίσκοπος οὖσα] Ἐπὶ σκοπῆς οἰκοῦσα. Hanc scripturam pro vulgata ἐπίσκοπος οὖσα, suppeditant Coll. G. quam lubens ut praestantiorem amplector. Vid. *Zeun.* c. 4. *M.du S.*

93. Αἱ μέλαιναι] Scil. ψῆφοι. *J.Br.*

94. Τὸ προθεῖσα] Proverbium, *Minerva suffragium.* *Th.M.*

Ibid. Προθεῖσα] *Albam* scilicet. Haec ad fabulam de judicio Orestis spectant, cui periclitanti auxilium tulit Minerva: suo enim illum suffragio liberavit. *Brod.* Vid. etiam Ἀμμ. c. 3. & *Eur.* Iph. in Taur. 1469. *M.du S.*

Ibid. Τὴν σεαυτῆς] Ψῆφον. *Albam* scilicet. Haec ad fabulam de judicio Orestis spectant, in quo ei Minerva auxilium tulit, ac suo illum suffragio liberavit. *J.Br.*

95. Εἶεν] Ad superiora etiam hic respectum habet, *sint ista!* q. d. satis de his: satis cunctatum. Vid. ad princ. dialogi proximi. *J.M.G.*

Ibid. Ἡμεῖς μὲν ὑμῖν] Ἡμεῖς μὲν ὑμῶν ἤδη καθημεθα. *Th.M.*

Ibid. Καὶ δὴ] *Marcilii* conjecturam probo, sed Codicum auctoritate suffultam vellem. *M.du S.*

97. Ὅς τις ἄριστα κατηγορῆσαι] Praestat quoque ex eodem libro scribi ὅστις ἄριστα κατηγορήσειν δοκεῖ. *qui videtur optime accusaturus*, quamvis vulgata possit ferri. *J.G.G.*

98. Κατηγορήσειν] Hoc ex Mss. Gr. & L. arripuimus. Edd. καταγορῆσαι ἂν. *M.du S.*

Κατηγορῆσαι] Voluit *M. du Soul* hoc in textu mutare. Verum quia vulgata se potest tueri, ei non obsecundavimus, sed majorem Edd. & Mss. numerum potiorem habuimus. Aorist. enim infin. cum futuro permutatio tam est frequens, etiam apud alios, ut aoristus hic vitiosus pronuntiari nequeat. Sed adsentior Rever. *Horreo:* qui in *observ. Crit.* in Herodot. l. IX. p. 5. Ἐν νόῳ ἔχουσα τίσασθαι τὴν Κανδαύλεα ex uno Ms. in τίσεσθαι non mutandum censet, quod Cl. *Gron.* frustra existimarat, cum aoristi exemplum ipse *Gron.* ad-

ρίαν, καὶ διελέγχεσθε. εἰ [a] γὰρ οἷόν τε πάντας ἅμα λέγειν. σὺ δὲ ὦ Παῤῥησιάδη, [b] ἀπολογήσῃ τὸ μὴ τοῦτο. [c] ANA. Τίς οὖν ὁ ὀξυτηδειότατος ἐξ ἡμῶν ἂν γένοιτο πρὸς τὴν δίκην; [d] ΧΡΥΣ. Σοῦ, ὦ Πλάτων, ἥτε μεγαλόνοια θαυμαστὴ, καὶ καλλιφωνία δεινῶς Ἀττικὴ, καὶ τὸ κεχαρισμένον, καὶ πειθοῦς μεστόν· ἥτε σύνεσις, καὶ τὸ ἀκριβὲς, καὶ τὸ ἐπαγωγὸν ἐν καιρῷ τῆς ἀποδείξεων, πάντα ταῦτά σοι ἀθρόα πρόσεστιν. ὥστε τὴν [e] προηγορίαν δέχου, καὶ ὑπὲρ ἁπάντων εἰπὲ τὰ εἰκότα. νῦν ἀναμνήσθητι πάντων ἐκείνων, καὶ συμφόρει εἰς τὸ αὐτὸ, εἴ τί σοι πρὸς Γοργίαν, ἢ Πῶλον, ἢ Πρόδικον, ἢ Ἱππίαν εἴρηται· δεινότερος οὗτός ἐστιν. ἐπίπασσε δὲ καὶ [f] τὰς εἰρωνείας, καὶ τὰ κομψὰ ἐκεῖνα καὶ [g] συνεχῆ ἐρώτα· κἂν σοι δοκῇ καὶκεῖνό που ἐμβύσσειν, ὡς ὁ μέγας Ζεὺς πηνὸν ἅρμα ἐλαύνων, ἀγανακτήσειεν ἄν, εἰ μὴ ἔστιν ὑπόχυσις τῆς δίκης.

reum convincite: neque enim fieri poteſt, ut ſimul omnes dicatis, tu vero poſt haec cauſſam dices Parrheſiade. R E V. Quis igitur noſtrum huic judicio aptiſſimus fuerit? tua Plato cogitandi admirabilis ſublimitas, & mere Attica vocis ſuavitas, & gratia illa, quae tantum in perſuadendo valet: tum prudentia, & exquiſitum illud artificium, & illae, ubi demonſtrandum erat, verborum ille cebrae; omnia haec copioſe tibi adſunt. Itaque orandi ſuſcipe provinciam, & pro omnibus ea, quibus opus eſt, profer. Nunc recordare omnium illorum, & in eumdem locum confer, ſi quid tibi ad Gorgiam, aut Polum, aut Prodicum, aut Hippiam dictum eſt: hic enim illis magis formidandus eſt. Itaque adſperge etiam aliquid de ironia, & lepidas illas perpetuasque interrogationes profer: & ſi videbitur, illud etiam alicubi inferci, ut magnus ipſe ille Jupiter volucrem currum agens, indignaturus ſit, niſi ſupplicio iſte afficiatur.

[b] ΠΛΑΤ. Μηδαμῶς. ἀλλά τινα τῶν σφοδροτέρων προχειρισώμεθα, [i] Διογένην τοῦτον, ἢ Ἀντισθένην, ἢ Κράτητα, ἢ καὶ σὲ ὦ Χρύ-

23. PLAT. Nequaquam. Sed vehementiorum aliquem deligamus, Diogenem hunc, vel Antiſthenem, vel Cretetem, vel

a Γὰρ . . πάντας] Inverſo ordine πάντας γὰρ &c. P. Sed vulgatam habet etiam Fl. b Ἀπολογήσῃ τὸ] Ἀπολογήσηται uno verbo J. alii τι pro τὸ. c ANA.] ΠΛΑΤ. P. L. Sed cum vulgata ſtat Fl. Variant etiam in perſona proxime ſeq. Vid. not. *M. du Soul.* d ΧΡΥΣ Σοῦ] Aberat haec perſona a *P. J. H.* &c. ſed habet L. σὺ vero pro σοῦ hab. P. e Προηγορίαν] Προηγορίαν J. Sed prius P. F. & Fl. προηγορίαν vero etiam E. *Coll.* & *Th. Mag.* f Τὰς εἰρωνείας] Τῆς εἰρων. J. & *H.* g Συνεχῆ] Ita ex *S.* & J. dedimus. Edd. *H. P.* male συνεχεῖ. h ΠΛΑΤ.] ANAB. P. Sed nil mutat L. & *Fl.* i Διογένην] Sic Edd. J. *P. H.* &c. Διογένη *Fl.*

9. Προηγορίαν] Τὸ πρότερον εἰπεῖν ἢ ἀγορεῦσαι. *G.*

adferat ibidem. Addo *Homer.* Il. Δ. 161. — μεγάλῳ ἀπίτισαν *magno luent.* Ubi recte Scholiaſt. exponit: ἀποτίσουσιν. ἀποδώσουσι — καὶ ἀόριστος χρῆσιν παρέχει τῷ μέλλοντος. Immo noſter *Lucian. Deor. Dial.* XV. vel ſequenti futuro aoriſtum praemittit, dicens ἐπιμηχανήσασθε — καὶ συλλήψεσθε, quod Clar. *Jenſ.* tamen in -ήσεσθε mutatum voluit, idque mollius flueret, fateor, nulla tamen mutandi neceſſitas, cum nec Mſ. nec Edit. ulla praeeat, quos quidem nil moraremur, credo, ſi res eſſet certiſſima. Verum non eſt contra canones Grammaticor. diſſimilia *tempora* per conjunctiones conjungi, qui ſimiles tantum modos conjungere jubent. Plura exempla, ubi aoriſti cum futuris conjungantur, vid. ap. eumd. *Horr.* ubi ad *Obſ. Miſcell.* vol. IV. T. IV. p. 286. remittit. *J. F. R.*

4. ΧΡ. Σοῦ] Sic L. recte, ut ex Platonis reſponſo patet. (In Edd. deeſt haec perſona.) Malebam etiam σοι; ſed repugnant Codd. In P. eſt σὺ. Sed vulgata nunc placet. *M. du S.*

9. Προηγορίαν] *Th. Magiſt.* p. m. 155. προηγορία· καὶ προηγορος, ἔστω ὁ προηγορία ἡ ὑπερηγορία ὁ τὸ πρὸ τῶν ἄλλων λέγειν, καὶ προήγορος ἀσαύτως ὁ προηγορῶν. Λουκιανὸς οὖν τῷ ἀναβιοῦντες ἢ ἀλιεῦς· τὴν προηγορίαν δέχου, καὶ ὑπὲρ ἁπάντων εἰπὲ τὰ εἰκότα. Vid. plur. ap. eumdem ex *Syneſ.* & *Ariſtid.* Quare & hic ap. noſtrum προηγορίαν legendum arbitror, ut ſit: *Tu prior cauſſae dictionem*

vel te adeo, Chryſippe. Neque enim ſane pulchritudinem, aut in ſcribendo vim quamdam praeſens tempus deſiderat; ſed apparatum convincendi & judicialem. Orator autem eſt Parrheſiades. DIOG. Ego vero accuſabo illum, nec enim puto longa oratione opus futurum. Et alioquin ego ſupra omnes contumelioſe tractatus ſum, quem duobus ille obolis nuper ſub praecone vendiderit. PLAT. Diogenes, o Philoſophia, aget pro omnibus. Memento autem, vir generoſe, ne tuum modo in accuſatione negotium agas, ſed communem cauſſam ſpectes. Si quid enim inter nos non convenit de noſtris diſputationibus, tu in praeſentia quidem noli quaerere, aut utra ſit verior ratio definire: ſed in univerſum modo pro philoſophia ipſa indignationem oſtende, contumeliis obruta, & male audiente in Parrheſiadae ſermonibus: relictisque ſectis, quibus diſſidemus, quod commune habemus omnes, pro eo propugna. Vide, ſolum te praefecimus, in te noſtra jam omnia periclitantur, ut aut honeſtiſſima videantur, aut talia credantur eſſe, qualia hic propoſuit.

σιππε. ἐ γὰ δὴ κάλλος ὀ τῷ παρόντι, ϗ δεινότης ϗ συγγραφικῆς ὁ καιρὸς, ἀλλά τις ἀγὼν ἐλεγκτικῆς, ϗ δικανικῆς παῤῥησκευῆς· ῥήτωρ δὲ ὁ Παῤῥησιάδης ἐστίν. ΔΙΟΓ. Ἀλλ' ἐγὼ αὐτῦ καλήγορήσω. ϗ γὰ ἐδὲ πάνυ μακρῶν οἶμαι τὸν λόγων [k] δεήσεσθαι· ϗ ἄλλως δὲ, ὑπὲς ἅπαντας ὕβρισμαι, δὺ' ὀβολῶν πρώην ἀπεκεκηρυγμένος. [l] ΠΛΑΤ. Ὁ Διογένης ὦ Φιλοσοφία, ἐρεῖ τ' λόγον [m] τ' ὑπὲς ἁπάντων. μέμνησο δὲ ὦ γενναῖε, μὴ τὰ σεαυτῦ μόνον πρεσβεύειν ὀ τῇ καλήγορίᾳ, τὰ κοινὰ δὲ ὁρᾶν. εἰ γάς τι ϗ πρὸς ἀλλήλους διαφερόμεθα ὀ τοῖς λόγοις, σὺ δὲ τῦτο μὴ ἐξέταζε, μηδ' ὅτις ἐστὶν ὁ ἀληθέστερος, [n] νῦν λέγε· ὅλως δὲ, ὑπὲς Φιλοσοφίας αὐτῆς ἀγανάκλει πεῤῥισμένης, ϗ κακῶς ἀκεύσης ὀ τοῖς Παῤῥησιάδε λόγοις. ϗ τὰς προαιρέσεις ἀφεὶς, ὀ αἷς διαλλάττομεν, ὁ κοινὸν ἅπαντες ἔχομεν, [o] τῦτο ὑπερμάχει. [p] ὅρα, σὲ μόνον προεστήσάμεθα, ϗ ὀ σοὶ τὰ πάντα ἡμῖν νῦν κινδυνεύει, ἢ σεμνόταλα δόξαι, ἢ τοιαῦτα πιστεθῆναι, οἷα [q] ἔστιν ἀπέφηνε.

ΔΙΟΓ.

k Δεήσεσθαι] Δεῖσθαι O. *l* ΠΛΑΤ.] ANAB. P. Ex. *m* Τὸν] Abeſt ab O. P. *n* Νῦν λέγε] Deſunt haec duo verba in O. *o* Τοῦτο] (*Bud.* αὐτοῦ) *J.* τουτῶ. nil mutant Edd. & ita notaverat *M. du Soul.* Sed ſi hic per *J.* ut ſolet *Juntinam* deſignat, erravit; illa enim τοῦτο habet. *p* Ὅρα, σὲ μόνον] Ὁρᾶς δὲ μόνον σε. O. *q* Οὕτως] Οὕτως *J.* ἔστιν, *Brod.* Et ſic habent *H. B2. F.* Fl.

42. Ὑπερμάχει] Ἀντὶ τῦ καλασκεύαζε, * ἐπείπερ τὸ ὑπερμαχεῖν αἰτιᾶται † συντάσσεται. ὑπερασπίζω σου. προϊσαμαί σου. προπολεμῶ σου, οὕτως ἔν ϕ ὑπερμαχῶ σου. *V.*

* Ἐπείπερ] Ἐπὶ ϖῶς editum fuerat; ſed correxit hoc tuit ex C. *M. du S.* Et certe vel ſine Codice corrigendum fuiſſet. *J. F. R.*

† Συντασσ.] Ἐντάσσεται legebatur in *Impr.* male. Sed reſti-

nem ſuſcipe, i. e. *age*; quia praeſtas reliquis. Conf. Schol. licet vulgata ſtare poſſit. *J. F. R.*

12. Γοργίαν] In eo praecipue dialogo, qui *Gorgias* inſcribitur. p. 281. Solum Agrigentinum paſſim, Prodicum non adeo videtur inſectari. Hippiam in dialogis duobus p. 95. & 229. *M. du S.*

16. Σωιχεῖ] Σωιχῇ. *Th. M.*

17. Ὡς ὁ μέγας Ζεὺς πλὴν ἅρμα ἐλαύνων] Lucianus *Platonem* ſubſannat, cujus in *Phaedro* verba haec ſunt: ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ ζεὺς πλὴν ἅρμα ἐλαύνων. *J. Br.*

Ibid. Μέγας Ζ.] Meminit iterum Διν. c. 33. & Ῥητ. 26. Conf. *Plat.* Phaedr. 344. *M. du S.*

Ibid. Πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων] *Homer. Pind.* a quibus Poëtae omnes Latini: leg. *Mar.* ad *Horat.* p. 35. *J. B.*

Πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων] E ſacris noſtris magnificum illum de Deo ſermonem hauſtum, apologetae noſtri paſſim indicant. v. g. Athenag. c. 21. p. 94. Dechair. *J. M. G.*

34. Τὰ κοινὰ] *Communem omnium cauſſam. J. Br.*

35. Ἐν τοῖς λόγοις] Malim *in opinionibus diſcrepamus*, quam *rationibus*, ut vulgo interpretes, mox ſequitur, ὀ ταῖς προαιρέσεσι διαλλάττειν, quod idem eſt. *L. Bos.*

45. Οἷα ἔστιν ἀπέφηνε] Corrige ἔστιν. *J. Br.*

ΔΙΟΓ. [a] Θαῤῥεῖτε, ὐδὲν [b] ἐλλείψομεν, ὑπὲρ ἁπάντων ἐρῶ. καὶν ἡ Φιλοσοφία δὲ πρὸς τοὺς λόγους ὀπικλασθεῖσα (φύσει γὰ ἥμερος, καὶ πρᾷός ἐστιν) ἀφεῖναι διαβουλεύῃ αὐτὸν, ἀλλ' ὐ τὰ ἐμὰ ἐνδήσει. δείξω γὰρ αὐτῷ ὅτι μὴ μάτην ξυλοφορῆμεν. ΦΙΛ. Τοῦτο μὲν μηδαμῶς, ἀλλὰ τῷ λόγῳ μᾶλλον· ἄριστον γὰρ, [c] ἤπερ τῷ ξύλῳ. μὴ μέλλε [d] δ' ἔτι. ἤδη γὰρ [e] ἐγκέχυται τὸ ὕδωρ, καὶ πρὸς σὲ τὸ δικαστήριον ἀποβλέπει. ΛΟΥΚ. Οἱ λοιποὶ καθιζέσθωσαν, ὦ Φιλοσοφία, καὶ [f] ψηφοφορείτωσαν μεθ' ὑμῶν· Διογένης δὲ [g] καληγορείτω μόνος. ΦΙΛ. Οὐ δέδιας ἦν μή σε καταψηφίσωνται; ΛΟΥΚ. Οὐδαμῶς. πλείοσι γὰρ κρατῆσαι βούλομαι. ΦΙΛ. Γενναῖά σε ταῦτα· καθίσαι δ' ἔτι. σύ δ' ὦ Διόγενες, λέγε.

24. DIOG. Bono eſtote animo, nulla in re deficiemus: dicam pro omnibus. Et, ſi forte Philoſophia ſermonibus iſtius fracta, ut eſt ingenio manſueto & miti, dimittere illum cogitet; at ego certe cauſſae non deero: oſtendam enim homini nos non fruſtra clavam gerere. PHIL. Iſtuc quidem minime; ſed oratione potius, quod optimum, quam clava *res gerenda eſt:* ſed noli cunctari diutius. Jam enim infuſa eſt *in clepſydram* aqua, & in te conſilium intuetur. LUC. Adſideant vobiſcum reliqui, o Philoſophia, & ferant ſuffragia. Diogenes vero accuſet ſolus. PHIL. Non metuis igitur, ne contra te ferant ſuffragia? LUC. Minime. pluribus enim volo vincere. PHIL. Generoſe tu quidem. Adſidete igitur: tu vero dic Diogenes.

ΔΙΟΓ. Οἷοι μὲν ἡμεῖς ἄνδρες ἐγενόμεθα [h] περὶ τὸν βίον ὦ Φιλοσοφία, πάνυ ἀκριβῶς οἶσθα, καὶ ὐδὲν δεῖ λόγων. ἵνα γὰρ τὸ κατ' ἐμὲ σιωπήσω, ἀλλὰ Πυθαγόραν τοῦτον, καὶ Πλάτωνα, καὶ Ἀριστοτέλη, καὶ Χρύσιππον, καὶ τοὺς ἄλλους, τίς οὐκ οἶδεν ὅσα ἐς τὸν βίον

25. DIOG. Qui viri nos in vita fuerimus, o Philoſophia, accurate noſti, nec oratione opus eſt. De me enim ut taceam, ecquis vero hunc Pythagoram, & Platonem, & Ariſtotelem & reliquos ignorat, quan-

a Θαῤῥεῖτε] Θαῤῥεῖται O. male. b Ἐλλείψομεν] Ἐλλείψομαι. O. c Ἤπερ] Ἢ O. d Δ' ἔτι] Γοῦν O. Sed nihil mutant Edd. e Ἐγκέχυται] Sic recte *Vo.* ἐκκέχυται *F. P. B2. H. F.* Fl. f Ψηφοφορείτωσαν] Ψηφοφορήτωσαν O. Reliqui ſtant pro vulgata. g Καληγορείτω] Καληγορεῖται. O. h Περὶ] Παρὰ P. L. O. Sed cum vulgata facit Fl.

47. Ὑπὲρ ἁπάντων] Περὶ πάντων ἐρῶ, περὶ αὐτῶν. *G.*
53. Ἤπερ τῷ ξύλῳ] Εἰς τὰς τῶ φιλοσόφων βακτηρίας ἐπισκώπτει· παίζει γὰ αὐτοὺς ὡς τῷ χήμαλι μόνον φιλοσοφοῦντας. *G.*

51. Τοῦτο] *Diogenes* cauſam & ſuam & reliquorum Philoſophorum contra *Parrheſiaden*, ſive Lucianum, a quo omnis Philoſophorum cohors arbitrabantur ſe graviter laeſos eſſe, agendi partes ſuſcipiens, dixerat, ſe, quamquam *Philoſophia*, hujus cauſae arbitra, flecteretur oratione adverſarii, non commiſſurum, ut ſua accuſari a quoquam poſſet opera & induſtria; quin omnes ſe intenſurum nervos, oſtenſurumque, ſe non fruſtra baculo armatum eſſe. Ad hoc ultimum reſpondet *Philoſophia*, Τοῦτο μὲ μηδαμῶς, ἀλλὰ τῷ λόγῳ μᾶλλον, ἄριστον γὰ, ἤπερ τῷ ξύλῳ. Vehementer ſuſpicor legendum eſſe τούτῳ, non τοῦτο· utique id exigit orationis hujus tenor. *Nequaquam vero illo* (baculo ſcilicet eos ſuperes) *ſed ratione potius. Id enim longe praeſtat, quam baculo* rem gerere. *J. J.*

54. Ἐγκέχυται τὸ ὕδωρ] Hac de re copioſe *Galen.* Interp. *Ariſtophan.* paſſim. *Apul. Sen.* innumeri. Diſpenſator clepſydrae ἐφυδωρ, *Pollux* lib. 8. ab hoc diſpenſatore proverbialiter dictum ἐφ' ὕδωρ λαχεῖν, qua de re *Heſych.* *J. B.*

Ἐγκέχυται] Sic optime in ſuo codice *Vorſtius* emendarat. quod enim omnes Edd. inſidet ἐκκ. nihili prorſus eſt. quamquam apud noſtrum iterum mendoſe legatur Ἐρω. c. 79. At recte hic c. 28. & Ἀποκηρ. c. 8. Aqua nempe veteres, ut nos etiamnum arena, tempus metiebantur. Vide Μισθ. c. 35. πρὸς ὕδωρ μεμετρημένον λέγειν. *M. du S.*

Ibid. Τὸ ὕδωρ] *Clepſydra.* *J. Br.*

59. Πλείοσι κρατῆσαι] *Pluribus ſuffragiis.* *J. Br.*

Πλείοσι γοῦν κρατῆσαι βούλομαι] Inepte olim interpres: *Imo plures volo vincere.* Ignoravit ellipticam loquutionem, & deeſſe ψήφοις. *Eſt enim, pluribus cal-*

quanta in vitam bona intulerint ? quibus vero nos, tales cum simus, execrabilis ter & amplius iste Parrhesiades contumeliis adfecerit, jam dicam. Cum enim orator, ajunt, esset, relictis judiciis, & secunda in illis fama, quantum vel vehementiae vel maturitatis in dicendo ipsi suppeteret, omni, inquam, illo instrumento, ac dicendi copiis contra nos collectis, male loqui de nobis non desinit; cum praestigiatores atque impostores appellet, ac persuadeat multitudini, ut irrideat nos, &, tamquam nihili simus, contemnat. Quin & in odium jam & nos ipsos & te Philosophiam, adduxit, nugas ac deliria cum appellet res tuas, &, quae maxime seria nos docuisti, per risum & ludibrium enarret; ut ipse quidem plausus ferat ac laudes a spectatoribus, nobis vero insultetur. Tale enim ingenium est vulgi, gaudent irrisoribus & maledicis, praesertim cum ea traducuntur, quae videntur augustissima: ut nimirum & olim quoque Aristophane gaudebant, & Eupolide, Socratem hunc nostrum risus

καλὰ ἐσεκομίσαντο; ἃ δὲ τοιούτους ὄντας ἡμᾶς, ὁ τρισκατάρατος [i] οὗτοι Παῤῥησιάδης ὕβρικεν, ἤδη ἐρῶ. ῥήτωρ γάρ τις ὡς φασιν ὢν, ἀπολιπὼν τὰ δικαστήρια, καὶ τὰς ἐν ἐκείνοις εὐδοκιμήσεις, ὁπόσον ἦ δεινότητος, ἢ ἀκμῆς ἐπεπόριστο ἐν τοῖς λόγοις, τοῦτο πᾶν ἐφ' ἡμᾶς συσκευασάμενος, ἅ ταύταις μυρίαις ἀγορεύων κακῶς. γόητας, καὶ ἀπαλεῶνας ἀποκαλῶν, τὰ πλήθη δὲ ἀναπείθων καταγελᾶν ἡμῶν, καὶ καταφρονεῖν, ὡς τὸ μηδὲν ὄντων. μᾶλλον δὲ καὶ μισεῖν [k] πρὸς τοὺς πολλῶν ἤδη πεποίηκεν αὐτούς τε ἡμᾶς, καὶ σὲ [l] τὴν φιλοσοφίαν, φληνάφους, καὶ λήρους ἀποκαλῶν τὰ σὰ, καὶ τὰ σπουδαιότατα, ὧν ἡμᾶς ἐπαίδευσας, ὅτι χλευασμῷ διεξιὼν, ὥστε [l] ἑαυτὸν μὲν κροτεῖσθαι, καὶ ἐπαινεῖσθαι πρὸς τῶν θεατῶν, ἡμᾶς δὲ ὑβρίζεσθαι. φύσει [m] γὰρ τοιοῦτόν ἐστιν ὁ πολὺς λεώς, χαίρουσι [n] τοῖς ἀποσκώπτουσι, καὶ λοιδορουμένοις, καὶ μάλιστ' ὅταν τὰ σεμνότατα εἶναι δοκοῦντα ἀφανίζῃ. ὥσπερ ἀμέλει καὶ πάλαι ἔχαιρον Ἀριστοφάνει, καὶ Εὐπόλιδι, Σωκράτει τινὶ ὅτι χλευασίᾳ

i Οὗτοσι] Οὗτος. O. k Πρὸς] Sic P. L. Em. S. Fl. Sed male πρὸ P. J. H. F. B2. l Ἑαυτὸν] Αὐτὸν O. Fl. Sed cum vulgata faciunt J. P. H. B2. m Γὰρ] Καὶ O. n Τοῖς] Deest in O.

82. Ἐπὶ χλευασμῷ] Ἐπὶ χλευασίᾳ, ἐπὶ χλευῇ. G.

calculis vincere. Sic ἀπάσαις κρατεῖν dixit auctor infra c. 39. Sed vid. quid notaverim in ellipsi Gr. *L. Bos.*

63. Παρὰ τ. β.] Ex *Cod. Ox.* L. & P. restituimus. In impressis περὶ, quod nihili est. *M. du S.*

Περὶ] Παρὰ jussit reponere *M. du Soul*, & usitatius & rectius quidem, ac forsan menti Luciani convenientius, quod videtur significare velle: *quales fuerimus per vitam, dum in vita essemus*, ut opponatur statui mortuorum, in quo nunc erant, & quicumque volet, hanc lectionem arripere potest. Ceterum περὶ cum accusativo, pro *secundum*, etiam *Aristot.* I. Hist. Animal. c. 1. p. m. 827. ὕστερον δὲ περὶ ἕκαστον γένος ἐπισκεπτέον ἐροῦμεν. Ita ut etiam hic significare possit ap. Lucian. *per* vel *circa vitam*. Ut plura simil. testimon. omittam. Interim πρὸς tamen ex trium Codd. auctoritate reponendum credo, ut etiam deinde *Catapl.* c. 23. ubi haec variatio περὶ & πρὸς τὸν βίον iterum occurrit. *J. F. R.*

70. Ῥήτωρ] Valedixerat ergo jam Rhetoricae, cum ejusmodi Dialogos aut libellos aggressus est: quod ipse mox plenius fatebitur, c. 29. rationesque quibus inductus id fecerit, edisseret. *M. du S.*

77. Τὸ μηδὲν ὄντων] Sic iterum Lucianus *Mισθ.* c. 16. & *Δικ.* c. 20. *M. du S.*

78. Πρὸς] Male legebatur antea in plerisque πρὸ. Sed Mss. Codd. P. L. & S. Ed. recte πρὸς. *M. du S.*

88. Ἀριστοφάνει] *In Nebulis.* *J. Br.*

Ἀριστοφάνει & Εὐπόλιδι] De his priscae comoediae scriptoribus *Horat.* Sat. 4. *Eupolis* floruit 88. Olympiade, principe Apollodoro, ut Eusebius observavit; hujus meminit Cic. in Bruto. Baptas ejusdem fabula a nostro Luciano celebratur. *G. C.*

Ἀρ. καὶ Εὐπολ.] Aristophanem quod attinet, res ex *Nubibus* satis nota; sed Eupolis quid designarit, nescio an ex aliis liqueat. Vid. quid nos conjecerimus d *Πρ. λ.* c. 7. *M. du S.*

πρόφασιν, ὅτι ἡ σκηνὴ, καὶ κωμῳδῆσαι ἀλλοκότους τινὰς περὶ αὐτὸ κωμῳδίας. καίτοι ἐκεῖνοι μὲν καθ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἐτόλμων [a] τὰ τοιαῦτα, καὶ ἐν [b] Διονυσίοις ἐφειμένον αὐτὸ δρᾶν. καὶ τὸ σκῶμμα, μέρος [c] τι ἐδόκει τῆς ἑορτῆς· καὶ ὁ Θεὸς ἴσως χαίρει, φιλόγελώς τις ὤν.

causa in scenam producentibus; & absurdas quasdam de illo agentibus fabulas. quamquam illi quidem unum contra virum audebant talia, idque Dionysiis, ubi permissum erat hoc facere, cum pars quaedam ea solemnitatis videretur. Ac Deus ille forte gaudet ludis talibus, qui risus amans sit.

Ὁ δὲ, τοὺς ἀρίστους ξυγκαλῶν, ἐκ πολλῆς φροντίσας, καὶ κωμῳδιασάμενος, καὶ βλασφημίας τινὰς ἐς [d] παχὺ βιβλίον ἐγγράψας, μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀγορεύει κακῶς Πλάτωνα, Πυθαγόραν, Ἀριστοτέλη [e] τοῦτον, Χρύσιππον ἐκεῖνον, ἐμὲ, καὶ ὅλως ἅπαντας, οὔτε ἑορτῆς [f] ἐφειείσης, οὔτε ἰδίᾳ τι πρὸς ἡμῶν παθών. εἶχε γὰρ ἄν τινα συγγνώμην αὐτῷ τὸ πρᾶγμα, εἰ ἀμυνόμενος, ἀλλὰ μὴ ἄρχων [g] αὐτὸς ἔδρασε. καὶ τὸ πάντων δεινότατον, ὅτι ταῦτα ποιῶν, καὶ ὑπὸ τὸ σὸν ὄνομα, ὦ Φιλοσοφία, [h] ὑποδύεται· καὶ ὑπελθὼν τὸ ἀλλότριον ἡμέτερον [i] οἰκέτην ὄντα, τούτῳ ξυναγωνιστῇ καὶ ὑποκριτῇ χρῆται καθ' ἡμῶν. ἔτι καὶ Μένιππον ἀναπείσας ἑταῖρον ἡμῶν ἄνδρα ξυγκωμῳδεῖν αὐτῷ τὰ πολλά· ὃς μόνος οὐ πάρεστιν, οὐδὲ καλήγορεῖ μεθ' ἡμῶν, προδὺς τὸ κοινόν.

26. At iste convocatis optimatibus, diu multumque commentatus & paratus, conscripto in maledictis quibusdam libro crasso, magna voce male differt Platonem, Pythagoram, Aristotelem hunc, Chrysippum illum, me, & in universum omnes, nec solemnitate permittente, neque ulla privatim a nobis laesus injuria. Haberet enim sane ea res veniam, si defendens injurias, non ultro laedens hoc faceret. Omnium vero indignum maxime illud est, quod haec cum agat, tuum tamen, Philosophia, nomen subit; & conciliato sibi dialogo, familiari nostro, certaminis adjutore actoreque contra nos utitur; qui insuper Menippo persuaserit, nostro sodali, ut comœdias frequenter secum agat, qui solus non adest, neque accusat nobiscum, communis causae proditor.

27. Pro

[a] Τὰ] Deest in O. [b] Διονυσίοις] Διονισίου Fl. Sed nihil mutant H. & P. [c] Τι] Deest vocula τι in O. [d] Παχὺ] Ταχὺ P. Sed nihil mutat Fl [e] Τοῦτον] Abest in O. [f] Ἐφιεισης] Ἐπιούσης O. [g] Αὐτὸς] Αὐτὸ O. [h] Ὑποδύεται] Ὑποδιαδύεται O. [i] Οἰκέτην] Οἰκεῖον O. forsan οἰκοθεν M. du Soul.

93. Ἐφειμένον αὐτὸ δρᾶν] Ἐν τοῖς Διονυσίοις ἐφειμένον αὐτὸ * ἴδρων. V.

12. Μένιππον] Ὁ Μένιππος ἔστιν κυνικὸς ἦν φιλόσοφος † κατὰ τὴν Σεβασὸν φύσει κεχρημένος γενναίᾳ ἐλευκτικῇ τε καὶ ἀποτόμῳ, καλῶς τε καὶ κύπα ἐμφιλοσόφως μετιών, ὡς καὶ παρὰ πᾶσι τὸ εὐδόκιμον ἀποφέρεσθαι. V.

* Αὐτὸ ἴδρων] Conf. supra Schol. ad c. 14. verb. Ἐφίημι. Ceterum pro αὐτὸ δρᾶν, quod restituimus, legebatur in Impress. corrupte, αὐτῷ ἴδρων. J. F. R.

† Κατὰ τὴν Σεβασὸν] Haec verba non agnoscunt Coll. M. du S.

95. Ὁ Θεὸς] Bacchus. J. Br.

97. Τοὺς ἀρίστους] Frequentes ea ætate virorum eruditorum circuli, in quibus fulgebat noster. M. du S.

12. Μένιππον] Consule in ejus vita Laërtium. J. Br.

Μένιππον] Quæ de Menippo hic audis, duplici sensu intelligenda: non enim apud Lucianum modo, sed & per se olim in suis scriptis, ut ex Diog. Laërt. discimus, hominum vitia salibus comicis insectatus fuerat p. 162. A. M. du S.

17. Ἔχοι] Sic Ox. uti ante conjeceram legendum. Reliqui ἔχει. M. du S.

27. Ἀπημπώλησεν] Mss. Ox. P. & L. emendationem Brodaei confirmant. Sed recte jam in S. & A. scribitur. In reliquis mendose, ἀμπηπολ. nisi quod P. ἀπεμπώλ. habet. M. du S.

Ἀμπηπώλησεν] Recte Brodaeus ἀπημπώλησεν. Th. M. Nempe in Miscell. p. 2. c. 22. ita castigandum jusserat. J. F. R.

28. Πολλῶν] Oxon. πολλῷ. M. du S.

32. Ἀξιοῦμεν τιμωρήσειν] Fallitur ergo Th. Mag. qui v. Βούλομαι multa similia verba enumerans solo cum praeterito vel praesenti, numquam cum futuro construi

27. Pro quibus rebus omnibus poenas illum ſubire aequum eſt. Niſi forte habet quod contradicat, homo res graviſſimas tot ſub teſtibus traducens: utile igitur etiam hisce tale ſupplicium, ſi puniri iſtum videant, ne quis alius in poſterum Philoſophiam contemnat: quandoquidem ſi nunc quieſcamus, & feramus injurias, ea non jam moderatio, ſed ignavia & inſcitia videatur merito. Ultima enim illa cui tolerabilia? cum mancipiorum inſtar in forum nos productos, praecone conſtituto, alios, ut narrant, magno, quosdam vero mina Attica; me quidem peſſimus duobus obolis, cum riſu praeſentium, vendidit. Quibus de cauſſis & ipſi indignabundi in vitam rediimus, & te rogamus, ut vicem noſtram ulciſcaris, qui turpiſſimis contumeliis ſumus adfecti.

28. REV. Euge, Diogenes, praeclare quae opus erant omnia pro omnibus dixiſti. PHIL. Deſinite laudare: infunde jam cauſam dicturo. Tu vero, Parrheſiade, nunc viciſſim dicito: tua nunc aqua fluit; noli ergo cunctari.

Ἀνθ' ὧν ἁπάντων ἄξιόν ἐϛιν αὐτὸν ὑποχεῖν ϯ δίκην. ἢ τί γὰρ ἂν εἰπεῖν [k] ἔχοι, τὰ σεμνότατα [l] διασύρων ὑπὸ τοσούτων μαρτύρων; χρήσιμον γοῦν καὶ πρὸς ἐκείνους τὸ τοιοῦτον, εἰ θεάσαιντο αὐτὸν κολαζόμενον, ὡς μηδὲ ἄλλος τις ἔτι καταφρονοίη φιλοσοφίας. ἐπεὶ τόγε ϯ ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ ὑβριζόμενον ἀνέχεσθαι, οὐ μετριότητος, ἀλλ' ἀνανδρίας, καὶ εὐηθείας εἰκότως ἂν νομίζοιτο. τὰ [m] μὲν γὰρ τελευταῖα, τίνι φορητά; ὃς καθάπερ ἀνδράποδα παραγαγὼν ἡμᾶς ὑπὸ τὸ ϖωλητήριον, καὶ κήρυκα ὑπισχόμενος, [n] ἀπημπόλησεν, ὥς φασι, τοὺς μὲν, ὑπὸ [o] ϖολλῶν, ἐνίους δὲ, μνᾶς Ἀττικῆς· ἐμὲ δ', ὁ [p] ϖονηρότατος ἁπάντων, δυ' ὀβολῶν· οἱ παρόντες δ' ἐγέλων. ἀνθ' ὧν γε αὐτοί τε ἀνελήλυθαμεν ἀγανακτήσαντες, καὶ σὲ ἀξιοῦμεν [q] τιμωρήσειν ἡμῖν, τὰ αἴσχιϛα ὑβρισμένοις.

[r] ANA. Εὖγε ὦ Διόγενες, ὑπὲρ ἁπάντων καλῶς, ὁπόσα ἐχρῆν, ἅπαντα εἴρηκας.

[s] ΦΙΛ. Παύσασθε ἐπαινοῦντες· ἔγχει τῷ ἀπολογουμένῳ. σὺ δὲ ὦ Παρρησιάδη, λέγε ἤδη σὺ τῷ μέρει· [t] σοὶ γὰρ τὸ ὕδωρ [v] ῥεῖ νυν. μὴ μέλλε οὖν.

ΠΑΡΡ.

k Ἔχοι] Sic habet O. ἔχῃ. *F.* & reliquae. l Διασύρων] Διασύρας. O. m Μὲν] Abeſt μὲ in O. n Ἀπημπ.] Vid. notas. o Πολλῶν] Πολλῷ O. p Πονηρότατος] Παμπονηρότατος. O. q Τιμωρήσειν] Τιμορ. *Fl.* r ANA.] Φιλο. *F.* male, cum reliquis; ſed prius recte habent L. *Vo. Em.* & *P.* s ΦΙΛ.] Deeſt in *B2.* male. ΦΙΛ. *Fl. F. P.* t Σοι] Ἴσθι O. v Ῥεῖ νυν] Νυν ῥεῖ O.

38. Ἐν τῷ μέρει] Ἐν τῷ μέρει, ἀντὶ τοῦ τὸ σὸν μέρος ‡ ῥεῖ γὰρ ἤδη τὸ κατὰ σὲ ὕδωρ λοιπὸν τοῦ δικαστικοῦ ἀμφορέως· ἴσιον γὰρ ὡς τοὺς πολλοὺς ἐπιχεῖν βουλόμενοι τὰ ἀπειράντου φλυαρίας οἱ δικασταὶ τὰ ῥητόρων, ὑδρίας ὕδατος. πληροῦντες, ἀλλὰ τινὸς ἀλαζονείας παρεῖχον τῷ ὕδατι ἔκροιαν, κελεύοντες τὰ ῥήτορα λέγειν οὐκ ἀρχὴν τῆς ἀφέσεως τοῦ κρουνίσκου, ἀλλ' ἐν εἰς μέτρον τοῦ ὕδατος τὸν λόγον ποιούμενοι, συντέμνοντες τὸν λόγον. *V.*

‡ Ῥεῖ] Addit *Bruno*, ſcilicet clepſydræ. *M. du S.*

ſtrui ſolita, etiam ἀξιοῦν illis accenſet; aut ſcribendum τιμωρῆσαι, quod Cl. *Jenſ.* obſervavit ad *Lucian. Somn.* in *Lect. Luc.* p. 9. Neque alibi cum futuro obſervavi; ſed aor. hic eſt frequens; *Epiſt.* man. c. 23. p. 32. εἰ δ' ἐμὲ ἀξιοῦτε τ' ἀγαθὰ τὰ ἑμαυτοῦ λαλῆσαι, & cum praeſent. ibid. Ταῦτά μοι πράττειν ἀξιοῦτε. Aor. iterum ap. *Ael.* V. H. IX. 29. Ἀξιοῦσης λαβεῖν τὰ δῶρα, *Thucyd.* III. 44. p. 195. Οὐκ ἀξιῶ ὑμᾶς — ἀπώσασθαι. Et ubi non? *F. F. R.*

34. ANAB.] Φιλ. ἴθυγε ὦ Διόγενες. Scribendum Πλαθύγε &c. aut: Φιλόσοφοι ἴθυγε. *Th. M.*

ANAB.] Ita recte L. & *P.* Ed. Reliquae omnes Φιλο. quod minus commodum, quia *Philoſophiae* ipſi in hoc Dialogo tribui ſolet, non *Philoſophis*, qui hic utique plaudentes inducuntur. *M. du S.*

36. Ἔγχει] *Aquam infunde.* *F. Br.*

Ἔγχει] Gloſſa *Pariſ.* habet. *Verte horologium.* Quod ad ſenſum, non male, ſi hodie, cum *clepſammiis* pro *clepſydris* utimur, dicendum foret. Sed quid hic ſit, jam indicarunt alii commentatores. Qui figuras clepſydrarum deſiderat, adeat *Peraltum* ad *Vitruv.* Gallice converſum. *F. F. R.*

ΠΑΡΡ. Οὐ πάντα [a] μου, ὦ Φιλοσοφία, καληγόρησε Διογένης, ἀλλὰ τὰ πλείω, [b] ὅσα ἦν χαλεπώτερα, οὐκ οἶδ' ὅ, τι παθὼν παρέλιπεν. ἐγὼ δὲ τοσούτου δέω ἔξαρνος γενέσθαι, ὡς οὐκ εἶπον αὐτὰ, ἢ ἀπολογίαν τινὰ μεμελέτηκὼς ἀφῖχθαι, ὥστε εἴ τινα ἢ αὐτὸς [c] οὗτος ἀπεσιώπησεν, ἢ ἐγὼ, μὴ πρότερον [d] ἔφθην εἰρηκὼς, νῦν προσθήσειν μοι δοκῶ. ὅταν γὰρ ἀναμάθοις ὅς τινας ἀπεκήρυττον, καὶ κακῶς ἠγόρευον, ἀλαζόνας καὶ γόητας ἀποκαλῶν. καί μοι μόνον τοῦτο προσφύλαττε, εἰ ἀληθῆ περὶ πάντων ἐρῶ. εἰ δέ τι βλάσφημον, ἢ τραχὺ φαίνοιτο ἔχων ὁ λόγος, οὐ τὴν διελέγχουσαν ἐμὲ, ἀλλὰ ἐκείνους ἂν οἶμαι δικαιότερον αἰτιᾶσθαι, τὰ τοιαῦτα ποιοῦντας. ἐγὼ γὰρ [e] ἐπειδὴ τάχιστα ξυνεῖδον ὁπόσα τοῖς ῥήτορεύουσι τὰ δυσχερῆ ἀναγκαῖον προσεῖναι, ἀπάτην, καὶ ψεῦδος, καὶ θρασύτητα, καὶ βοὴν, καὶ ὠθισμοὺς, καὶ μυρία ἄλλα· ταῦτα μὲν, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, ἀπέφυγον, ἐπὶ δὲ τὰ σὰ, ὦ Φιλοσοφία, καλὰ ὡρμήσας, ἠξίουν ὁπόσον ἔτι μοι λοιπὸν τοῦ βίου, καθάπερ ἐκ ζάλης, καὶ κλύδωνος, εἰς εὔδιόν τινα λιμένα ἐσπλεύσας, ὑπὸ σοὶ σκεπόμενος, καταβιῶναι.

Καὶ πρῶτον μὲν παρέκυψα εἰς τὰ ὑμέτερα, σὲ μὲν, ὥσπερ ἀναγκαῖον ἦν, καὶ τοῦτο ἅπαντας, ἐθαύμαζον, ὡς ἐκ βίου νομοθέτας ὄντας καὶ τοῖς ἐπ' αὐτὸν ἐπειγομένοις χεῖρα ὀρέγοντας, τὰ κάλλιστα, καὶ ξυμφορώτατα

29. PARRH. Non omnia contra me dixit, o Philosophia, Diogenes: sed pleraque, & difficiliora quidem, nescio qua re motus praetermisit. Ego vero, tantum abest ut ea negem me dixisse, aut meditatus eorum defensionem huc venerim, ut statuerim, si quid aut iste ipse reticuit, aut ego dicere nondum occupavi, nunc jam adjicere: ita enim intelligas, quos ego homines praeconio vendiderim, quibus male, superbos & impostores appellando, dixerim. Et ad hoc mihi unum attendite, si vera de omnibus dicam. Si quid vero maledicum aut asperum habere videatur oratio; non me, qui arguo, sed illos accusare aequius arbitror, qui talia faciunt. Equidem cum primum perspexissem, quae dura necessario inesse debeant caussidicis, deceptionem, mendacium, audaciam, clamorem, conflictationes, & sexcenta alia; ab his, ut decebat, refugiens, animum ad ea, quae tu pulchra habes, o Philosophia, appuli, optavique, siquid reliquum mihi vitae esset, tamquam ex procella & aestu in serenum quemdam portum invectus, sub tua tutela, transigere.

30. Deinde cum vix inspexissem res vestras, te quidem, quod necesse erat, & hosce omnes admirabar, vitae beatae legislatores, & manum festinantibus ad eam porrigentes, honestissimis praeceptis proponen-

a Μου] Μοι. O. b Ὅσα] Καὶ ὅσα J. In reliquis abest καὶ. c Οὗτος] Deesse h. v. in Fl. notat M. du Soul, ad marg. Junt. in marg. vero Hag. ait αὐτὸς deesse in Fl. d Ἔφθην] Ἔφην J. & Fl. ἵφτασα. O. ἵφθην P. Bz. H. & P. e Ἐπειδὴ τάχιστα] Ἐπ. ταῦτα E. P. L. J.

42. Καὶ ὅσα] Illud καὶ omittitur in omnibus aliis impressis; sed extat in J. Ed. & Ox. aut certe ab eo Codice abesse non observavi, cum minutissima quaeque tamen perscrutarer. M. du S.

55. Τάχιστα] Proba haec lectio, quamquam in P. L. & J. aliter est, sc. ταῦτα. Ex Nigrino autem discere est, Lucianum Romae, post illud colloquium, foro valedixisse. M. du S.

61. Λοιπὸν τοῦ βίου] Cave hinc provecta jam aetate fuisse colligas, cum ad otium se contulit; alibi enim diserte XL. annum notat. V. M. du S.

74. Καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς] In L. ὑμᾶς, prave, nisi reliqua mutentur. Ego illud αὐτοὺς eliminandum censeo. M. du S.

76. Ὁρᾶν δὲ πολλοὺς] Si cui ejus aetatis historicos evolvere non vacat aut lubet; reputet modo quid sub Imperatore Philosopho futurum fuit. Ne tamen res tanti momenti auctoritate prorsus careat, audi *Capitolini* in *M. Aurelio* verba, 23. f. *Fama fuit sane quod sub Philosophorum specie quidam Remp. vexarent & privatos; quod ille purgavit.* Ad quem locum plura in hanc rem Casaubonus & Salmasius οἱ πάνυ, quae legere

nendis utiliſſimisque, ſi quis ab iis non discedat, neque veſtigio fallente labatur, ſed intentis in regulas a vobis propoſitas oculis, ad illas componat vitam ſuam ac dirigat, quod me hercules veſtrorum etiam aemulorum pauci faciunt.

31. Cum vero viderem multos non amore Philoſophiae captos, ſed ſola, quae ab illo negotio ſperari poteſt, gloria ductos, promtis iſtis & publicis, quaeque imitari unicuique facile eſt, ſatis bene referre viros bonos, barbam dico, inceſſum, & amictum; vita vero & actionibus contradicere habitui, & contraria veſtris ſtudia habere, dignitatemque profeſſionis corrumpere, indignabar equidem: videbaturque negotium illi ſimile, ſi quis actor Tragicus, mollis atque effeminatus, Achillem, aut Theſea, aut ipſum Herculem agens, nec inceſſu utatur neque voce heroica, ſed ſub tanta perſona fractas delicias faciat: quem neque Helena quondam, neque Polyxena ferret, ultra modum ſibi ſimilem; nedum ille decorus victoriis Hercules: qui videtur mihi mox cum ipſa perſona actorem talem ſua clava eliſurus, a quo ignominioſe adeo in feminam fractus eſſet.

32. Huic ſimilem injuriam ab illis cum fieri vobis cernerem, non tuli illam hiſtrio-

ὡδαιντας, εἴ τις μὴ [f] ὡδαιβαίνοι αὐτὰ, μηδὲ διολιδάνοι· ἀλλ' ἀτενὲς ἀποβλέπων ἐς τοὺς κανόνας, οὓς προτεθείκαλε, πρὸς τούτους [g] ῥυθμίζοι, καὶ ἀπευθύνοι τὸ ἑαυτοῦ βίον· ὅσῳ, νὴ Δία, καὶ τῷ καθ' [h] ἡμᾶς αὐτοὺς ὀλίγοι πρωιῶσιν.

Ὁρῶν δὲ πολλοὺς οὐκ ἔρωτι Φιλοσοφίας ἐχομένους, ἀλλὰ δόξης μόνον τὸ ἀπ' αὐτῆς πράγμαλος, τὰ μὲν πρόχειρα ταῦτα, καὶ δημόσια, καὶ ὁπόσα παντὶ μιμεῖσθαι ῥάδιον, εὖ μάλα ἐοικότας ἀγαθοῖς ἀνδράσι, τὸ γένειον λέγω, καὶ τὸ βάδισμα, καὶ τὴν ἀναβολήν. ὅτι δὲ τῷ βίῳ, καὶ τοῖς πραγμάτων ἀντιφθεγγομένους τῷ σχήματι, καὶ τἀναντία [i] ὑμῖν ὑπιτηδεύοντας; καὶ διαφθείροντας τὸ ἀξίωμα τῆς ὑποκρίσεως, ἠγανάκτουν· καὶ τὸ πρᾶγμα ὅμοιον ἐδόκει μοι, καθάπερ ἂν εἴ τις ὑποκριτὴς τραγῳδίας, μαλθακὸς αὐτὸς ὢν, καὶ [k] γυναικίας, Ἀχιλλέα, ἢ Θησέα, ἢ καὶ τὸν Ἡρακλέα ὑποκρίνοιτο αὐτὸν, μήτε βαδίζων, μήτε φθεγγόμενος ἡρωϊκὸν, ἀλλὰ θρυπτόμενος ὑπὸ τηλικούτῳ προσωπείῳ· ὃν οὐδ' ἂν ἡ Ἑλένη ποτὲ, ἢ Πολυξένη ἀνάσχοιτο πέρα τοῦ μέτρου αὐταῖς προσοικότα. οὐκ ὅπως ὁ Ἡρακλῆς ὁ Καλλίνικος, ἀλλά μοι δοκεῖ, τάχιστ' ἂν ὀπτρίψαι τῷ ῥοπάλῳ παίων τὸν τοιοῦτον, αὐτόν τε, καὶ τὸ προσωπεῖον, ὅτως ἀτίμως [l] καταπεθηλυσμένος πρὸς αὐτοῦ.

Τοιαῦτα καὶ αὐτὸς ὑμᾶς πάσχοντας, ὑπ' ἐκείνων ὁρῶν, οὐκ ἤνεγκα τὴν αἰσχύνην καὶ τὴν ὑποκρί-

f Παραβαίνει] Παραβαίνει Fl. male *H.* & reliquae recte — οι. *g* Ῥυθμίζοι] Ῥυθμίζει Fl. P. *P.* & *H.* &c. — οι recte. *h* Ἡμᾶς] Ὑμᾶς L. male. nihil mutant *F.* & ceterae. *i* Ὑμῖν] Ἡμῖν male *J. P. H. B2. F.* Fl. Sed ὑμῖν recte P. L. *k* Γυναικίας] Γυναικῶς *J.* verum prius exhibent *P. H.* Fl. *B2. S. l* Καταπεθηλυσμένος] Sic *H. B2. F.* Fl.

re operæ pretium erit. *M. du S.*

83. Ὑμῖν] Aut cum P. & L. legendum ὑμῖν, aut, ſi impreſſorum ἡμῖν ſerves, ornatus tantum cauſa additum, uti paſſim, cenſendum; ſed prius ego probo. *M. du S.*

Ὑμῖν] Quod in *Pariſina* ἡμῖν legitur, vitium eſt typotheticum; nam editorem ὑμῖν dare voluiſſe, patet ex latina verſione, quae *vobis* exprimebat. *J. F. R.*

87. Γυναικίας] Sola Ed. *Junt.* habet hic γυναικῶς. Sed vulgata melior. Vid. Ὄν. c. 41. *M. du S.*

88. Ἡρακλέα] Gloſſa *edit. Pariſ.* Herculem ſaltantem, & Cerberum ab inferis extrahentem meminit *Heſychius.* *J. F. R.*

99. Οὐκ ἤνεγκα . . . . τοῖς ξύλοις] *Lucianus* declaraturus *Philoſophiae*, & reliquo Philoſophorum coetui, quos eorum nominibus paſſim peritrinxillet, venum propoſuiſſet, & omnimodo deridendos propinaſſet, acerbe exagitat ψευδοφιλοσόφους, eosque qui ſe veros antiquorum Philoſophorum ſectatores falſo jactabant, ſuis coloribus depingens; tamdem comparat illos cum

χρίσεως, εἰ πίθηκοι ὄντες, ἐτόλμησαν ἡρώων προσωπεῖα φιθέσθαι, ἢ τὸ ὀν Κύμῃ ὄνον μιμήσασθαι· ὃς λεοντῆν περιβαλλόμενος, ἠξίου λέων αὐτὸς εἶναι, πρὸς ἀγνοοῦντας τοὺς Κυμαίους ὀγκώμενος μάλα τραχὺ, καὶ καταπληκτικόν· ἄχρι δή τις αὐτὸν ξένος καὶ λέοντα ἰδὼν καὶ ὄνον πολλάκις ἤλεγξε, καὶ ἀπεδίωξε παίων τοῖς ξύλοις. ὁ δὲ μάλιστά μοι δεινὸν, ὦ Φιλοσοφία, καλεφαίνετο, τοῦτο ἦν. οἱ γὰρ ἄνθρωποι, εἴ τινα [a] τούτων ἑώρων πονηρὸν, ἢ ἄχρηστον ἢ ἀσελγές τι ὑπιτηδεύοντα, οὐκ ἔστιν ὅστις σὲ Φιλοσοφίαν αὐτὴν ἠτιᾶτο, καὶ τὸν Χρύσιππον εὐθὺς, ἢ Πλάτωνα, ἢ Πυθαγόραν, ἢ ὅτῳ [b] αὐτὸν ἐπώνυμον ὁ Δημαρτάνων ἐκεῖνος ἐποιεῖτο, καὶ [c] τοὺς λόγους

niae turpitudinem, ſimios hoſce Heroum perſonas induere auſos, & Cumanum illum aſinum imitari; qui Leoninam indutus poſtulabat ipſe leo eſſe, cum apud ignaros ejus rei Cumanos aſperos terribilesque ruditus ederet, donec illum peregrinus, qui & leonem ſaepe & aſinum vidiſſet, redargueret, & fuſtibus dolatum abigeret. Praeter caetera vero indignum hoc mihi, Philoſophia, videbatur, quod nemo non hominum, ſi quem horum prave aut indecore, aut libidinoſe quidquam facere videret, ipſam ſtatim Philoſophiam accuſaret, & Chryſippum, aut Platonem, aut Pythagoram, aut cujuscumque ſe cognominem peccator ille ferret, diſputationesque haberet. Ita-

a Τούτων] Τοῦτον P; *F. H.* τούτου A. Sed τούτων recte P. *Fr. S. Marcil.* & *Vorſt.* τοιοῦτον. b Αὐτὸν] Ἀὐτὸν *F.* P. &c. male. τούτου τὸ Sch. c Οὐ τοὺς λόγους] Οὕτως ψόγους P. ψόγους A. Vulgatam tuentur Edd.

14. Ἢ * τουτουὶ τὸ ἐπώνυμον] Διογένους τῦ κυνικοῦ. *V.*

* Τέτε legebatur; ſed *M. du S.* mutavit in τετεῖ, in textu vero ipſo eſt ὅτε. Illud vero τετεῖ magis Atticum eſſe, Dialectorum ſcriptores ſatis oſtenderunt. Sed propter ſolum Scholiaſten in textu nihil mutarem, quando vulgata lectio eſt commoda. *J. F. R.*

cum eo, qui ipſe mollis & effeminatus in ſcena ſuſtinere velit perſonam Achillis vel Herculis, non ſine ſpectatorum vere judicantium riſu, & pudore eorum, quorum perſonam gerant. Ait itaque, οὐκ ἤνεγκα τὴν αἰσχύνην τὸ ὑποκρίσεως, εἰ πίθηκοι ὄντες, ἐτόλμησαν ἡρώων προσωπεῖα φιθέσθαι, ἢ τὸ ὀν Κύμῃ ὄνον μιμήσασθαι, ὃς λεοντῆν περιβαλλόμενος, ἠξίου λέων αὐτὸς εἶναι, πρὸς ἀγνοοῦντας τοὺς Κυμαίους ὀγκώμενος μάλα τραχὺ καὶ καταπληκτικὸν, ἄχρι δή τις αὐτὸν ξένος & λέοντα ἰδὼν, καὶ ὄνον πολλάκις, ἤλεγξε, καὶ ἀπεδίωξε παίων τοῖς ξύλοις. Nimium elegans, & intellectu facilis hic locus eſt, quam ut tam turpiter ab oſcitabundo interprete tractari debuerit. Poſteriora nimirum adulterans ita vertit: *Donec quidam hoſpes ſe leonem & aſinum videre ſaepe arguit, & fuſte caedens inſecutus eſt.* Aſinina profecto verſio. Totum locum ita reddo: *Talia vos pati ab illis videns, non tuli ὑποκρίσεως dedecus, ſi quum ſimiae eſſent, ſumere heroum perſonas auſi ſint, vel imitari ſuſtinuerint Cumanum illum aſinum, qui leoninam indutus, velebat & ipſe leo cenſeri, apud ignaros Cumaeos rudiens valde aſperum & horridum; donec eum hoſpes quidam, qui & leonem & aſinum ſaepe viderat* (atque adeo qui leonem ab aſino probe ſciebat dignoſcere) *coarguit, & fuſtibus pulſans abegit.* Sicut hic Cumaei dicuntur aliquando non potuiſſe agnoſcere leonem, ita & elephantos primum viſos Itali habuerunt pro bobus, appellaruntque, ut notum, boves Lucas. *J. J.*

2. Ἐν Κύμῃ ὄνον] Haec ex *fabula Æſopi* deſumta eſſe, ipſe Lucianus alibi (ſi Luciani quidem libellus ille) teſtatur, in Δραπ. c. 13. Paſſim alibi tangit. Φιλοψ. c. 5. & Ἀποφρ. c. 3. Sed in hodiernis *Æſopi* quae dicuntur, *fabulis*, Cumarum nulla mentio. Vid. *delect. fab.* 123. & 157. & ipſum, qui circumfertur, *Æſopum*, fab. 113. Utitur etiam proverbio inde ducto Socrates apud Platonem in *Cratylo*, ne recentiores memorem. *M. du S.*

10. Εἴ τινα τοῦτον] Lege: ἤ τινα τούτων. *J. Br.*

Εἴ τινα τοῦτον] Angl. τούτων melius. *J. B.*

Εἴ τινα τοῦτον] Corrigit *Brodaeus*, εἴ τινα τούτων. Melius εἰ τινα τοιοῦτον. *Th. M.*

Ibid. Τούτων] Sic *Brodaeus*; & omnino ita in P. legebatur. Alii rectius τοιοῦτον, conjiciunt, ut praeter *Marcilium Vorſtius*; quod & voluiſſe credo editores *J.* quia ſcribunt τοῦτον. *M. du S.*

Πρὸ δὲ τῶν ὅλων, μεμνῆσθαι χρὴ τὸν ὀπλιμῶνλας, ὅτι σὺ σοφῷ ὄνλι μοι, εἰ δή τις καὶ ἄλλος ἐστί που σοφὸς, ὀπλιμήσουσιν, ἀλλὰ τῷ ἐκ τῶν πολλῶν δήμου, λόγους μὲν ἀσκήσαντι, καὶ τὰ μέτρια ἐπαινεμένῳ ἐπ' αὐτοῖς, πρὸς δὲ τ' ἄκραν ἐκείνην τῶν κορυφαίων ἀρετὴν, οὐ πάνυ γεγυμνασμένῳ. καὶ, μὰ Δί', οὐδ' ὀπὶ τούτῳ ἀνιᾶσθαί μοι ἄξιον, ὅτι μηδὲ ἄλλῳ ἐγωγ' ὧν ἐνετύγχανον, τ' ἀρετῆς ὑπόκρισιν ἀποπληροῦντι. σὲ μέντοι καὶ θαυμάσαιμ' ἂν ὀπλιμώντος μου τῷ νῦν βίῳ, εἴγε ὀπλιμώης, ὃν πρὸ πολλοῦ ἤδεις ὀπὶ ῥητορικῇ δημοσίᾳ μεγίστας μισθοφορὰς ἐνεγκάμενον, ὁπότε καὶ θέαν τῶν ἑσπερίων Ὠκεανῶν καὶ τ' Κελτικὴν ἅμα ὀπὼν ἐνέτυχες ἡμῖν, τοῖς μεγαλομίσθοις τῶν σοφιστῶν συναριθμουμένοις. ταῦτά σοι, ὦ ἑταῖρε, καίτοι σὺ μυρίαις ταῖς ἀσχολίαις ὤν, ὅμως ἀπελογησάμην, οὐκ ἐν παρέργῳ θέμενος τ' γλευκὺν πῶμά σου καὶ πλήρη μοι ἐνεχθῆναι. ἐπεὶ

[d] Ἔχει] Ἔχῃ W. Edd. in ἴσχει consentiunt.

24. Τὴν λευκὴν παρὰ σοῦ] Δύο γὰρ ψῆφοι τοῖς νικῶσιν ἀναδίδονται, λευκὴ καὶ πλήρης, ὥσπερ τοῖς ἡττωμένοις ἡ μέλαινα καὶ ἡ τετρυπημένη. V.

Vide etiam Δικ. c. 27. *M. du S.*

20. Κελτικὴν] Iterum infra Δικ. c. 27. *M. du S.*

21. Σοφιστῶν] Merebatur itaque Lucianus inter *Philostrati Sophistas* locum ; quod ante me Clariss. *Vossio* jam diu observatum est , *de Rhet. nat.* c. 12. p. 83. Sed non mirum est a Philostrato praetermissum ; non quia, ut viro Clariss. *Oleario* visum, *Pseudonymus*, & larva mera Lucianus (*praef. ad vit. Soph.*) quod tanto viro excidisse nollem : sed 10. quia Lucianus Sophisticae quadragenarius repudium misit , & in philosophorum castra, sic ipse saltom putabat , transiit. 20. Quia deinde Rhetoricam sui temporis fucatam insectari non desiit. 30. Quia de Philostrati heroe , Apollonio Thyanensi aliisque similibus , cum superstitioso Philostrato minime sentiebat. *M. du S.*

24. Οὐκ ἐν παρέργῳ θέμενος] *Non in postremis habens , neque neglectui.* *J. Br.*

Ibid. Τὴν λευκὴν] Ψῆφον subaudio, absolutorium calcu-

ἐπεὶ πρός γε τὰς ἄλλας καὶ σιωπᾶντες καὶηγορῶσιν, ἱκανὸν ἂν εἴη μοι τὸ, Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ.

Apud alios enim si vel simul omnes me accusent, satis mihi illud fuerit, *Non curat Hippoclides.*

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΕΝ ΤΗ ΠΡΟΣΑΓΟΡΕΥΣΕΙ ΠΤΑΙΣΜΑΤΟΣ.

PRO LAPSU IN SALUTANDO.

1 Χαλεπὸν μὲν, ἄνθρωπον ὄντα, δαίμονός τινος ἐπήρειαν ἀφυγεῖν. πολὺ δὲ χαλεπώτερον ἀπολογίαν εὑρεῖν πρὸς ἁλόγους καὶ δαιμονίους πταίσματος. ἆρ' ἀμφότερα νῦν ἐμοὶ συμβέβηκεν, ὡς ἀφικόμενον [a] πρὸς σὲ, ὡς προσείποιμι τὸ ἐωθινὸν, δέον τὴν συνήθη ταύτην φωνὴν ἀφεῖναι, καὶ χαίρειν κελεύειν, ἐγὼ δ' ὁ [b] χρυσοῦς ὑπολαθόμενος,

1. Difficile est, homo *natus* cum sis, dei alicujus invidiam effugere: multo porro difficilius, verba invenire, quibus defendas inopinatum & immissum divinitus errorem. Quae *quidem* utraque modo usu mihi venerunt, qui matutinae salutationis caussa domum tuam veniens, cum oporteret consuetam illam vocem mittere, & ave (Gr. *gaude*) dicere: ego vero homo aureus oblivione lapsus, *valere* te jusse-

a Παρὰ] Πρὸς *Th. Mag.* v. χαίρω. Edd. consentiunt in *M. du S.* notavit, nempe Cod. L. voluisse χρηςὸς dare.

b Χρυσοῦς] Χρήσιος (Leg. χρυσὸς) L. Sic Sed χρυσοῦς etiam *Th. Mag.*

27. Οὐ φροντὶς Ἱππ' . . .] Παροιμία ἐπὶ τῶν ἄγαν καταφρονούντων τινὸς καὶ ἀπεριμερίμνως διακειμένων. *V.* (In V. erat ἀπεριμερῶς.)

2. Ἐπήρειαν] Βλάβην. *V.*

8. Ἐγὼ δὲ ὁ χρυσοῦς ἐπιλαθόμενος] Αἱ γάρ τοι τῶν παλαιῶν προσρήσεις αἱ μὲν ἐωθιναὶ, χαῖρε, αἱ δὲ ἑσπέριοι, ὑγίαινε. *V.*

culum. *J. Br.*

Τὴν λεύκην σοῦ ὁ πλήρη μοι ἐνεχθῆναι] Per πλήρη intellige μὴ τετρυπημένην ψῆφον. *non perforatum calculum*, quod absolvebat (ita legitur, pro, *qui absolv.*) ut & album: utebantur in judiciis calculis vel fabis, & calculi quidem integri & πλήρεις absolvebant, ut fabae albae. sed calculi perforati, τετρυπημένοι, condemnabant. Vide Scholiasten *Aristophanis* ad Vespas, p. 500. *J. P. a G.*

25. Λεύκην] Vid. *Erasm.* in Adag. *Album calculum adjicere.* *A. V.*

Ibid. Καὶ πλήρη] Nam pertuso condemnabant Graeci. *J. Br.*

27. Οὐ φροντὶς Ἱπποκλ.] *Erasm.* in adagio: *Non est curae Hippoclidi.* *J. Br.*

Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ] Haec dixerat antea, repetit in Hercule Ogmio, Proverb. ἐπί τι μὴ πάνυ σπουδαῖον ἡμῖν λεγόμενον. Legend. *Hesych.* ex *Aristoph.* *J. B.*

Οὐ φροντὶς Ἱπποκλ.] Εἴη μοι τὸ, Φροντὶς Ἱπποκλείδῃ &c. Εἴη μοι τὸ, Φροντὶς Ἱππ. *Th. M.*

Οὐ φροντὶς Ἱπποκλ.] Vid. *Plut.* 1592. f. & *Zenob.* Conf. infra Φιλοπ. c. ult. Et *Herod.* VI. p. 238. C. *M. du S.*

Οὐ φροντὶς Ἱπποκλ.] Notabilis locus *Aeschinis* in Timarchum p. m. 181. C. Ὁ δὲ κῆρυξ ὁ τινὶ παρεστηκὼς ἐμοὶ, ἐπηρώτα ὑμᾶς τὸ οὐ τῷ νόμου κήρυγμα. τὴν ψῆφον ἣ τέτρυπημένη ὅτῳ δοκεῖ πεποιηκέναι Τίμαρχος· ἡ δὲ πλήρης, ὅτῳ μή. Adde *Poll.* 8, 123. ψήφους εἶχον χαλκᾶς δύο, τέτρυπημένην & ἀτρύπητον. *J. M. G.*

ΥΠΕΡ ΤΟΥ . . . ΠΤΑΙΣΜΑΤΟΣ] Scripta haec dissertatio πρὸς Ἀσκληπιὸν, ut patet fine. Causa dissertationis haec est: ὑγιαίνειν, dixerat ἀντὶ τοῦ χαίρειν· αἱ δὲ τῶν παλαιῶν προρρήσεις αἱ μὲν ἐωθιναὶ χαῖρε, αἱ δὲ ἑσπέριοι, ὑγίαινε. *J. B.*

ΥΠΕΡ ΤΟΥ . . .] Difficultatis aliquantum interpreti facessit hic libellus, quod totus est in vi ac potestate verborum quorundam in salutationibus usitatorum, quibus non usquequaque respondent Latina. Opus autem fuit, ne circumlocutione langueret oratio, verbum χαίρειν, quod quantum ad usum fere respondet Latino *Salvere*, reddere *Gaudere*; tum ὑγιαίνειν *valere*, &, quod consequens erat, ὑγείαν *Valetudinem*, quae *Salus Dea* alioqui commodius diceretur; εὖ πράττειν denique *bene agere*. Graeca verba non immiscui meae interpretationi, quod illis faciendum fuit, qui solam ederent sine Graecis. *J. M. G.*

ΥΠΕΡ ΤΟΥ . . . ΠΤΑΙΣΜΑΤΟΣ] Difficilem hujus libri in aliam linguam conversionem esse experper-

jusserim, quod boni & ipsum quidem ominis, sed non tempestivum, quippe quod matutino parum conveniret. Ergo in ipso *verbo* statim sudabam equidem, erubescebam, aestuabam consilii inopia. Praesentes vero qui essent, alii desipere me videlicet, alii prae senectute delirare, alii hesterna crapula adhuc oppletum *turbatumque* existimabant, quamquam molliter ipse tu ferres, ut qui maxime, quod factum erat, ac ne leniissime quidem fubridens linguae nostrae errorem notares. Faciendum itaque putavi, ut consolationem mihi aliquam scriberem, ne lapsu illo nimis excruciarer, neque intolerandum putarem, si homo senex tantum a decoro, coram tot testibus aberrassem: nam defensione quidem nihil opus videbatur, linguae in bene ominatas adeo preces lubrico quasi vestigio prolapsae.

ὑγιαίνειν σε ἠξίουν, εὔφημον μὲν καὶ τοῦτο, οὐκ ἐν καιρῷ δὲ, ὡς ἐγὼ ἔφην. ἐγὼ μὲν οὖν ὅπῃ τοῦτο εὐθὺς [c] ἴδιον τε, καὶ ἠρυθριῶν, καὶ πανταχοῦ ἦν ὑπ' ἀπορίας· οἱ παρόντες δὲ, οἱ μὲν παραπαίειν, ὡς τὸ εἰκός. οἱ δὲ, ληρεῖν ὑφ' ἡλικίας· οἱ δὲ, χθεσινῆς κραιπάλης ἀνάμεστον ἔτι ὡόντό με εἶναι, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα σὺ ὑπείκῳς ἤνεγκας τὸ γεγονός· ἐπὶ ὅσον ἄκρῳ τῷ μειδιάματι ὑπεσημήνω καὶ γλώττης τὸ ἁμάρτημα. ἔδοξεν οὖν μοι καλῶς ἔχειν παραμυθίαν τινὰ ἐμαυτῷ συγγράψαι, ὡς μὴ πάνυ ἀνιώμην ὅπῃ τῷ πταίσματι, μηδ' ἀφόρητον ἡγοίμην, εἰ πρεσβύτης ἀνὴρ τοσοῦτον ἀπεσφάλην καὶ καλῶς ἔχοντος, ὅπῃ τοσούτων μαρτύρων. ἀπολογίας μὲν γὰρ οὐδὲν ἔδει, οἶμαι, ὑπὲρ γλώττης, εἰς ἔτως εὔφημον εὐχὴν ὀλισθούσης.

Ἀρ-

[c] Ἴδιον] Sic *A*1. Fl. *S. Fr. H.* &, ni fallor *J.* vid. nott. Ἰδίων *P. B*2.

pertus est *Perrotius d'Ablancourt*, qui in Gallica Luciani non versione, sed imitatione, totum hunc Dialogum omisit, hac excusatione usus: *Il ne se peut traduire à cause de diverses allégations, qui sont renfermées dans la proprieté des termes Grecs, & qui n'ont point de rapport à notre façon.* *J.F.R.*

2. Ἐπήρειαν] Sic verti ἐπήρειαν, quae *noxa* alias est; sed putavi fontem indicandum, & solenne apud hos homines Deorum crimen, φθονερὸν γὰρ τὸ θεῖον· ut passim videas, praesertim sic Herodoteus Amasis scribit 3. 40. &c. *J.M.G.*

6. Τὸ ἑωθινὸν] Τὴν ἑωθινὴν προσαγόρευσιν. Quae primo mane dici solet. *J.Br.*

Τὸ ἑωθινὸν] *Matutinum ave* notum est ex Martiale, his temporibus proximo. Interim non reprehendo viros doctos, qui *salve* hic posuerunt: est enim illud etiam salutantium in adventu vox propria. Caeterum omittendus non est locus classicus Artemidori (in somniis) I, 85. Ἐρέσθω δ' ὑγιαίνειν, ὅτε λέγειν ἀγαθόν. ὁ γὰρ προσιόντες ἀλλήλοις, ὅτε μέλλοντές τι πράττειν, ταῦτα λέγουσιν ἄνθρωποι, ἀλλὰ ἀπαλλαττόμενοι ἀλλήλων καὶ πρὸς ὕπνον τρεπόμενοι. *J.M.G.*

7. Χαίρειν κελεύειν] *Th. Mag.* paullo post iterum examinandus, posteriore membro verbi χαίρειν omnia haec eodem modo habet, uti nunc leguntur ap. Lucian. excepta sola praepositionis varietate, quam in var. Lectt. modo notavi. *J.F.R.*

8. Ὁ χρυσοῦς] Ironia. *ego aureus atque elegans.* *J.Br.*

Ὁ χρυσοῦς] Sic apud Aristen. Epist. 1. & alibi quod notavit Doctiss. Mercer. Cætera summi Rhetoris & Philosophi doctrinam declarant. *J.B.*

9. Ὑγιαίνειν] Contendit Lucianus, se non ita male feciisse, qui ave matutinum amico suo portans, pro χαῖρε dixerit ὑγίαινε. Formulam χαῖρε docet in usu apud priscos fuisse quovis tempore, & in aditu, & in abscessu. *J.J.*

10. Ἐγὼ] Empedocli apud *Origenem* (*in libro Philosophumenon*) tribuitur. Vid. & *Anthol.* I. 86. ubi additur sequens hemistichium: πωλοῦμαι μὴ πᾶσι τετιμένος, teste *Davisio* I. *Tusc.* p. 15. Adde, si lubet, Lil. Gyrald. p. 298. f. *Diog. Laërt.* VIII. *Emped.* p. 229. Ed. Lond. *Sextum Empiricum* contra Math. p. 60. & *Ritterhus.* p. 37. ad Porphyr. *M. du S.*

11. Ἴδιον] Deleverat *M. du S.* posteriorem hujus vocis syllabam in *Juntina*, & margini adscripserat ω, scilicet volens legi ἰδίων, quod & Parisina habebat, idemque postea in variantt. lectt. notaverat, Fl. *H.* & *S.* male legere ἴδιον. Unde primo conjicio ἴδιον quoque habuisse *Juntinam*, aeque ac reliquas antiqq. omnes, quas sollicite consului; deinde *Soulium* deceptum esse sequenti sono verbi ἠρυθρίων, ex quo forsan festinans conjecit ἰδίων similiter scribendum; maleque sic accusavit *Florentinam* & reliquas. Nam ἴδιον omnino rectum est, & imperfectum tempus ab ἰδίω *sudo*, ut ἠρυθρίων & sequens ἦν satis docent: & *Brod.* quoque Misc. IX. c. 15. ἰδίον τε *sudabam*, scribit. *J.F.R.*

Ἀρχόμενος μὲν οὖν ὁ γραφὴς, πάνυ ἀπόρῳ ἐντεύξεσθαι ᾤμην τῷ προβλήματι· προϊόντι δὲ πολλὰ προὐφάνη τὰ λεκτέα. εἰ μὲν πρότερον ἐρῶ αὐτὰ, ἢν μὴ δεῖ γε χαίρειν αὐτὸ, καὶ γε εὖ πράττειν, καὶ γε ὑγιαίνειν, προείπω τὰ εἰκότα. τὸ μὲν δὴ χαίρειν δεχαία μὲν ἡ προσαγόρευσις. εἰ μὴν ἐωθινὴ μόνον, εἰδ' ὑπὸ τὴν πρώτην ἔντευξιν, ἀλλὰ καὶ πρῶτον [a] μὴ ἰδόντες ἀλλήλους, ἔλεγον αὐτὸ, ὡς τὸ,

Χαῖρ', ὦ δυνάστα δὲ γῆς Τιρυνθίας.

Καὶ μὴν τὸ δεῖπνον ἐς λόγους ἤδη παροινίους τρεπόμενοι, ὡς τὸ,

Χαῖρ' Ἀχιλεῦ, δαιτὸς μὲν ἴσης οὐκ ἐπιδεύεις,

Ὀδυσσεὺς ὁπότε τὴν ἐπεσταλμένην πρεσβείαν αὐτῷ [b] ἐρρητόρευε. καὶ ἤδη ἀπιόντες παρ' ἀλλήλων, ὡς τὸ,

Χαίρετ', ἐγὼ δ' * ὔμμιν θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

2. Ac sub initium scriptionis, difficilem dubiamque sane quaestionem propositam mihi fore arbitrabar: *aliquantum* autem progresso multa se dicenda *ultro* offerebant. Neque tamen prius ea dicam, quam de ipsis verbis *Gaudere*, *Bene agere*, & *Valere*, quae opportuna videbuntur praedixero. Atque *Gaudere* (*si quem jubeas*) est illa quidem salutatio, verum non matutina solum, neque *quae* ad primam modo congressionem *pertineat*: sed utebantur ea quidem etiam, qui prius non viderant alterum, quale est,

Gaude potens telluris o Tirynthiae;

Verum post coenam quoque ad *comessationem & liberiores* in vino sermones jam conversi;

Gaudo, verum epulis paribus nec egemus, Achille,

Ut Ulysses inquit: cum mandatam sibi legationem apud illum orat: & qui jam discederent, ut,

Gaudete, hinc vobis jam nunc deus, haud homa, versor:

Pro-

a Μὴ] Sic bene *S.* Reliquae μὲν, excepta *A.* quae recte quoque μὴ servavit. b Ἐρρητόρευε] Ἐρητόρευε *Fl.* * Υ̓́μμιν] Ὑμῖν Edd.

43. Παρ' ἀλλήλων] Ἀντὶ τοῦ ἀπ' ἀλλήλων, ἢ παρὰ ἀντὶ τοῦ ἀπὸ. *V.*

35. Πρῶτον μὴ] Non dubitavi cum *Graeviana* μὴ pro μὲ, (quod Edd. habent,) in contextum recipere; cum μὴ *S.* non solum habeat, sed & *Paris.* voluisse exprimere videtur, in cujus versione negativa quoque expressa erat, *qui antea se numquam viderant*, licet ibidem in Graecis μὲν legatur. Nam si praecedens πρώτην ἔντευξιν respicias, eique πρῶτον μὲ subjungas, bis idem dixisset. Jam vero μὴ post ἀλλὰ fit oppositio melior; etsi scio, si quis tricari velit, posse dici, qui πρῶτον se vident, eos se *non ante* vidisse, adeoque negativam posse abesse: tamen planior est oratio, si addatur, & πρῶτον valet πρότερον. *J. F. R.*

37. Χαῖρ' ὦ δύναστα] *Euripidis* versiculus. *J. Br.*

Χαῖρ' ὦ] Unde habeat, incertum. *M. du S.*

40. Χαῖρ' Ἀχιλεῦ] *Hom.* Il. I. *J. Br.*

Χαῖρ' Ἀχιλεῦ] *Hom.* Il. I. 225. *M. du S.*

45. Χαίρετ' ἐγὼ δ' ὔμμιν] Versus est *Empedoclis*, quem Lib. Epigrammatum Graecorum primo, titulo εἰς φιλοσόφους offendes. *J. Br.*

Χαίρετ' ἐγὼ δ' ὔμμιν] Versus nobilis Empedoclis, e vita ad tempus discedentis, apud *Philostr.* de vita Apollon. I, 1. & *Diog. Laërt.* 8, 62, & 66. It. *Sextum Empir.* adv. Gram. I, 302. ὔμμιν ex Aeolica, qua usus est Empedocles dialecto, legendum monet ad *Philostr.* l. c. *Olearius.* Πωλεῦμαι, quod omisit Lucianus, in versione supplevi. Caeterum in valedicendo etiam Cyrus moriens Χαίρετε, inquit, ὦ φίλοι παῖδες κ. τ. λ. & ille apud Callimachum Cleombratus Εἶπας, ἥλιε χαῖρε &c. Utrumque jungitur in illo Menelai Odyss. O, 151. Χαίρετον, ὦ κούρω, καὶ Νέστορι ποιμένι λαῶν Εἴπατον, *Valete & salvere jubete.* *J. M. G.*

52. Χαίρετ', ἤδη] *Eurip.* Phoeniss. 1462. *M. du S.*

Χαίρετ', ἤδη] Versum hunc ex *Eurip.* Phoeniss. esse desumtum, indicavit etiam *Brod.* l. saepe commonstrato. Videtur hunc *Soulius* noster in adducendis poëtarum locis saepe ducem secutus; etsi ejus raro faciat mentionem; sed quia *Brod.* numeros versuum non addit, alter eos addendo illas citationes sibi vindicasse videtur; quam ei gloriam interdum relinquemus, non ubique easdem citationes repetituri: plus enim *Soulianae* diligentiae debetur, qui & multa per se invenit, & saepe ne sectionem quidem Auctoris indicante *Brodaeo*, tamen locum indagavit. Interim injuria fieret veteribus, si semper, ubi bis ter idem di-

Proprium autem tempus nullum attributum erat huic appellationi, neque, ut nunc, ſolum matutinum: cum etiam minime auſpicatis *temporibus* & abominandis maxime, tamen illa uterentur, ut Euripidis ille Polynices, jam finiens vitam, inquit,

Gaudete, jam nox atra me complectitur.

Nec benevolentiae modo illis haec erat *quaſi* teſſera, ſed inimicitiarum quoque, & cum negaret alter ſe uſurum altero. Qui enim *longum gaudere* alterum jubet, ille non curaturum ſe in poſterum ſignificat.

3. Primus autem illud verbum Philippides curſor dicitur *uſurpaſſe*, cum a Marathone victoriam nuntiaret, & dixiſſe ad Archontes ſedentes ac de pugnae exitu ſollicitos, *Gaudete*, *vincimus*, eoque dicto ſuo nuntio immortuus eſſe, & in ipſo *gaudendi* verbo exſpiraſſe. In epiſtolae autem principio Cleon Athenienſium orator ejus,

Ἰδίᾳ δὲ καιρὸς οὐδεὶς ἀπενενέμηϊο τῇ προσρήσει, οὐδὲ ὡς νῦν μόνῳ ὁ ἑωθινὸς, ὅπου γε καὶ ἐπὶ τῶν ἀπαισίων καὶ ἀπευκλοτάτων ὁμῶς ἐχρῶντο αὐτῇ· ὡς ὁ γοῦν Εὐριπίδου Πολυνείκης ἤδη τελευτῶν τὸν βίον, καί,

Χαίρετ', ἤδη γάρ με περιβάλλει σκότος.

Καὶ οὐ μόνον φιλοφροσύνης αὐτοῖς ἦν τοῦτο σύμβολον, ἀλλὰ καὶ ἀπεχθείας, καὶ ὅτε μηκέτι χρήσεσθαι ἀλλήλοις. τὸ γοῦν μακρὰν χαίρειν φράσαι, τὸ μηκέτι φροντιεῖν δηλοῖ.

Πρῶτος δ' αὐτὸ [d] Φιλιππίδης ὁ ἡμεροδρομήσας λέγεται ἀπὸ Μαραθῶνος ἀγγέλλων τὴν νίκην, εἰπεῖν πρὸς τοὺς ἄρχοντας καθημένους καὶ περφροντικότας ὑπὲρ τοῦ τέλους τῆς μάχης, χαίρετε, νικῶμεν, καὶ τοῦτο εἰπὼν συναποθανεῖν τῇ ἀγγελίᾳ, καὶ τῷ χαίρειν συνεκπνεῦσαι. ἡ δ' ἐπιστολὴς δὲ ἀρχὴ, Κλέων ὁ Ἀθηναίων δημαγωγὸς, ἀπὸ Σφακτηρίας πρῶ-

c Μακρὰν] Μακρὰ P. Cum vulgata faciunt Fl. *H. P. S.* d Φιλιππίδης] Φειδιππίδης *Palm.* Nihil a vulgata abeunt Edd. antiqq.

65. Ἀπὸ Σφακτηρίας] Τόπος Λακωνικὸς. *V.*

dictum invenio, eorum mentionem omitterem; nam & patere oportet, unde recentiores profecerint. *J. F. R.*

58. Πρῶτος] Non *primus*, cum ante eum apud Homerum ipſum legeretur; quod ipſe Lucianus paulo ante obſervavit. Quid ergo ſibi jam vult? An Marathoniam pugnam ante Homerum fuiſſe credidit Lucianus? Bona verba. Quid ergo? Dicam. Quamvis non ſatis aperte, eo jam diu orationis ſeries tendit, ut quomodo formula haec, quae primo legibus quaſi ſoluta omni tempori apta cenſebatur, coeperit compellationi & epiſtolarum exordiis propria fieri, oſtendat. Cujus rei initium a Phidippide in ſermone, & a Cleone in Epiſtolis aſſignat. Pluribus haec explicare coactus ſum, quia a Clariſſimo Euripidis editore non ſine ſpecie vitio haec Luciano dabantur in notis ad Electr. v. 1357. *M. du S.*

Ibid. Φιλιππίδης ὁ ἡμεροδρομήσας] Erratum eſt ſaepiſſime in nomine ejus viri: multo melius *Herodot. L. VI.* qui eum Φειδιππίδην vocat. Nomen procul dubio ei impoſitum ob curſus celeritatem, utpote qui curſor eximius ἵππου ἐφείδετο, cui non opus erat equo. Sic enim Graecis nomina ſaepe ab inſtituto & exercitatione imponebantur. Sic Πηνελόπη ἀπὸ τοῦ λέγειν τὴν πήνην, Sic Ἡλέκτρα ἀπὸ τοῦ πολὺν χρόνον ἀλεκτρον εἶναι. Sic Μελίαγρος ὅτι αὐτῷ μέλει τῆς ἄγρας τοῦ Καλυδωνίου κάπρου. Sic Ἡρακλῆς, ὅτι ἀπὸ τῆς Ἥρας κλέος ἔσχε. Sic Πολυίδος, ἀπὸ τοῦ μάντις ὢν πολλὰ ἰδεῖν. Sic Βελλεροφόντης ἀπὸ τοῦ Βελλέρου φόνου. Sic Ὑπέρμνηστρα ὅτε ὑπὲρ μνηστῆρος Λυγκέως ἐκινδύνευε. & ſexcenta talia. *J. P. a G.*

Φιλιππίδης ὁ ἡμεροδρομήσας] Etſi *Palmerio* Solanoque plane adſentior, Φειδιππίδης ſcribendum, non Φιλιππίδης, reliqui tamen vulgatum, quia interdum non inſuave eſt ejusmodi errores, quos ab ipſis auctoribus profectos credas, legere. V. infra c. 8. *Eumenes Cardianus* & *Sardianus* confuſa. *J. F. R.*

64. Κλέων] Vid. Schol. *Ariſtoph.* ad ἐπῳδὰς κώλων ς. in *Pluto*, & in Nub. p. 162. Et *Diog. Laërt.* Platone p. 84. A. Et *Thom. Mag.* v. χαίρειν. *M. du S.*

Κλέων . . . πρῶτον χαίρειν πρὸθηκεν] *Thom. Mag.* v. χαίρειν ait: χαίρειν οὐ ἐπιστολὴ Πλάτων λέγεται γράψαι πρῶτος, ἢ Κλέων Ἀθηναίοις, μὴ τὸ λαβεῖν τὴν Πύλον. Sed falli (de Platone) Thomam obſervat Cl. *Menagius* ad Diog. Laërt. L. III. ſegm. 61. p. 159. debetque h. l. Moeridi Atticiſtae, cujus liber nondum eſt editus. Cetera quae *Thomas* ex hoc Luciani dialogo deſcripſit, non addam. *J. F. R.*

65. Ἀπὸ Σφακτηρίας] *Plutarch.* in Nicia. *J. Bre.*

66. Πρῶ-

πρῶτον χαίρειν προσέθηκεν, εὐαγγελιζόμενος τὴν νίκην τὴν ἐκεῖθεν, καὶ τὴν τῶν Σπαρτιατῶν ἅλωσιν. καὶ ὅλως γε, μετ' ἐκεῖνον ὁ Νικίας ἀπὸ Σικελίας ἐπιστέλλων, ἐν τῷ ἀρχαίῳ τὴν ἐπιστολῶν διέμεινεν, ἀπ' αὐτῶν ἀρξάμενος τῶν πραγμάτων.

quam Sphacteria *dederat*, victoriae illius & Spartanorum captorum nuntiam, primus illud *Gaudere* praepoſuit: & omnino poſt illum Nicias a Sicilia mittens in antiquo epiſtolarum *more* perſeveravit, initium ab ipſis rebus capiens.

Ἀλλ' ὁ θαυμαστὸς Πλάτων, ἀνὴρ ἀξιόπιστος νομοθέτης τοιούτων, τὸ μὲν χαίρειν κελεύει καὶ πάνυ [a] ἀποδοκιμάζειν ὡς μοχθηρὸν ὄν, καὶ ἐδέν σπουδαῖον ἐμφαίνον. τὸ δ' εὖ πράττειν ἀντ' αὐτοῦ εἰσάγει, ὡς κοινὸν σώματός τε καὶ ψυχῆς εὖ διακειμένων σύμβολον. καὶ ἐπιστέλλων γε τῷ Διονυσίῳ, αἰτιᾶται αὐτὸν, ὅτι ποιῶν ἐς τὸν Ἀπόλλω, χαίρειν τὸν θεὸν προσεῖπεν, ὡς ἀνάξιον τῆς Πυθίης

4. Sed admirabilis *noſter* Plato, vir fide dignus, legislator talium, illud *Gaudere* quidem gaudere (Lat. *valere*) jubet, & plane rejici, velut malum & nihil honeſti ſignificans: ſed alterum *Bene agere*, pro eo inducit, ut communem corporis pariter & animi bene conſtituti teſſeram. Atque ſcribens ad Dionyſium accuſat illum, quod in Hymno Apollinis Gaudere (Lat. *Salvere*) Deum jubeat, tanquam indignum Pythio,

a Ἀποδοκιμάζειν] Vid. nott. *Th. Marcil.*

74. Ὡς μοχθηρὸν] Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ· Χαίρειν μὲν ἡμῖν ἐστιν, ὦ ἄνδρες δημόται· Ἀρχαῖον ἤδη προσαγορεύειν καὶ σαπρόν. G.

66. Προσέθηκεν] Hoc non verum eſſe, ex *Hippocratis* epiſtolis colligo. *J. Br.*

67. Τὴν νίκην] Athenienſium contra Perſas victoriam. *J. Br.*

72. Πλάτων] *Plat.* Ep. III. 708. B. *M. du S.* Et hoc ex *Brodaeo* habet, qui hic epiſtolae numerum indicat. In marg. *Ald. primae* additur: *Plato* in Charmida. *J. F. R.*

73. Τὸ μὲν χαίρειν κελ.] Caſtigo, τὸ μὲν χαίρειν χαίρειν κελεύει. *J. Br.*

Τὸ μὲν χαίρειν κελ. κ. τ. λ. ἀποδοκιμάζειν] Plana ſententia eſt; ſed forte ſic Lucianus ſcripſerat ludens, τὸ μὲν χαίρειν χαίρειν κελεύει, καὶ πάνυ ἀποδοκιμάζει, ut pag. cad. πάνυ χαίρω τῷ χαίρειν. *Th. M.*

Τὸ μὲν χαίρειν κελεύει] *Marcilius* hac nota expreſſit, quod ante illum *Eraſmus* in verſione oſtenderat. Nam quum hic eſſet interpretatus, *verbum hoc ſalvere plane valere jubet, atque omnino improbat veluti malum ac pravum*, quum *Benedictus* abeat licentius a Græcis, notavit ille forte ſcripſiſſe ludentem τὸ μὲν χαίρειν, χαίρειν κελεύει & ἀποδοκιμάζει. Ut & margini adſcripſit pater. Et ſane plenus hic libellus luſuum ex reſpectu hujus verbi. Sed quis neget non interpoſito iſto verbo non etiam ludentem ſcripſiſſe Lucianum, & de induſtria in quæſtione de verbo χαίρειν dixiſſe τὸ μὲν χαίρειν κελεύει? Certe quum omnia præcedentia habeant ſibi incluſum id verbum, aut etiam expreſſum, nullo genere formoſior exiſtit oratio, ſi nunc contra fidem librorum veterum repetatur. Jam neque Luciani oratio videtur χαίρειν κελεύει & ἀποδοκιμάζει, ſed κελεύει χαίρειν καὶ ἀποδοκιμάζειν, verbo κελεύει ad utrumque infinitivum relato, ut in Hermotimo, ὃς δ' ἂν μὴ ἔχῃ ταῦτα, μηδὲ σκυθρωπὸς ᾖ, ἀποδοκιμασθήσεται καὶ ἀποβλητέος. *J. G.*

Ibid. Ἀλλ' ὁ θαυμαστὸς Πλάτων (Ait noſter) ἀνὴρ ἀξιόπιστος νομοθέτης τοιούτων, τὸ μὲν χαίρειν κελεύει καὶ πάνυ ἀποδοκιμάζειν ὡς μοχθηρὸν ὄν, καὶ ἐδὲν σπουδαῖον ἐμφαῖνον. τὸ δ' εὖ πράττειν ἀντ' αὐτοῦ εἰσάγει, ὡς κοινὸν σώματός τε & ψυχῆς εὖ διακειμένων σύμβολον. Vertuntur priora, *Sed mirabilis ille Plato, vir fide dignus, & legum hujusmodi lator, hoc verbum* ſervare *jubet plane improbare tamquam malum*, &c. Non perſuadeo mihi, Lucianum ita ſcripſiſſe, ſed, Ἀλλ' ὁ μὲν θαυμαστὸς Πλάτων . . . . . τὸ μὲν χαίρειν κελεύειν & πάνυ ἀποδοκιμάζει ὡς μοχθηρὸν ὄν, &c. *Sed admirabilis Plato . . . . . illud* ſalvere jubere *plane abrogat tamquam moleſtum.* Integra eſt dictio, κελεύει χαίρειν, ut apud Latinos *ſalvere jubere*. In eodem hoc libello ſic iterum loquitur Noſter; ut ante, pag. 517. B. δεῖν τὴν συνήθη ταύτῃ φωνὴν ἀφεῖναι, καὶ χαίρειν κελεύειν. *ubi oporteret, conſuetam illam vocem mittere, & ſalvere jubere.* Sic paullo poſt pag. 521. Ἅπαντες γοῦν οἱ ἀπ' αὐτοῦ (Πυθαγόρου) ἀλλήλοις ἐπιστέλλοντες, ὁπότε σπουδαῖόν τι γράφοιεν, ὑγιαίνειν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ παρεκελεύοντο. *Pythagorei itaque omnes invicem literas dantes, ubi ſerii quid ſcriberent, ſalvere ſtatim in initio jubebant.* Non tamen contemnendum opinor id, quod hic Viri Eruditiſſimi attulerunt. Quod *Marcilius* ſcribit, forte ludentem dixiſſe Lucianum, τὸ μὲν χαίρειν κελεύει, potuit hauſiſſe ex *Brodaeo*, qui IX. Miſcell. cap. 15. illud idem habet. *J. F.*

Ibid. Χαίρειν κελεύει] De hoc loco quid ſtatuam non habeo. Alii viderint. Mihi καὶ πάνυ ſuſpecta & ſpuria videntur. Quae autem *Platoni* hic ut primo auctori tribuuntur, ea Epicuro a *Diog. Laërtio* adſcribi obſervat *Vorſtius*. Certe, ſi non mendoſi ſunt codices; pro

χαί-

thio, & non tantum Diis, ſed ne hominibus quidem non ineptis decorum.

5. Divinus ſane Pythagoras, etſi nihil ipſe nobis proprium relinquere ſuorum *ſcriptorum* dignatus eſt, quantum tamen ex Lucano Ocello & Archyta, & reliquis ipſius familiaribus colligere licet, neque ipſum illud *Bene agere* praeſcripſit, ſed a verbo *vale* (Lat. *Salve*) juſſit incipere. Omnes enim ab illo *docti* in epiſtolis quoties ſerium quiddam ſcriberent, *valere* (Gr. *ſanum eſſe*) in ipſo ſtatim principio jubebant, tamquam & ipſum animo pariter & corpori convenientiſſimum, & bona hominis complexum in univerſum omnia: & triplex il-

οὐχ ὅπως θεοῖς, ἀλλ' οὐδ' ἀνθρώποις δεξιοῖς πρέπον.

Ὁ μέν γε θεσπέσιος Πυθαγόρας, εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν τῶν αὐτοῦ ἠξίωσεν, ὅσον [b] Ὀκέλλῳ τῷ Λευκανῷ, καὶ Ἀρχύτᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμιληταῖς αὐτοῦ τεκμαίρεσθαι, ὅτε τὸ [c] εὖ πράττειν πρῶτον ἔφην, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνειν ἄρχεσθαι ἐκέλευεν. ἅπαντες γὰρ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ἀλλήλοις ὅπως ἔλλοντες, ὁπότε σπουδαῖόν τι γράφοιεν, ὑγιαίνειν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ παρεκελεύοντο, ὡς καὶ αὐτὸ ψυχῇ τε καὶ σώματι ἁρμοδιώτατον, καὶ συνόλως ἅπαντα ὠφελιμώτατον τἀνθρώπου ἀγαθά. καὶ τόγε τριπλοῦν αὐτοῖς τρίγωνον,

b Ὀκέλλῳ] Sic L. P. Cod. Fl. Ed. Fl. Reliqq. Edd. vulgo Οἰκέλλῳ. In Cod. L. tamen Ὀκίλῳ uno λ ſcribitur. *c* Εὖ πράττειν] Εὐπράττειν una voce marg. *AuW.*

χαίρειν cum Noſtro εὐπράττειν uſurpatum eſſe docet. Idem tamen alibi, p. 84. A. εὖ διάγειν ab Epicuro epiſtolis praeſcribi ſolitum eſſe dicit; ſed in iis, quas ipſe exhibet Epicuri epiſtolis, χαίρειν, non εὖ διάγειν, εὖ πράττειve praeponitur. *M. du S.*

Χαίρειν] Multa poſſem ex antiquitatibus huc congerere de veterum ſalutationibus; tam ex Commentt. ad *Ariſtoph.* l. a Schol. indicatum, quam *Claudio*, atque ipſis fontibus; ſed jam nimius in his nugis eſt Lucianus, & vereor ne Lector cum *Eraſmo* dicat: *Satis jam ſalveo.* *J. F. R.*

74. Ἀποδοκιμάζειν] Non diſſimulo, mihi etiam videri illum luſum, quem verſione expreſſi, Luciano non indignum, & ſimilem illi verſiculo, Τὸ μηδὲν ἄγαν, ἄγαν μὰ τίρτει, quin germanum illi quod mox de Epicuro ait, ἀνὴρ πάνυ χαίρων τῷ χαίρειν. Caeterum ſervo ἀποδοκιμάζειν & totam adeo lectionem antiquam. Plato κελεύει ἀποδοκιμάζειν *jubet rejicere*, pro quo magis Latine dicitur *rejici*. Χαίρειν vel bis poſitum a Luciano ſemel omiſit librarius, vel duplicem perſonam ipſe illi auctor impoſuit, quo de genere dicimus in Lex. ruſtico voc. *Duplex*, & ad *Plin.* epiſt. 8, 6, 17. *J. M. G.*

79. Ποιῶν] Verſum ipſum *Dionyſii* adfert *Plato* l. c. Χαῖρε, καὶ ἡδύμολον βίοτον διάσωζε τυράννου. *M. du S.*

81. Οὐχ ὅπως θεοῖς] Adnotaverat in marg. Ed. *Graev.* Hemſterhuſius, videndum *Dukerum* ad *Thucyd.* III. p. 194. No. 31. Ait autem *Thucyd.* cap. 42. f. libri dicti: οὐχ ὅπως ζημιοῦν, ἀλλὰ μηδ' ἀτιμάζειν. *Non modo non punire, ſed ne ignominia quidem adficere.* Ad quae verba pluribus docet *Dukerus*, οὐχ ὅπως ſaepe ita poni, veluti Latinorum *non modo*, pro *non modo non.* *J. F. R.*

84. Μηδὲν] Vid. *Diog. Laërt.* p. 215. C. cum not.

p. 206. & *Jambl.* No. 146. & paſſim 158. *Porphyr.* No. 57. cum not. Ea de re pluribus diſputat Cl. *Fabric.* Bibl. Gr. II. c. 12. §. 4. *M. du S.*


85. Οἰκέλλῳ] Cod. Florent. Ὀκέλλῳ. *J. B.*

Ὀκέλλῳ] Sententiae deeſſe aliquid videtur. Utut ſit, hujus περὶ τοῦ παντὸς liber noſtra quoque aetate notus. Nomen alii aliter ſcribunt. Rectior ea videtur ſcriptura, quae Ὤκελον facit. Vid. *Stob.* Ecl. Phyſ. I. 18. & *Jambl.* p. 217. Ὀκέλλῳ ſcribitur hic in P. L. & Edd. *Fl.* In *Commel.* & *Bon.* Edd. Ocelli Ὠκελλῶ. In reliquis fere Luciani Edd. Οἰκελλῶ ſcribitur. *M. du S.*

Ibid. Τῷ Λευκανῷ] *Natione Lucano.* *J. Br.*

89. Οἱ ἀπ' αὐτοῦ] *Omnes poſt eum Pythagorici.* *J. Br.*

94. Τόγε τριπλοῦν] Deſcripſit haec verba *Scholiaſtes Ariſtophanis* ad Nub. 163. A. Sed, ut verum fatear, haud ex arte Lucianus hanc figuram deſcripſiſſe videtur. Quanquam pingui, ut ajunt, Minerva loquenti, tribus conſtat triangulis aequalibus, ita alio aliis ſuperimpoſito, ut aequis ſpatiis anguli ab angulis



diſtent. Verum age, geometrice jam ejus conſtructionem accipe. Fiat pentagonum; quae ex pentagoni utrimque productis lateribus figura orietur, ea eſt, quam tanta veneratione proſequebatur Pythagoras. Formam, ſi per typographos liceat, in Scholiis exhibebo. Vide numiſmata Demetrii Soteris, in quibus exſtat, ſed male, ut opinor, & depicta, & a *Lazio* explicata. AG. IX. 1378. *M. du S.*

Ibid. Τριπλοῦν . . . τρίγωνον] *Pentalpha* etiam vocatur hoc pentagonum, quo nomine nuper ad illuſtrandam

σον, τὸ ἀλαλλήλων, τὸ πεντάγραμμον, ᾧ συμβόλῳ πρὸς τοὺς ὁμοδόξους ἐχρῶντο, ὑγεία πρὸς αὐτοὺς ὠνομάζετο. καὶ [a] ὅλως ἡγεῖτο τὸ μὲν ὑγιαίνειν [b] εἶναι, εἴτε δὲ [c] τὸ εὖ πράττειν, εἴτε [d] τὸ χαίρειν πάν-

lud triangulum ſibi implexum, quinque deſcriptum & incluſum lineis, qua teſſera ad ſententiae ſuae homines uterentur, *ſanitas* ab ipſis vocabatur. Et omnino putabant, in verbo *valere* ineſſe [etiam ipſum *bene agere* & *gaudere*] ſed neque *bene agere*, ne-

a Ὅλως] Ita ingens aſteriſcus in *Junt.* typis expreſſus ſuſpect. lect. indicat. b Εἶναι] . . . . ναι. Fl. vacuo ſpatio ante ναι. At marg. *Alw.* τὸ εὐπράττειν καὶ τὸ χαίρειν inſerit ante εἶναι. c Τὸ εὖ πρ.] Τῷ εὖ πρ. *Coll.* d Τὸ χαίρ.] Τῷ χαίρειν *Coll.* & marg. *Al.*

95. Πεντάγραμμον] Pentagramma dicitur quod quinque litteris conſtet, Pythagorae figura, qua hodie contra faſcinationes utuntur. Figura conſtat ex tribus triangulis, quorum latera deſerviunt ſibi invicem. Et trinitatis quae eſt in Divinis, puto, vis exprimebatur. Fitque figura uno tractu calami. Omnia autem ad Numeros Pythagoras referebat. Et appellatur ſignum Sanitatis. *G.*

Τὸ πεντάγραμμον] Ὅτι τὰ ἐν τῇ εἰωθυίᾳ λεγόμενα πεντάλφα σύμβολον ἦν πρὸς ἀλλήλους * Πυθαγορείων ἀναγωγικὸν καὶ τούτῳ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἐχρῶντο, ὅ ἐστι τοῦτο. † *V.*

96. Οὔτε δὲ τοῦ εὖ πράττειν οὔτε τοῦ χαίρειν, πάντως καὶ τῷ ὑγιαίνειν] Ὅτι τὸ &c. *Πυθαγορείοις ἀναγωγικῶν* &c. *G.* (& addunt, quaere in Luciani Impreſſo.)

* Πυθαγορίων] Coll. Πυθαγορείοις ἀναγωγικόν. *M. du S.* † Deerat in impreſſo figura, quam oculis ſubjicimus. *M. du S.*

dam ejus literae figuram antiquam exhibuit V. Cl. *Havercampus*; (de literar. ap. Graecos ſcript. & uſu n. 14. ex *Alber. de la Motraye* Tom. L. Tab. XXVIII. num. 3.) numum Pitanatarum, huc etiam referendum. Quod in eo explicando aquam ſibi haerere fatetur. Pitanatas igitur nos intelligimus in Laconica, apud quos cultum Aeſculapium docet Pauſanias Lacon. p. 95, 25. Wech. Καὶ πλησίον ὀνομαζομένη λέχη Κράνιον. Εἰσὶ δὲ οἱ Κρότανοι Πιτανατῶν μοῖρα. Ἀσκληπιοῦ δὲ ἐν πόρρῳ τῆς λέχης ἔστιν ἱερόν. Igitur Pentalpha illud Hygeae, Aeſculapii vel muneris vel filiae, Symbolum hic quoque. Sed quaerit etiam vir doctus, quid Ammon Jupiter hic ſibi velit? Hunc quoque cultum ſcribit in Laconica, Lyſandrumque ejus rei ſ. primum ſ. poſt alios auctorem laudat, idem Pauſanias Lacon. p. 100, 10. Caeterum manſit ſuperſtitio inter Judaeos & Chriſtianos: Germania ſuperior appellat Pentagonum illud *den Druiden fuſs*. Vid. elegantiſſ. *Keyſlerus*, amicus meus, Antiquitt. Septentr. p. 503. *J. M. G.*

94. Τριπλοῦν] Quia nummus Πιτανατῶν, quem Cl. *Geſnerus* ex Cl. *Havercampo* huc refert, eamdem figuram habet, quae pag. proxima jam deſcripta eſt, ideo nummum ipſum hic non exhibemus. *J. F. R.*

96. Ὁμοδόξους] *Qui eandem ſequuntur doctrinam atque hareſin.* *J. Br.*

97. Καὶ ὅλως ἡγοῦντο τὸ μὲν ὑγιαίνειν εἶναι, εἴτε δὲ τὸ εὖ πράττειν, εἴτε τὸ χαίρειν πάντως καὶ τὸ ὑγιαίνειν] Si recte attendas, imperfectam videbis ſententiam, & deeſſe aliqua talia. καὶ ὅλως ἡγοῦντο τὸ μὲν ὑγιαίνειν εἶναι ἢ τὸ εὐπράττειν καὶ τὸ χαίρειν, εἴτε δὲ τὸ εὐπράττειν εἴτε τὸ χαίρειν πάντως καὶ τὸ ὑγιαίνειν. Agit enim de ſententia Pythagoraeorum ponderantium efficaciam ſignificationis trium horum verborum, quorum adeo validius cenſebant ὑγιαίνειν, ut illud unum in ſe contineret vim quoque reliquorum duorum; quum neutrum ex duobus illis par eſſet verbo ὑγιαίνειν. Et haec Graeca ſic ſupplebat Pater. *J. G.*

98. Εἶναι] Locus mutilus & corruptus; quique adeo in Ed. *J.* ſtellula notatur. In Fl. lacuna eſt trium quatuorve literarum, hunc in modum . . . ναι.

Quando vero de formula ὑγιαίνειν ſermo incidit, ſubit animum quomodo ea uſus ſit Ageſilaus ad caſtigandum Menecratem medicum, qui Jovem ſe appellari non patiebatur modo, ſed ipſe in epiſtola ad eum data ſcripſerat Μενεκράτης Ζεὺς. Ageſilaus reſcripſit nihil aliud quam Ἀγησίλαος Μενεκράτει ὑγιαίνειν. Acrius ſane quam Philippus Macedo, qui eidem, ut Anticyram navigaret, auctor in epiſtola fuit. De priori narrat *Plut.* in Ag. 1110. De poſteriori *Athen.* 289. *M. du S.*

Εἶναι] Errat igitur *Aelianus*. V. H. XII. 51. cum utrumque reſponſum uni Philippo adſcribit. *J. F. R.*

99. Τὸ εὐπράττειν] Nimirum Graeca ita ſunt ſupplenda, ut factum eſt a *Gronovio*, ut ſupplenda viderem ante aliquando, quam *Gronoviana* mihi emendatio innoteſceret. *J. M. G.*

Ibid. Εὖ πράττειν] Interdum εὐπράττειν junctim. Vid. Var. Lect. paullo ſupra, ſed hoc parvi. Non nego quod multis probat Rever. *Elſner.* ad Act. Apoſt. XV. 29. εὖ πράττειν ſignificare, *felicem, beatum eſſe*. Nec tamen ita perpetuo hoc ſolo ſignificatu gaudere putem, quin & notet, *recte aliquid facere*, quod is propemodum negare videtur: nam ap. *Æſchin.* Dial. 2. de

neque *gaudere*, continuo esse etiam *valere*. Sunt vero etiam qui quaternionem, maximum illorum jusjurandum, qui perfectum secundum ipsos numerum efficit, jam sanitatis (*valitudinis*) initium vocarent, in quibus & Philolaus est.

Ἰτως [e] ἡ τὸ [f] ὑγιαίνειν. εἰσὶ δὲ οἱ ἡ τετρακτύν, τ μέγιστον ὅρκον αὐτῶν, [g] ἣ τ ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν [h] ἀποτελεῖν. οἱ δὲ ἡ ὑγείας ἀρχὴν ἐκάλεσαν, ὧν ἡ Φιλόλαός ἐστι.

Καὶ

e Καὶ] Forte Δὲ *M. du S.* f Ὑγιαίνειν] Ὑγιαίνειν εἶναι marg. *A IV.* g Ἣ] Ἡ *Brod.* & *Marcil.* h Ἀποτελεῖν] Ἀποτελεῖ, ἥδη *Marcil.*

2. Τετρακτύν] Quære in aureis carminibus & commentariis. *G.*

de divit. §. 6. Ἀλλ' ἆρά γε τούτους ἂν τ εὐθύμησιν εὐδαιμονεστάτους ἡγησαίμεθα εἶναι, οἵτινες μάλιστα εὖ πράττουσιν; Ἐμοὶ γοῦν δοκοῦσιν. Οὐκοῦν ἂν ὕτοι ἄριστα πράττοιεν ὑσοιπερ ἡ ἐλάχιστα ἐξαμαρτάνοιεν περὶ σφᾶς αὐτούς, ἡ περὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους &c. Ubi *Clericus* putat Socratem abuti locutionis ambiguitate, quod εὐπράττειν sit, & *bene se gerere*, & *secundis rebus uti*. Nihil refert, ad actiones certe extendi, ex toto argumento patet. Plura addere temporis & loci angustia prohibent. *J. F. R.*

98. Τὴν τετρακτύν] Huc pertinet quod est in aureo versu Pythagoræ

Ναὶ μὰ τ ἡμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν
Παγὰν ἀενάου φύσεως. *J. B.*

2. Τετρακτύν] Sermo fit de Pythagora ejusque sectatoribus, apud quos τὸ, ὑγιαίνειν in frequentissimo fuerit usu & quasi cultu. Ait porro Noster, εἰσὶ δὲ, οἳ τ τετρακτήν, τ μέγιστον ὅρκον αὐτῶν, ἣ τ ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖν. οἱ δὲ, ἡ ὑγείας ἀρχὴν ἐκάλεσαν. Male dederunt hic posteriores τετρακτήν, quum, ut omnes antiquae editt. habent, scribendum sit τετρακτύν. Τετρακτὺς nempe appellabatur τετρὰς Pythagorica. In verbis sequentibus pro ἣ τ ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖν, *Brodaeus* dicto loco legit, ἣ (scilicet τετρακτὺς) τ ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖ. Ita ergo vertendum erit; *Sunt autem, qui quaternionem vocarunt maximum eorum jusjurandum, qui perfectum apud eos numerum absolvat: alii vero* eundem quaternionem dixerunt *sanitatis principium*. At si recte consideres, videtur nulla ope medica opus, quum commode dicatur quaternio vel maximum Pythagoreorum jusjurandum esse, vel perfectum apud eosdem numerum absolvere. Caeterum quod Noster ait, quosdam τὴν τετρακτὺν appellasse ὑγείας ἀρχὴν, eo facit distichon illud, quo itidem jusjurandum comprehenditur, apud *Jamblichum* de Vita Pyth. pag. 147.

Οὐ μὰ τ ἀμετέρᾳ γενεῇ παραδόντα τετρακτύν,
Παγὰν ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν.

Primum versum habet & *Macrobius* in Somn. Scip. at pro ἀμετέρᾳ γενεῇ ibi ἀμετέρᾳ ψυχᾷ. plane uti in aureis, quae dicuntur *Pythagorae*, carminibus. Rursum aliter concipit *Jamblichus* eumdem illum versum p. 138. ubi ait distichon illud fuisse jusjurandum Pythagoreorum, ipsius Pythagorae nomen reticentium, veluti parce solerent Deorum nomina profari.

Ναὶ μὰ τ ἀμετέρας σοφίας εὑρόντα τετρακτύν,
Παγὰν ἀενάου, &c. *J. J.*

Τετρακτύν] Ea de re jam supra in B. πρ. c. 4. dictum est. Subaudiendum autem hic *φασί*. Sed haec omnia obscuriora: nec tanti tamen sunt, ut operose ad ea dilucidanda quis incumbat. Laudarem, si absque tot doctis ambagibus *valetudini*, lato illo sensu, consuluissent. Vide, si lubet, *Denarium Pythagoricum* Meursii & *Cael. Calcagn.* V. epist. 8. AG. IX. 1378. c. VI. *M. du S.*

Ibid. Ὅρκον] Ἣ τ ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖν, ὃ δὲ ἡ ὑγείας ἀρχὴν &c. Ἣ τ ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖ, ἥδη τ ὑγείας. *Th. M.*

Ibid. Ἣ . . . . ἀποτελεῖν] *Rittershusius* hunc locum laudans ad *Porphyrium* p. 26. pro ἣ, καὶ mavult. In posterioribus autem curis ἣ reponit, & ἀποτελεῖ legit. p. 91. Optime sane, nam 1. 2. 3. 4. si addantur, evadit numerus denarius ab iis perfectissimus habitus. Vide etiam quae de eo tradant *Eusebius* in Hieroclem p. 439. (Ed. *Philostr.*) & *Diog. Laërt.* VIII. §. 85. Laudatur etiam *Philolai* liber περὶ φύσεως in libello, cui titulus: τὰ Θεολογούμενα τ Ἀριθμητικῆς apud *Wechelium* impresso, Parisiis 1543. pag. 22. media. De ἀποτελεῖν vide Ἑρμ. c. 36. *M. du S.*

Ἣ τ ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖν] (Ita exaratum est ἀποτελεῖ. *v.* ap. *Brod.* Misc. IX. 15.) Castigo ἡ τ ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖ. Ἐντελῆ autem, *denarium*, eo quo supra docui modo, ait idem, innuens ea quae dixit ad verba; μέγιστον ὅρκον, additque figuram, quam cum etiam *Solanus* expresserit, non repetimus. *J. F. R.*

3. Τὸν ἐντελῆ] Hic *Marcilii* emendationem sequimur; ut adhuc editum est, caecutire nos fatemur. *J. M. G.*

4. Φιλόλαος] Auctor is carminum quae vulgo Pythagorae tribuuntur, de quo in nota praecedenti. *M. du S.*

Καὶ τί σοι τοὺς παλαιοὺς λέγω, ὅπου ὁ Ἐπίκουρος ἀνὴρ πάνυ χαίρων τῷ χαίρειν, καὶ τὴν ἡδονὴν πρὸ ἁπάντων αἱρούμενος, ἐν ταῖς σπουδαιοτέραις ὀλίγαις (εἰσὶ δ' αὗται ὀλίγαι) καὶ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς φιλτάτους μάλιστα ὑγιαίνειν εὐθὺς ἐν τῇ ἀρχῇ προστάττει; πολὺ δ' ἂν καὶ ἐν τραγῳδίᾳ, καὶ ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ εὕροις τὸ ὑγιαίνειν, πρῶτον εὐθὺς λεγόμενον· τὸ μὴν γὰ,

Οὖλέ τε, καὶ μέγα χαῖρε,

[a] Σαφῶς προσλαμβάνων τὸ χαίρειν τὸ ὑγιαίνειν ἔχει· ὁ δ' Ἀλεξις,

Ὦ δέσποθ', ὑγίαινε, ὡς χρόνιος ἐλήλυθας.

Ὁ δ' Ἀχαιός,

Ἥκω πεπραγὼς δεινά, σὺ δ' ὑγίαινέ μοι.

Καὶ ὁ Φιλήμων,

Αἰτῶ δ' ὑγείαν πρῶτον, εἶτ' εὐπραξίαν,
Τρίτον δὲ χαίρειν, εἶτ' ὀφείλειν μηδενί.

Ὁ μὲν γὰ τὸ σκολιὸν γράψας, ὃ καὶ Πλάτων

6. Et quid tibi antiquos narro? cum & Epicurus vir valde gaudens gaudio (*verbo gaudere*) & voluptatem rebus praeoptans omnibus, tum in feriis magis epistolis, sunt autem hae paucae, tum in his quas dedit ad carissimos, valere statim in principio jubeat? Multum etiam in tragoedia & in comoedia vetere invenias *valere*, primo statim *congressu* dictum. Etenim illud

Vale multumque gaude

Sapienter praepositum habet gaudendi voto illud valitudinis. Alexis autem,

Here mi, vale, (pro Salve) quam quasso serus advenis?

Et Achaeus,

Venio patratis horridis, at tu vale!

Et Philemon,

Valere sit primum, bene sed agere alterum,
Gaudere deinde, tum debere nemini.

Ille vero convivalis cantici scriptor, cujus etiam

[a] Σαφῶς] Sic dedimus ex L. Σοφῶς Edd.

25. Σκολιὸν] Τὸ σκολιὸν τοῦτο Σιμωνίδης ἐποίησεν ἔχει δ' ὧδε· * αὐτόλεκες, † Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἔνεστιν ἀνδρί, Δεύτερα δὲ φῦναι καλὸν γενέσθαι, Τρίτον πλουτεῖν ἀδόλως, Καὶ τεταρτον ἡβᾶν μετὰ τῶν φίλων. Σκολιὸν, ἢ παρὰ τὴν ᾠδήν, ὡς ὁ Δικαίαρχος· ἐν τῷ περὶ μουσικῆς δύο γένη ἦν ᾠδῶν. τὸ μὲν ἐκ πάντων ᾀδόμενον καθ' ἕνα ἕξῆς· τὸ δὲ ἐκ τῶν συστατῶν, ὡς ἔτυχε τῇ τάξει. ὃ δὴ καλεῖται ἀφ' ἑαυτῆς τὴν τάξιν σκολιόν. Ὡς δὲ Ἀριστόξενος ὁ Φίλων ὁ μουσικὸς, ὅτι ἐν τοῖς γάμοις ‡ περὶ μίαν τράπεζαν πολλὰς κλίνας τιθέντες ἐξῆς μέρος, ἕξῆς § μυρσίνας ἔχοντες ἦδον γνώμας καὶ ἐρωτικὰ σύντονα. ἡ δὲ περίοδος σκολιὰ ἐγένετο διὰ τὴν θέσιν τῶν κλινῶν. V.

* Αὐτοτελὲς] Αὐτολέξει Exc. G. & C.

† Hoc *Scholion* citant *Plato* in Gorgia, *Clem. Alexandr.* Strom. L. III. & *Athenaeus*, L. XV. paulo aliter quidem, sed eodem prorsus sensu. Vid. fragmenta Lyricorum ab *H. Stephano* collecta. Caeterum haec observatio Scholiastae nostri circa carmina quae *Scholia* dicebantur, totidem fere verbis habetur apud *Suidam*, unde crassissima aliquot menda ex nostro sustulimus, inter quae erat omissio vocis πράττειν, & quod pro κλινῶν legeretur κριτῶν. At quod legitur hic *Philon*, cum sit apud *Suidam* Phyllis, reliquimus, quod non constet utra harum lectionum alteri sit praeferenda. *J. C.*

‡ Περὶ μίαν] Exc. G. Παρὰ μίαν σ. κ. τιθέντες. *M. du S.*

§ Μυρσίνας] Ita pro μυρίνας, quod in vulgato erat, dedit *M. du S.*

7. Ἐπίκουρος] Exstant adhuc apud *Diog. Laërt.* tres epistolae Epicuri gravissimis de rebus scriptae, quibus tamen illud ὑγιαίνειν minime praemittitur. Quin & Diogenes ipse l. c. aliquando adhibuisse τὸ εὖ πράττειν, aliquando suum εὖ διάγειν, docens, de ὑγιαίνειν altum silet. Alterutrum ergo, aut utrumque erasse dicendum est. *M. du S.*

11. Ὑγιαίνειν εὐθὺς] In omnibus tamen a *Laërtio* citatis ejus epistolis χαίρειν semper praefixum est. *J. Br.*

12. Ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ] Fuit enim prisca, media ac nova Comoedia. *J. Br.*

15. Οὖλέ τε, —] *Hom.* Od. Ω. 401. *M. du S.*

16. Σαφῶς] Ita, ut conjeceram, habet Cod. L. Vid. c. 10. Reliqui libri σοφῶς. *M. du S.*

17. Ἄλεξις, & Ἀχαιὸς] *Alexis* Comicus. *Achaeus* itidem Comicus ac *Philemon*. *J. Br.*

Ἄλεξις] Poëta hic Comicus, cujus praeter fragmenta passim occurrentia nihil super est. *M. du S.*

20. Ἀχαιὸς] Eretrius, poëta Tragicus, Sophocle paulo junior. *M. du S.*

22. Φιλήμων] Vide *Suidam*. Ejus fragmenta edidit nuper cum Menandreis Vir Cl. *J. Clericus*, in quae paulo post prodierunt emendationes adeo eruditae, ut, quamvis latère voluerit, auctorem facile omnes agnoscant. Inter longaevos hic Comicos a nostro recensetur c. 25. *M. du S.*

25. Πλά-

etiam Plato mentionem facit, quid ait? *Primum volo valere: deinde vero pulcher esse; deinde dives: gaudendi* vero omnino mentionem non fecit. Ut tibi notissimum illud, quod omnium in ore est, dicam, *Valitudo Divûm Senior, Habitare tecum Vitae reliquum liceat.* Si itaque antiquissima est *valitudo*, ejusque opus est *valere*, utique praeponendum id est bonis reliquis.

μέμνηϑ', τί γὰρ ἔτός φησιν; ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον· τὸ δεύτερον, καλὸν γενέσϑαι. τρίτον δὲ, πλουτεῖν. τὸ χαίρειν δὲ τὸ παράπαν οὐκ ἐμνήσθη, ἵνα σοι τὸ γνωριμώτατον ἐκεῖνο, καὶ πᾶσι ἀφ' στόματος, λέγω, [b] Ὑγίεια πρεσβίστα μακάρων μοι σεῦ [c] ναίοιμι τὸ [d] λειπόμενον βιοτᾶς. Ὥστε εἰ πρεσβίστη ἐστὶν ὑγεία, καὶ τὸ ἔργον αὐτῆς τὸ ὑγιαίνειν, προτακτέον τῶν ἄλλων ἀγαθῶν.

7. Sexcenta autem alia cum habeam, quae ostendere tibi possim e poëtis, historicisque & philosophis, *valere* praeponentibus, supersedebo equidem, ne in pueriles mihi ineptias scriptio ista exeat, & forte clavum excutere clavo alio videar. Pauca vero tibi ex antiqua historia, quorum recordor, domestica huic negotio adscribere haud abs re putavi.

Μυρία δὲ καὶ ἄλλα ἔκ τε ποιητῶν, καὶ συγγραφέων, καὶ Φιλοσόφων καλαδεῖξαί σοι ἔχων, προλιμώντων τὸ ὑγιαίνειν, τοῦτο μὲν παραιτήσομαι, ὡς μὴ εἰς ἀπειροκαλίαν τινὰ μειρακιώδη ἐκπέσῃ μοι τὸ σύγγραμμα, καὶ κινδυνεύωμεν ἄλλῳ ἥλῳ ἐκκρούειν τὸν ἦλον. ὀλίγα δέ σοι τῶν ἀρχαίας ἱστορίας, ὁπόσα μέμνημαι οἰκεῖα τῷ παρόντι προσγράψαι, καλῶς ἔχειν ὑπέλαβον.

8. Cum Alexander praelium ad Issum

Ὅτε Ἀλέξανδρος τὴν ἐν [e] Ἰσσῷ μάχην ἀγω-

b Ὑγίεια] Vulgo ὑγιεία, vid. nott. *c* Ναίοιμι] Sic *Vorst.* & *Athen.* Adsentiuntur P. & L. Νέοιμι Edd. *d* Λειπ.] Λοιπόμενον *Athen.* *e* Ἰσσῷ] Ἰσσῷ C. Fl. Ἰσθῷ Ed. Fl. male.

40. Ἄλλῳ ἥλῳ ἐκκρούειν τὸν ἦλον] Παροιμία ἐπὶ τῶν ἀτόπως τὰ ἀτοπα ἰᾶσθαι καλασπιδύντων. *V.*

44. Ἐν Ἰσσῷ] Πόλει. *V.*

25. Πλάτων] Habet etiam Cl. *Alex.* Strom. III. teste *Steph.* in Lyr. qui Simonidi tribuit p. 103. uti & Scholiastes. *Athen.* etiam habet 694. E. ὑγιαίνειν μ. ἀ. ἀνδρὶ θνητῷ, δεύτερον δὲ καλὸν φύσει γενέσθαι, τὸ τρίτον δὲ πλουτεῖν ἀδόλως· καὶ τὸ τέταρτον συνεῖναι μετὰ τῶν φίλων. ubi de eo plura. Apud *Stobaeum* Scleriae tribuitur, & aliter scribitur. Vid. *Grot.* flor. 425. *M. du S.*

Πλάτων μέμνηται] In *Gorgia* 283. A. & *Legg.* II. 579. *M. du S.* Haec ad marg. *Junt.* addiderat, at mox iterum ad eumd. versum notat *Plat. de Legg.* II. 211. m. diversas editt. credo, respiciens. Ad verba autem sequentia δεύτερον — τρίτον, iterum ait, vid. *Plat.* l. c. *J. F. R.*

29. Ἵνα σοι] Suspicabar ἵνα μή σοι, ut sit formula connectendi per praeteritionem, qua frequenter utuntur omne genus scriptores. *J. M. G.*

30. Ὑγιεία] Sic incipit Ἀρίφρονος τοῦ Σικυωνίου παιὰν εἰς ὑγίειαν, quem totum vid. apud *Athen.* XV. in fin. *A. V.*

Qui etiam vidit emendandum, & ναίοιμι cum Athenaeo scribendum, quod & P. & L. praeferunt. Vocem ὑγιεία ex Athenaeo etiam sic scripsimus, quae antea ὑγεία scribebatur. Hunc hymnum inter Miscellanea Graecorum aliquot carmina Londini nuper editum esse audio (a. 1722.) cum notis. *M. du S.*

Ὑγίεια] Ita hic pro vulgato ὑγεία dedi, monente *Solano* nostro, cum paullo supra tamen recte ὑγεία propter versum scribatur, veluti & in fragm. Menandr. 42. 1. Οὐκ ἔσθ' ὑγείας κρεῖττον ἐνθάδ' οὐδὲν εἰς βίον. Ibidem vero rursus statim Ὑγίεια ἐσ νοῦς, ἐθέλω τῷ βίῳ δύο. In aliis autem Luciani locis non erit operae pretium quaerere, sitne ὑγεία an ὑγίεια scribendum; sed cum Edd. pleraeque semper ὑγεία scribant, id retinebimus, nisi versus obstet. Conf. ad c. 6. de *Merced. Conduct.* *J. F. R.*

40. Ἦλον ἥλῳ] *Clavum clavo.* Id est, malum alio malo. *Aristot.* L. V. Polit. c. Penult. *Cic.* IV. Tusc. *G. C.*

Ἦλον ἥλῳ] Confer dial. proxime praecedent. c. 9. Ubi idem proverb. usurpat noster, & quae ibi notavimus. *J. F. R.*

42. Τῷ παρόντι] Intellige λόγῳ. *J. Br.*

44. Ἐν Ἰσσῷ] *Plutarch.* in Alexandro. *J. Br.*

Ἐν Ἰσσῷ] Cod. Flor. ἐν Ἰσῷ. *J. B.*

ἀγωνιεῖῳ ἔμελλεν, ὡς Εὐμενὴς ὁ [a] Καρ-
διανὸς ἐν τῇ πρὸς Ἀντίπατρον ἐπιστολῇ λέ-
γει, ἑωθεν εἰσελθὼν εἰς τ σκηνὴν αὐτῷ ὁ Ἡ-
φαιστίων, εἴτ' ἐπιλαθόμενος, εἴτ' ἐκπλαγε-
χθεὶς ὥσπερ ἐγὼ, εἴτε ὑ θεῷ τινος τοῦτο
καλαναγκάσαντος, ταυτὸν ἐμοὶ ἔφη, Ὑγίαι-
νε βασιλεῦ, καιρὸς ἤδη πορεύεσθαι. τα-
ραχθέντων δὲ τ παρόντων πρὸς τὸ ἀδόξον
τ προσαγορεύσεως, ὑ δ' Ἡφαιστίωνος ὀλίγου
δεῖν ὑπ' αἰδοῦς ἐκθανόντος, Ἀλέξανδρος,
δέχομαι, εἶπε, τ κλητῆρα· τὸ γὰρ σῶας ἐπα-
νήξειν ἀπὸ τ μάχης, ἤδη μοι ὑπισχνεῖται.

Ἀντίοχος δὲ ὁ Σωτὴρ, ὅτε τοῖς Γαλά-
ταις συνάπτειν ἔμελλεν, ἔδοξεν ὄναρ ὑπο-
στάντα οἱ τ Ἀλέξανδρον, κελεύειν σύνθημα
πρὸ τ μάχης ἀποδοῦναι τῇ φαλαγγὶ τὸ ὑ-
γιαίνειν. ὑ ὑπὸ τούτῳ συνθήματι τ θαυμαστὴν
ἐκείνην νίκην ἐνίκησε.

Καὶ Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου, Σελεύκῳ
ὑπατέλλων, σαφῶς ἀνέστρεψε τ τάξιν, ὃν
δεχῆ μὲ τ ὑπατολῆς ὑγιαίνειν αὐτὸν προσει-
πὼν, ὑπὶ τέλει δὲ, ἀντὶ τοῦ ἐρρῶσθαι, ὑπο-
γράψας τὸ χαίρειν, ὡς Διονυσόδωρος ὁ τὰς
ὑπατολὰς αὐτοῦ συναγαγών, φησιν.

Ἄξιον [b] δὲ καὶ Πύρρου τοῦ Ἠπειρώτου μνησθῆ-

commissurus esset, ut narrat in Epistola ad Antipatrum Cardianus Eumenes, mane in tabernaculum regis ingressus Hephaestio, vel oblivione quadam, vel perturbatus, ut ego, & aestuans, vel numine quodam cogente, idem quod ego dixit, *Vale Rex, tempus est jam eundi in aciem.* Turbatis autem ad insolitam salutationem reliquis, & Hephaestione prae pudore tantum non mortuo, Alexander, *accipio*, inquit, *omen, salvos enim nos e praelio redituros, jam mihi pollicetur.*

9. Antiochus autem Soter, conflicturus cum Gallo-Graecis, per quietem videre sibi visus est adstantem Alexandrum, qui tesseram juberet ipsum dare ante pugnam militibus, *vale:* & ea ipsa tessera admirabilem illam victoriam retulit.

10. Et Ptolemaeus Lagi scribens ad Seleucum aperte invertit ordinem, qui in principio epistolae *valere* illum juberet, in fine autem, pro ejusdem potestatis verbo, *Gaudere* subscriberet, ut Dionysodorus refert, qui collegit illius epistolas.

11. Operae vero pretium est Epirotae etiam

a Καρδιανὸς] Σαρδιανὸς Edd. omnes male. b Δὲ] Omissa haec particula in *J.* comparet in Fl. *P. H.* B2. S. & M.

45. Εὐμενὴς ὁ Καρδ.] Cardianum fuisse Eumenem, *Plutarch. in C. Nepote* aliique diserte tradunt. Σαρδιανὸς tamen in omnibus Luciani codicibus legitur. Ego haud cunctanter mutavi, idemque ante me *Vorstio* placuisse video. Ap. *Aelian.* Var. Hist. III. 23. etiam recte quidem Καρδιανὸς legitur, sed nomen *Eumenis* in οὗ μὲν in omnibus seculi XVI. editionibus mutatum est; quod a recentioribus editoribus sedulo restitutum est. Scripsit Eumenes hic *Ephemerides Alexandri.* Vid. *Athen.* X. 9. Fuit autem inter comites seu duces ejus vir plane illustris, cujus vitam ideo nobis reliquit *Nepos* & *Plutarchus.* Cardianus dicitur ab oppido Thraciae in Chersoneso, quod Cardia vocabatur. Haec *Perix.* ad *Ael.* l. c. *M. du S.*

Εὐμενὴς ὁ Καρδιανὸς] Edd. Σαρδιανὸς, nec aliter Codd. At in nominibus propriis, si Codices consentiunt, non semper cogitandum, auctores aliter scripsisse, etsi error in nomine deprehendatur; nam & μνημονικὸν ἁμάρτημα ipsius auctoris esse potuit, quale est *Ciceronis*, in Orat. pro Ligario, quod ipse corrigit in epist. ad Att. XIII. 44. Et alibi *Ajacem* posuisse pro *Hectore*, Gell. XV. 6. animadvertit. Plura ejusmodi veterum ἁμαρτήματα vid. ap. *Perix.* in Animadv. hist. p. 7. 8. Hic vero in re tam nota non potuit errare Lucianus; nam *Eumenem Cardianum* fuisse vid. etiam ap. *C. Nep.* in ejus vita, ibique in nott. *Bosii* cognosces itidem librarios quosdam male *Sardianus* exaraviisse. Sed si scribae Graeci ex Latinis suum errorem hausissent, facilis fuisset aberratio, antiquum C id est *sigma* Graecorum, cum latino C quod hic K sonat, confundentium, & ex CARDIANUS Καρδιανὸς facientium. Quidquid sit, correctio mihi visa tam necessaria, ut mutare vulgatam non dubitaverim. *J. F. R.*

66. Ἀντὶ τοῦ ἐρρῶσθαι] Graeci enim ἔρρωσο subscribunt. *J. Br.*

67. Διονυσόδωρος] De hoc scriptore, si quidem scriptor etiam fuerit, nihil ego quidem comperio. *M. du S.*

69. Πύρ-

Κατ' αὐτό] Notaverat Cl. *Hemſterh.* in marg. videndum *L. Bos* ad L. E. I. 18. Is igitur ad Evang. *Lucae* l. d. haec habet: Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; (ait Evangeliſta) Reperitur haec locutio apud LXX. Intt. *Geneſ.* XV. 8. Subaudiendum in κατὰ τί vocabulum σημεῖον, ut ſit: *ex quo ſigno?* Apud Lucianum ſimili ellipſi occurrit, ἐγνῶσ' κατ' αὐτὸ in *Scytha* h. l. In Latinis verſionibus praeteritum eſſe illud κατ' αὐτὸ, notavit Eruditiſſimus *Graevius*, reddens id *pariter*. Si mihi vel tantillum a tanti judicii Viro diſcedere liceret, verterem: *ex eo*, ut ſenſus ſit: *Non ſum ex illuſtribus natus, ut ex eo tibi notus eſſem.* Haec ille. Sic fere *Dionyſ. Hal.* περὶ τ. Δημοσθ. δειν. p. 168. verſ. 4. Ed. *Lipſ.* Κατὰ τί δὴ ταύτην ἡγοῦμαι τὴν λέξιν ἐοικέναι τῇ Θουκυδίδου; καθ' ὃ κἀκείνῳ πείθομαι μάλιστα ἀφέρειν τ ἄχθος. Et ita parvi interdum refert vertasne *ex*, *ſecundum*, an *propter*, ut e. c. ap. eumd. *Dion. Hal.* antiq. Rom. I. p. 63. 30. κατὰ τίνα γίνεται μάλιστ' αἰτίαν ubi, *ex* qua cauſſa, *ob*, *per*, *ſecundum* quam cauſſam verteris, non multum intererit. *J. F. R.*

91. Διατριῶοι] Sic ſolus noſtrorum Codicum W. melius quam quod in aliis eſt, ἀφατρίῶει. *M. du S.*

93. Οὐκοῦν, ἦδ'] Οὐκοῦν, ἦδ' ὃς ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητήν σου ἴσθι με γεγενημένον, καὶ ζηλωτὴν τοῦ ἔρωτος. *Proinde, inquit Anacharſis, ſcias factum me diſcipulum tuum, tuique amoris aemulum.* Hic etiam in interpre-

neque patere me his non viſis domum redire.

5. *Illud quidem*, inquit Toxaris, *minime pro amatore dicebas, te ad ipſas cum januas veniſſes, abitum paraſſe. Verum bono es animo. neque enim, ut ajebas, abieris, neque te ita facile urbs haec dimiſerit, neque pauca adeo habet pro hoſpitibus delinimenta: ſed valide te complectetur, adeo ut neque uxoris jam, neque liberorum, ſi qui tibi jam ſint, memoriam ſervaturus ſit. Quomodo vero celerrime omnem videas Athenarum urbem, aut Graeciam potius totam, & bona Graecorum ac pulchra, ego tibi ſubjiciam. Eſt hic vir ſapiens, indigena ille quidem, ſed multum per Aſiam & Aegyptum peregrinatus, & verſatus cum hominibus praeſtantiſſimis, caeterum non divitum unus, ſed oppido pauper; videbis ſenem ita, ut me, plebeium in morem veſtitum. verum propter ſapientiam virtutemque aliam, maximo illum in honore habent, adeo ut legislatore etiam illo ad conſtituendam civitatem utantur, & ſecundum illius praecepta vivere velint. Hunc ſi amicum tibi conciliaveris, & quantus vir ſit didiceris, totam te in illo Graeciam habere putato, & ſummam jam noſſe bonorum quae hic ſunt. Itaque non eſt quod majus*

καὶ μὴ πρεπίδης ἀθέατον αὐτὸν [c] ἀναστρέψοντα.

Τοῦτο μὲν, ἔφη ὁ Τόξαρις, ἥκιστα ἐρωτικὸν εἴρηκας, ὅτι τὰς θύρας αὐτὰς ἐλθόντα, οἴχεσθαι ἀπιόντα· πολὺν ἀλλὰ θάρρει· ἐὰν γὰρ ἀν, ὡς φῂς, [d] ἀπέλθῃς, οὐδ' ἂν ἀφίη σε ῥᾳδίως ἡ πόλις, οὐχ ὅτως ὀλίγα τὰ θέλγητρα ἔχει πρὸς τοὺς ξένους, ἀλλὰ μάλα ὑπολήψεταί σε, ὡς μήτε γυναικὸς ἔτι, μήτε παίδων, εἴ σοι ἤδη εἰσὶ, μεμνῆσθαι· ὡς δ' ἂν τάχιστα πᾶσαν ἴδοις τὴν πόλιν τῶν Ἀθηνῶν, μᾶλλον δὲ τὴν Ἑλλάδα ὅλην, καὶ τὰ Ἑλλήνων καλὰ ἐγὼ ὑποθήσομαί σοι. Ἔστι σοφὸς ἀνὴρ ἐνταῦθα, ὑπιχώριος μὲν, ἀποδημήσας δὲ μάλα. πολλὰ ἐς τε Ἀσίαν, καὶ ἐς Αἴγυπτον, καὶ τοῖς ἀρίστοις τῶν ἀνθρώπων συγγενόμενος, τὰ ἄλλα, οὐ τῶν πλουσίων, ἀλλὰ καὶ κομιδῇ πένης· ὄψει γέροντα οὕτω δημοτικῶς ἐσταλμένον· πολὺν δέ γε τὴν σοφίαν, καὶ ἣν ἄλλην ἀρετὴν, πάνυ τιμῶσιν αὐτὸν, ὥστε καὶ νομοθέτῃ χρῶνται πρὸς τὴν πολιτείαν, καὶ ἀξιοῦσι κατὰ τὰ ἐκείνου προστάγματα βιῶναι. εἰ τοῦτον φίλον κτήσαιο, καὶ μάθοις οἷος ἀνὴρ ἐστὶ, πᾶσαν νόμιζε τὴν Ἑλλάδα σὺν αὐτῷ ἔχειν, καὶ τὸ κεφάλαιον ἤδη ἂν εἰδέναι τῶν ἐνθάδε ἀγαθῶν, ὡς οὐκ ἔστιν ὅ, τι ἂν μεῖζόν σοι

[c] Ἀναστρέψοντα] Ita dedi ex W. & L. Ἀνασρίφοντα enim Edd. omnes. [d] Ἀπέλθῃς] Ἀπέλθοις W. Nihil vulgatum mutant *J. Fl. H. P.*

17. Θέλγητρα] Θέλγηθρα; * τὰ εἰς ἡδονὴν ἄγοντα, καὶ εὐφροσύνην, καὶ ἀπάτην. *V.*

* Τὰ] Articulum in Edit. omiſſum ſupplevit *M. du S.*

28. Δημοτικῶς ἐ.] Nota frugi hominem. *G.*

pretatione ὅς omiſſum, nec poterat verti, niſi diſtinctio apponatur. ἥκουν, ἦ δ' ὅς, ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητήν σου. *Ergo, inſit ille, Anacharſis ſcilicet, ſcito me tuum diſcipulum eſſe, & aemulatorem tui amoris.* Sic paullo poſt, pag. ſeq. Εὐφήμει, ἦ δ' ὅς, ἐκείνῳ τὰ μέγιστα χαρίσῃ μοι δοκῶ. *Bona verba quaeſo, inquit ille, rem gratiſſimam me ei facturum puto.* Nihil apud Platonem crebrius, quam ἦ δ' ὅς, *inquit ille.* Paullo poſt κατὰ δαίμονα male vertitur *forte quadam*, cum ſit *bona fortuna, bonis avibus.* *J. G. G.*

3. Ἀκινάκου] Vide Τοξ. c. 38. *M. du S.*

11. Ἀναστρέψ.] Sic W. & L. Reliqui libri ἀνασρίφ. *M. du S.*

23. Σοφὸς] Solonem intelligit, cujus ætate tradunt hiſtorici Athenas appuliſſe Anacharſidem. Vid. *Plut.* in Solone. *M. du S.*

28. Δημοτικῶς ἐσταλμένον] Vid. ſupr. c. 4. *J. F. R.*

σοι καλὸν χαρίσασθαι δυναίμην, ἢ συστήσας ἐκείνῳ.

Μὴ τοίνυν μέλλωμεν, ἔφη, ὦ Τόξαρι, ὁ Ἀνάχαρσις, ἀλλά με λαβὼν, ἄγε παρ' αὐτόν· ἀτὰρ ἐκεῖνο δέδια, μὴ [a] δυσπρόσοδος, καὶ οὐ παρέργῳ θῆταί σου τὴν ἔντευξιν ὑπὲρ [b] ἡμῶν εὐφήμει. Ἦ δ' ὅς, ἐκείνῳ τὰ μέγιστα χαριεῖσθαί μοι δοκῶ, ἀφορμὴν παρεχὼν τῷ ξένον ἄνδρα εὐποιΐας ἔτι μόνον, εἴσῃ δὲ ὅση [c] περὶ τοὺς ξένους ἡ αἰδὼς, καὶ ἡ ἄλλη ἐπιείκεια, καὶ χρηστότης. μᾶλλον δὲ κατὰ δαίμονά σε αὐτὸς ἡμῖν προσεισιν, ὁ ἐπὶ συμποσίας, καὶ ὁ λαλῶν ἑαυτῷ, καὶ ἅμα προσαπτῶν τῷ Σόλωνα, τοῦτό σοι, ἔφη, δῶρον μέγιστον ἥκω ἄγων, ξένον ἄνδρα, φιλίας δεόμενον.

Σκύθης δέ ἐστι τῶν παρ' ἡμῖν εὐπαιδῶν, καὶ ὅμως τἀκεῖ πάντα ἀφεὶς, ἦκει συνεσόμενος ὑμῖν, καὶ τὰ κάλλιστα ὀφόμενος τῆς Ἑλλάδος, κἀγὼ ἐπιτομόν τινα ταύτην ἐξεῦρον αὐτῷ, ὅπως ῥᾷστα καὶ αὐτὸς μάθοι πάντα, καὶ γνώριμος γένοιτο τοῖς ἀρίστοις· τοῦτο δ' ἦν σοι προσαγαγεῖν αὐτόν. εἰ τοίνυν ἐγὼ Σόλωνα οἶδα, οὕτω ποιήσεις, καὶ προξενήσεις αὐτῷ, καὶ πολίτῃ γνήσιον ἀποφανεῖς τῆς Ἑλ-

tibi donare bonum possim, quidni illi si te commendem.

6. *Ne igitur cunctemur, Toxari*, inquit Anacharsis, *sed prehensum me ad ipsum dedue. verum illud timeo, ne difficiles accessus habeat, tuamque pro me deprecationem non magni faciat. Bona verba!* inquit, *quin maxime illum affecturus videor, submini-*
stranda illi beneficentiae in hospitem occasione. Sequere modo, scies enim quantus sit illius circa peregrinos pudor, & reliqua aequitas, & benignitas. Quin divinitus ille ipse ad nos accedit, cogitabundus ille, ille secum ipse loquens, & simul Solonem alloctutus, *Hoc tibi*, inquit, *donum maximum adduco, peregrinum hominem, indigentem amicitiae.*

7. *Scytha autem est, generosus apud nos, & tamen relictis, quae ibi sunt omnibus, huc venit, ut vobiscum versetur, ut ea quae pulcherrima sunt in Graecia, videat; ego autem compendiariam hanc illi viam reperi, ut facile & ipse discat omnia, & immutescat praestantissimis; hoc vero in eo inerat, ut ad te illum deducerem. Si igitur Solonem ego novi, ita facies, & tanquam publico illum hospitio accipies, & germanum Graeciae civem ef-*

a Δυσπρόσοδος] Nihil variare Edd. notat *M. du S.* recte, nisi quod nonnullae δυς πρόσοδος sejungunt. *b* Ἡμῶν] Sola Fl. hic male ὑμῶν. Sed ἡμῶν cum ceteris Edd. M. *c* Περὶ τοὺς ξένους] Πρὸς τὸ ξένιον W. & L. Sed nil mutant Edd.

56. Ταύτην ἐξεῦρον] Τὴν ὁδὸν, puta. *G.*
60. Καὶ προξενήσεις] Προξενοῖ αὐτοῦ ἴσῃ. *V.* Ibid. ex altero MS. in fol. ad eadem verba legitur: Ἀντὶ τοῦ προξενοῖ αὐτοῦ γένοιο. *V.*

46. Περὶ τοὺς ξένους] Etsi αἰδὼς πρὸς τινὰ frequentius occurrit quam περὶ, ut supra indicavimus, tamen non rejicio vulgatam. Sic fere infra, in *quom. hist.* c. 4. μηδὲ τοῦτο δείσῃς περὶ ἐμοῦ. Ubi quoque παρὰ posses substituere; sed non est opus. Et cum εὐσέβεια περὶ τοὺς θεοὺς & similia recte dicantur, quae vel Lexicographi habent, non video satis causae, ut cum *Solano* παρὰ recipiam. *J.F.R.*

56. Ἐπιτομόν τινα ταύτην] Supple ὁδὸν. *AE.M.* Idem & *Gujetus* dixit. Et quilibet ejusmodi observationes facere potest; quare compilationis suspicio hic nulla: ὁδὸν enim alibi addit Noster, ut supra *Herodot.* c. 3. *J.F.R.*

60. Καὶ προξενήσεις] Sic *Demosth.* Προὐξενεῖς αὐτῶν. *E.G.*

Ibid. Προξενήσεις αὐτῷ] Προξενήσεις αὐτὸν, non simpliciter est, *suscipies illum*, ut vult interpres, sed *hospitio publico sustipies illum, eris publicus ejus hospes, loca lautia praebebis*, ut Romani loquebantur. *J.G.G.*

Προξενήσεις αὐτοῦ] Non credo Cl. *Graevium* dedita opera scripsisse αὐτὸν pro αὐτοῦ, quod recte Edd. habent. Licet enim accusandi casus recte quoque huic verbo possit adjungi, genitivum tamen in hujusmodi compositis amant Graeci, ratione propositionis, quae in composito inest. Quare sufficiat exemplum genitivi ab *Gujeto* jam adductum; num tamen eodem indicare voluerit, προὔξε.. in priore syllaba Attice scribendum, nescio, neque magnopere curo, Nostrum non solere ὑπερατticίζειν sciens, ut non longo

officies. Et, *Quod tibi paullo ante dicebam, Anacharsi, omnia vidisti, viso Solone. Hic Athenae. Hic Graecia. Non jam hospes es. Norunt te omnes, omnes te amant. Tantum est in hoc sene. Omnium quae sunt in Scythia oblivionem capies, cum hoc si fueris. Habes praemia peregrinationis tuae, finem tui amoris. Haec tibi norma Graecanica, hoc Atticae philosophiae specimen. Ita igitur judica, te esse felicissimum, qui cum Solone futurus sis, & amico illo sis usurus.*

8. Longum fuerit jam commemorare, quam delectatus sit munere Solon, & quae dixerit, & quomodo ab eo inde tempore una vixerint, cum alter quidem, Solon, institueret & doceret pulcherrima quaeque, & amicum omnibus conciliaret Anacharsin, & bonis eum Graecorum admoveret, omni ratione curans, uti quam suavissime in Graecia aetatem ageret: alter vero, Anacharsis, sapientiam hujus admiraretur, nec latum pedem ab illo sua voluntate discederet. Ut enim promiserat illi Toxaris, ex uno viro Solone, brevissimo tempore cognoscebat omnia, & innotescebat omnibus, & in honore apud omnes erat. Ne-

λάδα. ἡ ὅσῳ σοι ἔφλυ μικρὸν ἐμπροσθεν, ὦ Ἀνάχαρσι, πάντα ἑώρακας ἤδη Σόλωνα ἰδών· τοῦτο αἱ Ἀθῆναι· τοῦτο ἡ Ἑλλάς, οὐκ ἔτι ξένος, ἀσπαντές σε ἴσασι, πάντες σε φιλοῦσι· τηλικοῦτόν ὄφι τὸ κτῆμα τὸ περσβύτιν τοῦτον· ἀπάντων ἐπιλήσῃ τῶν ἐν Σκυθίᾳ, συνὼν αὐτῷ. ἔχεις τὰ ἀποδημίας τὰ ἆθλα, καὶ ἔρωτος τὸ τέλος. οὗτός σοι ὁ Ἑλληνικὸς κανὼν, τοῦτο δεῖγμα τῆς φιλοσοφίας τῆς Ἀττικῆς. οὕτω τοίνυν γίγνωσκε, ὡς εὐδαιμονέστατος ὢν, ὃς συνέσῃ Σόλωνι, καὶ φίλῳ χρήσῃ αὐτῷ.

Μακρὸν ἂν εἴη διηγήσασθαι, ὅπως μὲν ἥσθη ὁ Σόλων τῷ δώρῳ, οἷα δὲ εἶπεν· ὡς δὲ τὸ λοιπὸν συνῆσαν, ὁ μὲν, παιδεύων καὶ διδάσκων τὰ κάλλιστα, ὁ Σόλων, καὶ φίλον ἅπασι ποιῶν τὸν Ἀνάχαρσιν, καὶ προσάγων τοῖς Ἕλλησιν καλοῖς, καὶ πάντα τρόπον ὅπως ἡδέως[d] διατρίψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι· ὁ δὲ, τεθηπὼς τὴν σοφίαν αὐτοῦ, καὶ μηδὲν τὸ ἕτερον ποδὸς ἐκὼν εἶναι ἀπολειπόμενος. ὡς γὰρ ὑπέσχετο αὐτῷ ὁ Τόξαρις ἐξ ἑνὸς ἀνδρὸς τοῦ Σόλωνος, ἅπαντα ἔγνω ἐν ὀλίγῳ, καὶ πᾶσιν ἦν γνώριμος,

d Διατρίψῃ] Sic L. Item *Vorst.* ac *Gr.* In W. videtur fuisse διατρίψῃ. Sed alia manus διατρίψῃ fecit. Διατρίψῃ corrupte etiam Edd. omnes.

74. Ἥδη] Laetatus est. *G.*

go hinc intervallo, ad verbum ἔμελλε pro ἤμελλε dico. *J. F. R.*

80. Ἥδιστα διατρίψῃ] Eadem pagina vitiose legitur, &, ut vara sequitur vibiam, vertitur insulsissime hoc: καὶ πάντα τρόπον ἐπιμελούμενος, ὅπως ἥδιστα διατρίψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι, *tum omne studium adhibens, ut quam jucundissime in Graecia vivens renideret.* Quid est, *jucundissime renidere in Graecia?* Erratum leve mirum tot editoribus & interpretibus imposuisse: lege ὅπως ἥδιστα διατρίψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι. *ut suavissime in Graecia aetatem ageret, ex animi sententia viveret in Graecia.* Paullo ante cap. 4. οἰχοῖτο εἰς Ἀθήνας, καὶ νῦν διατρίβει κεῖθι, *ivit Athenas, & nunc ibi habitat.* Sexcenties alibi. Saepe autem π & τ permutantur a librariis. Sic superius pro εὐτρεπῆ ostendimus rescribendum esse εὐπρεπῆ. *J. G. G.*

Ibid. Διατρίψῃ] In W. videtur olim fuisse διατρίψῃ, sed alia manus διατρίψῃ fecit. In ferculo literario refert *Jensius.* Ego vero Emendationem Cl. *Graevii* secutus sum, quam etiam in Excerptis *Longolii* invenio, non tamen ut scripturam ipsius Codicis, sed tantum ut conjecturam. *M. du S.*

81. Τεθηπὼς] Hoc verbum a Scapula omissum vid. ap. *Steph.* in Thesaur. qui satis de eo egit. Occurrit rursum c. seq. *J. F. R.*

82. Εἶναι] Legendum puto ἐκείνου, quod pronomen a calligraphis cum compendio verbi εἶναι quam facile confundatur, supra jam observatum est in *Hermot.* Certe ita interpretatus sum. *J. M. G.*

καὶ ἐτιμᾶτο δι' ἐκεῖνον. εἰ γὰρ μικρὸν ἦν Σόλωνι ἐπαινῶν, ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι [a] καὶ τοῦτο, ὡς νομοθέτῃ ἐπείθοντο, [b] ἐφίλουν δὲ ἐκεῖνον δοκιμάζοντες. καὶ ὅπισθεν δὲ [c] εἶναι. τὰ τελευταῖα καὶ ἐμυήθη μόνων βαρβάρων Ἀνάχαρσις, δημοποίητος γενόμενος, εἰ χρὴ Θεοξένῳ πιστεύειν καὶ τοῦτο ἱστορήσαντι περὶ αὐτοῦ. καὶ οὐκ ἂν [d] ἐδὲ ἀνέστρεψεν, οἶμαι, ἐς Σκύθας, εἰ μὴ Σόλων ἀπέθανε.

Βάλλε δὴ ἤδη [e] ἐπαγάγω τῷ μύθῳ τὸ τέλος, ὡς μὴ ἀκέφαλον φαίνοιτο; ὥρα γὰρ εἰδέναι δή τινός μοι εἵνεκα, ὁ Ἀνάχαρσις ἐκ Σκυθίας, καὶ Τόξαρις ταῦν ἐς Μακεδονίαν ἥκετον, ἔτι καὶ Σόλωνα γέροντα ἄνδρα [f] ἐπαγομένω Ἀθήνηθεν. φημὶ δὴ ὅμοιόν τι καὶ αὐτὸς παθεῖν τῷ Ἀναχάρσιδι, καὶ, πρὸς Χαρίτων, μὴ νεμεσήσητέ μοι τὴν εἰκόνα, εἰ βασιλικῷ ἀνδρὶ ἐμαυτὸν εἴκασα. βάρβαρον μὲν γὰρ κἀκεῖνον, καὶ ἐδέν τι φαίης ἂν τοὺς Σύρους ἡμᾶς φαυλοτέρους εἶναι τῶν Σκυθῶν. ἀτὰρ, ἐδὲ τὸ βασιλικὸν εἰκοτῶ τἀμὰ

que enim parvum quiddam erat laudans Solon; sed homines hac etiam in re illi, tanquam legislatori obsequebantur, amabantque quos ille probaret, & viros optimos esse credebant. Denique ad mysteria etiam admissus est Anacharsis, solus barbarorum, civitatis ante jure donatus, si fides habenda est Theoxeno, hoc etiam de illo narranti. Et ne rediturus erat, puto, in Scythiam, nisi Solon esset mortuus.

9. Vultin' igitur jam inducam etiam finem *& coronidem* fabulae, ne sine capite oberret. Jam enim sciendum est cujus mihi rei caussa Anacharsis e Scythia inde Toxarisque nunc in Macedoniam venerint, adducentes insuper Solonem, senem virum, Athenis. Ajo nimirum simile mihi quiddam Anacharsidi usu venisse. Et, *per ego vos* Gratiarum *numen rogo*, nolite iraſci mihi ob istam imaginem, si regii generis viro me assimilavi. Barbarus enim & ille; neque Syros nos Scythis ulla in re deteriores *temere* dixeris. Ego vero non quantum ad regiam nobilitatem, similitudinem il-

a Καὶ τοῦτο] Τοῦτο solum, sine καὶ Bz. Sed vulgatam tuentur J. Fl. H. P. & M. Καὶ τούτῳ L. b Ἐφίλουν] Καὶ ἐφίλουν B2. Sed abest καὶ a reliquis & M. c Εἶναι] Punctum post εἶναι est in W. quod abest ab Edd. Comma est in Fl. d Οὐδὲ] Οὐδὲν J. male. e Ἐπάγω.] Sic Edd. J. Fl. H. P. &c. Ἀπάγω W. f Ἐπαγομένῳ] Sic recte J. H. Fl. Ἐπαγομένῳ male Ald. & P.

91. Δημοποίητος] Δημοσιωτὸς ἐκὶν ὁ ψήφῳ δήμου πολίτης γεγονώς. V.

86. Οὐ γὰρ μικρὸν ἦν Σόλωνι ἐπαινῶν] Aut imprudenter admodum, aut imperite interpretes, alter *neque enim mediocri laude Anacharsis virtutes solebat extollere Solon*, alter *non enim Solon parum eum laudabat*; quum debuissent; *neque enim parvum momentum erat Solon laudans*; non exigua res aut pretium erat, si quis ab Solone laudaretur. J. G.

87. Καὶ τοῦτο] Ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι τὸ τοῦτο ὡς νομοθέτῃ ἐπείθοντο, ἐφίλουν, ἃς ἐκεῖνος δοκιμάζοι. cur in versione praetermittunt καὶ τοῦτο? Sic enim Salmurienſis: *Verum homines, ut legislatori parebant, sic amabant, quos ille probaret.* Alius: *Verum hominibus & hoc moris erat, ut legislatori parebant, sic amabant quos ille probaret.* Scribae cum in distinctione non nihil aberrarint, tenebras offuderunt interpretibus. Sic distingue, ἀλλὰ οἱ ἄνθρωποι, καὶ τοῦτο ὡς νομοθέτῃ ἐπείθοντο, ἐφίλουν ἃς ἐκεῖνος δοκιμάζοι, &c. verte, *homines autem, & in hac re tanquam legislatori suo obsequebantur, amabant quos ille probabat.* J. G. G.

89. Καὶ ἐπίσδον ἀρίστους ἄνδρας εἶναι τὰ τελευταῖα. καὶ ἐμυήθη μόνων βαρβάρων Ἀνάχαρσις] Sane sic etiam attente interpretes, alter *ac prorsus eosdem in reliquum viros optimos esse credebant. Solus vero ex Barbaris Anacharsis initiatus est*: alter, *eosque viros optimos denique esse credebant: Solus vero ex Barbaris initiatus est Anacharsis.* Atqui turbant illa vel *in reliquum* vel *denique*; & si vis vel Graecismum vel sensum congruum, distingue, καὶ ἐπίσδον ἀρίστους ἄνδρας εἶναι. τὰ τελευταῖα δὲ ἐμυήθη. J. G.

90. Ἐμυήθη μόνων] De antiquis temporibus hoc intelligendum; aut Romanos sub Barbarorum nomine non includi statuendum. Constat enim initiatos fuisse Syllam, Pomponium Atticum, Augustum, & Luciani aetate, M. Aurelium Imperatorem (vid. *Xiphil.* Capitol. 27. & *Dionem.*) Quod tamen de M. Aurelio dixi, nolim ita intelligi, ut statuere videar; fa-

illam affecto, sed quantum ad illa *priora*. Cum enim primum peregrinus vestram in urbem veni, statim quidem perculsus sum conspecta magnitudine, & pulchritudine, & civium numero, & reliqua omni facultate ac splendore. Itaque diu ad ista stupebam, nec par eram admirationi, quale quid illi de insula adolescenti accidit ad Menelai domum. Et debebam ita animo affici, qui viderem, urbem in eo culmine constitutam, & secundum poëtam, bonis omnibus florentem, queis vigere urbes solent.

10. Ita nempe habens, quid agendum esset, jam considerabam. Et facultatis quidem dicendi specimen vobis praebere, decretum olim fuerat. Quibus enim praeberem aliis, si silentio talem urbem praeterirem? Quaerebam enim, (neque verum celabo) qui essent principes, & quibus quis applicans se, & patronis sibi adscitis, deinde

ἐς τ ὁμοιότητα, κατ' ἐκεῖνα δὲ ὅτε γ πρῶτον ἐπεδήμησα ὑμῖν τῇ πόλει, ἐξεπλάγλω μὲν εὐθὺς ἰδὼν τὸ μέγεθ, καὶ τὸ κάλλ, καὶ τ ἐμπολιτευομένων τὸ πλῆθος, καὶ τ ἄλλην δύναμιν, καὶ λαμπρότητα πᾶσαν· ὥστε ὀλιγοπολὺ ἐτεθήπειν πρὸς ταῦτα, οὐκ ἐξήρκουν τῷ θαύματι, οἷόν τι καὶ ὁ νησιώτης ἐκεῖν νεανίσκ ἐπεπόνθει πρὸς τ τ Μενελάου οἰκίαν. καὶ ἔμελλον οὕτω διαληθήσεσθαι τ γνώμην, ἰδὼν πόλιν ἀκμάζουσαν ἀκμῇ τοσαύτῃ, καὶ κτ τ ποιητὴν ἐκεῖνον, ἀνθεῦσαν ἀγαθοῖς πᾶσιν, οἷς θάλλει πόλις.

Οὕτω δὴ ἔχων, ἐσκοπούμην ἤδη περὶ τ πραχτέων. καὶ τὸ μὲν δεῖξαι [g] τῶν λόγων [h] ὑμῖν, πάλαι ἐδέδοκτο. τίσι γὰρ ἂν ἄλλοις ἔδειξα, σιωπῇ παροδεύσας τηλικαύτην πόλιν; ἐζήτουν γὰρ (οὐδ' ἀποκρύψομαι τἀληθές,) οἵτινες οἱ πρῶτοι εἶεν, καὶ οἷς ἄν τις προσελθών, καὶ [i] συγγραψάμενος προστά-

g. Τῶν λόγων] Ita recte Edd. Τὸν λόγον male L. ait *M. du S.* *h* Ἡμῖν] Et sic recte Edd. plurimae cum Cod. M. Ἡμῶν male Fl. *i* Συγγραψάμενος] Sic Edd. & M. Ἐπιγραψάμενος L.

15. Νησιώτης] Τὸν Τηλεμαχὸν φησι, ut in Odyssea Homerus ait. *G.*

factum hoc ante hunc libellum a Luciano scriptum; nam ab eo nondum celebri videtur habita haec oratio, cum in Graeciam primum appulit; nisi forte in reditu malis habitam, vid. c. seq. *Cic.* I. de Nat. Deor.

Omitto Eleusinam sanctam illam & augustam,
Ubi initiantur gentes orarum ultimae.

Adde etiam *Potterum* 46. 1. ubi plures recenset. *M. du S.*

91. Δημοποιητ γνώμ] Anacharsis ab Athenienſibus civitate donatus. *F. G.*

93. Οὐκ ἄν] Similem locutionem habes Παρασ. c. 45. Sed non eandem prorsus. *M. du S.*

Ibid. Οὐδὲ] Sic legendum, non ἠδὲ, vid. ex Παρασ. c. 45. δεκτὸν δὲ ἠδὲ ἀναπαύσασθαι ὠθρώποις, εἰ μὴ κ' Ἀγαμέμνων ἀπέβαν. *M. du S.*

2. Ἐπαγομένων] Delevi jota ſubſcriptum, quod in *Pariſina* Ed. ſenſum turbabat, non enim eſt dativus, ſed nominativus dualis. *J. F. R.*

15. Νησιότης ἐκεῖν] *Telemachus* ſcilicet ex inſula Ithaca, *Homer.* Od. Δ. Menelai domum ex auro, argento, electro, & ebore concinnatam cum ſtupore quodam miratur. *G. C.*

Νησιώτης ἐκεῖν] *Telemachus* apud *Homer.* Odyſſ. repetit alibi. *J. B.*

Νησιότης ἐκεῖν] *Telemachus.* *F. G.*

Νησιότης ἐκεῖν] Vid. *Homer.* Odyſſ. Δ. 74. *M. du S.*

19. Ποιητὴν] Quem innuat nondum reperi. *M. du S.*

23. Δεῖξαι] Καὶ τὸ μὲ δεῖξαι τ λόγων ὑμῖν. eſt & *ſpecimen dare mearum orationum.* Sic ἀπόδειξις eſt ſpecimen. uſus etiam Petronius: *Rogo te, mihi apodixin defunctoriam redde*, hoc eſt, ede leve aliquod ſpecimen, ut recte exponit *Joannes Frid. Gronovius* lib. IV. obſerv. c. 13. *J. G. G.*

Δείξαι τ λόγων] Malim δεῖξαι τ λόγον ut in principio Zeuxidis & alias. Sed nec damnare auſim δεῖξαι (δεῖγμα) τ λόγων, vel δεῖξαι (τι) τ λόγων. *J. M. G.*

28. Ἐπιγραψάμ.] Ex L. haec ſcriptura. Sic Δικ. c. 29. & Παρ. c. 11. *M. du S.*

Συγγραψάμενος προστάτας] Etſi non improbo ſcripturam Cod. L. ἐπιγραψάμενος, non tamen ideo cum *Solano* illico in textum recipio, contra auctoritatem ceterorum Codd. quum nihil abſurdi habeat vulgata; ſic ſaltem apud *Gregor. Nyſſen.* Orat. funebr. in Baſilium

τάτας, συναγωνιστὰς χρῶτο πρὸς τὰ ὅλα. οὐλαῦθά μοι οὐχ εἷς, ὥσπερ τῷ Ἀναχάρσιδι καὶ ὅτῳ βαρβάρῳ, ὁ Τόξαρις, ἀλλὰ πολλοί, μᾶλλον δὲ πάντες, τὰ αὐτὰ, μόνον οὐκ αὐταῖς συλλαβαῖς ἔλεγον, ὦ ξένε. πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι χρηστοὶ, καὶ δεξιοὶ ἀνὰ τὴν πόλιν, καὶ οὐκ ἂν ἀλλαχόθι [a] τοσούτους εὕροις ἄνδρας ἀγαθούς· δύο δὲ μάλιστα ἐστὸν ἡμῖν ἄνδρε χείριστω, γένει μὲν, καὶ ἀξιώματι, πολὺ πρόχοντες ἁπάντων παιδείᾳ δὲ, καὶ λόγων δυνάμει, τῇ Ἀττικῇ [b] δεκάδι πολλοῖς ἄλλοις ἄν. ἡ δὲ πολλὴ τοῦ δήμου εὔνοια, πάνυ ἐρωτικὴ πρὸς αὐτούς· καὶ τοῦτ' γίγνεται, ὅ, τι ἂν [c] ὦσιν ἐθέλωσιν, ἐθέλουσι γὰρ ὅ, τι ἂν ἄριστον ᾖ τῇ πόλει. τὴν μὲν γὰρ χρηστότητα, καὶ τὴν πρὸς τοὺς ξένους φιλανθρωπίαν, καὶ τὸ ἐν μεγέθει τοσούτῳ ἀνεπίφθονον, καὶ τὸ μετ' εὐνοίας αἰδέσιμον, καὶ τὸ πρᾷον, καὶ τὸ εὐπρόσοδον, αὐτὸς ἂν ἄλλοις διηγήσαιο, πειραθεὶς μικρὸν ὕστερον.

de auxiliatoribus uti ad universa posset? Hic mihi non unus aliquis, ut Anacharsidi, isque barbarus; Toxaris, sed multi, quin omnes eadem, tantum non iisdem syllabis, dixere, *Multi quidem, hospes, & alii boni dextrique in urbe viri, nec aliàs tot bonos viros invenias. Duo autem maximè sunt nobis viri optimi, genere quidem & dignitate multum superiores omnibus, doctrina autem & eloquentia Atticae illos decadi comparaveris. Tantum autem populari gratia florent, ut plane amantur: idque ipsum magna cum utilitate reipublicae accidit. Fitque quidquid hi volunt, volunt enim quidquid optimum est. Benignitatem enim, & in hospites humanitatem, & quod in tanta magnitudine nullum invidiae locum relinquunt, & quod in illa se benevolentia venerabiles tamen praestant, & quam sint placidi, quam faciles accessus habeant; tute aliis enarrare poteris, periculo paullo post facto.*

II. Ut-

a Τοσούτους] Sic W. recte. Τοιούτους Edd. b Δεκάδι] Sic Edd. Δεκαδία W. c Οὗτοι ἐθέλωσι. ἐθ. γ. ὅ. τ. ἄ.] Haec septem verba in Edd. omissa, ex Cod. W. restituta.

39. Τῇ Αττ. δεκ.] Τοὺς περὶ * Δημοσθένην λέγει δέκα ῥήτορας Ὑπερίδην, Αἰσχίνην, καὶ τοὺς λοιποὺς. V.

* Δεμοσθένην] Δεμοσθένης erat in Editis exemplaribus, sed mutavit *Solanus*, sine dubio ex collat. Cod. V. Sin minus, recte tamen mutavit; nam περὶ non hic *de*, sed *circa* significat. Ne quem autem offendat terminatio in ην, cum Δημοσθένης Δημοσθένη scribere jubeant Grammatici, videat nostrum in *Demosth. Encom.* c. 3. & alibi, ubi Δημοσθένην scribere solet; velut alii Ἀριστοφάνα, alii Ἀριστοφάνην amant. J. F. R.

lium T. III. p. 480. συγγράφειν τινὶ, *operis socium adscribi*, inveniri, testis est *Suicerus* in Thesaur. Eccles. Vide etiam Cl. *P. Wesseling.* Obs. II. 6. p. 162. (quem consulendum Cl. *Hemsterh.* in marg. monuerat.) Ubi is Interpretem in vertendis his verbis offendisse animadvertit, quippe qui ea reddiderit: *Et quos aggressus, praesides conscripta de illis historia* (praesules est ap. Benedict.) quum debuisset: *quibusque adscitis patronis*; id enim significare προσάτην νέμειν, γράφειν, ὑπογράφειν, ἐπιγράφειν & συγγράφειν, ibidem docet *Wesselingus*. Cum vero ex *Luciani* bis accusat. c. 29. ἐπιγράφουσι ἅπαντες προστάτην ἑαυτῶν adferat; nec τὸ συγγράφειν προστάτην aliis exemplis confirmet, & ἐπιγράφειν Luciano in his locutt. usitatius sit, non repugnaverim, si quis & hic illud recipere malit. J. F. R.

39. Τῇ Ἀττικῇ δεκάδι] *Vincentius Opsopoeus* interpres sic vertit (*Attica Musa*) quomodo legerit, nescio: videtur tamen legisse Ἀττικῇ δεκάτῃ, & sibi intellexisse μούσῃ, quasi fuerit quaedam decima Musa Athenis. Sed ea δέκας non ad Musas referri debet, sed ad decem illos oratores celebriores, qui Athenis floruerunt, & quorum vitas scripsit *Plutarchus*, quod (credo) satis manifestum videbitur nostro lectori. J. P. a G.

Ibid. Ἀττικῇ δεκάδι] Vide apud *Philostratum* p. 564. βούλομαι δὲ ἐπ' αὐτὸν τὸν Ἑλλάδιον, καὶ καλούσας αὐτὰς ἔνια τῶν δέκα, &c. De Herode sermo est, qui respondet id solum, se *Andocide meliorem*. In notis ad eum locum de *secunda* etiam *decade* monemur. Certe & hic in Cod. W. scriptum est δευτέρᾳ α. Quod an Lucianeum sit, viderint alii; mihi nunc de eo dispicere non vacat. M. du S.

42. Ὅτι ἂν ἔτοι] Haec verba Ὅτι ἂν ἔτοι ἐθέλωσιν, ἐθέλουσι γὰρ ὅ, τι ἂν ἄριστον in W. solo reperiuntur. M. du S.

Ibid. Οὗτοι ἐθέλωσιν . . . . ὅ, τι ἂν ἄριστον] Scripsit ad me Cl. *Gesner.* super hoc loco his verbis: „ Hunc „ locum ita interpretatum esse video Cl. *du Soul: Fit-*

„ que

11. *Utque magis mireris, ex una eademque domo sunt, filius & pater. Hic quidem, si Solonem aliquem aut Periclem, aut Aristidem cogitas: filius vero, ubi primum videris, statim te amicum sibi abducet, ita procerus est, & virili quadam formositate pulcher: si vero locutus solum fuerit, ilicet auribus te devincto abibit, tantam in lingua Venerem habet juvenis. Urbs quidem universa hiantes audiunt quoties in concionem prodierit, id quod ajunt Athenienſibus, qui tum erant, in Cliniae filio accidiſſe: viſi quod illos quidem non ita multo poſt amoris illius, quo proſecuti Alcibiadem fuerant, poenituit; hunc vero non amat modo civitas, ſed reverentia jam dignatur. Denique unum hoc publicum noſtrum bonum eſt, & maxima omnibus utilitas, hic vir! Si igitur & ipſe & ipſius pater recipiant te, & amicum ſibi fa-*

Καὶ ὡς μᾶλλον θαυμάσῃς, μιᾶς καὶ τ αὐτῆς οἰκίας ἐστὸν, υἱὸς ϗ πατὴρ, ὁ μὲν, εἴ τινα Σόλωνα, ἢ Περικλέα, ἢ Ἀριστείδην ὀπτνοεῖς. ὁ δὲ υἱὸς, καὶ ὀφθεὶς μὲν, αὐτίκα [d] ἀπάξεταί σε, ὕτω μέγας ἐστὶ, ϗ καλὸς ἀῤῥενωπήν τινα τ εὐμορφίαν. εἰ δὲ καὶ φθέγξαιτο μόνον, [e] οἰχήσεταί σε ἀπὸ τ ὤτων ἀναδησάμενος, τοσαύτην Ἀφροδίτην ὅση τῇ γλώττῃ ὁ νεανίσκος ἔχει. ἤ γέ τοι πόλις ἅπασα κεχηνότες [f] ἀκούουσιν ὁπότ' ἂν δημηγορήσων [g] παρέλθοι· ὁποῖόν φασι τὸς τότε Ἀθηναίους, πρὸς τ Κλεινίᾳ πεπονθέναι, πας' ὅσον τοῖς μὲν, οὐκ εἰς μακρὰν μετεμέλησε ϗ ἔρωτος, ὃν ἠράσθησαν ϗ Ἀλκιβιάδῃ· τοῦτον δὲ, ἡ πόλις ϗ φιλεῖ μόνον, ἀλλὰ ϗ αἰδεῖται ἤδη ἀξιοῖ, ϗ ὅλως, ἐν τοῖς ἡμῖν δημόσιον ἀγαθόν ἐστι, ϗ μέγα ὄφελος ἅπασιν, ἀνὴρ οὗτος. εἰ δὴ αὐτός τε ϗ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, δέξαιντό σε, καὶ [h] φίλον ποιή-

[d] Ἀπάξεται] Sic Edd. vett. & M. Ἀπάξηται male *S.* & *A.* [e] Οἰχήσεται] Sic Edd. & W. Niſi quod in eo abeſt σε. [f] Ἀκούουσιν] Αὐτοῦ ἀκούουσιν W. Sed verius abeſt pronomen ab Edd. Fl. *J. H. P.* &c. [g] Παρέλθοι] Παρέλθῃ W. Nihil vulgatam mutant *J.* Fl. *H. P.* [h] Φίλον ποιήσαιντο] Φιλοποιήσαντο W.

60. Κλεινίου] Ἀλκιβιάδου. *V.*

„ *que in civitate, quidquid hi volunt, volunt enim,* „ *quidquid optimum eſt.* Legit igitur, ϗ τουτὶ γίγνεται σὺ τῇ πόλει, ὅ, τι ἂν βούλονται· βούλονται γὰρ „ ὅ, τι ἂν ἄριστον ᾖ τῇ πόλει. Si ex libro aliquo, pla„ ne accedo: Sin ex ingenio, laudo conjecturam, „ tanto credibiliorem, quod repetitio τ ὅ, τι omiſ„ ſioni locum dare potuerit: recipere tamen non au„ ſim". Sic ille: Ego itaque verba illa in Edd. deficientia recepi, quia ex Codice ſunt deſumta, & verſionem *Solani* retinui. Coeperat enim & is priſtinam verſionem plurimis in locis corrigere. Et quia Cl. *Geſner.* ex illa correctione verba Graeca divinare debuit, nihil mirum, ſi ipſiſſima Graeca, quae *Soulium* legere ait, proferre non potuerit, ſed ſimilia illis adtulerit. *J. F. R.*

52. Ὁ δὲ υἱὸς, ϗ ὀφθεὶς μὲ, αὐτίκα] Male Salm. ὁ δὲ, υἱὸς. ϗ &c. quam diſtinct. merito improbat Cl. *Jenſ.* Sed *Pariſ.* rectius habebat ὁ δὲ υἱὸς. Paullo poſt vero, eadem prava diſpunctione laborabat, ſcribens ϗ ὀφθεὶς μὲ αὐτίκα, ἀπάξεταί σε. Quam itaque monente *Jenſio* correxi. *J. F. R.*

55. Οἰχήσεταί σε ἀπὸ τ ὤτων ἀναδησάμενος] Lege ἑλκύσεταί σε ἀπὸ τ ὤτων ἀναδησάμενος, & ita videtur legiſſe interpres. *J. P. aG.*

Οἰχήσεταί σε ἀπὸ τ ὤτων ἀναδησάμενος] Violentiſſime profecto *Palmerius* pro οἰχήσεται legi jubet ἑλκύσεται. Non ſanum quidem, quantum ego video, eſt vulgatum οἰχήσεται, quum οἴχομαι ſit *fugio, abeo, diſcedo*, idque huic loco non conveniat: mollior tamen adhiberi poteſt medicina; nempe una extrita literula, legendum ὀχήσεται, *vehet, rapiabit.* *J. J.*

Οἰχήσεται] Nihil mutandum. Reſpicit ad Ogmium illum Gallorum Herculem: qui catenis ex ore ſuo ad aures audientium pertinentibus non profecto alligatos tantum ſtanti ſibi habet, ſed abducit, trahit, rapit, quocumque ipſi ire placeat. Haec vis verbi οἰχήσεται hanc nos verbis *ilicet* & *abibit* exprimere ſtuduimus. *J. M. G.*

Ibid. Ἀπὸ τ ὤτων] Vide hiſtoriam Herculis Gallici picti, ad quam hic alludit. Exſtat autem in libello, cui *Hercules* titulum fecit Noſter, & apud A. Gell. XVI. 3. *M. du S.*

60. Πρὸς τ τῦ Κλειν/ου] Legend. *Plut.* in Alcibiad. *J. B.*

62. Ἡράσθησαν τῦ Ἀλκιβ.] Hoc abunde ſcribit *Plut.* in Alcibiad. *Ariſtoph.* in Ran. *Valer. Max.* Lib. 7. *G. C.*

68. Ἐπι-

ποιήσαιτο, πᾶσαν ἔχεις τὴν πόλιν, καὶ [a] Ἐπισεῖσαι χρὴ τὴν χεῖρα, τοῦτο μόνον, καὶ οὐκ ἔτ' ἀνδοιάσιμα τὰ σά. ταῦτα νὴ τὸν [b] Δί' ἅπαντες ἔλεγον, εἰ χρὴ καὶ ὅρκον ἐπάγειν τῷ λόγῳ. καί μοι [c] ἤδη πειρωμένῳ, τὸ πολλοστὸν τῶν προσόντων εἰρηκέναι [d] ἔδοξαν· οὐχ ἕδρας τοίνυν, ἀλλ' ἀμβολᾶς ἔργον, ὡς ὁ Κεῖος [e] φησίν, ἀλλὰ χρὴ πάντα μὲν καλῶν κινεῖν, πάντα δὲ πράττειν, καὶ λέγειν, ὡς φίλοι ἡμῖν τοιοῦτοι γένοισθε· ἢν γὰρ τοῦθ' ὑπάρξῃ, εὔδια πάντα, καὶ πλοῦς ἴδιος, καὶ λειοχύμων ἡ [f] θάλασσα, καὶ ὁ λιμὴν πλησίον.

ciant, civitatem habes universam: & hoc solum opus est, ut manu significationem voluntatis edant, neque amplius de tuis fortunis dubitare licebit. Haec ita me Jupiter, (si jusjurandum adjicere orationi fas est) dixerunt universi: & mihi jam experienti, vix aliquam de multis partem eorum, quae insunt, dixisse videntur. Non igitur desidendi, aut differendi, ut Ceüs poëta ait, jam tempus est, sed funem omnem movere oportet, facereque & dicere omnia, hi ut amici nobis fiant. Hoc enim si contigerit, serena omnia, & secunda navigatio, & molli fluctu leniter motum mare, & portus in proximo.

a Ἐπισεῖσαι χρὴ τὴν χεῖρα] Ἐπισεῖσαι χρηστὴν χεῖρα. W. *b* Δί'] Δία Fl. & M. Ceterae Edd. sic, ut dedimus. *c* Ἤδη] Ἥδη *S.* & *A.* male. Ἤδη recte Edd. vett. & W. *d* Ἔδοξαν] Ἔδοξα Edd. & M. *e* Φησὶν] Φασὶν male Fl. Recte cett. *f* Θάλασσα] Θάλατ[illegible] W.

74. Ὁ Κεῖος] Ἀναπρέων. *G.* (fallitur, vid. notam nostram. *M. du S.*)

68. Ἐπισεῖσαι] Quid hoc sit, clarius ex ὁ Εἰκ. c. 4. discès, ubi laudata mulier τὴν χεῖρα ἐπισείειν dicitur, intra modum probans quod dabatur encomium. Adde Δικ. c. 28. ubi τὸ ἐπισεῖσαι τὴν χεῖρα ἐντὸς τῶν ὅρων, inter modestas laudandi & probandi rationes ponitur. Passim usurpat noster. Vid. Ῥητ. c. 22. & Οἰκ. c. 2. *M. du S.*

69. Τὴν χεῖρα] Distinguendum: καὶ ἐπισεῖσαι χρὴ τὴν χεῖρα, τοῦτο μόνον, καὶ οὐκ ἔτ' ἀνδοιάσιμα τὰ σά. *Manus protendenda est, hoc solum* sc. si fecerit, *res tuae non amplius fluctuabunt.* *J. G. G.*

72. Ἤδη] Καί μοι ἤδη. Lege ἤδη. *F. G.*

73. Ἔδοξα] Καί μοι ἤδη πειρωμένῳ τὸ πολλοστὸν τῶν προσόντων εἰρηκέναι ἔδοξαν. sic leges. vulgo male ἔδοξα, sententia refragante. *Et mihi, jam experto vix millesimam partem, quae illis insunt, dixisse visi sunt.* sc. πάντες, vel οἱ πολλοί, qui vestras virtutes praedicabant. *J. G. G.*

Ἔδοξαν] Clar. *Graevii* Emendationem invitis omnibus impressis & ipso M. Codice in textum recepimus. *M. du S.*

74. Ἀμβολᾶς ἔργον] Tangit hunc versum *Heliod.* L. 2. Ἔργ.

Αἰεὶ δ' ἀμβωλίεργος ἀνὴρ ἄταισι πελάζει.

J. B.

Ἀμβολᾶς ἔργον] Pro *Heliod.* lege in nota *Bourdelotii Hesiod.* & vid. illum in Ἔργ. καὶ ἡμ. vers. 413. Ubi quoque cognoscès, ἀμβωλίεργος, secunda correpta, scribendum; nisi id ex versu jam sponte vidisti. *J. F. R.*

Ibid. Κεῖος . . . . .] Locus a *Bourdelotio* indicatus, est vers. 411. Ἔργ. *Hesiodi.* Sed alium certe respicit Lucianus; aut quomodo ex *Ascreo Ceüs* factus Hesiodus? Deinde ubi ἕδρα? &c. Cujus itaque, inquies, verba haec? *Bacchylidis*, cui tribuuntur ab *Athenaeo* XIV. p. 631. C. & a *Dionys. Hal.* de Struct. orat. p. 234. Edit. Uptonianae. Verba ipsa Bacchylidis habes apud *Steph.* Lyr. p. 570. οὐχ ἕδρας ἔργον, ἀλλ' ἀμβολᾶς, ἀλλὰ Χρυσαιγίδος Ἰτωνίας χρὴ παρ' εὐδαίδαλον ναὸν ἐλθόντας ἀθρόοντι δίζασθαι. Fuisse autem *Ceüm* inde colligas, quod Simonidis ἀδελφιδοῦς, qui haud dubie *Ceüs*. Vid. *Macrob.* c. 26. & ut id obiter moneam, emendandus Index Auctorum ab Athenaeo laudatorum, in quo non in voce *Simonides*, sed in voce *Ceüs* comparet. Testatur autem diserte *Strabo* Lib. X. ubi de *Ceo* insula agit. *Plutarchus* etiam, *Aelianus*, *Stephanus*, *Byzant.* & alii. Ne ergo credas *Lil. Gyraldo* Boeotum facienti, praesertim cum apud *Lactantium* sive *Lactantium* ad Statium, quo auctore id asseruit, nihil tale, teste Cl. *Fabricio*, inveniatur, cujus vid. Biblioth. Gr. 551. In *Collectaneis* Cl. *Galaei*, Anacreonti, sed falso, tribuuntur haec verba. *M. du S.*

Κεῖον] Non *Simonidem* hic laudari, quod F. *Ursino* visum erat, sed Ceum alterum, *Bacchylidem*, ex *Colomesio* ad Gyraldum p. 463. observat *Fabricius* Bibl. Gr. 2, 15. p. 594. *J. M. G.*

FINIS TOMI PRIMI.

AD TOM. I.

TANAQUILLI FABRI

NOTÆ ET ANIMADVERSIONES IN

TIMONEM LUCIANI.

CAPUT I.

Timon quo tempore vixerit. quo anno haec acciderint quae a Luciano finguntur. Κολυττός. *Ἀλαὶ duplices. Heliodorus eodem in loco bis emendatus.* ῥυθμός. *de arca Deucalionis & Noachi. Lycoreus mons, quis. Liacura in Graecia barbara quid, & unde.* σωτὴρ, *& de illa voce judicium Ciceronis.* ἐχατιά. *de Epimenidis aevo. Lucianus emendatus.* Οἴτης *pro* Αἴτνης. *de Jovis sepulcro ex historia sacra Evemori. Scholiastes Callimachi emendatus. In Luciano tentata emendatio. Hecatomba. de* ἄστυ *contra ea quae apud Diodorum leguntur. Lucianus emendatus.*

PAg. 98. Τίμων] Quandoquidem libelli hujus πρωταγωνιστὴς erit Timon, ille cognomento μισάνθρωπος, de eo pauca visum est dicere. Vixit igitur Athenis belli Peloponnesiaci tempore. Nam cetera argumenta ut omittam, Lucianus Demeam rhetora sic loquentem inducit: καὶ ἠρίστευσε δὲ (de Timone loquitur) ὑπὲρ τῆ πατρίδος πρὸς τοὺς Ἀχαρνέας, (quem locum infra examinabimus) *& strenue se fortiterque gessit pro republica anno superiore, cum Pelopomnesii Acharnenses obsiderent.* Acharnæ autem δήμου Ἀττικῆς anno primo belli Peloponnesiaci obsessæ sunt, ut ex Thucydide locupletissimo teste constat. Quamobrem ea quæ hic a Luciano narrantur, in annum cccxxii. urbis Romanæ conjici debent, qui est ante Christum natum ccccxxix. Erat autem Timon ex eo Atticae populo seu oppido, cui Κολυττὸς nomen. Indidem oriundus Plato Philosophus. Κολυττὸς autem ad radices montis Hymetti jacebat. Quare non temere est quod a Luciano scribitur, τίς ἔτος ἦεν, ὦ Ἑρμῆ, ὁ κεκραγὼς ἐκ τῆ Ἀττικῆς τὸν Τίμωνα, ἐν τῆ ὑπωρείᾳ; Patrem habuit Echeratidem nulla alia re insignem, quam quod Timonem genuit. De hominis moribus nil attinet dicere, cum eam rem Plutarchus λεπτὴ παρεκβάσεως in vita M. Antonii absolverit. Hoc addam tantum, Timonem virum bonum fuisse, & moribus adeo factis ad humanitatem, nihil ut ipso χρηστότερον, nihil benignius extiterit. Nam quod illum μισάνθρωπον cognominarunt, id hercle perperam fecere. Quemadmodum enim qui Mercurium, Venerem, Sylvanum, & alias id genus nugas Deos esse olim negabant, non recte ἄθεοι vocarentur (neque enim Sylvanus Mercuriusque Dii sunt) sic Timon non recte μισάνθρωπος appellabitur. Quid ita? inquies. Quia non homines ille, sed feras oderat, quibus aetas illa scatebat. Certe qui Aristophanis fabulas, veram Attici ingenii imaginem, ut ajunt veteres magistri, legerit, de his mecum tria non commutabit verba. Accedat his Platonis testimonium, qui ita scripsit in epistola xxiv. inter illas quæ non ita pridem a Leone Allatio vulgatæ sunt. Quo enim loco ait se in fundum Hephestiadeum migrasse (Ἡφαιστιάδων debuit scribere Leo ex Diogene Laërtio & Hermolao ἐν ἰθικοῖς, non autem Ἐφεσιάδων) ut ubi ἄποθεν τῶ ἄστεως vivat, addit: συνέγνων ὅτι Τίμων οὐκ ἦν ἄρα μισάνθρωπος, μὴ εὑρίσκων μέντοι ἀνθρώπους, οὐκ ἠδύνατο θηρία φιλεῖν. *Cognovi ego, Timonem non fuisse μισάνθρωπον sed cum homines nanciscì in urbe non posset, belluas amare haud poterat.* Extat ejus Epitaphium olim a Callimacho scriptum; & item alterum, quod homo providus sibi fecerat. En tibi, ut quidem tali dignum ingenio est:

Ἐνθάδ' ἀποῤῥίξας ψυχὴν βαρυδαίμονα κεῖμαι·
Τέτομαι δ', ὃ πεύσοισθε, κακοὶ δὲ κακῶς ἀπόλοισθε.

Ait Plutarchus sepultum eum fuisse Ἀλῆσι· sed cum duæ sint Ἀλαὶ, locum illum Plutarchi de Araphenidibus intelligas, non de Æxonidibus: nam priores Ἀλαὶ ad tribum Ægeida pertinebant, alteræ non item. Ceterum hunc libellum ita venustum, ita elegantem judico, eum ut inter politissimos Luciani non dubitem referre. Ita ingeniose & facile compositus est, ut ei nulla comoedia possit comparari. Tum porro, si usquam alibi, pura in eo oratio est, atque ita castigata, ut nihil supra. Habet quidem initium vehementius paulo & tragicum spirans, sed ita hominis fortunis & moribus conveniens, ut nihil ἠθικώτερον fingi queat. Ceterum, ita habeto, Lector, nunquam post renatas meliores literas puriorem editum fuisse libellum hunc. Idque ita verum est, ut satis mirari non possim hominis illius impudentiam, qui ausus est posteris imponere, professusque est editionem illam Parisiensem in forma maxima ex Mss. Codd. regiæ bibliothecæ expressam esse.

Νᾶφι. Ἐ μίμνασο ἀπιστεῖν, ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενᾶν.

Nil verius, mi Lector, neque magis in vita degunda utile.

Pag. 98. vs. 1. Ὦ ζεῦ φίλιε καὶ ξένιε] Hæc Jovis cognomina, & plura item alia, diligentissime sunt & ingeniosissime a Dione Chrysostomo explicata Oratione I. de regno pag. 8. editionis Morellianæ. Ceterum, quod in interpretatione illa omnia Græce, uti se habebant, reliqui, id non temere factum est: & qui κρατικοὶ sunt, facile causam videbunt.

Pag. 99. 6. Ὑπερίδεις] (Ἐπερίδεις erat in Ed. *Graev.*

harum nott.) Hujusmodi carminum fulcra Latini tibicines vocabant; eaque voce olim usus est Virgilius, referente anonymo Biographo. Sed admonet me hoc verbum, ut meum de quodam Heliodori loco judicium aperiam; mihi enim vehemens suspicio fit, corruptum eum esse. Is ita ubique legitur: Μηρῷ δὲ τῷ δεξιῷ τὴ ἀγκῶνα θατέρας χειρὸς ἐφεδραζουσα, καὶ τοῖς δακτύλοις τὴν παρειὰν ἐπιτρέψασα, &c. Est ibi elegantissima moerentis Charicliæ descriptio. lego τὴν παρειὰν ἐπερείσασα, doctis fortasse non dissentientibus. sed quia non uno vitio hunc locum laborare judico, iterum mihi tentandus est. Quis enim unquam audivit dici, ἀγκὼν χειρός? Scio quidem, & monent veteres magistri, ἀγκὼν quandoque esse ἐπικαμπὲς τ χειρός; sed hic ex descriptionis serie non potest. Itaque sic mihi persuadeo legendum esse, ἀγκῶνα θατέρᾳ βραχίονος. Totam illam descriptionem legito, si te, si me, amas. Ad illud autem ἐπερείσασα ut revertar, non omittendum illud quod in Milite glorioso Plauti est, *os columnatum*; sed κωμικώτερον.

Ibid. 7. Ῥυθμοῦ] Ῥυθμὸς & μέτρον non sunt eadem: itaque recte distinxit Lucianus; proprie enim ῥυθμὸς ad incessum pertinet, ut mihi ex Platone demonstrare facile fit lib. III. de Republica, & lib. II. de legibus; ex Scholiaste quoque *Æschyli* in ἑπτὰ ἐπὶ Θηβ. qui ait, βαίνονται δὲ οἱ ῥυθμοὶ, τὰ δὲ μέτρα ὐ βαίνεται. pag. 74. edit. *Stephanianae*. Ex Luciano praeterea ipso in περὶ τ ὀρχήσεως, cum ait de iis, qui inepte & perperam saltant, ἕτερα μὲν γὰ ὁ ποῦς, ἕτερα δ' ὁ ῥυθμὸς λέγει. Atque utinam veteres illos poëtas datum nobis esset semel recitantes audire, eorumque choros spectare. Quam multa hodie teneremus, quæ nos aeternum latebunt circa μέτρον & ῥυθμόν! mira enim veterum circa hanc rem diligentia. Itaque apud Scholiasten *Aristophanis* legas, ἀρχαῖα ἡ τῶν μέτρων & ῥυθμῶν διδασκαλία.

Pag. 103. 28. Ὑπὸ μανδραγόρᾳ] Illius enim vis ὑπνοποιὸς est, seu somnifica, ut loquitur Plinius. Xenophon in Sympos. τῷ γὰ ὄντι ὁ οἶνος ἅρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους, κοιμίζει. Est & tale aliquid in sexto Platonis περὶ τ πολιτείας, ubi ναύκληρος dicitur μανδραγόρᾳ ἢ μέθῃ συμποδισθείς.

Pag. 105. 41. Κοσκινηδὸν] Παίζει χαριέστατος scriptor περὶ τὸ ὁμοιοκατάληκτον, in adverbiis scilicet similiter exeuntibus, πετρηδὸν, σφηνηδὸν, κοσκινηδόν. Ceterum cum ait σεισμοὺς fieri κοσκινηδὸν, intellige ita frequentes, ita crebros, ita sibi invicem instantes, ut eam cribri agitationem referre videantur, quæ fit, cum grana incernuntur.

Ibid. 44. Ῥαγδαῖοι] Notandum hoc Luciani judicium, qui ὑετὸς ῥαγδαῖος dici *Foroliviensis* in prosa scilicet oratione existimat. At Suidas proprie dici credidit. Nam hominem ῥαγδαῖον, quomodo Alexandrum vocavit Plutarchus, ait dici κατὰ μεταφορὰν ἀπὸ τ ὀμβρων. Haec & alia hujusmodi sedulo observanda judico, ut ad proprietatem Graeci sermonis perveniri possit. Ceterum non ὑετοί τε, legendum est, sed ὑετοὶ tantum. Quod autem vocem hanc ῥαγδαῖοι in versione Latina reliqui, id fieri debuit.

Pag. 106. 47. Κιβωτίου] Locus apprime notandus; convenit enim cum Historia sacra, nisi quod, ut ait Comicus, *male divisa sunt haec temporibus*. Quæ enim de Noacho scripta a principe historicorum Mose fuerant, ad Deucalionem suum transtulerunt Graeci. Ceterum quod κιβώτιον Luciano in hac historia dicitur, aliis λάρναξ est, vox ejusdem significationis. Usus ea quondam fuerat Nicolaus Damascenus, cum de primo diluvio ageret. locus est apud Josephum. Eadem quoque occurrit apud Plutarchum, in eruditissimo libro de solertia animalium, quo loco, mirum, & columbae meminit; sed eam tamen ad fabulatores remittit. οἱ μὲν ὖν μυθολόγοι, ait, τῷ Δευκαλίωνί φασι θεσπεσίως τὸ λάρνακος ἀφιεμένην δήλωμα γενέσθ χειμῶνος μὲν ἔτι πάλιν εἰσδυομένην, εὐδίας δὲ ἀνατείλαντος. id est, *Fabulatores quidem produnt columbam ex arca omissam indicium tempestatis Deucalioni fuisse, cum se rursus in eam conferret, serenitatis vero, cum prorsus avolasset.* pag. 968. edit. Paris.

Ibid. 48. Λυκωρεῖ] Parnassus est, aut certe illius pars, (nam ad Parnassum appulit Deucalion) ibi quoque olim fuit urbs Lycorea, ut ex veteribus Geographis constat. hinc itaque quod hodieque a Graecis incolis Parnassus Liacura dicitur.

Pag. 107. 69. Ὦ θαυμάσιε] Honesta appellatio: nihil apud Graecos scriptores frequentius. ita ὦ γενναῖε, ὦ γενναῖε, ὦ δαιμόνιε, & alia sexcenta.

Pag. 108. 72. Δευκαλίωνες] Etsi constet plures fuisse Deucalliones, eo tamen confugere nihil necesse est; sed locus tantum explicandus. Intellige igitur poenas & calamitates θηλάτυς, quibus humanum genus sub Deucalione paene periit, leviores esse quam ut. &c.

Pag. 110. 86. Μὴ ἀναγνόντες] Verti *ne legentes quidem*; nam metaphora est ducta ἀπὸ τ σηλῶν ἀκατιτραμμένων.

Ibid. 89. Σωτῆρα & εὐεργέτην] Fere plerumque has duas voces conjungebant; exempla ita crebra, ut pigeat colligere: aliquando etiam dicebant σωτὴς & θεός. Plutarch. in vita Dionis. Ceterum miror quod dixit Cicero, σωτὴς *Latino uno verbo exprimi non potest*, nam *servator* idem facit Latine quod Graece σωτὴς. Terentius: *servatrix mea*. In Graeco haud dubie erat σώτειρα, quid enim aliud?

Ibid. 91. Ἐπὶ ταύτῃ τὴν ἐχατιὰν] Cave sis idem, cum illo sentias, qui vertit, *ad extrema redactus consilia*. nihil nequius dici aut fingi potest, Dii boni! Saltem meminisset *Homerici* illius;

Ἀγροῦ ἐπ' ἐχατιήν. ὅθι δώματα, &c. Odyss. 4. item.
Ὡς σ' ὅτε τις δαλὸν σποδιῇ ἐνέκρυψε μελαίνῃ
Ἀγροῦ ἐπ' ἐχατιῆς, ὅθι μὴ πάρα γείτονες ἄλλοι. Odyss. 5.

ἐχατιὰ hoc quidem loco nihil aliud quidquam est quam solitudo, secessus, pars ruris remotior. Hesych. & Harpocration. Lucianus infra vocabit simpliciter ἀγρόν.

Pag. 111. fin. Νήδυμοι] Reliqui vocem Graecam in versione, est enim respectus ad Hom. locum.

Ibid. Ἐπιμενίδου] Somnus Epimenidis notissimus est ex Diog. Laërtio, Suida, & quo non? Sed in primis observandum est quod jam dicam. Auctor est Diogenes eum Olympiade XLVII. Athenas venisse, urbem lustrasse, ac pestilentiam sedasse. Sed id qui fieri

fieri potuit, cum dicat, Niciam illum Nicerati filium, clade Sicula nobilem, in Cretam ad eum missum fuisse? Quod evenire non potuit, nisi annis post plus minus CLXX. *Plato* autem lib. I. de Legibus, ait advectum eum Athenas πρὸ τῶν Περσικῶν δέκα ἔτεσι: id erit circa Olympiadem septuagesimam. Id vero qui pote, cum omnes uno ore asserant fuisse ipsum Solonis familiarem? Viderint itaque alii. Certe ἀμφοῖν θάτερον nam aut necesse est in unum Epimenidem collatum fuisse, quod de pluribus dictum fuerat; (id quod saepe usu venisse constat in multis) aut verum illud erit quod de illo quondam dixere Cretes, annos videlicet CCXC. vixisse. Esset hic latissimus campus scripturienti. Ceterum miror diligentissimum Casaubonum haec ad Diogenem praeteriisse..

Pag. 112. 3. Οἴτης] Error manifestus. legendum enim Αἴτνης, fulmina Jovis ex Ætna, qui mons olim perpetuo ardebat incendio, accendi ait Lucianus. De Oeta nil tale legas. At ibi, inquies, Hercules crematus est: fateor. quid tum? Ex eone tempore mons arsit? Ne dixeris.

Ibid. 4. Ἐναυσάμῳσ] Libentius legerim ἀναυσάμωσ maxime cum *Erasmus* verterit, *redaccenso*, &c. quamobrem in suo codice legit non ἐναυσάμῳσ, sed ἀναυσάμῳσ.

Ibid. 6. Σῆς ταφῆς] Locum Callimachi respicit, hymno in Jovem, quem profert quoque Origenes adversus Celsum Epicureum. is ita se habet:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· κὴ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' οὐ θάνες· ἐσσὶ γὰρ ἀεί.

Semper mendaces sunt Cretes. etenim sepulcrum tuum, ô rex Jupiter, construxerunt; tu vero non es mortuus; semper enim es. Ad quem locum doctissimus Scholiastes haec habet, si minus vera, at certe ingeniosa. Ἐν Κρήτῃ ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ Μίνωσ ἐπεγέγραπτο, ΜΙΝΩΟΣ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΤΑΦΟΣ. τῷ χρόνῳ δὲ τὸ τοῦ ΜΙΝΩΟΣ ἀπηλείφθη, ὥστε παλειφθῆναι ΔΙΟΣ ΤΑΦΟΣ. ὅπ τούτε ἐν ἔχειν λέγυσι Κρῆτες τὸ τάφον τοῦ Διός. *Sepulcro Minois inscriptum fuerat*, MINOIS JOVIS [F.] SEPULCRUM. *lapsu autem temporis illud*, MINOIS, *deletum est, ita ut relictum sit tantum*, JOVIS SEPULCRUM. *hinc est quod ferunt Cretes esse apud se Jovis sepulcrum.* Ceterum in loco Scholiastæ legendum est non τὸ τοῦ Μίνωσ, sed τὸ, Μίνωσ, ut sit positum ὑλικῶς, ut vulgo loquuntur. Quod vero dixi supra, ea mihi videri si non vera, at certe ingeniosa, non temere dixi. Nam ex Evemeri sacra Historia, quam olim Latinam fecerat Ennius, suspicio est, totum illud negotium se se aliter habuisse. Locus est apud Lactantium: *Jupiter aetate pessum acta in Creta vitam commutavit, & ad Deos abiit; eumque Curetes filii sui curaverunt*, (intellige τὴν περὶ τὸ νεκρὸν θεράπειαν) *decoraveruntque: & sepulcrum ejus est in Creta, in oppido Gnoso; & dicitur Vesta hanc urbem creavisse* (ita loqui amat Ennius; isthuc autem *creare* Graecum est κτίζειν, quod & condere significat) *inque sepulcro ejus est inscriptum antiquis literis Graecis*, Ο ΖΕΥΣ ΤΟΥ ΧΡΟΝΟΥ. Ceterum in cod. Reg. legitur κὴ τὸ ἐκεῖ ταφῆς. unde fortasse legendum τὸ σῆς ἐκεῖ ταφῆς. verum non est tanti.

Ibid. 9. Παρὰ τὸ Ὑμηττόν] Ibi enim erat Κολυττὸς δῆμος, ex quo oriundus Timon. quod supra monui.

Pag. 113. 16. Καθ' ἱερῶν τελείων ἑστιάσας] Nota. alii enim dicerent τελείων ἱερῶν, non καθ' ἱερῶν.

Ibid. 17. Ἑκατόμβας] De quibusvis pecudibus dicitur, contra quam plerisque videtur: nam apud Diodorum memini me legere ἑκατόμβην καμήλων; apud *Hom.* autem ἑκατόμβας αἰγῶν. Quin etiam citatum video in Schol. Graecis ὄνων ἑκατόμβας, quod & apud veterem scriptorem legisse me scio. Ceterum duplex hecatomba: altera centum pecudibus constabat; altera quinque & viginti, ex Schol. *Hom.* in Iliad. A. itaque minores has hecatombas quasi ἑκατὸν βάσεις vocabant: per pedes enim, seu βάσεις numerabant.

Ibid. 18. Διάσια] Jovis sacra. *Dialia*, opinor, recte vertas, itidem ut *flamen Dialis* dicebatur, qui Jovi proprius erat. Emenda Schol. *Aristophanis* ad νεφέλας; ubi enim scriptum est διάσια dicta fuisse ἀπὸ τοῦ φυγεῖν τὰς ἄτας, legendum est ἄσας, id est λύπας. unde apud *Hesychium* hodieque legitur ἀσάζειν pro λυπεῖσθαι, & ἀσηθεὶς pro λυπηθεὶς, & apud Herodotum in Thalia, ἐδίζετο ἐπ' ᾧ ἂν μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀσηθείη ἀπολομένῳ τὸ κεινοηλίου.

Pag. 114. 24. Οὐτωσὶ δὲ εἰπεῖν, &c. ὡς δὲ ἀληθεῖ λόγῳ] Locus adprime faciens ad proprietatem Graeci sermonis. Vix millesimus quisque haec observat: dicam tamen quod sentio. οὕτωσὶ μὲν εἰπεῖν hoc loco est, *si quis minus exacte loqui velit*, &c. quod in versione mea expressi. Itaque οὕτωσὶ εἰπεῖν & ἀληθεῖ λόγῳ, quodam modo opponuntur.

Ibid. 27. Ἀκρισία περὶ τοὺς φίλους] In Mss. Reg. legitur περὶ τῶν φίλων, non placet; neque adeo injuria.

Pag. 115. 41. Ἄσυ] Admonet me haec vocula loci cujusdam, qui apud *Diodorum* legitur, lib. I. pag. 24. edit. Rhodomannianæ. Ibi enim sunt qui probare conantur, Athenienses Saitarum (in Ægypto sunt Saitæ) colonos esse; hancque afferunt rationem, quod παρ' Ἀθηναίοις μόνοις τῶν Ἑλλήνων, πόλις ἄσυ καλεῖται, idque ducta, ut ajunt, appellatione ab urbe seu pago Ægypti, cui nomen Asty (meminit Hermolaus ὁ Ἐθνικοῖς.) Rem ipsam in medio relinquam; sed argumentum illud dico telum esse plane plumbeum, qui sciam passim apud Homerum, Herodotum, & antiquissimos quosque scriptores reperiri ἄσυ pro πόλις: quaecunque illa sit urbs. Quin recentiores quoque Graeci ita usurpant. nam apud Plutarchum est Φωκέων ἄσυ, in vita Themistoclis. Terentii autem locus, *An in astu venit*, nihilo magis probat. scena enim Athenis esse fingitur. hic quoque Luciani nostri, qui nobis in manibus est, tantumdem efficit. nam scena hujus δράματος in Attica est. Sique Alexandriæ res ageretur aut Epidauri, liceret dicere, *An in astu venit*, pro, *an in urbem venit*, seu illa Epidaurus foret, seu Alexandria. Itaque loci illius auctoritate, qui apud Diodorum est, non est quod tantopere moveamur.

Ibid. 46. Ἠγωνάκτει] Lego ἀγωνακτεῖ, & ποιήσειμεν.

CAPUT II.

Lucianus sex septem locis emendatus. in Xenoph. conjectura. Proserpina & Ceres Θεσμοφόροι. Diogenes Laërtius emendatus in V. Bionis. τιλεῖν ἐπὶ τέρμα, recte dici. Lucianus emend. ut & Hesychius in Ἑρμῆς. Lucianus emend. δῆ pro δεῖ. Dionis Chrysostomi locus in Ὀλυμπικῷ emendatur Δι' ὃ παρεκβάσεως. de hac voce ὑόνδον, contra Bud. & Vallam. ὀρχηδόν, & alia quaedam.

PAg. 116. 48. Τοσαῦτα μιόταλα ταύρων] Ajunt esse Atticismum, μιόταται αἰγῶν; at ego ajo solos barbaros Graece dicere τοσαῦτα μιόταλα. Itaque locus vitio non caret. hoc enim loquendi genus Graecae consuetudinis non est. Haec ad oram libri annotaveram, cum ex Codd. Regg. cognovi locum mutilum esse: nam in iis planissime legitur, τοσαῦτα μηρία ταύρων, &c. *tot femora taurorum*, &c. notum enim femora in sacris praecipue absumpta. Testes qui petat, non Homerum, non Aristophanem, nec poëtam denique ullum legerit. Itaque supersedebo afferendis testimoniis.

Pag. 117. 64. Λήρες μεγάλη] Puto scripsisse Lucianum λήρες μεγάλες μεγάλη τῇ &c. Terent. *magno conatu magnas nugas.* alioqui istud λήρες nullo adjecto nomine non satis efficax videtur.

Ibid. 66. Συνίδη πρὸς ἡμᾶς] Etiamsi nullum in Mss. Codd. subsidium esset, nemini tamen, ut opinor, difficile foret persuadere, legendum πρὸς ἡμῶν. Video sane plerosque omnes in hac esse opinione, Luciani textum, uti vocant, esse perquam emendatissimum; sed qui ita censent, næ illi haud satis attendunt, quid legunt. Nam hoc loco πρὸς ἡμᾶς solœcismus est; & tamen ex tot editoribus nemo animadvertit. ô hominum expromptam diligentiam!

Pag. 119. 79. Πρώην &c. Ἀναξαγόραν] Hinc facile cognoscas, quo tempore vixerit Timon. Legendus Plutarchus in Pericle, Diogenes in Anaxagora.

Ibid. 85. Συνετρίβη περὶ τὴν πέτραν] Locus corruptus, etsi primo fecus videatur: cum enim scripsisset Lucianus, συνετρίβη περὶ τῇ πέτρᾳ, nescio qui male conciliati tam bonam lectionem παραδιάφθειραν, feceruntque περὶ τὴν πέτραν, sed longe alius est sensus, si παρὰ τὴν πέτραν legas, alius, si περὶ τῇ πέτρᾳ. Illud enim *juxta petram*, significat, hoc autem *ad petram*. Illud ridiculum, *fulmen juxta petram*, aut *prope petram*, hoc non item, *ad petram*. Hanc emendationem Ms. codicis auctoritas confirmat.

Pag. 120. 3. Καὶ μόνον ἐχὶ δικράνοις ἐξέβαλε με τῆ οἰκίας, καθάπερ οἱ τὸ πῦρ τῇ χειρῶν ἀποῤῥιπτοῦντες.] Locus corruptus. Qui pote, inquies. Quaeso nonne ἀνακόλαθον sit, si quis dicat, *fere me furca extrudebat, velut qui ignem ex manibus excutiunt?* Videlicet tota labes ex unius voculæ defectu, quæ propter similitudinem literarum facile excidit, ᾗ scilicet, ᾗ καθάπερ οἱ &c. quæ una efficiet, ut omnia constent, sic, *me veluti fuscina extrudebat, & ut ii facere solent, qui excussa manu carbones ardentes amoliuntur.* Dices, non erat tanti; sane quidem, si sententiæ tam exiguâ res non obfuisset; sed, ut opinor, non est quod me, atque adeo quemquam literaturae politioris studiosum, hujus diligentiæ pudeat.

Pag. 122. 24. Ἄλλοτε δὲ τἀναντίον ἠγανάκτεις] Respicit locum qui in Pluto Aristophanis est: quem huc transferre non vacat, ut nec alia μυρία ὅσα. nam ex Aristophanis Pluto haec magnam bonamque partem educta sunt.

Pag. 124. 58. Πάλαι μέν σε αἰτιᾶσθαι] Non potest stare hic locus, nisi legas σε pro σε. Sensus est: *numquid ab omni ratione alienum est, te olim haec queri, nunc autem plane contraria Pluto objicere?* alioqui αἰτιᾶσθαί σε ταῦτα significabit, *te in his accusare*, vel, *te rerum harum accusare*, quod nihil ad rem, nunc quidem, facit.

Pag. 125. 62. Τῷ τι γὰρ Τίμωνι τὸ ἀνημύνον] Melius scribi judico, τοῦτο γὰρ Τίμωνι τὸ ἀνημύνον.

Ibid. 63. Εὐνοϊκὸν ὡς ἐμὲ] Legerim εὐνοϊκὸν εἰς ἐμὲ, etsi aliter verterim. Siquis autem existimat εἰς ἐμὲ in lingua communi, & ὡς ἐμὲ in lingua Attica, idem esse, fallitur: nam ὡς ἐμὲ Atticum, semper *ad me*, vel *in domum meam* significat, non *erga me*.

Ibid. 65. Κατάκλεισον σὺ θύρας] Suspicor legendum θήκαις, *in arca*. forte etiam pro θύραις scriptum fuerit θύλαξι, quæ vox aliquando cistulam significat, aliquando sacculum. Deinde si hac voce θύραις uti voluisset, haud dubie dixisset ὑπὸ θύραις, non σὺ θύραις, quemadmodum scripsit supra, καθαπερεὶ θύραι ὑπὸ μοχλοῖς ἑ κλισί.

Pag. 126. 71. Ὑπὸ τοσούτοις δισμοῖς κατασκοποῦσι] Ita *Xenophon* de avaris: οἱ μὲ ἐπειδὰν τὰ ἄρκυστρα φέρωσι τὰ κτήσονται, τὰ μὲν αὐτῶν κατορύττουσι, τὰ δὲ καθαστῶσιν. mox sequitur locus mihi suspectus: τὰ δὲ ἀριθμοῦντες, ᾗ μετροῦντες, ᾗ ἱστάντες, ᾗ Δι' ὑγροψύχους. libenter legerim Δι' ὑγροψύχους, eos ut designet, qui pecuniam suam fricant, ut aeruginem avertant. Locus est lib. 8. Κύρου παιδείας pag. 211. edition. postremae Leunclavianæ.

Ibid. 76. Μέτρον] Respicit proverbium notissimum, μέτρον ἄριστον.

Ibid. 79. Ὦ Ζεῦ πρὸς τῶ Διὸς] Hujusmodi facetia apud Aristophanem est.

Pag. 127. 84. Ἀπάγοι μοι χιθησομένην] Cum sequatur mox ἀνοίγων τὰς θύρας, non possum concoquere istud ἀπάγοι; qua voce significatur puellam a marito foras permolendam duci, quod contra Lucianus, qui μεγάλα μυστήρια domi fieri innuit. Itaque lego non ἀπάγοι, sed προάγοι, unde προαγωγεὺς, verum talis meriti nomen. Deinde in codice *Erasmi* ita legebatur; quod ex ipsius versione facile intelligitur. Sic enim habet, *Vel producat ultro.*

Ibid. 90. Ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων] Tragicum est. Ita in illo maxime inclyto oraculo, quod olim Lajo datum fuit;

> Μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δικαιόνων βίᾳ.
> *Heus, liberorum ne sulcum feras Diis*
> *Invitis.* ——

Pag. 128. 1. Τῇ Θεσμοφόρῳ] Virg. *Legiferae Cereri.* Causam explicat *Diodor.* lib. 5. nec ipsa tantum Ceres dicta fuit Θεσμοφόρος, sed & Proserpina. Unde apud Plutarchum in vita Dionis legas Θεσμοφόρου τέμενος, *Cereris & Proserpinae*, &c.

Ibid.

Ibid. 2. Ταῦτα] Forte melius τ' αὐτὰ, ita ut dicat Lucianus non *haec*, sed *eadem*.

Ibid. 5. Στιγματίας] *Notis compunctus*, Cicer. a Luciano autem alibi hujusmodi servus καλαγράφος dicitur. a Plauto autem literatus. Inde amarus ille *Aristoph.* in Samios jocus,

Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν ὡς πολυγράμματος.

Apud Plutarchum in vita Periclis, quem adito.

Ibid. 8. Καλὴν τὴν δίκην] Ut Galli dicunt in sermone, *Une bonne amende*. Ubi *bona* nihil aliud est quam *magna*, ut apud Horat. *At bona pars hominum*, &c. quae tamen hominum pars minime bona est; nam avaros describit, homines nec sibi nec aliis bonos. Ita Lucian. in *Pseudomanti* dixit, χρηστὸν δῆγμα, *morsum bonum*, pro vehementi & acri.

Pag. 129. 19. Δαναΐδων] Diog. Laërt. mihi in vita Bionis emendandus est; ubi enim de iis, qui apud inferos aquam vasis pertusis ferebant, loquitur, sic scribit; ἔλεγε τοὺς εἰ ἄδυ μᾶλλον ἂν κολάζοιεν ἐν ὀλοκλήροις ἢ μὴ τετριμμένοις ἀγγείοις ὑδροφόρους. At pro τῦ τριμμένοις legendum est τετρημένοις, vel, quod eodem recidit, τετρυπημένοις. Nam illud τετριμμένοις, hoc loco nulli rei est.

Ibid. 21. Πρὶν εἰσρυῆναι χιδὸν ἐκχυθησομένυ] Facile sane; prius paene effundetur, quam infusum fuerit. Tale aliquid apud Aristophanem est, ἐν νεφέλ. de servo oblivioso,

Ὅσις σκαλάθυρμά τι ἄττα μικρὰ μαθάναν,
Ταῦτ' ἐπιλέλησαι πρὶν μαθεῖν. ——

Ibid. 26. Καὶ εἰς ἅπαξ] Forte aliter disponenda verba sunt, ad hunc modum; ἐκοῦν εἰ μὴ εἰς τὸ ἅπαξ ἐμφρήζεται τὸ κακηνός, &c.

Pag. 130. 39. Ἀμφοτέροις] Scilicet videlicet.

Ibid. 40. Ὡς μόλις τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα] Istud τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα non pertractate dictum, neque ita frequenter occurrit tale loquendi genus apud scriptores fere Graecos. hinc itaque est quod in Cod. Reg. mutatum fuit τελεῖν in ἐλθεῖν: sed eam lectionem cave admittas, quae ab ignoratione exscriptoris profecta sit. Optime enim dicitur τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα. Ita in erudito illo Luciani libello πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν, legitur: θᾶττον ἂν ἐ εὐμερέστερον τελέσειεν ἄχρι καὶ πρὸς τ σκοπόν. *Facilius ad usque scopum pervenerit.* Idque Thucyd. imitatione, qui pag. 305. edit. 2. *Stephaniana*, de Brasida loquens dixit: ἐς Φάρσαλον ἐτέλεσεν. Quamobrem hoc quidem loco Mss. Cod. lectionem rejiciemus, quamvis se facilitate commendet.

Ibid. 43. Ὀρνίων ὠκύτερον] *Horat.* de Fortuna

—— *si celeres quatit Pennas*

sed quod in Mss. Cod. legitur, impensius placet, ὀνείρων scilicet, quae & alata finguntur.

Ibid. 44. Ἔπεσε δὲ ὑσπλήξ] Bene ἔπεσε. nam cum parati omnes essent, qui ad currendum convenerant, tunc repagulum illud, quod equis & curribus objectum erat, dejiciebatur. Lucian. in libello περὶ τῦ μὴ ῥαδίως πιστεύειν τῇ διαβολῇ. sic habet: καὶ εἰ μὲν ὁ μὲ ἀγαθὸς δρομεὺς τ ὑσπληγγος εὐθὺς καθαπτοίσης, &c.

Ibid. 47. Ἐγὼ δὲ καὶ πολλούς] Mss. Cod. ἐγὼ δέ τοι.

Ibid. 49. Οὐδ' ὀβολὸν ὥστε πρίασθαι βρόχον] *Ne laquei pretium*, ait ille.

Pag. 131. 57. Πλούτων] Nunc de pecunia legataria seu testamentaria acturus est, quae cum nemini nisi morte alterius obvenire possit, illam a Plutone Manium Deo dari fingit Lucianus.

Pag. 132. 63. Φορηδόν] Verti, *per bajulos domo efferunt*; etii scio vocem hanc Latine reddi servata proprietate satis commode non posse.

Ibid. 64. Πρόκειται] Signanter dixit. Nam de mortuis proprie dicitur; unde alicubi memini legere προκείμενον pro θανών.

Ibid. 67. Ἐπελπίσαντες] Non temere in hoc significatu vocem hanc reperias. Sane nusquam alibi, quod meminerim, legi. Nam ἐπελπίζειν *in spem inducere* est: hic autem de iis dicitur, qui ea sperant, quibus alii praeter spem fruuntur.

Ibid. 71. Λῶον] Quo utebantur veteres, ut nos hodie serico ad vinciendas epistolas, testamenta, &c.

Pag. 133. 80. Πυρρίᾳ, Δρόμωνα] Servorum nomina. Πυρρίας Latinorum Comicorum Byrria est, eadem mutatione, qua olim apud veteres Latii poëtas scribebatur Bryges pro Phryges, apud Livium Andronicum, & Pacuvium scilicet. Tibius servile quoque nomen est; unde in libello περὶ τ ὀρχήσεως junxit Davos & Tibios. οἷα Δάων Θ Τιβίων &c. Contra autem Megacles, Megabyzus, Protarchus, nobilium hominum nomina: sed Megabysus Asianum est.

Pag. 136. 85. Ὁ θύννος] *Horat.* in hacce materia:

Plures amabunt thynni, & cetaria crescent.

Ibid. 89. Παχύδερμος] Tardus, hebes, stolidus; ex physiognomonia petitum. qui enim cute sunt crassiore, eos fere plerumque tardiores esse videmus. Neque vero obscura causa est. Potest & aliorsum referri hoc loco; si cui videlicet occalluerint manus opere faciundo.

Ibid. 90. Καὶ εἴ παριὼν ἄλλος μαστίξοιέ τις] Error: legendum enim ἄλλως, id est *forte*, *temere*, *aliud agendo*.

Ibid. 97. Ἱπποτροφίας] Ἥπερ νόσος, ut ait Comicus, διὰ φαγεῖν (id est δικαπηρὰ) ἐστίν.

Ibid. 99. Εὐγειότερον Κόδρε] Vide Suidam in Εὐγενέστερος Κόδρε. Hujus proverbii meminit & Themistius ἐν βασιλικῷ.

Pag. 137. 12. Ἱππονίκῳ καὶ Καλλίᾳ] Eorum meminit saepe Plutarchus, Herodotus etiam alicubi. haud dubie Athenienſium ditissimi fuere.

Pag. 138. 18. Ἑρμῆν προσκυνᾶν] Lucrum enim insperatum a Mercurio objici credebant. Ceterum etsi quod dicturus sum, a Luciano nostro alienum est, dicam tamen, hac voce admonente, ut locum Hesychii, qui hactenus corruptus legitur, emendem. Ubi enim est, Ἑρμῆν ἐπὶ πτώσεως ἰδίας λέγον, καθάπερ ἀγαθοῦ δαίμονα, καὶ Διὸς σωτῆρα, ibi emendandum est, Ἑρμῆν ἐπὶ πόσεως ἰδίας &c. nihil certius. Ultimum enim poculum Mercurii erat. Causam apud *Homer.* habes.

Ὦ πυμάτῳ σπένδεσκον, ὅτε μνησαίατο κῆτος.

His addas licet *Jul. Pollucis* testimonium, Ἑρμῆς, inquit, τελευταία πόσις. Apud Athenaeum legas quo-

que Ἑρμῆς εἰδὼς πόσους ὦδε Στράττιδι. Itaque oerta emendatio est.

Ibid. 24. Δυσεύρετον &c. ἐκλελοιπός] Hujus ἀφωνίας veluti σπέρμα in Pluto *Aristophanis*. *Terentius* autem mirabiliter in his versibus sane quam moratis:

Nae illius modi jam magna nobis civium
Penuria est, &c. —— item:
Quam gaudeo, ubi etiam hujus generis reliquias
Restare videa! Vah, vivere etiamnum lubet.

His addi & illud potest quod apud *Diogenem Laërtium* est, λείψανα τοῦ χρυσοῦ γένους.

Pag. 139. 43. Βαθυκήτεα πάντων] In Mſ. Cod. βαθυκύτεα. Videlicet βαθυκύτης. nihil aliud erit, quam qui βαθὺ κύτος habet, id est, *altas cavitates*. Quod etsi verum esse potest, mihi tamen nulla potest ratione probari, qui sciam prioris syllabæ modum in κύτος brevem esse; sciam praeterea allusisse Lucianum ad locum illum *Theognidis*, qui omnibus in ore est;

Ἦν (πενίαν scilicet) δὴ χρὴ φεύγοντα θ᾽ εἰς μεγακήτεα πόντον
Ῥίπτειν θ᾽ ἱστοπέδην, Κύρνε, κατ᾽ ἠλιβάτων.

Videmus secundum versum paene integrum a Luciano sumptum esse. Legendumne igitur censes, inquis, μεγακήτεα pro βαθυκήτεα? Non ausim sane affirmare. Quid ita? Quia apud Stobaeum & alios varietatem lectionis reperi: memini praeterea ita a Plutarcho scriptum esse, ut a Luciano lectum est, βαθυκήτεα scilicet. locus est in libello περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων.

Pag. 141. 67. Τί δ᾽ ἂν θ᾽ ἐν αὐτῷ ἤδη] Mſ. Τί δ᾽ ἂν ὅτι κἀν &c. Quod si non melius est, at certe venustius aliquanto.

Ibid. 71. Οὐ γὰρ δεῖ] Mendum est. Nam pro δεῖ legendum δὴ, idque ante videram, quam Mſ. Cod. lectiones consuluissem. Alioqui quo tandem pacto stare possit haec oratio, ἢ γὰρ δεῖ εἰκός? &c. ridiculum, si quidquam aliud.

Pag. 142. 89. Δυσκάθεκτος] Mſ. Cod. δυσκάτοχος. sed eodem recidit.

Ibid. 91. Ὥσπερ ἐγχέλεις] Mſ. Cod. ὥσπερ οἱ ἔγχ.

Ibid. 94. Ἐκπεφυκότα] Mſ. ἐμπεφυκότα hoc loco male.

Ibid. 97. Ἀλλὰ μεταξὺ ἤδη φλυαροῦν τὰς ἡμᾶς] Disponenda verba sunt, ut & ratio & libri scripti monent; ἀλλὰ μεταξὺ φλυαροῦντας ἡμᾶς παρῆγμα ἤδη &c.

Pag. 143. 3. Καταλείπων] Mſ. καλαλείπαν ἀεὶ, ut sibi morem esse hunc perpetuum significet.

Ibid. 10. Ὑπερβόλῳ θ᾽ Κλέωνι] Homines sunt sua μοχθηρία nobiles. Plutarch. Aristoph. & scripta in eum Scholia.

Pag. 144. 17. Καὶ ἡ ἀνδρία] Dabunt, uti spero, hanc mihi veniam elegantiores homines, si a Luciano tantisper abeam, dum *Dionis Chrysostomi* locum in Ὀλυμπικῷ emendem. pretium operæ erit. sic habet p. 197. ἃ γὰρ λαμβάνω μαθητὰς, εἰδὼς ὅτι ὀδύνας ἔχοιμι διδάσκειν, ἅτε ὀδὸν αὐτὸς ἐπιστάμενος, ὥστε ψεύδεσθαι κἀξαπατᾶν ὑπισχνούμενος, οὐκ ἔχω ταύτῃ τὴν ἀνδρίαν. Emenda meo praesidio, οὐκ ἔχω ταύτῃ τὴν ἀναίδειαν. Videlicet homo modestissimus Dion fatetur ingenue non esse in se sitam illam vim, alios ut erudire possit, quippe qui indoctus ipse sit; vanis autem promissis homines lactare, id esse a moribus suis alienissimum, se enim eo impudentiæ non processisse. locum ipsum legito, & a me haud diversus abibis. Idque clarissimum & diligentissimum virum *Isaac. Casaubon.* non vidisse miror.

Pag. 145. 36. Ἐγχειρήσας] Legendum hoc loco ἐγχειρίσας. Ita passim alibi circa hanc vocem erratum est.

Ibid. 38. Ῥάκος] Notanda metaphora; quasi qui vestem recentem & integram alteri commodarit, post certum tempus detritam recipiat.

Pag. 146. 43. Ἀπολείψει] Leg. vel ἀπολαύσῃ, vel ἀπολείψῃ.

Ibid. 49. Ἡμεῖς δὲ προσίωμεν] Mſ. ἡμεῖς δὲ κὴ προσίωμεν.

Pag. 147. 72. Ἀθηναίων τὰ πρῶτα] Ita Lucret. *Prima virorum*, pro flore vel principibus gentis, ita infra πρῶτα τῶ κολάκων.

Ibid. 79. Τόνδε Διῖ] Versus *Hom.*

Pag. 148. 97. Τῶν πολλῶν ἐκείνων] Duobus locis *vulgaria* vertit *Erasmus*, fallitur. οἱ πολλοὶ quidem, ut nemini ignotum est: *vulgus* significat; at τὰ πολλὰ ἐκεῖνα non significat *vulgaria illa*. neque id patitur Graeci sermonis consuetudo.

Pag. 149. 12. Πάντας ἀνθρώπους ἡδηδὸν] *Certe hic unus* locus per se satis probarit, non semper sumi ἡδηδὸν ut sumi debere contendunt viri doctissimi. Quamvis enim ab *Eustathio* vertatur καθ᾽ ἡδῶντας. constat tamen eam significationem perquamplurimis locis non posse convenire. Ita apud *Herodot.* lib. 6. ubi scribit Milesios, cum Sybaris a Crotoniatis esset capta, dolorem suum publico luctu esse testatos: Συβάριος γὰρ ἁλοὺσης ὑπὸ Κροτωνιητέων, Μιλήσιοι πάντες ἡδηδὸν ἀπεκείραντο τὰς κεφαλὰς, κὴ πένθος μέγα προσῆκαντο. Quid? puberes tantum caput raserint, ceteri minime? Cave credas; nam Μιλήσιοι πάντες ἡδηδὸν, nihil aliud est quam, Μιλήσιοι ἁπαξάπαντες, *omnes omnino Milesii*. Scio *Budaeum*, scio *Vallam*, vitos undiquaque doctos aliter censuisse; id tamen scio, neque in hoc Luciani loco, neque porro in illo Herodoti, verti debere ἡδηδὸν per, καθ᾽ ἡδῶντας, aut κατὰ ἡδύτητα, sed ἀθρόον, vel πάσας καθ᾽ ἡλικίας, ut *Suidas* ex veteribus glossis vertit. Quin etiam memini me legere in Lexico Herodoteo, quod ex Cod. Mſ. Goldasti evulgatum est, ἡδηδὸν conversum per ὀρχηδὸν, at illud ὀρχηδὸν legitur apud *Herodotum* in 7. ubi nil aliud significare potest quam quod Latini dicunt *viritim*, vel, quod propius ad vocis originem accedit, *una serie*, *uno & perpetuo ordine*. Historia sic se habet. Cum grandis pecunia è reditu metallorum, quæ ad Laurium Atticæ erant, in aerario esset, cives autem Athenienses viritim ex ea decem drachmas essent accepturi, auctor iis fuit *Themistocles*, ut ducentarum navium classem ex ea pecunia construerent: Graece sic: τὸ ἀπὸ Λαυρεΐου μισθαλλὰν ἔμελλον λάξεσθαι ὀρχηδὸν ἕκας δέκα δραχμὰς &c. Sed ibi iterum Valla *ad puberes* suos rediit; quia fortasse apud *Hesychium* legerat vocem illam ὀρχηδὸν per ἡδηδὸν conversam fuisse. Ceterum in hac voce corruptus *Suidas*; at illum, monitus, facile emendes.

Pag. 149. 17. Οὗτοι ἀπόβλητα] Ex *Homeri* versu.
Οὗτοι ἀπόβλητ᾽ ἐστὶ θεῶν ἱμερτὰ δῶρα.

Pag.

Pag. 150. 28. Προεδρίας] De hoc honore lege quae ab *Is. Casaub.* annotata sunt ad Theophrasti Character. pag. 161.

Ibid. 33. Ὑπέβαλλες] Ut qui libidini alienae subjiciunt puelli aut puellae teneritudinem.

Ibid. 35. Ἐπιβουλεύσοί μοι] Legendum arbitror σοι.

Ibid. 39. Ἐπὶ κεφαλὴν ἐξωθεῖς] Latine, *capite protrusus foras.* Phaedr.

Ibid. 43. Μᾶθ' ἥκειν] Mſ. μηκέθ' ἥκειν.

CAPUT III.

Lucianus emendatus. Parodia ex Pindaro. lectio in Luciano confirmata. Ἐλέᾳ βωμός. *Lucianus emendatur. Lucianus iterum emendatur in* ἐκστείων τ' ἄλλων. *Pollux & Philostratus emendati; ut & Lucianus.* Ἑρανῶ. νεοδίδακτοι διθύραμβοι *quomodo intelligendum.* διδάσκειν, διδάσκαλος. *discipuli apud Terentium.* ὅσῃ ὑπὸ τῇ δικέλλῃ *quomodo intelligendum.* Ἐπιτηδ. *Lucianus emendatur. Josephus emendatur duobus locis. Callimachi locus apud Schol. Pindari emendatus.* ὀθμα *quid. Lucianus duobus locis correctus.* καρύκη. *Plutarchi locus contra Amiotum explicatur in Alex. Glossema ex Luciano ejectum. Plauti locus adversus Palmerium confirmatus.*

Pag. 151. 61. Εἰρεσίᾳ τ' πτερῶν] Ita Virg. *remigio alarum.* Ita γονιμώτατος poëta Lucret. de avibus dixit;

Remigii oblita pennarum vela remittunt.

Ibid. 64. Σέ φημι] Ita dicere solebant cum urgebant, vocabant, aut revocabant, cessatores inclamitabant. Aristoph. saepe. Latini dicunt. *Heus, heus, tibi dico.* Terent. & ante ipsum Plaut. Qui aliter intelligunt, ad has res sapiunt minus.

Pag. 152. 67. Ὑμῖν ὑποσήσομαι] Legendum ἐγὼ δὲ νῦν ἀποσήσομαι. *Nunc vero abibo.* nam jam antea abituriebat. deinde istud ὑμῖν non potest stare. nemo enim ibi praeter unum Timonem erat.

Pag. 153. 74. Ἄνθρακας εὑρών] Notum proverbium, ἄνθρακες ὁ θησαυρός.

Ibid. 78. Ὦ χρυσέ] Versus *Euripidaeus*; quae autem sequuntur, αἰθόμβ.ον γάϱ &c. ea ex Pindaro sunt. Sed quia dixerat ille Thebanus vates, χρυσὸν διαπρέπειν ὡς τὸ πῦϱ νυκτί, facetus scriptor sensum invertit, quasi dixerit *Pindarus* aurum noctu lucere (quod aliter est, scripsit enim *aurum fulgere inter homines, ut lucet ignis noctu.*) Itaque addit Lucianus aurum non νύκτωϱ tantum, sed etiam μεθ' ἡμέραν ἀμπρέπειν, facetia & ingenii elegantia Syro nostro dignissima.

Pag. 154. 85. Τὰ ὐ Δελφοῖς ἀναθήματα] Singillatim *Pausanias.* Quaedam etiam *Herodotus.*

Ibid. 89. Πανὶ τούτῳ] Recte τούτῳ; quippe cujus imago ibi, in ἑκατῇ scilicet. Nam ἑκατὶα est χωρίον νομὰς ἔχον, quibus in locis fere plerumque Panos imago. Neque adeo mirum, pecoris enim Deus Pan. adde quod διφθερίας pingebatur. *Justinus* lib. 43. *In hujus radicibus templum Lycaeo, quem Graeci Pana, Romani Lupercum appellant, constituit: ipsum Dei simulacrum nudum caprina pelle* (διφθέρα est) *amictum est, quo habitu nunc Romae Lupercalibus decurritur.* itaque non abs re est quod διφθέραν suam Pani dedicat. Haec igitur nostra est de hoc loco sententia. Clariss. autem *Menagius*, praeclararum artium παιήγυϱις, & elegantiorum, quantum est, hominum amor, aliter censet, legique, ut audio, postulat. Πλούτῳ τούτῳ, pro Πανὶ τούτῳ. Nam quod alius quidam legendum existimat Πανὶϱ ταύτῃ, fugit illum ratio. Cetera enim ut mittam, non potuisse dicere ταύτῃ. quid ita? quia jam abierat Penia. Sed cum vir ille qui ita scripsit, uti audio, is sit qui personas, ἀμφοίας, judicia denique, atque adeo omnia in Luciano ἄνω κάτω vertat, si rogites cur ita faciat; nil ab eo feras aliud, quam quod apud Comicum est. *Mihi sic verum esse lubet.* ἰὼ, παπαὶ βόμβαξ.

Ibid. 96. Ὑπεροψίᾳ] Editi quidam habent ὑποψίᾳ, sed eodem errore quo apud *Philostrat.* in vita Apollon. lib. 3. cap. 9. primulo statim initio, τ' τε ὑποψίας ἐπελάθετο. lege fidenter ὑπεροψίας.

Ibid. 97. Ἐλέᾳ βωμὸς] Hujus arae meminit quoque alibi Lucian. in Demonacte, ὐ δικαστηρίοις; Philostrat. in vita Pollucis Sophistae, & Pausan. in Atticis. Ceterum huic Deo Ἐλέῳ primi omnium aram sicrarunt Athenienses, ut ex illa luculentissima Nicolai oratione apud Diodorum liquet.

Pag. 155. 98. Ἐπικυρῆσαι] In Cod. *Erasmi* legebatur ἐπαρκῆσαι, vertit enim *suppeditare.*

Ibid. 1. Ἐθῶν] Mſ. ἠθῶν.

Ibid. Μονῆρης δίαιτα] Hanc vitam qui vivebant, ii μονήρεις & ἰδιαιτοι dicebantur. Laërt. in Thalete.

Ibid. 16. Εὐωχεῖτω] Legendum εὐωχείσθω. nam εὐωχέω significat *aliquem convivio accipere*, εὐωχεῖσθαι autem *epulari.* error turpissimus.

Pag. 156. 17. Ἐκστείων τ' ἄλλων] Hic vero locus est, qui me, si quisquam alius, torsit; neque, ut opinor, injuria. Non enim Graece dici potest ἐκστείειν τινὸς, sed τινὰ; itaque pro ἐκστείων τ' ἄλλων, mihi vehemens suspicio est legendum ἐκὰς ὢν τ' ἄλλων, *longe ab aliis*, vel, *ab aliis remotus.* Non poëtae tantum, sed & *Thucydides*, & *Herodotus*, ita hac voce utuntur. Si quid habes melius, Lector doce, & favebo.

Ibid. 19. Στέφανον] Mortui enim in Graecia olim coronati testimonia passim. Neque tantum mortuos, sed & sepulchra & cippos coronare mos fuit.

Ibid. 22. Δυσκολία] Emenda *Pollucem* lib. I. cap. 2. περὶ τυράννου. Ubi enim legitur, τύραννος ἀνόσιος, σύνκολος, palam est legi debere δύσκολος. Et miror postremum editorem non vidisse. Emendes quoque licet *Philostrat.* lib. 3. *Apollon.* cap. 8. Nam ubi legitur φειδώμεθα τ' ἀνοήτων τε & εὐκόλων, haud dubie legendum ἀνοήτων τε & δυσκόλων.

Pag. 157. 25. Πίττῃ & ἐλαίῳ] Quo majus incendium fiat scilicet.

Ibid. 29. Βαπτίζουσα] Male in libris scriptis πίπτουσα.

Ibid. 31. Τίμων Ἐχεκρατίδης] Mendum est. lege Τίμων Ἐχεκρατίδου, *Timon Echecratidae filius.* quod & supra visum est, & infra occurret. Quis igitur negligentiam priorum interpretum & editorum non miretur?

Pag. 159. 48. Γναθωνίδης] Apud Terentium Gnathonici ex Menandro.

Ibid. Ἑρανον αἰτήσαντι] Qui *coenam* vertunt, ii mihi

hi dormire videntur. Longe enim aliud ὕπαρ, aliud ὄνειρον; neque hic quidquam commune habent. Sed cum ea vox diligentissime fuerit a viro undiquaque doctissimo explicata in eruditis illis in *Theophrast.* commentariis, p. 272. addam tantum ita esse exponendum *Philostrat.* p. 95. & 527. postremae editionis; ita etiam intelligendum esse locum *Dionis Chrysostomi* p. 116. Locos ipsos afferre piget. Ceterum vocem Graecam in interpretatione retinui, idque Plin. junioris judicium secutus, & inopia linguae Latinae coactus.

Ibid. 60. Νεοδιδάκτων διθυράμβων] *Qui nuper evulgati sunt.* διδάσκειν enim ad ἐπιδείξεις theatricas pertinet; inde illa frequenter legas, κωμωδοδιδάσκαλος, τραγῳδοδιδάσκαλος, διθυραμβοδιδάσκαλος. quin etiam aliquando διδάσκαλος simpliciter pro eo qui drama aliquod edit; ut apud *Aristoph.* in Pluto:

Οὐ γὰρ πρεπῶδές ἐστι τῷ διδασκάλῳ.

Inde apud Terentium *discipuli* pro actoribus. *Num immemores discipuli?* id est, num actores tui animo sunt ita omisso, ut &c. Quo loco qui legunt, *Num immemor es discipuli*, ποῦ τὰς φρένας ἔχεσι; inde est etiam quod in comoedia Italica Doctor saepe prodit. Inde etiam διδάσκειν per se solum pro *comoediam* vel *tragoediam* docere, (Latini enim usurpant quoque) apud *Diodor.* lib. 14. Ἀγυδάμας ὁ τραγῳδὸς τότε πρῶτον ἐδίδαξεν. Ita igitur hoc loco διθύραμβοι νεοδίδακτοι. Qui aliter explicant, quasi diceret Gnathonides, se modo illa carmina didicisse, male explicant.

Pag. 160. 62. Ἐλεγεῖα ἄσῃ] Quia elegia ab origine prima luctui dicata erat. Inde est quod & apud *Hesych.* ἐλεγεῖα dicuntur ἐπιτάφια ποιήματα.

Ibid. Ἄσῃ ἐπὶ τῇ δικέλλῃ] Ridicule qui vertunt, *ab hoc doctus ligone*; nihil enim in Luciano tale. Sed quod Latine dicitur *canere*, vel *saltare ad tibiam*, *ad citharam*, id Graece est ᾄδειν vel ὀρχεῖσθαι ἐπὶ τοῖς αὐλοῖς, ἐπὶ τῇ κιθάρᾳ; & hinc tota loci hujus venustas pendet. Lucian. lib. περὶ ὀρχήσεως sic loquitur. διδάσκουσα πολλὰ τὰ πάλαι ἐπ' αὐλοῖς ἢ κυμβάλοις. Aliter quoque dixisse puto, nimirum ἐν αὐλῷ; ibidem, παίδων χοροὶ συνελθόντες ἐν αὐλῷ ἢ κιθάρᾳ. Sed non memini me alibi legere. Interim vides, Lector, quam exigua res venustissimum sensum perdat.

Ibid. 80. Καὶ προσῆλθον] *Erasmi* codex habebat, καὶ γὰρ &c. scilicet ἀφ' ἑαυτοῦ παρεισθέσεως.

Pag. 161. 87. Ξυνέφηβοι] Vocem Graecam retinui, veteres secutus. Ceterum priusquam hinc abis, emenda *Pollucem* lib. 1. cap. 7. ἐπιδίετης δὲ, ὑβάσκων ἢ ἐξ ἐφήβων δύο ἔτη, certissime legendum est unica voce, ἐξεφήβων δύο ἔτη, id est, qui ex ephebis excessit a duobus annis.

Ibid. 88. Ἐπιπηδᾷν] Non significat insultare, sed avidius, cupidius, immodestiusque aliquid appetere. Ita *Themistius* oratione prima: ἀλλ' ἐμὲ ἐπιπηδᾷν ὑπολήψονται ἢ ἐπιβατεύειν, καὶ ἁρπάζειν μὴ ἐθελόντων δίδοναι.

Pag. 162. 2. Ἔσαι ταῦτα] Ita dicebant pro, ταῦτα ἀσφαλῶς ἢ βέβαια τυγχάνει. Latini, *sic erit*, pro, haud dubie, at alias aliud.

Ibid. 14. Ἐρεχθηΐδι] Mendum est. legendum enim Αἰγηΐδι; quippe Κολυττὸς erat tribus Ægeidis, teste *Harpocrat.* δῆμός ἐστι τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς Κολυττός. Ceterum tempore *Suidae* nondum hic locus Luciani corruptus erat. Nam ubi ait Colyttum tribus Ægeidis fuisse, Timonem Luciani laudat. Miror elapsum hoc fuisse diligentiae clarissimi viri *Joannis Meursii* in libello de populis Atticae, in quem infinitas correctiones congessit, quae ad horum locorum appellationes pertinent.

Ibid. 14. Θεωρικόν] De aere rhetorico diligentissime *Harpocration* ex quo verbum de verbo transtulit *Suidas* quae de hac voce habet. Legendi quoque Demosthenis interpretes.

Ibid. 17. Ὄφελον] Josephum bis emendo hujus verbi occasione, ἐν τῇ τ' ἀρχαιολογ. γ'. κεφ. β'. Ubi enim in Basiliensi editione, & postrema etiam, omnium, quotquot fuerunt, inquinatissima, legitur, καὶ τ' ἐπὶ τροφῇ χαίρειν, πότε μὴ παρόντων, ὄφελον ὄδειν ὄν. diligens Lector Josephum adibit. Istud autem ὄφελον ᾠδὴν ὄν, verti ea ratione debet, qua δέον εἰπεῖν, & δόξαν τῇ βουλῇ, id est, κατὰ τὸ δόξαν τῇ βουλῇ. Atque utinam praestantibus ingeniis luberet aliquando tanti scriptoris emendationem suscipere; symbolam certe daremus; quadringentos amplius locos ex ingenio emendatos conferre possemus. *Plura facere* esset sane perfacile, sed doctioribus, & qui Lutetiae vitam agerent, & codicibus Regiae bibliothecae frui possent; *Nobis non licet esse tam beatis.*

Ibid. 18. Ἔρεισμα τῆς Ἀθηναίων] Magnifice sane. Ita Pindarus olim Athenas vocaverat ἔρεισμα τῆς Ἑλλάδος, cujus loci meminit *Plutarchus*, & Schol. *Aristoph.* Ceterum non possum hic praeterire Josephi locum, in quo gravissimum mendum est, quia verbum ἐρείδω, unde natum ἔρεισμα est, corruptum fuit: ita habet; ὅτι μὲ νέος ὢν ἡμαρτε ἢ μήπω τὸ φρονεῖν ἐπηρεισμένος, nullo aut ridiculo sensu. Nam istud ἐπηρεισμένος nihil ad rem. Itaque mihi certo certo est legendum, μήπω τὸ φρονεῖν ἐρηρεισμένος, id est, κατὰ τὸ φρονεῖν, vel κατὰ φρόνησιν, *Qui prudentia satis firmus nondum est.*

Pag. 163. 20. Βυλαὶ ἀμφότεραι] Scilicet ἡ ἄνω καὶ ἡ κάτω. Locus est apud Heliodorum, ubi Cnemon casus suos commemorat. est aliquid etiam apud *Liban.* argumento Orat. κατ' Ἀνδροτίωνος. eum adito, si vacat.

Pag. 164. 28. Τελείῳ ἅρματι] Cum duodecies circa metam currus flectebatur: πωλικῷ vero, cum octies tantum. Scholiastes *Pindari* edit. Rom. in Pyth. φασὶ δέ τινες ὅτι δώδεκα δρόμους ἀνύει τὸ τέλειον ἅρμα· τὸ δὲ πωλικὸν, ὀκτώ. Tum vero affert Callimachi locum, cui ἥπια φάρμακα πάσσειν decretum est. sic habet:

Δανδικάκις περὶ δίφρον ἐσήγαγεν ὄθμαλλα δίφρου.

Sed quid hoc, quaeso, εἰσήγαγεν ὄθματα δίφρου περὶ δίφρου? Davus profecto sum, inquies, non Oedipus. Igitur sic existimato, illud δίφρου nulli rei esse; scripserat enim *Callimachus* νύσσαν (ita metam vocabant) in illis autem verbis ὄθματα δίφρου nil corruptum, sed vox tantum explicanda, quae nullibi, quod sciam, reperitur, ὄθμα scilicet. est quidem apud *Hesychium* ὄθματα, ὄμματα πολεῖς (emenda & scribe, ὡς Αἰολεῖς; nam ὄθματα Aeolice ὄμματα sunt;) sed in hoc *Callimachi* loco ὄθμα nihil est aliud quam *motus*, vel

agi-

agilitas, *celeritas*, *rapiditas*. Nata autem haec vox eſt, (quam nos primi eruimus) ex ὄθεσθαι, quod κινεῖσθαι aliquando ſignificat, ut ex Euſtathio diſcere eſt. Quemadmodum autem Horatius alicubi dixit, *flaminum celeres lapſus*, ἀντὶ τῶν flamina celeriter labentia, ita Callimachus dixit ὄθμα δίφρε (δίφρε eſt ἅρματος) ἀντὶ τοῦ, εὐκίνητον ἅρμα. Itaque Callimachi verſum Latine ſic vertas licet: *Duodecies circa metam egit celerem currum.* In eodem verſu lego, ἐσήλασεν pro ἐσήγαγεν; quod improbaturum ſcio neminem, qui quidem ad has reculas ſapiat.

Ibid. 33. Πρὸς Ἀχαρνέας] Ἀχαρναῖ, ut auctor Thucydides ἐν πρώτῃ, erat, χωρίον μέγιστον τῆς Ἀττικῆς τῶν δήμων. diſtabat ab urbe 60. ſtad. ſed non eſt quod quis exiſtimet atrocem ibi pugnam pugnatam fuiſſe. Nam equites tantum certavere ἐν Φρυγίοις (locus eſt Atticæ) & quidem ἱππομαχίᾳ βραχείᾳ. itaque hinc facile cuivis apparet quam rhetorice loquatur Demea, mendaciolo rem, ex praeſcripto artis, pingens; cum ibi ingentem ſtragem editam fuiſſe ſignificat. Ceterum ἀριστεύειν πρὸς Ἀχαρνέας ὑπὲρ τῆς πόλεως, non eſt, ut puto, quod vulgo volunt; debet enim iſtuc ſignificare, *fortiter pro patria*, ſeu *urbe pugnare adverſus Acharnenſes*, ut πολεμεῖν πρὸς τινάς. Idque ſi verum eſt, error hic erit, isque manifeſtiſſimus. Acharnenſes enim Attici erant, Timon autem Athenienſis; qui tamen laudatur, quod adverſus Acharnenſes ſtrenue pugnavit. Itaque legendum mihi videtur: περὶ Ἀχαρνᾶς, quomodo in hac ipſa re loquitur Thucydides; περὶ Ἀχαρνῆς, inquam, cum Peloponneſios, qui *circa Acharnas* erant, convellere conati ſunt Attici, ut oppidum obſidione ſolverent.

Ibid. 34. Δύο μοίρας] Mille armatos. Nam τὴν μοῖραν ἀναπληροῦσιν ἄνδρες πεντακόσιοι. Ceterum μοίρας dicas, vel μόρας, perinde eſt, & Mſſ. Codd. variant.

P. 165. 42. Ἡλικίᾳ] Nullum olim Athenis forum majus fuit. Harpocration, Pauſanias. Nota autem differre βουλὴν, ἐκκλησίαν (quod per δῆμον intelligo) & ἡλιαίαν; quod diligenter monuit Heſychius.

P. 166. 50. Συγγενὴς ἀγχιστεύς] Recte. differentiam enim agnoſcunt grammatici inter has voces; Heſychius minime.

P. 168. 53. Ἐγὼ δέ σοι τὴν τ' υἱὸν ἐσκλόμιλλον ἀγαγεῖν παρὰ σέ] Error manifeſtus. Quid enim hoc ſit, σοι παρὰ σέ? legendum ἐγὼ δέ τοι τὴν τ' υἱὸν &c.

P. 169. 69. Ὀπισθόδομον] Ubi aerarium. Ariſtophanes in extremo Pluti.

P. 170. 86. Αὐτοβορέας] Facete, ficta vox, *Ipſiſſimus Boreas*, qualis a Zeuxide pictus eſt.

P. 171. 98. Καρύκης] Erat Λύδιον ἔδεσμα ἐξ αἵματος καὶ ἄλλων ἡδυσμάτων συγκείμενον, Heſychius. ſed omnium optime Erotianus: Καρύκη, εἶδός ἐστιν ὑποτρίμματος ὃν πολεῖται ἀρτυμάτων συντιθέμενοι· καρυκεύειν δὲ, τὸ παράττειν, ἣν καρύκην φασὶν αἱματώδη τὴν χροὰν ἔχουσαν. ἔνιοι δὲ τὴν παρ' ἡμῖν καλουμένην αἱματείαν, καρύκην ὠνόμασαν, οὐκ ὀρθῶς. ὅτι δὲ τρίμματός ἐστιν εἶδος ἐξ ἀρτυμάτων, μαρτυρεῖ ὁ Φιλοκράτης ὁ Σάμιος καὶ ἄλλοι. Quod autem ait Erotianus, αἱματείαν non recte vocari καρύκην, bene ſane: nam αἱματεία, vel, ut apud Pollucem eſt, αἱματία, eſt quod vulgo dicimus, *ſouppe brouillée*, ex ſanguine anſerino, aut leporino, aromatis praeterea, & injecto aceto, quod jus eſt nigrum aut certe fuſcum.

P. 171. 9. Ἐπὶ τῇ κύλικι] Unde διαλέξεις & λόγοι ἐπικυλικιεῖοι· unde etiam λέγειν & ᾄδειν ἐπὶ τῇ κύλικι apud Platonem pag. 332. edit. Laemarianæ. Admonet me hic locus ut Amioti errorem in vita Alexandri aperiam. Neque vero id facerem, niſi Plutarcho interpretis ſui error obeſſet: etſi enim Amioto faveo ut qui maxime, plus tamen Plutarcho favere aequum eſt. Locus praeterea, quo de agitur, illuſtris eſt, & non indiligenter legendus. Rem ipſam, uti ſe habet, paucis dabo. Harpalus Alexandrum cum fugeret, Athenas ſe recepit. Populus hominem ex urbe quatere volebat: pro illo ſtetit Demoſthenes pretio corruptus (calice aureo, & talentis 20. ſcilicet.) Rhetor Atticus, quem muneribus expugnatum fuiſſe populus olfecerat, ſeſe purgare cum ſtuderet, nemo audire, imo obſtrepere omnes, praeter, neſcio quem, hominem ſane elegantis ingenii, qui è conſeſſu cum ſurrexiſſet; quid autem, ait, viri Athenienſes, eum, qui calicem habeat, non audietis? (eſt autem mira quaedam in eo dicto gratia atque facetia) Graece ſic pag. 857. οὐκ ἀκούσεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦ τὴν κύλικα ἔχοντος; Si quis veterum morem teneat, quo nonnunquam σκόλια ſua canebant, is venuſtatem hujus dicti facile agnoſcet. Talis autem ille mos: ſumpto in manum calice, canebant illa cantica, de quibus paſſim ſcriptores: quae plerumque erant βιωφελῆ, quandoque etiam amatoria. Calicem qui tenebat, is ab aliis audiebatur, neque interpellebatur a quoquam. Ceterum hic mos ad oram quorumdam codicum notatus fuerat his verbis. ἐν ᾗ τοῖς συμποσίοις τὴν κύλικα ἔχοντες ᾖδον τὰ λεγόμενα σκόλια. Haec etſi vera ſunt, tamen Amiotus interpretum Plutarchi, quotquot unquam fuerunt, longe doctiſſimus, ibi ſe turpiter dedit: ſic enim vertit: *Comment, Seigneurs, refuſez vous à ouïr un perſonnage qui a le langage ſi bien doré?* Quae autem ad oram libri addita ſunt, (ab eo, necne, haud ſane ſcio,) nihilo certe meliora ſunt: *Il y a une alluſion à ce mot* καλεῖν, *qui ſignifie rejouir par un doux chant, & comme enchanter*; nihilo, inquam, meliora iſthaec ſunt: nam inter καλεῖν & κύλιξ nihil quidquam commune eſt, non certe magis quam inter λόγος & φιλία, aut voces quantumvis ſignificatione diſſitas; ſed tota loci illius venuſtas ex iis quae ſunt a me ſuperius commemorata, pendet. Vertendum autem verbum de verbo fuerat, *Hé quoi, Meſſieurs, ne voulez vous pas écouter celui qui tient la coupe en main?* Tum vero Graecorum more allato, tota res erat explicanda. Sed quorſum iſthaec? inquies. Non temere, ut opinor, id a me animadverſum fuit, & elucidatum. Atque utinam hinc prudentiores fierent noſtri homines. Nam cum omnium, qui unquam Graecos ſcriptores interpretandos Gallice ſunt aggreſſi, doctiſſimus, in re adeo nota erraverit, quid ab iis qui hodie vivunt, expectes? quorum plerique (nam quosdam novi quam doctiſſimos) nec Graece ſciunt, nec Latine quidem. Ex iis certe aliquis ſcriptorem quemdam Gallice, ut audio, convertit, cujus ſcriptoris ſi vel pagellam tantum intelligat, μαρίαν ὀφλισκάνω ἀσμενέστατα. idque ita verum eſt, ut, ſi mentiar, nil mihi vel humani quidquam, vel divini credi velim.

Abhinc autem ſex ſeptem annis memini me rogatu amici cujusdam doctiſſimi viri, conferre verſionem neſcio cujus ex Ciceronis orationibus; Dii boni! Nunquam vidi literas magis illiteratas. Nuper autem, nuper, doctiſſimum poëtam (& quos non? nam nihil iſtis ardelionibus ſacrum eſt) adeo deformatum, adeo perditum vidi, eum ut agnoſcere, quantumvis mihi familiarem, nequiverim. Nihil pudere? acre vero hominis judicium! mulierculis & ſalgamariorum, ac pharmacopolarum pueris talem ſcriptorem committere? Videlicet de Dei providentia dubitare, nihil eſt; quod nunc diſcent propolæ tali interprete. Quidni Virgilium denique poſt tot alios, quidni Ariſtophanem, & Plautum corruptum eunt? Nam Hōmerum quidem ipſum, ſat ſcio, non attingent. Nuper enim νέῳ quidam φωσφόρῳ exortus eſt, qui pronunciavit, paedagogici ingenii eſſe, verſus Homericos, cum aliquando a veteribus producuntur, Gallice convertere. Ad ea quid dicas, Lector, niſi, ὄδς, ὦ παῖ, ὄδς ἐμοὶ λεκάνιω, ἐμισεῖω γάρ?

P. 172. 21. Πάνσοφον τὸ χρῆμα] Legendum πάνσοφόν τι χρῆμα.

Ibid. 26. Ὥσπερ οἱ τὸ Πλοῦτον] Delendum ὥσπερ, & ſcribendum οἱ, jungendumque cum συνδεδρομήκασι.

P. 173. 31. Μάζα] Nihil aliud quam ἄλφιτα ἐλαίῳ πεφυρμένα. Ceterum dignitate pani cedebat: nam ex Solonis inſtituto μάζα pro feſtis diebus in Prytaneo dabatur. panis autem, feſtis. docet Athenaeus. Σόλων δὲ τοῖς ἐν πρυτανείῳ σιτεμένοις μάζαν παρέχειν κελεύει, ἄρτον δὲ ταῖς ἑορταῖς ἀποτιθέναι.

Ibid. 34. Ἐννεάκρουνος] Fons ita dictus Athenis, qui deinde Καλλιρόη vocatus eſt, ut ſcribit Harpocration, & ex eo Suidas. Heſychius autem in hac voce mutilus eſt. legendum enim apud eum eſt, Καλλιρόη κρήνη ἐν Ἀθήναις.

P. 174. 46. Κυμοτάδης γῆς] Gloſſema; vera autem lectio in Mſ. Cod. Reg. reperitur, κυμοτώγης ſcilicet; quæ vox ab Euſtathio in Odyſſ. exponitur ἀκτὴ ἔνθα δηλαδὴ τὰ κύματα ἄγνυται. monetque eam vocem apud Herodotum reperiri; & vere monet, nam ſexies ſepties apud nobiliſſimum illum ſcriptorem occurrit. Itaque indiligentiam Suidæ mirari ſubit, qui nihil ad manum habuit, cum in hanc vocem ſcriberet, praeter Agathiæ locum. Sed antiquum obtinet Suid. ſolet enim, neglectis veteribus, ad recentiores decurrere.

Ibid. 50. Αὐτῷ] Lege σεαυτῷ.

Ibid. 52. Τάλαντον] Mſ. ἡμιτάλαντον.

Ibid. 58. Αἰγινητικούς] Ad ridiculum. nam menſura Æginetica ceteris menſuris erat amplior, certe Attica.

P. 175. 62. Κεφαλὴν ἐμπλήσω κονδύλων] Locus eſt apud Plautum in Aulularia.

—— *Poſtquam impleviſti fuſtibus iſtorum caput,*

Quem fruſtra ſollicitavit ingenioſiſſimus Palmerius legens, *impluiſti in caput.* fruſtra, inquam; id enim Graecorum imitatione dicebat Plautus; qui non *in* Aulularia tantum, ſed in Caſina quoque ea *loquendi* ratione uſus eſt.

—— *Ego te implebo flagris.*

Et certe tale aliquid videor apud Ariſtophanem legiſſe.

P. 175. 66. Μῶν] In Mſ. eſt Τίμων. ſed dividuum facito, τί; μῶν &c. *quid? num te* &c.